BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
18 G
4

1218. 6 h

PHYSICORVM

HOC EST,

DE NATVRALI AVSCVLTATIONE PRIMI QVATVOR ARISTOTELIS LIBRI,

CVM

IOANNIS GRAMMATICI

COGNOMENTO PHILOPONI ERVDITISSIMIS COMMENTARIIS,

[redacted]

[redacted] primum e græco in Latinum fideliter translatis.

Gulielmo Dorotheo Veneto Theologo Interprete.



Venetiis apud Octauianum Scottum D. Amadei.

M D L.

12.18.G.4

NICOLAO RIDVLPHO CARDINALI REVERENDISS. ET AMPLISS. GVILELMVS DOROTHEVS VENETVS THEOLOGVS FOELICITATEM.

PROCLVS *in eo præſertim opere, quod de anima & dæmone conſcripſit ſic oẽs imprimis hortatur ne magna uel parua rerum ſtudia ſubire audeant niſi prius conſulerint dæmonem, quem cũ optimarum artium, tum etiam uitæ bene gerende ducem Socra. ſapientiß. habuiſſe creditur. Vtinam uero Ni. Reuerendiß. & ampliß. Cardinalis id feciſſent, qui uel tot malorum librorum copia hodie Chriſtianæ Religioni negocia faceſſunt uel inutilibus in Philoſophia commentarijs bona ingenia obruunt quibusq; impedita a uera optimaq; rerũ cognitione per omne uitæ ſuæ tempus abhorrẽt. Hoc autem cõmentationis genus quoniam ipſe uideo non ſine magna & ſalutis & rei literariæ iactura increbreſcere, aboleri extinguiq; poſſe haudquaquam exiſtimo, niſi boni authores ac eminentiſſimi interpretes in publicum uſum excudantur, qui & ſi nuper impreßi tamen antiquitatem profitentur, quam pauci uel fœlices tum hoc æui aſſequuntur. Porro his æditis in lucem, ſi æquos iudices literarum (ut ita dicam) hæc prouincia obtinuerit, puto non defuturos homines optimis ſtudijs initiatos, qui cæteris non perſuadeant è prophanis perinde doctrinis ac tenebris uindicari. Habemus equidem non minus in Theologia quàm in philoſophia hæreticos, quippe qui mendis fictitijsq; interpretationibus purum candidum & elegantem Philoſophum, aut barbarie nodisq; ſophiſmatum inuoluunt fœdant & contaminent. Sed ne uidear aliquem conuitijs laceſſendi ſtudio hæc proferre, at potius ad ſuam dignitatem prouehendi ſtudia commonendiq; omnes, qui pro uirili ſua philoſophiæ ueſtibulum adire nituntur, prætereo complures mea ſententia ad puluerem merito reuocandos. Quid enim magis impium ac execrabilius eſſe poteſt quàm falſa pro ueris admonere docereq; ueræ cognitionis cupidos, quod facile committunt, qui de Ariſtoteli ſummi Philoſophi doctrina ſunt peßime meriti? Verum ne id elegantißimis literis non mediocre impedimentum duntaxat fœdißimis interpretibus tribuere uidear, in cauſa etiam ſunt ſummi Principes rem literariam adeo parui facientes, perinde ac literæ aliquando bella non excitent & ſummo ſint imperij periculo, ut quoduis opus etiam prophanum pro cuiusq; arbitrio in uulgus prodeat. Sunt præterea illa nota ſuggillandi, quòd inuiſos literatos fere habent, & cæteros alios libentius alunt prouehunt & laudant. His rationibus maxime deliteſcunt liberales artes & quæcunque ſcientiarum genera, quouſque poterunt inter uiros reſpirare. Quamobrem cum ipſis paulo cœptum ſit inſtaurari quaſiq; renaſci, in ſacro Cardinalium conuentu hodie primum ſeſe inuexere, ubi extra omnem controuerſiam atque aſſentationis uerbum multi (ut cuique cernere libet) & doctrina, & religione cum antiquis certare uidentur. Quocirca Ioannis Grammatici cognomento Philoponi, in quatuor primos libros Ariſtotelis de naturali auſcultatione commentarium cum nuper latino ſermone ſcripſiſſem, quemq; in lucem prodire hæredes Octauiani Scoti uoluerunt, hunc ſtatui tuæ Reuerendiß. Dominationi dicare, cui perenni ſeruitute, ac tuæ eximiæ græcarum literarum doctrinæ merito meipſum iampridem dicaui, præſtesq; (obſecro) ueniam ſi auſus ſim hanc meam translationem tuo ſub nomine inuulgandam tradere. Neque enim id feci cauſa, ut te mihi promerear, aut aliquem fructum iudicij tui ſentiam, q. nihil de me hac tenui fœtura, & pro arbitrio Impreſſorum hunc in modum ad Romanæ linguæ lucem translata, polliceri audeo, ſed potius cæteri frugem utilitatemq; ſuſcepturi, huic commentario tantum opere nauent, quantum tui nominis & ſingularis doctrinæ ſplendor ipſum illuſtrare poteſt. Etenim in hac mea interpretatione ad id ſtudij toto pectore incubui, ut qui facultatem beneficio potiundi non habent ſaltem rem ipſam conſequantur, ſ. qui græcis rudimẽtis imperiti ſunt, ipſam uerborum mutato ſermone ſententiam intelligant, quod ipſe facile aſſequi confiſus, ſi homini utpote optimo ac erudito illam (qualiſcunque eſſet) nuncuparem. Nam quo illa ſplendidiore titulo, aut qua grauiore nominis inſcribi authoritate potuit quàm eius in quo utriuſque græcæ & latinæ linguæ ſumma eſt cognitio? qua in parte etiam puto Ioanni Grammatico ex ferè menſibus hoſpiti meo, ac pene familiari cum ſatis, tum etiam gratißimum feciſſe, quippe qui Chriſtianæ Religionis, tum præcipue ſtudioſus ipſius religionis pietatem nouis indies Porphyrij Procliq;, & aliorum oppugnantium ſeditionibus agitatam & laborantem cũ tueretur opinionibus legentiũ ſub uiri non minus doctrina & eloquentia, quàm domina uirtutum pietate præditi, nomine & gloria commendari uoluit obſecrauit obtinuit. Huius itaque commentarium ad noſtrã linguam translatum (ſtudioſorum Alumne) tuæ pietati inſcriptum (ut non ignoras) è uulgatis tantum exemplaribus accurate quoad potui ipſe uerti, ut qui manu ſcriptum nullum unquam legerim, ſi plerique mutilati loci haberentur, quanquam pro uirili mea illos abſoluerim, id ueniæ emerendæ cauſa teſtandum putaui. Nam meminiſſe potes me Romæ mane primo mox ueſperi tecum Reuerendiß. Domine ac Neapoli cum magiſtro Hieronymo Syripando uiro græcis & hebraicis literis optime erudito de hac interpretatione collocutum quo impulſore mox uertendi ſtudio addictus ſex numero mẽſium a capite totum commentarium tranſtuli quem ilico è manibus meis impreſſores abſtulere eripuere, ut nec tantum ocij ac temporis mihi ſuppeteret, quo alicui inſpiciendum obeliſcisq; unguequ; ſignandum & emendandum permitterem, qua in parte illis hoc ſtylo uertendo (q. locupletius elegantiusq; transferre potui) morem geßi. Quo fit, ut ipſe neque grauius iudicium tuæ præſertim doctrinæ ingenue mihiq; exploratæ ſubire non recuſem. Vale Mæcenas optime.*

IOANNIS ALEXANDREI

COGNOMENTO PHILOPONI

IN QVATVOR PRIMOS ARISTOTELIS DE NATVRALI AVSCVLTATIONE LIBROS ANNOTATIONES EX COLLOQVIIS PVBLICAEQVE LECTIONIBVS AMMONII ERMEI CVM QVIBVSDAM ADDVBITATIONIBVS.

CVM DVÆ ſint apud Ariſtotelem Philoſophię partes, vna ſpectatiua contemplatiuaq; , altera actiua , contemplatiuæ ſummum ſtudium Ariſtoteles præſertim adhibuit . Hac enim rerum naturam, qua cõſtãt cognoſcimus. Rurſus cum contemplatiua in tres partes ſecetur in naturalem diſciplinam ſcilicet & rerum diuinarum ſciẽtiam, ac mathematicem, circa naturalem diſciplinam , tum quia animo naturæque noſtræ cognatior eſt , tum etiam quod multi ante Ariſtotelem in theologiam , ideſt diuinarum rerum cognitionem, mathematicemq; ſummopere laborarunt, qui non ita ſcientiæ de natura inuigilarunt, Ariſtoteles maxime verſatus eſt. Vnde complures naturales libros etiam conſcripſit , & multitudinem librorum ſuorum iuxta rerum fere omnium diuiſionem diuiſit ac digeſſit , verum vt hoc indicemus non ab re id nobis factum erit , ſi eorum quæ res naturales conſequuntur , diuiſionem & diſtributionem explicabimus . Nam hoc modo percipiemus Ariſtotelis libros pro rerum naturalium ſectione ac ordine condiuiſos fuiſſe. Quocirca aliqua ſunt quæ omnia communiter conſecuntur, aliqua vero quæ nonnullis rebus peculiaria ſunt . Rurſus eorum quæ ſigillatim aliqua cõſecuntur, alia ſempiternis peculiaria exiſtunt , alia vero his quæ ortui interituique obnoxia ſunt , ſigillatim tribuuntur . Idem eorum quæ inſunt rebus ortui interituique ſubactis alia peculiaria ſunt his quæ ſupra terram oriuntur alia vero quæ ex terra prodeunt in eaque naſcuntur . Quorum præterea alia in animatis rebus propria ſunt alia vero animatis . Rurſus eorum quæ animatis inſunt alia quidem ſenſibilibus propria ſunt, alia autem inſenſibilibus . Is ergo liber in quo ſcribuntur explicanturq; ab Ariſtotele ea quæ rebus naturalibus omnibus communiter inſunt , præſens opus eſt. Et is in quo declarãtur ſempiternorum propria eſt liber de coelo. Item in libro de generatione & corruptione aguntur quę omnibus rebus ortui interituique ſubditis communiter inſunt . Præterea in libro metheorũ, ſcilicet de rebus quæ videntur in ſublime tranctantur ea quę inſunt rebus præcipue quæ ſupra terram apparent; ac ea quę metallis propria ſunt, in his etiam comprehenditur quartus liber metheorum in quibus omnibus de his quæ aſſecuntur inanimata diſſerit. Cęterum omnium librorum de animalibus & plantis , in quibuſdam de his quæ cõſecuntur inanimata & inſenſilia agitur , ceu ſunt libri de plãtis fructicibuſq;, in quibuſdam autem diſſeritur de his quæ animatis & ſenſibilibus tribuuntur vt ſunt omnes de animalibus libri ac hiſtorię. Verum eorum quæ animalia conſecuntur alia conſecuntur animalia velut vniuerſa ac tota , alia vero partibus eorum tribuuntur. De ijs ergo quæ conſecuntur animalia vt tota , diſſeritur in nouem libris de hiſtoria animalium, de his autem quæ partes ipſorum conſecuntur in libris de partibus animalium, ac in his qui de inceſſu animalium inſcribuntur, & alia quę de ſomno & vigilia, de vita & morte, & id genus ad cõtẽplatione de animalibus cõtẽdunt & pertinent. Poſtremo ſunt libri de anima. (Vide cõſimile in Simpli. in prologo.) Huiuſmodi ergo eſt vniuerſum Ariſtotelis de natura negotium. Præſens autem liber (vt diximus) eſt de his quæ communiter omnes res naturales conſecuntur, idcirco proprio nomine ac titulo naturale opus appellauit. Sunt ergo quinque omnibus potiſſimum communia materia: forma, locus tempus: & motus. Quorum quatuor in primis quatuor voluminibus explicat docetq; , in reliquis vero quatuor de motu agit. (Vide Simpli.) Varius enim eſt ſermo de motu , quem etiam multa conſecuntur & comitantur. Vnde ſæpe ſolet vniuerſum opus de motu inſcribere appellareq;, quoniam dicit in his de motu diximus, ideſt in libro de naturali auditu partis nomine vniuerſum opus nominans . Præterea cum apud quoſdam philoſophos vacuum & infinitum omnes res naturales conſequerẽtur . Nam Democritus tradidit omnes res naturales atomis ſcilicet quibuſdam inſectilibus & vacuo conſtare. Anaxagoras præterea infinita ſimilaria in vnoquoq; eſſe aſſeruit, quanquam & Democritus inſectilia infinita eſſe ſtatuerit. Idcirco Ariſtoteles in quarto huius operis libro oſtẽdit nullo pacto vacuum eſſe poſſe. Similiter demonſtrat infinitum actu totumq; ſimul haberi ſtatuiq; nõ poſſe, ſed ſolum adeſſe poteſtate et partium ſucceſſione . Sunt enim in vniuerſo huiuſmodi nonnulla quæ quoad ſuam vniuerſitatem conſiſtere nequeunt , ſed partium ope ac ſucceſſione ſubſiſtunt, ut dicimus ſubſiſtere adeſſeque diem non quia tota ſimul adſit , ſed quia eius pars aliqua ſemper ſuccedit . Eodem etiam modo ludũ adeſſe dicimus : & non ſimul totus ſubſiſtit: ſed quia pars verbi gratia pugnæ ceſtuſq;: aut luctæ vel id genus aliorũ ſubſiſtit, quo etiã pacto infinitũ eſſe demonſtrat, qđ quidẽ partim ens eſt, partimq; non ens . Verũ quoad vniuerſitatẽ eius illud prorſus reſpuit et cõfutat, partibus aũt adeſſe nihil vetat, quã- (Idẽ in. 3. lib.)

doquidem res particulares cum continuo ſemperq́
generentur in infinitum abeant. Sed de priuatione nõ
nihil etiam diſputabitur. Quod ipſa quoq; res natu-
rales,(licet non omnes ſed eas ſolum quæ ortui inte-
rituiq; ſubijciuntur, quandoquidem hæc ſuapte natu-
ra partim aliquando forma, partimq; priuatione par
ticipent) conſequi videtur. Totidem itaq; de his quæ
conſecuntur naturalia diſputata tractataque habean-
tur. Reliquum eſt ut ea quę in omnibus huius ſuſcepti
operis voluminibus aguntur breuiter explicantur. In
primo itaque libro refellit veterum opiniones de
principijs & diſſerit de forma & materia. In ſecundo
autem de forma diſputat ac de materia. Verum vt in
libro primo diſputat de forma ita in ſecundo de ma-
teria diſſeritur, quoniam in primo magis diſputat de
materia, q̃ de forma, ſic etiam in ſecundo magis de
In. 2.lib.idē. forma quam de materia agit. Deinde in tertio agit
de motu & infinito, in quarto autem de loco, tem-
pore, & uacuo, in reliquis autem quatuor de motu, ac
de omnibus illis quæ conſecuntur motum. Nimirum
& ipſe Ariſto. quando vult hos libros indicare cita-
reque ita inquit. Quoniam nobis dictum eſt in libris
de motu.

*Cum circa omnes doctrinas quarum ſunt principia: uel
cauſæ, uel elementa ex horum perceptione cognitio fiat
atq; ſcientia.*

Conſuetudo Ariſtotelis eſt a communibus quibuſ
dam dignitatibus librorum initium facere, quo pa-
cto ſane & in libro metaphyſices a communi quo-
dam conceſſo incæpit, quoniam inquit omnes homi-
nes natura ſcire deſiderant, cuius rei inditium eſt ipſa
ſenſuum dilectio. Idem in libro de demonſtratione
facit vbi inquit. Omnis doctrina & omnis diſciplina
ex præexiſtenti cognitione fit. Idem quoq; in libris
de moribus. Omnis ars diſciplinaq; ſimiliter actio, &
præelectio quodam bonum proſequi videtur. Hoc
igitur modo etiam in hoc libro a quadam communi
dignitate initium facit. Eſt autem dignitas huiuſmo-
di omnis ſcientia quæ habet principia, vel cauſas, vel
elementa comprehenditur principijs cauſis, & elemẽ
tis (cognitis) cum igitur rerum naturalium principia
cauſæ, & elementa ſint, tunc profecto ipſa cognoſce-
mus quum principia ipſorum, cauſas, & elementa
perceperimus. Sed talis eſt totus ſyllogiſmus. Scien-
tiæ de natura ſunt principia cauſæ & elementa. Om-
nis ſcientia cuius quidem ſunt principia vel cauſæ vel
elementa comprehenditur principijs cauſis & elemẽ
tis cognitis, itaque ſcientia de natura comprehende-
tur ſuis perſpectis principijs cauſis & elementis. To-
tus itaque ſyllogiſmus talis exiſtit. Verum ipſe bre-
uitati addictus cum ponat maiorem propoſitionem
dicentem. Omnis ſcientia cuiuſquidem ſunt principia
vel cauſæ vel elementa comprehenditur principijs
cauſis & elementis cognitis, minorem omiſit hanc, vi-
delicet. Scientiæ de natura ſunt principia cauſæ & ele
menta, omittit etiam concluſionem, & ponit dunta-
xat id quod ex concluſione ſequitur. Nam concluſio
erat. Itaq; ſcientia de natura comprehenditur princi-
pijs perſpectis. Hoc autem eſt conſequens cum ſcien-
tia de natura comprehẽditur principijs cognitis (quod
quidem ex ſyllogiſmo concludebatur) & ea quæ ad
ad principia ſcientiæ naturalis attinent enitendum eſt
prius determinare. Hunc igitur in modum Ariſt. ſyl
logiſmum efficit. Teophraſtus autem totum ſyllogiſ
mum in ſuo libro de natura explicauit, ac ſolario &
inſtitutione quadam dignam exiſtimans hanc mino-
rem propoſitionem ipſam poſuit. Scientiæ de natura
ſunt principia cauſæ & elementa. Et quoniam hæc
non perſpicua claraq; habetur, eandem igitur hunc
in modum probat. Et inquit res naturales vel corpo-
ra ſunt, vel in corporibus ſunt conſtitutæ, vt vires,
momenta ſeu inclinationes aptitudinesue & id genus.
Sed omnia corpora & ea quæ in corporibus ſunt cõ-
ſtituta, compoſita ſunt. Nam vt corpora compoſita
ſint perſpicuum eſt. Sed quod vires & quæcunq; alia
quæ ſunt in corporibus ſubiectis conſtituta, compo-
ſita ſint, atq; omnes formę ſimpliciter & ſpecies quæ
in ſubiecto ſunt, probat quia conſtant genere & diffe
rentia. Deinde quanquam diffinitione ſimplicia ſint,
cum ipſa definitio non exiſtat ſed in ſola animi noti-
tia cogitationeque verſetur & eſt, veruntamen cum
ipſę res quæ definiuntur ſubſiſtunt, cum ſubiecto con
ſpiciuntur. Nam actu viſio aſpectuſq; non eſt ſolum
ipſa vis cernendi ſed cum ipſo viſiuo ipſa ſpecies ſen-
ſibilis, multomagis & naturales philoſophi vt natu-
rales ac exiſtentes res eadem cõtemplantes cum ſub-
iecto ipſa ſpeculantur. Nam earum diffinitio (vt dice-
bam) in ſola cognitione, & animi apprehenſione con
ſiſtit, qua ratione neq; eorum ideas eſſe Ariſtoteles
voluit, quod naturales formæ a corporibus abiun-
ctæ ſeparatæq; non ſubſiſtunt ſed illas ſcilicet ideas in
tenui animi conceptione eſſe voluit, alioquin hæ nõ
diſtarent & differrent a formis corporum. Quemad
modum igitur & hoc propria ratione ſimplex eſt di-
co ſcilicet ipſa trina dimenſio, attamen quoad ſui exi-
ſtentiam ſubiecto eget, quocirca reliquum corpus
quod exiſtit non eſt ſimplex ſed forma & materia cõ
poſitum, ſic etiam de cęteris formis quę ſuis ſubiectis
herent, dicendum eſt, quoniam ſi propria ratione il-
las contemplabimur ſunt profecto ſimplices, tamẽ
quũ illas ſpeculabimur vt exiſtunt, ac actu ſunt, eaſdẽ
cum corpore earum ſubiecto conſiderabimus. Et ita
non ſimplices ſunt ſed compoſitæ, ſi ergo res natura-
les vel corpora ſunt, vel in corpore firmantur & con
ſiſtunt quæ ſunt naturalia compoſita, igitur omnes
res naturales compoſitæ ſunt, omnia autem com-
poſita habent principia, cauſas & elementa. Hoc mo
do itaq; minorem propoſitionem probauit, cui cum
addat propoſitionem maiorem ſcilicet omne quod
habet principium cauſas & elementa comprehẽditur
cognitis principijs, hunc in modum concludit, igitur
res naturales cognoſcuntur perſpectis principijs ac
cognitis. Sed principia rerum omnium ſex eſſe Pla-
to aſſeruit materiã, formam, cauſam effectricem, exẽ-
plarem, inſtrumentalem & finalem. Et vocat mate-
riam principium in quo, quippe quã appellat ma-
trem receptaculum & altricem, formam autem ap-
pellat principium (quod) quoniã ipſa eſt vniuſcuiuſ-
que rei id quod informat & informãdo diſtinguit, &
non eſt ipſa materia quæ vna & eadẽ omnium rerũ
eſt. Cauſam quoq; effectricem vocat principium a
quo, inſtrumẽtalem per quod. Exẽplarem ad quod fi
nalem deniq; propter quod. Sed horũ ſex principio-
rum tria quidem concauſas vocat, tria vero cauſas.
Nam cauſam effectricem finalẽ & exẽplarem cauſas
nuncupat,

nuncupat, cum ſint ſeiunctæ & veluti ſuarum actionum principes ac dominæ. Materiam vero, formam & inſtrumentalem cauſam appellat concauſas, propterea quod non ſunt ſuarum actionum dominę. Plato igitur (vt dicebam) ſex inquit eſſe rerum principia, at Ariſtoteles quatuor ſolum ſtatuit materiam, formam, effectricem cauſam & finalem, quippe qui inſtrumentariam et exemplarem cauſam vt naturalis philoſophus omiſit quandoquidem, nihil ad exemplar alicuius natura efficiat. Nam cum quædam ſit vita & non cognitio minimeq; cognoſcat veluti mens ipſa, quicquid producit ſine cognitionis ope procreat. Itaq; is philoſophus naturalis qui naturam ac illius opera effectusq; ſpeculari debet, merito non cõmemorat cauſam inſtrumentariam & exemplarem. Veruntamen diſputatio de natura poteſt aliquando commentatione rerum diuinarum tractari vt Plato in Timæo facit, vbi de cauſis quæ a rebus naturalibus alienæ ſeparatæq; ſunt diſſerit, pariter commentatio de rebus diuinis poteſt explicari medio opeq; rerum naturalium cognitionis, quemadmodum Ariſtoteles in libris metaphyſices naturalium rerum auxilio diuina docet. Talis ergo philoſophus eum ſcilicet dico qui cum de coordinatis & conſtituentibus cauſis rerum naturalium diſputat, exẽplari cauſa ob antedictam rationem nõ indigebit neq; ſibi illa opus erit. Item nec cauſa inſtrumentaria huic inſtituto eſt neceſſaria, ſiquidem communiter de omnibus cauſis naturalibus ac præſtantiſſimis ſermonem facias. Nã ſi de aliquo naturali inſtrumento dicere ad philoſophum ſpectaret velut medicis de corporibus humanis tractare accidit, potuiſſet aſſerere naturę inſtrumẽtum eſſe forſitan complexionem, vel calorem naturalem corporibus inditum, vel aliquid ſimile. Nam his ꝓpria opera natura efficit, ſed quoniam ipſarum mixtionum complexionumue, & principalium elementorũ cauſas indagat exploratq;, merito cauſam inſtrumentariam præterміſit, quoniam nullius organi inſtrumentiq; ſubſidio principalia elementa conſtituit, ſed nullo medio fulta naturam mox ex materia & forma ipſa procreat, materiam vocat Ariſtot. principium ex quo, formam ſecundum quod, quoniam per ipſam res formantur diſtinguũtur & nomẽ ſuſcipiunt. Efficientem cauſam vnde motus principium, finalem vero propter quod (vt Plato) nuncupat.

Alexã. & Eudemus aliter: vide Simpli.

Cæterum Ariſtoteles in contextu vel principia & cauſas dicit idem ſignificãdo geminatione verborũ, vt principia & cauſas vocet efficientem cauſam & finalem, & elemẽta reliqua duo materiem, & formam nuncupet. Vel principium communiter prædicatur de omnibus, quandoquidem ipſe videatur, vbique vnamquãq; cauſam appellare principium, quod quidem etiam facit principio narrationis cum dicit. Neceſſe eſt vnum vel plura principia eſſe, vbi de principijs naturalibus loquitur. Rurſus alias inquit. Quod quidem igitur oporteat principia eſſe contraria perſpicuum eſt, quo in loco de materia & forma loquitur. Item paulopoſt cum de ipſa materia & forma dicat agitq; ſic inquit. Vnum igitur principium ſcilicet materia & alterum cuius ratio forma. Cauſa autem de finali & efficiente prædicatur, & reliqua duo materia & forma elementa uocãtur. Adiecit prætera (quorũ ſunt principia) quoniam nõ quæuis ſcientia vel diſciplina doctrinaq; proprijs vtitur principijs, ſed quædam ſunt, quæ diuerſarum ſciẽtiarum principia ipſiſmet accõmodant, qualis eſt dialectica quę omnes ſciẽtias ingreditur omneſq; ſibi vſui eſſe poſtulat. Nam ſpeculationes medicinę eiuſdem proprijs vtens principijs nititur periclitaturq; oſtendere. Et mathematicas mathematicis petitionibus conceptionibuſq;, ac alias ſimiliter contemplationes cuiuſque peculiaribus confiſa principijs demonſtrare contendit. Ipſa itaq; diſciplina dialectica cum peculiaribus principijs non potiatur, ſed alienis vtatur hunc in modum circa ſubiectas res agit & verſatur. Huiuſmodi fere rethorices etiam eſt, quę cum aliarum ſcientiarũ vtatur principijs ſuum quoq; inſtitutum, ac propoſitum probat perſuadetq;. Idcirco rethorices conſimilis dialecticæ dici ſolet quod vtreq; eodem modo verſantur circa eadẽ.

Vide Simpli. in calce pmi cõmen quid methodus.

Methodus autem eſt quidam habitus qui viam præſtat cum ratione cuiq;, qui ad aliquas artes ſcientiaſq; capeſcendas animum adiungit. Cum circa omnes doctrinas, quarum ſunt principia vel cauſæ vel elementa ex horum perceptione cognitio fiat atque ſcientia.

Textus.

Diximus pauloante illum cum maiorem ſyllogiſmi propoſitionem ponat, minorem & cõcluſionem omittere. Statim itaque in procemio propoſitio maior elucet. Quocirca vt clarius exploratiuſque intelligamus quid dicitur, oportet demere illam coniunctionem (cum vel quoniam) & hoc modo contextũ legere. Circa oẽs doctrinas quarum ſunt principia, vel cauſæ, vel elementa, ex horum perceptione cognitio fit atq; ſcientia. Hoc enim modo propoſitio vniuerſalis apertior clariorq; habetur. Vel hoc modo legamus circa omnes methodos quarũ ſunt principia vel cauſę vel elementa cognoſcere ſcireq; accidit, eorum perceptione, & deinde accipientes illam coniunctionem (cum vel quoniam) extrinſecus addamus minori propoſitioni, quoniam igitur & naturalium rerum ſunt principia & cauſę & elementa, igitur res naturales cognoſcemus cognitis principijs ipſarum cauſiſque & elementis, deinde reliquam concluſionem (quæ priorem ſequitur) legamus, patet igitur & ea, quæ ad principia naturalis ſcientiæ (& cętera) Hæc itaq; de conſtructione contextus.

Idẽ Simpli.

Circa vero verba cognitio & ſcientia ſeu cognoſcere & ſcire nolunt idem ſignificare, ſed pro cognitione aut cognoſcere volunt intelligi ſimplicem cognitionem ſine demonſtratione, & pro ſcientia vel ſcire, cognitionem cum demonſtratione intelligunt. Alij autem accipiunt hæc idẽ ſignificare verbis geminatis, cuius rei Plato quoq; teſtis eſt qui cognitionem pro exactiſſima, & ſcientifica cognitione adducit quandoquidem in phedone ſic ait. Nam cognoſcere, ideſt acceptam ſcientiam retinere nec amiſiſſe. Deinde dicit, quarũ ſunt principia, vel cauſę, vel elementa. Si enim hanc diſiungendi particulam, vel, acceperimus vt diſiungit cõmunior vniuerſaliorq; fiet ac pluribus ſcientijs ipſa propoſitio accommodabitur. Quoniam non ſolum naturales ſcientiæ, ſed etiam rationales ac intellectuales principia, & cauſas habent, licet elemẽta nõ teneant. At ſi eam particulam vel pro hac copulandi, &, acceperimus ſermo ratioque in ſolis ſcientijs naturalibus locum habebit, vt dicamus. Quarum principia, & cauſę, & elementa. Nam elementa ſunt rerum earum quæ compoſitę ſunt, idem dico compo-

Vide Simpl. vbi differẽtiã Alexãdro de hoc.

ſitas, & naturales, quoniam elemẽtum eſt id quod cõſtituit rem, & fit compoſiti pars. Verum non eo modo pars quo ſunt propriæ partes ſimilares officiales ſeu inſtrumentariæ, quandoquidem hæ proprium in corpore locum propriamq; circumſcriptionem, & actionem officiumq; habeant, ac vnaquęq; ipſarum aliquam partem cõpoſiti certam occupet. Atqui elementa vniuerſa totaq; totis compoſitis ſingulisque adeo minutiſſimis partibus ſeſe inuehunt, ac recipiuntur, vt nulla ſit pars neq; pũctum vt ita dixerim, corporis quæ elementum non capiat. Poſtremo nomen principij vniuerſalius eſt, quoniam dicitur de materia, forma efficiẽte fine ac reliquis, cauſa vero & elementum magis particularia ſunt. Cauſa nãq; de duobus dicitur principijs, quæ ab effectibus ſeparata ſunt videlicet de cauſa finali, & efficiente ac de inſtrumentaria, & exemplari. Elementum autem tribuitur his principijs quæ ſunt rerum conſtituentia, & intrinſeca, formæ ſcilicet dico & materiæ, quę etiam ſunt ipſius effectus partes. Verum non exiſtimes hæc elementa eſſe partes veluti eæ, quæ diſſimilares ac ſimilares appellantur ſed partes ſunt velut eæ, quæ complent, & conficiunt rei ſubſtantiam. Quo autem differat pars ab elemento diximus.

eidem ſenti Simpli.

Cõtra Alex i. & Eudemiũ.

Tunc enim arbitramur unanquanq; rem cognoſcere. Cum cauſas primas principiaq; prima, & uſq; ad elementa cognoſcimus.

Vide hic expõnẽ & Simpli. affert.

Prima principia inquit, & cauſas, vel vt a maxime primis principijs incipiamus, & ita procedendo quouſq; ad propinquiſſima perueniamus, qđ ſi hoc fecerimus tunc diligenter exacteq; vnumquodq; cognoſcemus, quãdoquidẽ, & illius maxime prima principia, media, proxima, & conſtituentia percipiemus, quod quidem his verbis oſtendit. Et vſq; ad elementa. Etenim cauſa efficiẽs rerum naturalium proxima ipſa dico ſcilicet natura, rem ipſam conſtituit, & elementum eius eſt per totam rem ipſam recepta ac digeſta eſt. Vel cum dicit prima intelligenda ſunt prima vniuſcuiuſq; rei principia. Quod quidem ſignificare videtur cum dicat tunc enim vnamquanq; rem cognoſcemus. Nam cognoſcemus ea quę fiunt in ſublime ac cõſtituuntur, cum eorũ maxime primã principia, vt ſunt eorum quæ fiunt in ſublime principia cognouerimus, quod talem materiam ac talem formam atq; talem cauſam efficientem talemq; finalem habent. Nam primam materiam prorſus cognoſcere non eſt ſimpliciter vt earum rerũ quæ in ſublime cõſiſtũt principia percipere, ſed ſimpliciter corporum, quum itaq; vniuſcuiuſq; rei principia hęc efficiens & finale propria peculiariaq; cognoſcimus & peruenimus vſq; ad ipſarum elementorum cognitionem, appello equidem, propria illarum elementa materiam, & formam, tunc reuera vniuſcuiuſq; rei exactam certamq; cognitionem conſequemur & habebimus.

Patet & ea que ad naturalis ſcientiæ principia attinent enitendum eſſe prius determinare.

Diximus Ariſtotelem cum omitteret concluſionẽ ſyllogiſmi quæ ſane erat, igitur res naturales cognoſcuntur cognitis perſpectiſq; principijs, conſequens concluſionem poſuiſſe quod quidem eſt hoc ſi naturales res cognoſcũtur principijs cognitis, patet vt nis enitendum ſit de principijs naturalibus determinare agereq;, q res ipſas naturales cognoſcere voluerint.

Simpli. idẽ.

Natura nobis inſita eſt uia, ut ex notioribus nobis magiſq; manifeſtis, ad notiora magiſq; manifeſta naturæ proficiſcamur. Non enim eadem ſunt nobis nota et ſimpliciter. Quapropter hoc modo neceſſe eſt ex hiſce que naturæ minus manifeſta ſunt: nobis uero notiora, ad ea que apertiora magiſq; nota natura ſunt proficiſci. Sunt autem confuſa nobis primo nota ac magis manifeſta.

Cum dictum ſit in ſuperiore procemij parte ſcientiam de natura nos aliter aſſequi non poſſe, quam cognoſcentes illius principia. Nam (inquit) res naturales habent principia, aut cauſas, aut elementa, & omnis ſcientia doctrinaq; habẽs cauſas vel principia vel elementa comprehenditur principijs cognitis. In pręſentia vult afferre modũ cognoſcendi principia. Sciẽdum eſt itaq; Ariſtotelem dixiſſe in libro de demonſtratione, duos eſſe modos cognitionis ſcientificę, primus quidem eſt demonſtratiuus ſecundus autem pręceptorius, quo vti ſolẽt illi qui aliquem inſtituere erudireq; volunt. Hi autem contrarias inter ſe affectiones habent, quoniam demonſtratiuus ex primis potioribuſq; natura oſtendit poſteriora, præceptorius autem, cum ſit & ipſe aliquo modo demonſtratiuus iuxta ſecundas regulas demonſtrationis, ex poſterioribus natura priora demonſtrat, quem etiam a ſigno coniecturaq; demonſtrationem appellat, ceu ſi quis cerneret fumum dicat ignem ibi adeſſe. Nam is ex poſteriore natura prius probauit, quo etiam docẽdi modo in quibuſdam vtimur quoties nobis nõ eſt facultas vtendi veriore demonſtratione ac potiore, quod ſane fit, quia ſæpe rerũ natura hoc modo ſe habet cum vel principaliora non habet vel ſi ea habet ſunt tamen nobis occultiora & minus manifeſta, quo pacto & ipſe cũ voluiſſet oſtendere in libro de coelo qualis quæq; eſſet lunę figura ex luminibus ipſius vario ſolis aſpectu ſuſceptis, probauit ipſam eſſe orbicularem ac rotundã. Nam ipſa apparet bis cornicularis, bis media, bis vtrinq; gibboſa et ſemel plena, at huiuſmodi lumina alię figuræ quam rotũdę tribui ineſſeq; non poſſunt, quo igitur in loco cõiectura ſignoq; ex luminibus, quæ ſunt poſteriora naturæ figuram eius demonſtrauit, quæ natura prior eſt. Sed veriore demonſtratione hoc modo debebat oſtendere lunæ figuram, luna eſt quintę eſſentiæ igitur eſt rotũda, quoniam non poteſt eſſe aliquod corpus ſempiternum, quin orbiculare ſit, poſtea vero ex hoc quia lunę corpus eſt orbiculare & rotũdum oſtendendũ eſt oportere omnino lunam ita illuminari atq; lumen a ſole ſuis vicibus recipere. Hoc enim eſſet rectius concluſum ac verius conſequens. Si quidem ex prioribus natura probantur poſteriora, ſed quoniam nobis dilucidiora magiſq; manifeſta ſunt ipſius lunæ lumina quam ſint figura & ſubſtãtia eius, merito ex notioribus ignotiora probauit. Idem etiã facit cũ vniuerſaliora genera docet quorũ diſcriptiones, & nõ definitiones tradens ipſa ex poſterioribus natura docet, aut qñdo materiam indicat omnium formarum negatione, quæ quoniam non habent ipſiſmet priora, nec eſſe eſt de his doctrinam facere inſtituereq; ex poſterio-

Vide Simpl. q negat ſecũdu modũ eẽ demonſtrationem.

ribus natura. Cum igitur nunc proponitur nobis principiorum rerum naturalium cognitio Neceſſe eſt vt altero horum modorũ ipſa cognoſcamus. Sed prior modus eſſe nequit, q̃m ſi voluerimus ex principijs ip principia oſtẽdere ac ꝓbare, hoc modo rerũ probatio abibit in infinitum, ſemper ab his principijs quæ demonſtrantur alia diuerſaq; inquirentes. Reliquum ergo eſt vt ſecundo demonſtrationis modo ad capiſcenda docendaq; rerum principia vtamur, atq; ex his quæ ſunt naturæ poſteriora ad eorum cognitionem veniamus. Nam (inquit) ſemper natura priora et apertiora nobis poſteriora ſunt & minus manifeſta, & ea quæ apud nos priora & magis manifeſta ſunt naturæ poſteriora, et ignotiora. Quapropter inquit oportet nos ex notioribus nobis prioribuſq;, naturæ autem poſterioribus, & ignotioribus doctrinæ initium facere. Hæc autem inquit confuſa ſunt, nam hæc nobis ſunt notiora, & magis manifeſta, naturæ vero ignotiora. Confuſa autem ſunt ipſa vniuerſalia: quamobrem ab vniuerſalibus exordium doctrinæ ſumendum eſt (hęc igitur inquit hoc in loco Ariſtoteles.) Quærunt hic quonam pacto Ariſtoteles inquit, vniuerſalia eſſe naturæ poſteriora, & ignotiora: nobis vero priora, & notiora, & alibi contrarium oſtendat ſcilicet vniuerſalium cognitionem ſuapte natura nobis poſteriorem aduenire ignotioremque eſſe. Nam ſolius ſcientiæ eſt vniuerſalia complecti, ſed ſcientia in nobis poſterius naſcitur eamq; poſtremo fere conſequimur. Item quæſunt quæ Ariſtoteles vocat vniuerſalia hoc in loco. Reſpondemus itaque illum hic vocaſſe vniuerſale ipſum particulare quod quidem (vt ipſe ait in libro de interpretatione) a ſingulare diſtinguitur eo quod ſingulare definitum, eſſe videtur, ipſum autem eſt indefinitum indiſtinctumq;. Quid enim aliud eſt particulare quam ſingulare indefinitum quod pluribus poteſt competere. Hoc igitur particulare tum quia indefinitum eſt, tum etiam quia confuſum merito vocauit vniuerſale, vocauit illud inquã vniuerſale quoniam pluribus congruere poteſt, cum ſingulare vni ſoli congruat, vocauit etiam confuſum quoniam indefinite, et indiſtincte competit his quibus competit. Quo fit, vt cognoſcentes vniuerſalia & ſingularia claram diſtinctamq; principiorum ac rerum habeamus cognitionem. Nam quando dicimus Socrates animal eſt, vel homo eſt, difinitam diſtinctamq; hominis & animalis naturam habemus, atqui quum ſingularia cognoſcimus per particulare, ceu quando dicimus aliquod animal eſt vel aliquis homo; vt cum aliquod animal eminus vel hominem intuemur, indiſtincte confuſeq; cognoſcimus, quoniam quodã animal poteſt eſſe homo, equus & cęterorum animaliũ vnumquodq;. Eodem etiam modo aliquis homo poteſt eſſe Plato Alcibiades vel aliquis alter. Prima igitur nobis eſt confuſorum cognitio. Nam Socratem cum eminus ipſe videam illum prius cognoſco aliquod animal eſſe, & hac ratione ipſius cognitio qua animal eſt, confuſa habetur; ſiquidẽ quodam animal quoduis aliorum animalium eſſe queat. Deinde cum proprius acceſſerit, quem dicam eſſe aliquem hominem, hac rurſus ratione etſi ab alijs animalibus ſeparetur confuſam nihil minus habeo illius cognitionẽ, quippe aliquis homo aliorum hominum quicunq; eſſe queat. Quamprimum tamen huic cognitioni confuſę peculiares Socratis proprietates adiunxero, mox eius exactiſſimam certiſſimamq; cognitionem aſſequar. Hoc modo porro inquit & pueri facere ſolent, qui primum cum cognitionem parentum patrumq; confuſam habeant, eos non velut patres agnoſcunt ſed vt homines, quocirca & omnes patres exiſtimant, poſtea vero cum reliquo ętatis tempore aſſueſcunt patris mores peculiariaq; animaduertere, tunc diſtinctam eius cognitionem habentes illum a cęteris hominibus diſcernunt. Verum quidam aliam interpretationem adducunt. Nam aiunt, vt proprium vniuerſalis conceptum ſeruemus, dicendum eſt nunc Ariſtotelem illud appellaſſe vniuerſale quod eſt in multis. Quoniam vniuerſalium aliud eſt ante multa nobis notũ, ſed ſero apprehenditur, aliud eſt in multis & poſterioribus quod nobis aduenit cognoſciturque poſtquam perfecte intellectu & ratione potimur, quando ſcilicet poſſumus ex particularibus quãdam naturam ipſis communem abſtrahere. Atqui de illo quod eſt ante multa vniuerſale diſſerere ad theologum magis ſpectat, de illo quod eſt poſterius genus poſteriuſq; abſtrahitur, ad dialecticum ſpectat agere. Naturali autem philoſopho congruit de illo agere quod in multis eſſe dicit. Hoc igitur aiunt Ariſtotelem in pręſentia dicere nobis eſſe prius & notius atq; confuſum dici. Nam cum aliquid eminus veniens intuemur, primo illum per vniuerſalia confuſaq; cognoſcimus, quoniam illud prius percipimus eſſe corpus ſimpliciter, deinde animal, poſtea hominem, atqui quale corpus, quale animal, qualiſq; homo ſit nondum perſpeximus. Ego tamen ſecundam interpretationem neq; Ariſtotelis doctrinæ neq; ipſi rerum naturæ conſonare affirmo. Primum exempla, quę ipſi proferũt nec generis quod eſt in multis ſunt, ſed particularis & indefiniti. Quid enim aliud eſt genus in multis quam congregatio particularium, videlicet prædicatum quod cõmuniter de omnibus prædicatur, atqui quum id eminus paſſimq; accedit, dixero animal eſſe vel hominem hoc ſane non exiſtimo eſſe congregationem particulariũ vel animal, quod de omnibus particularibus prædicatur, ſed opinor illud eſſe ſingulare, quod eſt proxime ſub ſpecie ordinatum, quod quidem eſt indefinitum quoniã neſcio neq; ferre ſententiam queo, quale ſit eorum ſingularium quæ ſub ſpecie collocãtur, propter id etiam particulare dico aliquod animal & non ſingulare, quoniam cum ſit indefinitum poteſt pluribus ſingularibus competere, & hac ratione illis vniuerſalius eſſe. Nam ſingulare quum definitũ ſit, nõ poteſt cuidam alteri congruere, particulare autem, quoniam indefinitum illimitatumue eſt poteſt pluribus competere, primo igitur (vt dicebã) exẽpla, q̃ illi afferunt non indicant ſignificantq; genus quod eſt in multis. Deinde genus quod eſt in multis & ſi naturæ particulari poſterius eſt & ignotius quoniam natura id ſcit, quod ipſa efficit, at ipſa nullum vniuerſale efficit, ſed ſolum ſingularia, tamen quia ex collectione particularium vniuerſalia conſiſtunt, poſterius eſt nobis cognitione, quapropter & ignotius erit. Nam in primis ſingularia percipimus, ſiquidem ſenſus his prius occurrat, & hęc primum ſuſcipiat, primo nanq; per ſenſum operamur & agimus, deinde intellectus ratioq; colligẽs,

Primo poſteriorũ Ariſt. & los grãma.

Simpli. paucis re expedit vide

Q̃ ſic particulare hic appellauit vlẽ & cõfuſum.

Alia expoſitio ſeu ſñia.

Triplex vlẽ

Refutat ſecũdã expõnẽ q̃ etiã latinorũ eſt vide Simplicium

Secundum argumentũ

particularia ſenſu cognita, horum omnium congregationem, vel ſimpliciter, vel omnibus communem genus vocat, quapropter cognitio generis quod eſt in multis nobis poſterior eſt, & ob id ignotior, facilius nanque ac promptius ſingularia percipimus, quam vniuerſalia.

Tertiū argū.

Prǽtereaneque ipſa interpretatio exemplis Ariſtotelis accommodari conuenireq́ poteſt, quoniam puer quanquam omnem virum velut patrem agnoſcat, attamen vniuerſalis cognitionem non habet, ſed particularis & indefiniti. Nam cum ipſe nō teneat diſtinctas ſingularis figuras, quas principio videt obtinereq́ cuiuis hominum accommodat, quod quidem etiam nos præueniendo diximus, quoniam quādo aliquid paſſim accedens uidebimus, vt animal cognoſcimus illud, & non vt genus. Scimus enim ipſum vnum aliquid eſſe ſed velut indefinitum ſingulare, quod quidem eſt particulare, prorſus itaq́ ſecunda expoſitio incongrua contextui eſt, quamobrem intelligamus vniuerſale ſecundum primam expoſitionem ipſum particulare, quod ſane eo quod eſt indefinitum, confuſum, & vniuerſale merito dicitur.

Contra latinos.
Quartum argumentum.

Nam genus non eſt confuſum, quoniam quando animal dico iam ipſe definiui ſubſtantiam, etſi de infinitis vel de vno diceretur non magis vel minus animalis ſubſtantia cognoſceretur, quum autem dico aliquod animal, quoniam animus cognitioq́ non ſolum nobis fert animalis cognitionem verumetiam quandam differentiam exhibet quæ eidem ineſt & ſeparat idem ab alijs, etſi aliqua differentia eidem addita non ſit, qnoniam hoc propriū eſt ſingulari. Quocirca confuſum eſt & indiſtinctum.

Quintum argumentum.

Item idem eſt (ut dicebam) naturæ poſterius quoniam particulare ex ſingularibus trahitur atq́ componitur, quandoquidē eſt quædam communis vox, quæ poteſt omnibus ſingularibus propriè conuenire. Cum igitur hoc modo vniuerſalia & confuſa ſint nobis notiora & propria neceſſarium eſt in diſputatione ſermonem de principijs a confuſis communioribus et indiſtinctis exordium ſumere.

Dubitatio.

At ſiquis diceret communiora & confuſa nobis non ſolum notiora & priora eſſe ſed etiam naturæ, quippe quæ opificium opuſue ex communioribus ſemper & indiſtinctis incipiat, ceu cum vult Socratem producere ipſius corporis ſimpliciter prius ſuſcipit rationes, quod quidem commune non modo conuenit animatis ſed etiam inanimatis, quapropter confuſum eſt. Nam quantum ad corporis opificium, non conſtat quale ſit illud corpus quod ipſa inſpicit & procreat, ſed deinde procedens illud magis diſtinguit & determinat & ita animal efficit, quod quidem adhuc indefinitum & communius eſt, ſimiliter ſecundum eandem rationem hunc hominem producit, & poſtremo adiungit eas differentias quæ ſunt magis propriæ, & facit ſingularia ceu Socratem: Alcibiadem: ergo quæ ſunt naturæ priora, hęc communiora & confuſa ſunt, quocirca & notiora eidem tanquam proximiora & propinquiora.

Contra reſponſum ql qſpl am dicere.

Obiectio bona cū ſint diſſimiles proceſſus naturę & cognitiōis noſtrę.

Atqui ſiquidam reſpondebunt dicentes ipſam naturam intentionem habere producendi ſingularia, & horum cauſa imprimis communes rationes procreare aggredi, abſurdū profecto eſt, quoniam & cognitio noſtra intentionē cognoſcendi ſingularia habet, cuius rei cauſa vtitur a principio quadam via ex communioribus. Nos igitur hanc dubitationem ſoluentes dicimus naturā nunquam communiora & confuſa ſed ſemper ſingularia & determinata facere. Nō enim vt nos quod eminus exiſtens paſſimq́ accedens affirmantes aliquod corpus eſſe poſſumus dicere hoc aliquod corpus eſſe animatum, vel inanimatum, aut equinum, vel humanum, cum cuiuſdam corporis nullo pacto impediatur ipſa phantaſia ad aliquid horum duci, ita etiam natura cum Socratem primo efficit, tale corpus prius procreat quod queat lapidi vel equo conuenire (certe nequaquam) immo neq́ cuiuis hominū illud corpus quod procreat poteſt congruere, ſed ſolum Socratem. Similiter etiam animal hominemq́ natura efficit quæ ad Socratem tantum attinent, vnde natura ſolum particularia efficit. Nā etſi cum prima procreat quæ materiæ rationem continent, ante illa poſtq́ illa & ſecundum illud cum eam conuenimus quatenus etiam nos ab his quæ magis materialia ſunt initium capimus, tamen ab ea ſumus alieni atq́ diſſentimus quatenus ea quidem ab his rebus incipiat quæ ſunt magis particulares quæ deinde collectione ſingularium facit vniuerſale, nos autem econtra ab vniuerſalioribus incipientes ad ea quæ magis ſunt particularia proficiſcimur, etſi ſemper natura efficit determinata, ex his tamen confuſa ſiunt iuxta eum modum quem diximus, a quibus nos poſtea facientes principium ad diſtincta procedimus: quapropter etſi ſuperius intentionem prædictorum diximus ac deductionem, repetamus tamen.

Optima deductio & collectio prędictor vt ipſo nemo clari9 dixerit.

Proponitur equidem nobis res naturales cognoſcere, naturales videlicet quæ exiſtunt & ſubſiſtunt. Hęc autem ſunt ſingularia, quoniam nullum vniuerſale communiſq́ per ſe ſubſiſtit neq́ enim habetur corpus ſimpliciter quod non ſit hic lapis vel hoc lignum. Item nec ſimpliciter animal quod non ſit equus vt flauus, vel belius, aut hic homo, prætereà natura non efficit vniuerſale, neq́ illud cognoſcit quā quā ſcit illud producit, & cōtra quā ꝓducit illud itē cognoſcit, at ipſa ſolū particularia procreat, hæc itaq́ ſolū comprehendit, quoniam ſi vniuerſale cognoſceret profecto illud efficeret. Quoniam ergo nobis propoſitum eſt res naturales, quæ ſubſiſtunt cognoſcere, cognoſcitur autem quodcūq́ cognitis principijs, ergo res naturales, quæ ſubſiſtunt cognoſcimus propria vniuſcuiuſq́ cognoſcentes, at quia non eſt cuiuſuis principiorum primorū alia inuenire principia, oportet ex poſterioribus natura nobis autem prioribus, et notioribus, recurrere ad principiorum cognitionem.

Themiſti9 & Simpli. idem dicunt.

Sed poſteriora naturę nobis autem priora, & notiora, ſunt ipſa communiora & ea quæ pluribus competunt, quæ confuſa ſunt reſpectu magis peculiarium, et diſtinctorum principiorum, quandoquidem communiores atq́ indiſtinctæ imaginationes nobis ſemper primo occurrant, & adueniant, poſtea vero ex his ad magis proprias atq́ determinatas proficiſcemur, vt inditio eſt puerorum cognitio atq́ ea idem ſignificens, quæ eminus exiſtentia paſſimq́ accedentia intuemur. Nam primo intuitu atq́ aggreſſu totius rei cognitionē aſſequi nobis indiſtum eſt. Quocirca Ariſtoteles (inquit) oportet ex communioribus confuſiſq́ doctrinæ exordium facere, ob id ergo his incipit communiter de principijs quęrere. Vtrum vnū ſit vel plura. Hęc nanq́ doctrina ſumit initium a communioribus et confuſis (quoniā qui inueſtigare proponit) ſi vnum vel plura ſint rerum naturalium principia,

Hęc ſimpl. optime commutat.

cipia, nullius proprij principij naturalis proprietates
docet ſed ipſa communia perſequitur, ſcilicet quot
ſunt vniuſcuiuſq; rei principia naturalia, quod quidē
poſterius eſt natura ex particularibus collectum &
confuſum. Nam cum nullum vniuerſale natura agat,
ſed vnumquodq; particulare efficit (quemadmodū
diximus) comprehendit tamen in generatione alicu-
ius tot principia numero definita quem modū etiam
ſeruat in cunctis rebus. Hoc ergo doctrinæ principiū
commune & vniuerſale poſterius eſt et ex generatio
ne particularium rerum capitur & ſubſiſtit. Item cō-
fuſum eſt, quoniam non diſtinguit quæ ſit proprietas
vniuſcuiuſq; principij; ſed deinde ad aliquod magis
determinatum ſeriatim ſermo procedit. Item id do-
ctrinæ principium reſpectu propriorum principiorū
vniuſcuiuſq; confuſum & indiſtinctum eſt. Nam quā
do adiſcimus aliquod principium eſſe materiam, hoc
formam, illud vero priuationem, communem profe
cto & confuſum ſermonem adiſcimus, quoniam alia
eſt materia quę ſubijcitur cœleſtibus ſempiterniſq; re
bus, & alia quæ generandis caduciſq; tribuitur. Itē &
horum quæ ortui ſubdita ſunt, alia materia eſt illa
quæ ſubijcitur rebus, quæ in ſublimi regione viden-
tur, alia his quæ ex ipſa terra ortum trahunt videlicet
alia eſt plantarum, alia animalium. Quamobrem ſi
materiam in hoc libro docet tamē de illa diſſerit quæ
communiſſima materia appellatur, & de quacunq;
materia prædicari poteſt. Equidem non eſt vna na-
tura materiæ neq; ipſius primæ quoniam alia eſt ma
teria quæ in cęleſtibus ponitur, & alia quę generabili
bus tribuitur. Itē aliquis poteſt facillime animaduer-
tere aliud eſſe ſubiectum in rebus quod velut mate-
ria ipſis ſternitur, et aliud eſſe formam quę in materia
introducitur, ceu in ligneis cereiſq; vaſibus ac alijs
omnibus rebus quæ ita ſe habent. Præterea aliquis
poteſt inſpicere eandem eſſe in omnibus proportio-
nem ſi proprium vniuſcuiuſq; principium cognoue
rit, ceu ſi his rebus quę fiunt in ſublimi regione, ſubij-
ci calidam & humidam exhalationem; & cęleſtibus
quintam eſſentiam cognouerit quo fit vt magna dili
Du' itatio optima. gentia ac non exiguo ſtudio opus eſt ſi propria rerū
principia complecti voluerimus. Sed aliquis forſitan
ambiget, quoniam ſi de informi primaq; materia hic
diſſeritur, quonam pacto ex poſterioribus natura ha
beri doctrinam aſſerimus. Nam materia eſt omnium
Rn̄ſio. rerum primum principium. Atqui ipſe reſpondeo
principaliſſimam materiam primum principium eſſe
vt corporum, quo fit vt hoc modo illa ſit primum
principium, at vero vt animalium, plantarum metal-
lorum, & eorum quæ in ſublime fiunt vel cœleſtium
aliud peculiare principium eſt. Cum itaq; rerum quę
in ſublimi loco fiunt, primum principium inueſtiga-
mus illud profecto non poſſumus affirmare primam
materiam informem eſſe, quippe quæ non ſit magis
harum rerum principiū q̄ omnium ſimpliciter cor-
porum, ſed oportet inquirere peculiare illorum ſub-
iectum ac principaliſſimum principium quatenus in
Alia rn̄ſio. ſublime fiunt. Item aliter reſpondeo, quoniam etſi do
cet informem materiam nihilominus doctrina a com
munioribus confuſiſq; incipit. Equidem a cōfuſis quo
niam materia cœleſtiū nihil minus informis eſt quam
illa rerum quæ generantur, qua ratione, nihil propriū
de propria horum, vel illorū materia dixit, ſed quē-
dam communem ſermonem de ipſis facit. Et hoc cō-
mune profecto eſt natura poſterius, quoniam natura
nullum commune producit ſed ſingularia ex quibus
colligitur commune. Vnde neq; primam materiam
vniuerſalē natura producit. Nam ipſa (vt ſępe dixi)
ſingularia producit, quorum vniuſcuiuſq; materia
proxima habetur, quam natura cuiuſuis rei opifex
facit, primam igitur materiā nulla natura efficit, quo-
niam a primo ipſa proficiſcitur & pendet, & non a na
tura. Nam ſi quæ prima dicunt a natura ignorantur
ergo ipſa materiem informem non efficit. Itaq; Ari
ſtoteles cum docet informem materiam, de primis na
turæ & notioribus non diſſerit, niſi aliquis autumet
informem materiam naturæ ſimpliciter vniuerſali,
ac ei quæ vniuerſa continet, notiorem eſſem. Sed du
bitatione dignum eſt, quonam pacto quæ hic dicun-
tur, non aduerſantur his quæ in primo libro de demō
ſtratione aguntur. Nam hoc in loco, cum dicit nobis
inſitam eſſe quandam viam ex notioribus nobis ma-
nifeſtioribuſq; ad manifeſtiora naturę et notiora pro
cedere, aſſerit vniuerſalia nobis notiora & ſingularia
occultiora, & naturæ notiora, quocirca (inquit) ex
vniuerſalibus ad ſingularia oportet procedere. Nā
inquit totum ſenſu notius eſt, at qui vniuerſale totum
quodam eſt. His ergo quæ in hoc libro aſſerit in pri
mo libro de demonſtratione aduerſatur, vbi vniuer
ſalium cognitionem nobis poſteriorem eſſe aſſerens
ſic inquit. Dico enim quo ad nos priora & notiora
quæ ſunt proximiora ſenſui. Sunt autem longiſſime
poſita vniuerſalia propinquiſſima vero ſingularia.
Quęſtiones itaq; ſunt duę, vna quomodo in hoc li- Duę q̄ōnes: Prima.
bro aſſerat vniuerſalia eſſe notiora ſenſui, qua de cau
ſa inquit nos oportere incipientes ab vniuerſalibus
ad ſingularia procedere. Et in libro de demonſtratio
ne aſſerit ea quæ proxima ſunt ſenſui ſingularia eſſe
et longiſſime poſita vniuerſalia. Altera eſt quomodo Secunda.
in libro de demonſtratione prima naturæ inquit eſſe
vniuerſalia. Hic autem ſingularia: Quanquam enim
hæc non ita in contextu verborum Ariſtotelis ponā
tur, attamen neceſſe eſt, vt hoc modo ſequantur, quo
niam ſi naturæ manifeſtiora ſunt ſingularia & prima,
et nos paulo ante diximus id cognoſcere naturā quod
efficit, & efficit ſingularia, igitur. At vero nos iampri
dem quęſtionem primā fere diſſoluimus, qm̄ vlē hic
nō aſſerit pprie vlē, ſed particulare & cōfuſum eo qd
pluribus cōgruit, quapropter hęc illis non aduerſant,
veruntamen ſingulare ſenſui notius eſt, quoniam ſen
ſus vniuerſale non percipit, ſed quoniam omnis natu
ralis cognitio ex imperfecto ad perfectum proficiſci
tur, idcirco prius confuſe & indiſtincte ſenſus occur-
rit ſingulari & illud apprehendit, qui mox proprias
ſingularis figuras diſcernere a ceteris non poteſt: Vn
de ob id hanc ſenſus cognitionem vniuerſalem ap-
pellauit. At in libro de demonſtratione vniuerſale
proprie accepit. Quamobrem hęc inter ſe conſona
& non contraria ſunt. Sed quonam pacto hic ſingula
ria determinataq; prima naturæ eſſe inquit, ibi vero
vniuerſalia. Reſpondeo itaq; quemadmodum in ſin- Rn̄ſio ad ſecū[n]dā dubitationem.
gulis animalibus non ſolum vnicuiq; parti earūque-
dam naturalis vis tale officium adminiſtrandi q[uo]d cō
ceſſit ac commiſit, ſed etiam quędam alia eſt, quæ to
ti prouidet et vitam vnam concentumq; ex omnibus
partibus perficit, ſiquidem partes ad totum compara

tæ habent rationem materiæ, ita neceſſario oportet eſſe in ipſo vniuerſo naturam, quæ illi prouideat vt in vnoquoq; particularis quędam natura eſt vniuſcuiuſq; opifex & ſeruatrix. Nam oportet ſingularia in vnam vniuerſitatem concentu quodā redigi. Vnde nam haberentur communitates in generibus & ſpeciebus niſi foret huiuſce communitatis cauſa. Neque enim ex caſu neq; per accidens communitas fit, ergo illius cauſa quædam natura eſt. Et ſi aliquid eorum vniuerſalium per ſe non ſubſiſtat ſed in generatione omnium particularium conſiſtat. Vt ergo in vnoquoq; indiuiduo ſine partibus vniuerſitas non conſiſtit, quæ generatione partium exiſtit. Vnde ſi dixerimus nullū totum ſimpliciter generari atq; uniuerſum verum eſt, quoniam neq; vniuerſum ſimpliciter idem ſecundum idem gignitur ſed in generatione partium ſimul apparet. Eodem etiam modo neq; aliquod vniuerſale ſecundum ſe fit, ſed cum ipſis indiuiduis quorum eſt vniuerſale ſimul adeſt, & apparet. Quoniam ergo natura vnaqueq; id primum cognoſcit cuius eſt cauſa, igitur quemadmodum ipſa ſingulare producit & illud primo ſcit cuius poſtea proceſſum ī uniuerſalia poſterius cognoſcit. Ita quod eſt vniuerſalium cauſa id etiam illa primo comprehendit, quæ etiam illi ſunt notiora. In hoc igitur opere de natura, quoniam non ſolum intencio eſt vt naturalia ſolū ſciamus ſed etiā vt hæc naturalia, hęc aīalia, hęc metalla, atq; in libro metheorū, vt tonitruū, coruſcationē et cætera hmōi cognoſcamus. Merito igitur poſteriorem nobis ſingulariū cognitionē eſſe aſſerit, primam autem eorum quæ ſunt magis vniuerſalia et cōfuſa, quem procedendi modum præueniendo diximus. At in libro de demonſtratione, quoniam de ſciētia ſermo habetur, quæ vniuerſalium eſt cognitio, prima naturæ & notiora aſſerit eſſe vniuerſalia & nobis poſteriora aduenire, qui cauſam ibi ſcilicet vniuerſalium naturam eſſe affirmat. Quamobrem hæc inter ſe non diſſentiunt ſed ipſiſmet coherent conſonaq; ſunt. Cæterum contextum legamus. Inquit itaque incipientes ex nobis notioribus, naturæ autem occultioribus perueniemus tandem ad ea quæ nobis immanifeſta ſunt naturæ autem clara & manifeſta. Cum igitur inquit ad capeſcendam rerum cognitionē hoc modo prorſus nobis inſitam viam eſſe, neceſſe etiam nunc eſt nos cupientes rerum naturalium cognitionē complecti ac conſequi, hoc modo doctrinę vti.

Poſterius autem ex hiſce nota fiunt principia: et elemēta his qui hæc diuidunt. Icciroo ex uniuerſalibus ad ſingularia procedere nos oportet. Ipſum nanq; totum ſenſu notius eſt. Vniuerſale autem totum quodam eſt: quippe uniuerſale multa complectatur ut partes.

Nam communiora & confuſa diuidentes occurrimus in magis propria & diſtincta, totum enim ſenſu notius eſt. Vniuerſale autem totum quodam eſt, quippe multa complectatur ut partes. Nam vt in ſenſibilibus videre licet, ſi aliquod animal eminus adueniet accedatq;, ocius profecto aſpectus viſuſq; toto corpori occurit, ac illud comprehendit q̄ caput, & manum. Vnde ocius aliquis dicet id quod accedit animal eſſe q̄ hominem, hoc etiam modo euenit his rebus quas intellectus ratioq; contemplatur, vt vniuerſalia & cōmunia nobis notiora ſint, quā proxima, & propria. Nam ſemper eſt quædā proportio ſimilitudoq; vniuerſalis ad totum, quoniam quo modo totū continet ſuas partes, eodem etiam vniuerſale cōtinet particularia. Verum inter ſe differunt, quoniam vniuerſale tradit his quæ ſub illo ordinata ſunt propriū peculiareq; nomen. Atqui totum id prorſus non efficit, quandoquidem digitus manus non appelletur, neque vnguis digitus. Cum igitur vt totum ſenſui notius eſt, ita vniuerſale rationi & intellectui, & ex notioribus manifeſtioribuſq; initium facere oportet, ex hiſce ergo ſcilicet vniuerſalibus principium doctrinæ, & hic ſumendum eſt. Porro rethores primum diſſerunt de communibus rerum capitibus, ab hiſq; ſumunt initium, deinde hoc modo de propriis vniuſcuiuſq; ſpeciei diſputant aguntq;. Hoc etiam modo facit Ariſtoteles in libro de priori reſolutione, qui anteponit priuſq; inſtituti ſermonem de ſyllogiſmo ſimpliciter, quam de ſyllogiſmo demonſtratiuo dialectico & ſophiſticō. Facile igitur ex communibus propria aſſequimur, & comprehendimus.

Hoc idem quodammodo ſuſtinent et nomina ad rationem. Totum enim quoddam indiſtinctumq; ſignificant: eo circulus cuius definitio diuidit in ſingula. Pueri quoq; appellant primum omnes uiros patres: & mulieres matres. Poſterius autem horum utrumq; diſcernere definireque uidentur.

Nomen enim vniuerſaliter, & confuſe ſubſtantiā rei ſignificat, vt homo, animal, circulus, atqui ratio id eſt definitio diſtincte diuiſimq; vnumquodq; eorum quæ rei inſunt, ſignificat, ac idem diuidit in proprias partes. Nam quum ipſe hominem dixero certe totā, & cōfuſam quandam vocem dixi protuliq; complectentem in ſe ipſa multas res. Atqui definitio ſimilis eſt diuiſioni in partes quoniam qui ait animal rationale mortale ſubiectam nobis ſubſtantiam diſtincte ſignificat. Sed pulchre adiecit hoc verbū quodammodo, quoniam non quemadmodum totum ipſum diuiditur in partes, ita & ipſum nomen eſt ab ipſa diffinitione diuiſum, ſed nominis ſignificatum diffinitio diuidit neq; quopacto ſingulare eſt vniuerſalis pars, definitionis partes ſunt nominis partes. Non enim hæc ſyllaba literaue, a, ſi acciderit eſſe ſyllaba hominis, ſcilicet huius nominis gręci anthropos ſignificabit animal, neq; alia rationale, definitio igitur non diuidit niſi nominis ſignificatum, quoniam hic a nomine ſignificatur. Nunc autem ſermo eſt de ipſa voce, atqui vniuerſalis animalis partes ſunt ipſa ſingularia aīalia.

Neceſſe eſt itaq; aut unum eſſe principium aut plura etſi unum: uel immobile: ut aiunt Parmenides et Meliſſus: uel mobile ut naturales aſſerunt: quidam aerem: quidam aquam primum principium eſſe dicentes. Si uero plura aut finita aut infinita. Et ſi finita et plura uno: duo: uel tria: uel quatuor: uel alio quodam numero eſſe oportet.

Hinc ſermonem de principiis aggreditur. Et id, q̄d quidem facere conſueuit nunc etiam facit. In primis veterum opiniones falſas confutat. Quocirca eas ex diuiſione ſciētifica ſimul & manifeſta accipit. Ex ſciētifica quidem quoniam fiet fit ſecundum contradictionem.

Vide Platonem pro hoc decimo dialogo de legibus.

P imo poſte. & priorum vide lo. grā.

ctionem. Nam hæ diuiſiones quæ ſcientiam pariunt haberi ſolent per contradictionem, quæ ſcientificæ appellantur, quoniam ineuitabiles ſunt, quandoquidem nihil ſit quod effugiat contradictionem. Ex manifeſta quoq; , quoniam ſit ex his quæ omnibus perſpicua ſunt. Nam vnum & multa omnibus conſtant. Idcirco inquit neceſſe eſt itaque principia vel vnum vel plura eſſe. Et quanquam hæc non ſit per ſe contradictio, attamen equiualet cõtradictioni, quoniam

Textus.

non vnum neceſſario multa eſt. Neceſſe eſt igitur (inquit) principium vel vnum eſſe vel plura. Et ſi vnũ vel immobile vel mobile. Si uero plura vel finita, vel infinita, & ipſe hactenus diuiſionem produxit. Et quia in his quæ deinceps explicabit, videtur alias diuiſionis partes ipſimet addere, conſentaneum nobis eſt a principio perfectam diuiſionem afferre. Itaque neceſſe eſt principium vel vnum eſſe vel plura, & ſi vnum vel immobile vel mobile, etſi immobile aut finitum aut infinitum. Etſi mobile vel finitum vel infinitum. Item ſi plura vel finita vel infinita, etſi finita, aut mobilia aut immobilia, etſi finita vel mobilia vel immobilia. Et hæc eſt abſoluta principiorum diuiſio.

Pro hac diuiſiõe vide Simplicium idem ſere & alia dicit.

Verum ſiquis quæreret, quamobrem vnum principium mox diuiſimus in id quod immobile, atque in id quod mobile eſt, & deinde in infinitum & finitum, & plura principia in primis diuiſimus in finita, & in infinita, deinde immobilia & in immobilia? Reſpondemus fieri poſſe, vt eodem modo vtranq; diuiſionis partem diuidamus, illud tamen excipitur, quoniam vni magis peculiaris eſt motus quam infinitum, & multitudini magis infinitum congruit, quam motus. Idcirco vnum principium mox in mobile, & in immobile diuiſimus, plura vero in infinita & finita. Vnum itaque principium eſſe & immobile Parmenides & Xenophanes arbitrati ſunt, quos conſtat vbiq; de rebus naturalibus minime loquutos fuiſſe, vt ipſe Ariſtoteles etiam in libris Metaphyſices dixerat. At ij viri neque ita inſanire videntur, vt nullum eſſe diſcrimen inter aquam & ignem cenſerent, ſed eiſdem Ariſtotelis verbis perſpicuum eſt, hos vero non, vt naturales de hoc vno principio infinito diſſeruiſſe. Quoniam cum dicit, etſi vnum vel immobile, quemadmodum aiunt Parmenides et Melliſſus, ſubiunxit vel mobile (vt naturales tradũt) perinde ac ſectatores Parmenidis non ſint naturales. Prӕterea manifeſtum eſt ipſos non de naturalibus rebus diſſeruiſſe. Quorum Parmenides (vt ipſe Ariſtoteles etiam in libris de generatione aſſerit, atque aſſentiunt eius interpretes) in libris quos ſecundum opinionem conſcripſit, ignem & terram dixit eſſe omnium principia, ſed in libris quos iuxta veritatem edidit, vnum eſſe omne finitum & immobile. Verum nobis exiſtimandum non eſt, vt in libris quoad opinionem conſcripſit, ea quæ ſibi videbantur non dixerit, ſed ea quę multis placebant, & in libris quos ſcripſit iuxta veritatem ea tractauerit, quæ ſibi videbantur. Etenim in his libris quos ad opinionem conſcripſit, diſſeruit etiam de his quæ ita ſibi ſentire videbatur. Sed quoniam de intellectualibus rebus in libris iuxta veritatem ſermonem faciebat iure congrueque de veritate librum inſcripſit, in libris autem ad opinionem, quoniam diſſerit ibi de ſenſibilibus, quæ quidem Timæus opinabilia vocauit, idcirco librum ſic inſcripſit. Nam quæ ſemper ſunt intelligentia vna cum ratione complectuntur concipiunturq;. Senſibilia autem quæ generabilia interitura diſſolubiliaque vocat, opinio comprehendit ſimul cum ſenſu irrationale. Quapropter de intellectualibus hæc vnum, immobilia, & finita dici aſſeruit. Nam cum intellectualia ad vnum magis redigantur veluti proximiora vni rerum omnium principio, idcirco illa vnum vocauit. Vnum itaque finitum & immobile Parmenides & Xenophanes dixere. Vnum autem immobile, & infinitum Melliſſus aſſeruit, qui etiam de eiſdem (vt dicebam) diſſeruit propter id, quoniam ipſe illud vnum infinitum eſſe affirmauit, & ſectatores Parmenidis illud finitum tradidere, quod quidem illi fecerant vt cognoſceretur vis definita & ſpecifica ipſorum intellectualium eſſe, at ipſe Melliſſus, vt ad infinitatem virtutis poteſtatiſque vnius cæteros deduceret, ita illud infinitum eſſe aſſeruit. Quicunque igitur vnum ens eſſe dixerunt, mox illud immobile eſſe recte opinati ſunt. Quoniam ſi moueretur, vnum vbique non foret, ſiquidem motus, locus, tempus, & huiuſmodi alia forent in quibus motus tranſigeret. Sciendum tamen eſt hos, cum vnum omne eſſe dicunt non de principijs ſermonem facere.

Aduerte.

Nam ſi vnum eſſe rerum omnium principium affirmaſſent, tueri profecto non poſſent vnum ens duntaxat eſſe, quoniam cum principium eſt oportet etiam vt ea ſint quæ ex principio proficiſcuntur, ſiquidem hæc ad aliquid ſunt. Nam principium, aliquorum eſt principiũ. Quapropter hi non loquebantur de principijs, ſed de entibus ſimpliciter.

Dubitatio pulchra.

Atqui ſi de principijs ij non diſſerebant, cur Ariſtoteles hos refellit tanquam vnum eſſe principium ſtatuerint? Reſpondeo itaq; quoniam etſi de principijs non diſputarunt, attamen Ariſtoteles ſic eorum rationes refellit, cupiens tale dogma de medio tollere, perinde ac quiſpiam vnum eſſe rerum naturalium principium ſtatuerit, vnum equidem principium dixerũt ij qui illud etiam immobile eſſe autumarunt. Sed eorum, qui vnum & mobile principium affirmauerunt, alij finitum eſſe, alij vero infinitum poſuerunt. Vnum autem mobile finitũ Hippaſus, Heraclitus, Thales, Hippon, cognomento Atheus aſſeruerunt. Heraclitus nanq; et Hippaſus ignem eſſe rerum principium dixere, quoniam inter alia tenuioribus partibus conſtat, & facile beneq; formabile eſt. Neq; Idcirco nobis cenſendum eſt illum rationem formæ obtinere, quia continet alia, ſiquidẽ de materiali principio modo diſſeramus, Thales autem, & Hippon ob rerum prolem ac quia viderunt foetum humidum, eſſe aquam rerum principium dixerunt. Et quanq; ſpermata ſicca eſſent attamen niſi humecta ſint, deinceps; diffluant non producunt. Item eorum qui vnum principium mobile, & infinitum dedere, quidam illud aerem eſſe poſuerunt, quidam vero medium inter aerem, & aquã vel inter ignem, & aerem ſtatuere, Diogenes nanq; Apoloniates, & Anaximanes aerem ſuppoſuerunt eſſe principium, tum quia facile formabilis eſt, tum etiam quia inter corpora incorporalis magis ac inſenſibilis eſt. Item Anaximander medium inter aquam, & aerem vel inter aerem, et ignem principium eſſe dixit.

Nam cum ea tranſmutatio, quia in aerem aqua mutatur, non immediate fiat, ſiquidem oporteat, vt prius aqua euaporet, deinde vapor attenuatus in aerem mutetur, ac eodem modo de tranſmutatione aeris in ignem, dicẽdum ſit, medium inter hæc dixit eſſe principium, quod quidem aere tenuius eſt, aqua vero dẽſius, aut igne denſius aere autem rarius. Hic ergo philoſophus rectius q̃ alij veritatem attigerat, cum nullum elementum materiã eſſe ſtatuerit, ſed aliud quippiam præter elementa, attamen non ſcite illud poſuit, quoniã principium qualitate formaq; impreſſum poſuit eſſe, cum dixerit illud eſſe aere denſius aqua vero tenuius. Hi præterea autumarunt aerem, vel medium infinitum eſſe, quoniam exiſtimarunt quod ſi ex eis ſemper fiunt generabilia, & non forent infinita neceſſario generationem defuturam, quod quidẽ non conuenit regreſſui neq; rerũ viciſſitudini. Qui ergo vnum principium ſtatuerunt tot ſunt. Nullus nanq; eorum qui vnum dederunt principium, illud terram eſſe poſuit quoniam immobilis eſt atque immutabilis. Cæterum eorum qui multa eſſe principia ſtatuerunt quidam infinita eſſe contendunt, quidam vero finita. Et vtrorumq; quidam immobilia, quidam vero mobilia. Multa itaq; finita & immobilia Timæus dedit Deum. i. ideam & materiã, plura deinde finita & mobilia Empedocles aſſeruit, qui quatuor elementa ac litem, & amicitiam ſtatuit rerum initia eſſe. Hippocrates medicus eodem etiã modo quatuor elementa principia eſſe voluit. Verum Empedocles duos mũdos eſſe coniecit, vnum ex quatuor elementis ſenſibilem, & alterum ſphærum. i. intellectualem, quẽ ſphærum appellauit, quoniam ad ſeipſum reuertitur, & vni magis ſimilis eſt. Hos autem mundos ſibi inuicem viciſſimque tranſmutari. Nam quoties amicitia præualet ac dominatur elementa tranſmutantur in ſphærum. At lite dominante, ſphærum econtra in elementa mutatur, quæ ille profecto aiebat, non ea de cauſa, ut mundi ſeſe alternatim tranſmutarent, ſed vt ſignificaret tranſmutationem animi noſtri in hos mundos, quoniã in animo noſtro eſt vis & potentia quæ idem & diuerſum facit. Cum igitur ſecundum eam vim idem facientem animus operabitur, & aget, quã animi circulum Plato vocauit, cum intellectualibus conuenit, ad hæc etiam intendit, & conuertitur. Hãc itaq; vim Empedocles amicitiam appellauit, quoniã amicitia vnitatem efficit. Cum vero aget animus ſecundum vim et poteſtatẽ diuerſum efficiẽtem, quam alterius animi partis circulũ Plato appellauit, & Empedocles litem, ad ſenſibilia conuertitur, & his ſimilis fit, tranſmutationem igitur animi ſecundum ſenſibilẽ, & intellectualem mundum, tranſmutationem mundorum Empedocles appellauit. Vnde et illud vulgatiſſimum de animo dixit. (Vt ipſe etiam hic ſum diuinitus exul errabunduſq;) qui liti inſanienti fidem adhibui ideſt qui credidi ei potentiæ quę diuerſum efficit. Præterea qui plura principia infinita, & mobilia dixerunt, Anaxagoras, Democritus, Epicurus, & Leucippus fuere. Anaxagoras nanq; ſimilaria rerũ principia poſuit. Similaria vero ſunt, quorum partes ſunt toti ſimiles. Hęc igitur ſimilaria inuicem commiſceri dixit, ceu in ligno, q̃ cum ſimilare ſit, carnem, oſſa, aquam, ignem, aurum, & cũcta ſimpliciter eſſe voluit, ita etiam in vnoquoq;, et quouis infinita ſimilaria eſſe ſtatuit. Hæc igitur ſuppoſuit, quoniam viderat cũcta mutuo viciſſimq; fieri, etſi non per primam mediatamq; generationem, attamen per multa media. Cũ materiam itaq; opportunam aptamque in omnia ab omnibuſq; tranſmutari imaginatione conciperet atq; ipſam perfecte contemplari cognoſcereq; nõ poſſet omnes res ſimul eſſe ſtatuit, & ita mutuo generari ſecundũ ſeparationem ſegregationemq;, & non ſecundum mutationem ſubſtantiæ. Sed cum ita ſentiat, ſimilaria ſimul miſceri inter ſe, & minime diſſimilaria recte poſuit, quandoquidem nullus ſtatueret in faciem manum, vel in manu pedem eſſe. Democritus autem Leucippus, & Epicurus atomos. ſ. inſectilia, & vacuũ principia poſuerunt, atq; ſenſerunt vacuum, & inſectilia quæ in eo ſunt, infinita eſſe. Vocarunt autem atomos quædam corpora quæ propter paruitatem perſpicui viderique non poſſunt, & ob duritiem induiſibilia ſunt, qualia ſunt ea ramenta pulueruIenta quæ per foramina oſtium in radijs apparent, quæ ſane non elucente radio non videntur neq; apparent, quod quidẽ fit non eo quod ibi non ſint, ſed quia ſunt adeo paruiſſima, vt cerni nequeant. Poſtremo plura principia infinita & immobilia nemo poſuit.

Vide Simplicium pro hoc qui dicit neminem poſuiſſe plura finita & immobilia eſſe principia

Etſi finita aut ita genere quidem unum: figura autẽ & ſpecie diuerſa: ut Democritus ſenſit.

Genus inquit ſubiectum, & ſubſtãtiam atomorum ſcilicet inſectilium, Democritus enim fatebatur vnius ſubſtantiæ omnia inſectilia eſſe, ea tamen differre inter ſe figura, quoniam quædam rotunda ſunt, quædam cubica, quædam pyramidalia, vel quadam alia figura formata. Vt autem hoc in loco ipſum genus ſubiectum vocat, ita etiam in libro de demonſtratione ſæpe vocauit. Item per figuram, & ſpeciem idem geminatis vocabulis dicit, ſiquidem Democritus figuram in atomis habere rationem ſpeciei, & formæ aſſeruerit. Quo ad verba. Textus.

Aut & contraria ſunt.

Huiuſmodi, aut, inquit, quoniam Democritus vnũ genus atomorũ eſſe ſuppoſuit, & eas figuris differre, & non ſolum differre, ſed etiam contraria eſſe. Nam cũ neq; caliditatem, & frigiditatem, neq; albedinem, & nigredinem in atomis eſſe Democritus dixerit, ex figuris autem, & habitu poſitioneq; atomorũ in nobis diuerſas affectiones fieri aſſentit. Nam rotũda inſectilia tanq̃ facile mobilia caliditatis, & ignis cauſas eſſe dixit, quoniam facile mobiles atomi ſunt, ocius diuidunt, & diſgregant, peculiare nanq; igni eſt diuidere poſſe, & facile moueri. Cubicas vero atomos tanq̃ ea vt ita dixerim, quæ magis expellunt, & coagulãt, frigiditatem efficere dixit, frigus enim vim coagulãdi obtinet. Eodem etiam modo in coloribus fieri aſſeruit, quandoquidem pyramidum vertices cum ferirent oculos talem coloris imaginationem, vt albi, efficiant. Nam album diſgregandi viſum vim obtinet. Item diuiſiuum eſt, & acutum, qualis eſt pyramidis vertex. Sed cum baſes eius nigre fuerint, congregãt, quoniam nigrum congregatiuũ eſt, & obtuſum, congregat enim, & quæ diſtant in idem coagulando cõſtringendoq; redigit. Cum itaq; atomi ſeu inſectilia

corpora

corpora differentibus figuris contrarias affectiones efficiant, eas non modo figuris differre ſed etiam con-
Alia expõ. trarias eſſe aſſeruit. Aut ſermo Ariſtotelis hic ſpectat ad Anaxagorã, qui etiam contraria ſimilaria eſſe, vt ignem, & aquam aſſentit, quod quidem magis verũ eſſe fateor, vt etiam ſeruetur contraria diuiſio, quo-
Textus. niam quum dicat. Eſſi infinita, aut ita genere quidem vnum figura autem & ſpetie diuerſa, vt Democritus ſenſit, affert deinde alteram diuiſionis partẽ dicens aut cõtraria quaſi dicat, vel vt anaxagoras cõtraria dixit.

Eodem modo querũt & hi qui querũt quot ſint ea que ſunt. Nam ea primo querũt ex quibus cõſtant ea que ſunt: utrum unum aut plura. Etſi ſint plura utrum finita uel infinita ſint: quapropter querunt principium, & elementum utrum ſit unum uel plura. Conſiderare igitur ſi unum ſit et immobile, non ad naturalem ſcientiam ſpectat. Nam ut geometræ non eſt ratio ad eum qui geometriæ principia tollit: ſed aut ad aliam ſcientiam attinet, aut ad communem oĩum facultatem: ſic & illi nulla eſt contra eum ratio qui principia naturalis ſcientiæ tollit. Non enim eſt amplius principium, ſi unum dũtaxat eſt: atq; unum hoc modo. Nam principium alicuius aut aliquorum eſt.

Cum poſuiſſet diuiſionem, nunc oſtendere vult ipſum nec curioſe nec cõiter hac diuiſione principiorũ vſum fuiſſe, ſed cunctos ante ipſum de principijs diſſerentes eadem principiorum diuiſione vſos fuiſſe, cum hi quęrerent, nunquid vnum eſſet elementum ex quo res fiunt, vel plura: & vtrum mobilia vel immobilia.
Textus. Conſiderare igitur ſi vnum ſit ens, & immobile ad naturalem ſcientiam non ſpectat. Cum poſuerit opiniones de principijs naturalibus ex diuiſione, & dixerit, cui parti diuiſionis veterum aliquis præſit, & faueat. Conſiderat etiam contra quas opiniones ad naturalẽ philoſophum ſpectet diſſerere, & contra quas nõ ſpectat. Etenim ſcientis opus eſt ac munus naturam rerũ quæ ſubijciuntur conſiderare, & diſcernere quæ ſibi conueniunt, & quæ ſibi non conſonãt, quemadmodũ & ipſe faber lignarius multis ſibi obiectis appoſitiſq; lignis quædam profecto elegit ſecernitq; veluti arti ſuæ apta & idonea: quędam autem obijcit. Quocirca & nunc Ariſto. ſecernens vnã aliquam diuiſionis partem eam. ſ. quæ dicit vnum eſſe principium, & immobile, quam Parmenidis & Melliſſi imitatores tuẽtur, inquit non eſſe naturalis philoſophi munus cõtra hos diſputare, quandoquidem apertiſſime principia naturalia negant aboleantq;. Nam ſcientiæ nullius particularis eſt cõtra illos diſſerere qui ſua propria principia inficiantur & tollunt: quocirca neq; demonſtrare ſua propria principia poſſunt, ſed ſolum id munus eſt primæ, & ſuperioris philoſophiæ. Nam ipſa omnium principia demonſtrat. Particulares autem ſcientiæ petunt poſtulantq; ſua peculiaria principia, idcirco contra deſtruẽtem principia cuiuſuis ſcientię, nõ eſt illius eiuſdẽ diſſerere ſed vel illius potius eſt quæ ſupra illã proxime ordinata eſt, vel illius quæ omnibus communis eſt. Communem autem omnibus ſcientiam appellat, vel primam, & nulli ſubiectam philoſophiam, vel dialecticem. Etenim ipſa omnium ſcientiarũ principia demonſtrat. Hoc enim modo Ariſtoteles definiuit ipſam in libro Topicorum (cum inquit) huius operis intentio eſt methodum viam ſcilicet inuenire qua poſſimus ratiocinari de omni problemate ſcilicet quæſtione ex opinabilibus, qua ratione dialectices a prima philoſophia differt, quoniam hæc ex principijs quę per ſe credenda ſunt, & ex communibus cõceptionibus efficit demõſtrationes. At dialectices ex opinabilibus. Nam contra eum qui tollit pũctum eſſe indiuiſibile vel lineam eſſe longitudinem ſine latitudine geometer nõ diſputabit, ſed primo philoſopho delegabit mittetq; hæc demonſtrandi munus. Acceſſitur enim pro medici cura medicus ac vnus medicus præſtantior alio eſt, ſic etiam ſcientia alteri ſuccurrit, & præſtat pro confirmandis illius principijs opem. Rurſus principia perſpectiuæ geometria demonſtrabit, & principia grãmatices muſica, & huius arithmeticæ. Sumit enim grammaticus hæc elementa quidẽ longa eſſe hæc vero breuia atq; eadem nunc quidẽ breuia interdum longa. Cauſam autem huius rei ipſe profecto ignorat, ſed muſicus eam demonſtrant. Rurſus muſicus ſumit huius corde ad illam eſſe proportionem ſexquialteram vel duplam, vel epitriton ſcilicet ſexquitertiam. Vnde in cordis ſolum numerorũ rationem proportionemq; accipit. Atqui arithmeticus vniuerſaliter quæ ſit dupli proportio ac reliquorũ inueſtigat ſiue in cordis hę proportiones fuerint ſiue vbicunq;. Item geometriæ arithmetica ſuccurrit. Cõſtat enim arithmeticã omnes ſcientias mathematicas (vt aiunt) pręcedere. Nam geometer ſumit latus lateri duplum eſſe vel triplum, aut ſexquiternum, ac duplum tantæ magnitudinis, vel quantęcunq; ſumit. Atqui arithmeticus vniuerſaliter hoc accipit, & quæ ſit dupli, & aliarum proportionum ratio demonſtrat. Sed primus philoſophus harum ac omnium ſcientiarum principia demonſtrat. Propterea non attinet ad naturalem virum contra Parmenidem & Melliſſum diſſerere qui tollunt principia naturalia. Nam cum aſſerãt vnum ens eſſe atq; immobile, eo quod ſtatuũt vnum ens eſſe, principia deſtruunt, eo autem quod illud immobile eſſe aſſentiunt, principia vt naturalia dirimunt. Cum enim dicunt vnum ens eſſe, eos prorſus neceſſe eſt idem, vel principium ſtatuere, vel fateri id eſſe quod oritur ex principio, ſed ſiquidem illud eſſe principium poſuerint eos oportebit omnino aſſerere illud etiam eſſe quod oritur ex principio, quoniã hæc numerantur inter ea, quæ ad aliquid ſunt, quippe principium alicuius, vel aliquorum ſit principium, vt ipſe inquit, quare non erit vnum ens ſed multa principium ſcilicet, & ea quę ex principio proficiſcuntur, igitur tueri nequeunt vnum ens eſſe. Rurſus ſi idem vnum poſuerint id eſſe quod oritur ex principio, eos oportebit etiam fateri illius eſſe principium, quapropter neq; hoc modo vnum ens amplius erit, ſed nunc ſtatuunt vnum ens eſſe, igitur vtroque modo ſcilicet ſiue principium ſiue id quod oritur ex principio illud vnum eſſe dixerit, demunt abolentq; principium. Nam cum illud principium fuerit non poterit vnum ens eſſe, hac igitur ratione principium tollunt, ſed etiam principium, ut naturale dirimunt eo quod ponunt idem immobile eſſe. Nam motus plane rebus naturalibus ineſt. Generatio enim, & corruptio, auctio, diminutio, alteratio, & ſecũdum locum mutatio rebus naturalibus inſunt. Item ipſe naturam diffiniens eam eſſe principium motus, & quietis inquit Quamobrem qui motum dirimunt res naturales interimũt.

Ob id igitur ait naturalis munus non eſſe cõtra eos diſceptare, vt tanquam naturales hoc negotium exerceamus. Veruntamen inquit, quoniam hæc conſideratio ad aliquam philoſophiam ſpectat, quippe ij de rebus quæſtiones concitẽt. Etſi non vt naturales, attamen vt philoſophi illis obijciemus occurremuſq;. Præterea cum videantur nonnullas dubitationes naturales afferre, ſic contra eos obiectio congreſſioq; conſentanea erit. Eo nanq; naturam tollunt quod vnũ eſſe ens atq; immobile ſtatuunt. Sed aliquis naturalis ambiget, quoniam nõ amplius principiũ erit ſi vnum duntaxat, & hoc modo vnum eſt. Nam principium alicuius, vel aliquorum eſt principium. Quod vero qui ens vnum eſſe ſtatuunt, principia tollant, in ſecunda figura hoc modo probat. Si vnum eſt ens, non eſt multitudo, ſed ſi principiũ eſt, multitudo habetur, ergo ſi vnũ ens eſt non erit principium, quoniam cum principium fuerit oportebit etiam ea eſſe quæ ex illo principio prodeũt, quo fit vt multitudinem eſſe oportrat. Verum ſi vnum intelligunt hoc modo videlicet pro immobile, adhuc ſequitur incommodum. Nã cum fuerit immobile neq; aliquid ex ipſo emerget neq; ipſum ex alio, ſed cum principium eſt, oportet motum eſſe quoniã ſi prorſus immutabile ac immobile erit: neq; aliquid ex ipſo fieri poterit.

Vide Simpli. pulchre i hoc loco.

Simile eſt itaq; conſiderare ſi hoc modo ſit unum: perinde ac de quauis alia poſitione diſſerere quæ ſermonis cauſa dicitur: qualis eſt Heraclitι: uel ſiquis id quod eſt unum hominem eſſe dixerit.

Poſitio e(vt ipſe dixit in libro de locis dialecticis) opinio extranea alicuius notorũ in philoſophia. Ceu Heraclitus, qui contraria idem eſſe dixit, ſimiliter & ij, qui omne vnum eſſe, & immobile autumãt, vel vt Zeno, qui motum eſſe negauit, vel vt Anaxagoras, q omnia moueri aſſenſit. Itaq; conſiderare ſi ens vnum ſit, & immobile, inquit, ſimile eſt perinde ac de quauis alia poſitione diſſerere. Ceu de illa Heracliti, qui aſſeruit contraria eadem eſſe. Nam veluti ſtultum eſt huic poſitioni contradicere cum omni demõſtratione longe manifeſtior ſit, aut illi obijcere, qui vniuerſum vnum indiuiduum hominem eſſe contenderet, ita ſtultũ eſt contradicere rationi Parmenidis & Melliſſi. Dicit autẽ (ſermonis cauſa) pro hoc ſcilicet gratia alicuius quod ſimpliciter eſſe, vel non eſſe enunciãdo dicimus, & non concludendo ſyllogiſmo aliquid, vt ſiquis proferat hominem tripedem eſſe.

Textus. Vide Simpli. pulchre. Et pro opione antiquorũ lege Platonẽ in libro pſertim de recta loium tõne.

Aut contentioſam ſoluere rationem.

Hæc particula ſuperioris contextus. Simile eſt itaque conſiderare & cætera communiter verbis ſuperioribus, & his ſeruit ſcilicet aut contentioſam ſoluere rationem. Differt autem contentioſa ratio a ſophiſtica hac ratione, quoniam ſophiſtica quoad materiã vtitur veritate ſed figuram concludendi ſyllogiſticã non habet. At contentioſa ſecundum vtranq; partem decipit, & ſecundũ materiam, & ſecundum formam.

Quod quidem utræq; rationes habent Parmenidis & Melliſſi. Nam falſa aſſumunt, & praua forma non concludunt. Inepta autem magis eſt ipſius Melliſſi ratio, nec dubitationem affert: ſed uno abſurdo dato cætera accidunt: hoc autem non eſt difficile.

Inquit Parmenidis & Melliſſi ratio contẽtioſa eſt. Nam vterq; ipſorum falſis propoſitionibus vſus eſt, & ſine forma ſyllogiſtica procedit. Verum quas ꝓpoſitiones falſas accipiant, & quonam pacto eas praua forma complicant, & connectant, cum aggrediemur ipſas rationes demonſtrabimus. Et quamuis ambę rationes contentioſę ſint, attamen magis inepta importunaq; eſt Melliſſi ratio, & nullã affert dubitationem. Nam illa Parmenidis quanquam falſa ſumit, & vitioſa forma concludendi vtatur, attamen non nihil difficultatis, & ingenij acuminiſq; habet. Sed ea Melliſſicum ſuperficialis ſit, ſtulta inneptaq; eſt, & nullam auditoribus mouet dubitationem. Verum vno abſurdo dato ſic cętera concludit. Hoc autem (inquit) neq; difficile eſt, ideſt concedenti vnum abſurdum reliqua probare quæ ſequuntur. Nam ſi hoc detur, ſcilicet terram volare, accidet nos in ſublime collocatos eſſe. Itẽ grauia extra medium ſtare atq; alia infinita, vel dicit. Non eſt difficile ſcilicet ſoluere & refellere hæc ſic in ſuperficie dicta.

Textus. Duplex vitioſę particulę interpretatio.

Nobis ſubijciatur eorũ quæ natura conſtant aut oĩa aut quædam moueri. Quod quidem inductione perſpicuum eſt.

Res naturales aut omnes aut quaſdam moueri loco principiorum huius ſcientiæ habemus. Præterea huius rei fidem a ſenſu accipimus ſcilicet aut omnia, aut quædam moueri. Adiecit autem, (aut quædam) ꝓpter vires & potentias quę ſunt in ſubiecto, ac propter animas irrationales quæ cum naturales res ſint tamen ſunt immobiles quoniam non alterantur neq; augentur neq; mouentur ſecundum locum.

Inſuper nec omnia ſoluenda ſunt. Sed ea ſolũ quæ aliquis ex principijs demonſtrans mentitur. Quæcunq; autem non ex principijs oſtenduntur minime ſoluenda ſunt.

Cur priuſquam refellat ea quæ ab illis dicuntur, ſuppoſuit res naturales moueri, pro hoc reſpondens adiecit, nec omnia ſoluenda ſunt, ſed illa quæ ſeruatis principijs, ex eiſdem aliquis falſa oſtendit & probat. Cõtra eum vero qui tollit principia & eas affert dubitationes quæ principia demunt, diſſerendum non eſt, neq; eius quæſita ac dubitata ſoluenda ſunt. Dixit autem inſuper nec omnia ſoluenda ſunt pro hoc nec enim omnia ſoluenda.

Veluti circuli quadraturã, quæ per ſectiones fit ad geometram diſſoluere pertinet: at illud Antiphontis nõ ad geometram diluere ſpectat. Verum cum non de natura quidem non naturales dubitationes ipſos dicere accidat: res forſitan bene ſe habebit ſi parum de ipſis diſſeruerimus.

Hippocrates chius mercator cũ in piratarũ nauem incidiſſet omniaq; amiſiſſet, Athenas venerat latrones accuſaturus, & cum diu athenis accuſandi criminis cauſa moraretur, acceſſit ad philoſophos, qui adeo geometriam calluit, vt circulum quadrare contenderet cuius quidem quadraturam non inuenit, ſed cum quadraret lunulam, falſo ratus eſt ex hac circulum quadrare. Nam ex lunula quadrata circulũ quadratũ concludere arbitrabatur. Sed etiam Antiphon circulum quadrare conatus eſt qui cum non ſeruet principia geometriæ hoc modo idem oſtendere nitebatur

inquiēs, ſi fecero circulum, & inter eius ambitum deſcripſero quadratum, ac ſectiones circuli quæ fiunt in quolibet q̄drati latere ſecauero in duas partes, deindeq; duxero ex ſectione vtrinq; rectas lineas ad terminos ſectionum, certe ipſe cōſtituam efficiāq; octangulam figuram ſcilicet octo angulorū. Rurſus ſi eas ſectiones, quæ continent angulos in duas partes incidero & iterū deduxero a ſectionibus vtrinq; rectas ad terminos ſectionum, faciam equidem figurā multorum angulorum, ſi autē idem per multum fecero figura fiet maiore angulorum numero conſtituta, quę paruiſſimos angulos habebit, quos lineæ rectæ continentes ob paruiſſimam earum molem adequantur circulo. Cum igitur datur conceditur q; omnem datā figuram rectilineā quadrari poſſe, ſi quadrauero hāc figuram multorum angulorum, quæ cum adequetur circulo quadrabo etiam circulum. Is itaq; deſtruit principia geometrię. Nam principiū geometrię eſt, nunquam circumferentiam adequari lineæ rectę. Hippocrates itaq; cum ex principijs geometriæ cępiſſet & quadraſſet lunulā quādā circuli ſectionē male deinde cōcluſit, inquit igitur quadraturam circuli, quā falſis dictis Hippocrates probabat ad geometram attinet diſſoluere. Cum ipſe Hippocrates ſeruet, principia geometriæ. At illam formam quadrandi circulū, quam Antiphon adducebat non ſpectat ad geometram diſſoluere & confutare, quoniam negatis principijs geometriæ ſublatiſque ita Antiphon procedebat. Verum cum de natura quidem non naturales dubitationes ipſos dicere accidat. (Nā eo quod vnū eſſe ens, & immobile ſtatuerunt, naturam dirimunt, eo autem quod naturam tollunt eos accidit dicere nō naturales dubitationes) inquit neceſſarium eſſe, vt nos parum contra illos diſſeramus, non quia dogma eorumq; ſententia quadam ratione, & certamine egeat ſed propter dignitatem perſonarum, atq; ea de cauſa quia manifeſta, multis ambigua videri ſolent.

Preterea ipſa per ſe de his conſideratio quandam philoſophiam nimirum habet.

Ideſt hæc inquiſitio de entibus ac de his quæ ſunt. Vtrum vnū ſit vel plura quatenus ipſa ac ſecūdum ſe conueniſ primæ, & nulli ſubiectæ philoſophiæ.

Principium omnium nobis accommodatiſſimum eſt: ab illis percunctari cum ens atq; id quod eſt multis modis dicatur: quonam pacto dicant aſſerentes omnia eſſe unum.

Cū diſtinxerit ſuperioribus dictis contra quos naturalis interſit diſputare, & cōtra quos minime interſit. Et dixerit contra Parmenidem ac Meliſſum non eſſe naturalis philoſophi munus diſſerere propterea quod ij tollunt naturalia principia dicentes vnum eſſe ens, & immobile. Et deinde dixerit, quanquam contra eos diſſerere ad naturalem non ſpectet, attamen hæc conſideratio habet quandam dubitationem & philoſophiam, abſurdum non eſſe ſi parum contra ipſos diſputauerimus ac deinde dixerit. Et ſi non de natura aliquid dicunt, veruntamen quia naturales ambiguitates moliuntur quod deſtruunt principia naturalia, & cætera. Hæc igitur cum dixerit ſuperioribus verbis, cęterum hic aggreditur rationes contra illos. Et priuſquam reſpondeat ad ea quæ ipſi dixerunt, cōmuniter ipſam quæſtionē per ſe exercet examinatq;. Nam proprie illis cōtradicemus ſi eorum rationibus occurremus ac reſpondebimus, quibus illi ſuam ſententiam ſuumq; inſtitutum probare nituntur. Communis autem de problemate conſideratio eſt, idem problema communiter exercere, & demonſtrare ſi hoc modo eſſe queat, an aliter. Deinde cum demonſtrabit hoc magis proprie, vel vt aiunt ſpecialiter occurret ac reſpondebit rationibus eorum. Nam oportet imprimis ipſa problemata, & quæſtiones ſecundum ſe exercere, & dubitationes contra ipſa refellere, ut ne inſolute manentes ingenio hebetiores ſimpliciores q; contaminent ac confundant. Quocirca diuiſione vtitur, cum dicat quot modis vnū dicatur. Deinde oſtendit iuxta nullū ſignificatū vnius vnū ens eſſe. Inquit ergo vnum vel nomine vnum eſt, vel re. Dico aūt noīe vnum quemadmodum ſi quis diceret hominem lapideum & depictum vnum eſſe, propterea quod vnum hominis nomen habent. Vel ſi quis aſſereret omnia prædicamenta vnum eſſe, quoniam vnū nomen entis habent. Vnum ergo, vel nomine, vel re vnum eſt. Et ſi re, vel re vniuerſali, vel re particulari: Item ſi vniuerſali re, vel genere, quemadmodum ſi quis diceret omnes particulares ſubſtantias vnum eſſe, q̄m commune genus ſubſtantiam habent, vel ſpecies vnum vt ſi quis aſſerat albedinem et nigredinem vnum eſſe, quoniam commune habēt alterationis nomen, vel potius ſi quis affirmat albedinem in tunica & albedinem in pallio vnum eſſe propterea quod cōmunem ſpeciem habent ipſam .ſ. albedinem, vel dealbationem, vel ſi quis dixerit omnia rationalia vnum eſſe propterea quod ſpecies animalis eſt ipſum rationale. Si autem particulari re vnū fuerint ens, vel erit vt continuum, ceu dicimus lignum vnum eſſe, uel erit vnum vt indiuiſibile vt punctum & vnitas, vel ratione vnum ceu ſinonima vt tunica et indumentum atq; enſis & gladius. Hæc enim ratione vnum ſunt. Accipit ergo alteram diuiſionis partem .ſ. vnum re & eā qua vnum re vniuerſali dicimus. Et inquit ea quę vniuerſali re vnum dicuntur, vel ꝑfecto ſubſtantia ſunt, vel aliquod accidens. Et ſi accidens, aut quantum, aut quale, aut aliquid aliorum prædicamētorum accidēs, ſed oſtendere omnia non eſſe vnam ſubſtantiam nunc ſuperſedet & prorogat dicendum eſſe in ſequentibus q̄m demōſtrabit neq; id quod eſt vnum ens eſſe ſubſtantiam; alioquin tolleremus naturam accidentium. Nunc autem exercet probatq; nunquam poſſe affirmari id quod eſt vnum ens eſſe aliq̄d vniuerſale accidens ceu quantitatē. Nam eo quod omnia eſſent quātitates ita ens diceretur ſecūdum aliquod vnum vniuerſale quantitas. Sed antequam hæc refellat interſerit interponitq; argumentū quo probat dici nō poſſe vt ſit ens vnum nomine, ceu ſubſtātia & accidentia q̄ & ſi ſint multa differētia attamen vnum dici poſſunt, quia appellantur entia, & hoc modo vnū ens dici poteſt. At (inquit) ſi hoc foret, perſpicuum eſt multa entia eſſe & non vnum. Neq; enim inquit ſi quis aſſereret ea quæ re multa ſunt participare communi nomine, idcirco hæc vnum erunt. Hoc itaque quæris, ſi omnia queant eſſe quantitates ac ratione generis omnia vnum dici, inquit enim huic quantitati vel coexiſtit ſubſtantia, vel non, ſi autē non coexiſtit quātitati ſubſtantia, ergo quātitas merito per ſe ſubſiſtet, quod fieri non poteſt, quoniam accidentia in ſubſtan-

tia eſſe habent, ſi vero coexiſtit vel erit idem conceptus ſubſtantiæ, & quantitatis quæ ſignificent aliquã vnam rem diuerſis nominibus, vel alter erit ſubſtãtiæ cõceptus & alter quantitatis, ſi ergo idẽ eſt cõceptus ſubſtantiæ & quantitatis ergo quæ coniungi nequeũt ipſi coniungunt & connectunt ac in vnum redigunt ſubſtantiam & accidens. Si autem aliud quidpiam eſt ſubſtantia præter quantitatem, iterũ multa entia erũt. Cum igitur hæc explicat, cæterum demonſtrabit nõ temere ſuppoſuiſſe quantitatem aliquod ens dici prę ſertim illud vnum, quoniam Melliſſus hoc ens vnum poſuit eſſe infinitum, infinitum autem, uel ſpecies quãtitatis, vel pars aut potius paſſio eius eſt, quæ per ſe illi competat. Verum aliquis poſſet aſſerere infinitũ eſſe velut aliquam ſpeciem quantitatis dicendo, quantitatis alia infinita alia vero finita, meo tamen iudicio infinitum paſſio potius eſt de numero earum paſſionum, quæ alicui per ſe competere ſolent. Non enim ſimpliciter infinitum eſt quantitas, ſed ineſt quantitati. Verum dupliciter dicitur per ſe (vt Ariſto. fatetur in libro de demõſtratione) vel in cuius definitione ſubiectũ aſſumitur, ceu in definitione ſimitatis naſus clauditur, quippe ſimitudo ſit naſi cauitas & hęc eſt paſſio per ſe naſi, eodem etiam modo in definitionem numeri paris, vel imparis ſubiectũ ſumitur. Nam dicimus numerum parem eſſe numerum in duas partes diuidendum, ſimiliter hinnibile per ſe equo ineſt, quoniã ſumitur in definitione ſubiecti. Nã dicimus equus eſt animal irrationale hinnibile. Item circuli paſſio eſt, lineas equales eſſe quæ a centro ducuntur ſi quidẽ in definitione circuli comprehendatur. Circulus enim eſt figura plana una linea contenta ad quam omnes lineę rectę incidentes a centro productę ad circunferentiã vſq; ſunt equales. Infinitum itaq; per ſe quantitati ineſt, quoniam in definitione eius ſubiectum capitur, dico. ſ. ipſa quantitas. Nam dicimus infinitum eſſe quantitatem quæ percurri non poteſt. Si ergo ens infinitũ Melliſſus aſſeruit & infinitum per ſe quantitati ineſt, igitur ens aliquam quantitatem eſſe affirmauit. Nam ſi infinitum quidpiã aliud eſſet, dicendũ foret ipſum quãtitate per accidens participare, perinde ac album vel nigrum magnum ſeu multum diceretur nõ per ſe ſed per accidens, quoniam magnum vel multum eſt quia ſuperficies in qua color eſt (vt ipſe in prædicamentis inquit) multa, vel magna eſt. Eodẽ igitur modo ſi ſubſtantia affirmaretur eſſe infinita cum non per ſe infinita ſit quippe in nullo dicendi modo per ſe incidat, neq; in definitione infiniti ſubſtãtia comprehendatur, & econtra neq; infinitum ſumatur, quamobrem ſubſtantia non per ſe infinita ſed per accidẽs erit, cum participet quãtitate cui per ſe ineſt infinitum. Si ergo Melliſſus ens infinitum eſſe dixit. Et infinitum per ſe et non per accidens eſt alioquin vnum non eſſet ſi alicui accideret, conſtat igitur Melliſſum illud infinitum quantitatem eſſe conſtituiſſe, quapropter nõ incaſſum ſuppoſuimus illos dixiſſe ens eſſe quantitatem.

Textus.

Principium omnium nobis accõmodatiſſimum eſt. Quoniam inquit ens multifariam dicitur principium omnium nobis accommodatiſſimum erit ſi poſuerimus ſignificatus entis ac percunctari ab iis quali quoue ſignificatu entis aſſerant vnum eſſe. Deinde etiã cũ unũ multis modis dicatur quonam pacto hoc ens eſſe unũ aſſentiant. Nam reuera principium accõmodatiſſimũ cuiuſuis problematis & quęſtionis eſt proprias ſignificatorum ſignificationes inuenire & propoſitum ſignificatum diſtinguere ab aliis quæ cũ illo equiuoce dicuntur, quandoquidem cauſa maximi erroris hominum ſit ipſa nominis ambiguitas, vel equiuocatio. Complectitur itaq; Ariſt. vtranq; diuiſionem & illã vnius et illam entis. Nam diuidens ens in ſubſtantiam & accidens ſtatim diuidit ipſum in ſpecies genera & indiuidua. Deinceps quoniam & ipſum vnum multifariam dicitur, quanq; nõ ſit diuiſio vnius vniuerſalis ſed potius particularis idest illud vnius quod indiuiduum dicitur, diuidet hoc vnum in continuum & in vnum indiuiſibile ac in vnum ratione.

Vtrum uelut ſubſtantiam omnia: an ut quantitatem an qualitatem. Et rurſus nunquid omnia unam ſubſtantiam, uelut hominem unum: aut equum unum: aut animam unam. Vel qualitatem & hanc identidem unam: ut albedinem aut caliditatem: aut aliquid tale dicunt.

Quidam opinãtur Ariſto. his afferre eam diuiſionis partẽ, in qua dicitur. Et ſi re vnũ vel uniuerſali. Et ob id dicere. Vtrum omnia ut ſubſtantiã an vt quantitatem, an qualitatem, quod ſane dictu eſt vtrum omnia vnum genere ſunt. Quocirca et rurſus ait. Vtrum Duplex expõ omnia ſubſtantiam vnam eſſe, vt hominem vnum vel equum vnum quod eſt dictu vtrum omnia ſint ſpetie vnum. Nam particulare paulopoſt adiiciet vbi inquit, dicitur autem vnum, vel continuum vel indiuiſibile vel cuius ratio eadem eſt. Verum nos Sua expõ. dicimus quoniam cum audiuerimus vnum hominem, vel vnum equum mox intellectus transfertur ad particulare. Quocirca dicimus per hæc. Vtrum velut ſubſtantiam omnia, vel aliquam quantitatem, vel qualitatem, ipſum Ariſtotelem ponere communiter, vtranq; diuiſionis partem ſcilicet, vel vnum genere uel vnum ſpetie. Et per illa velut hominẽ vnum, aut equum vnum ponere aliam diuiſionis partem, ſcilicet vel particulari re vnum. Deinceps vero (vt iam dixi) ipſum particulare diuidit.

Hæc enim omnia nimium inter ſe differunt: & dici nequeunt. Nam ſi erit ſubſtantia: & qualitas atq; quantitas ſiue ſeparata abiunctaq; inter ſe fuerint: non unum ſed plura profecto ſunt. Sin uero omnia qualitas uel quantitas ſiue ſubſtantia ſit, ſiue non ſit, abſurdum eſt ſane ſi liceat appellari id quod non poteſt eſſe abſurdum.

Ea quæ numerauit ſcilicet accidens & ſubſtantiam ſiue vniuerſalem ſiue particularem eodem etiam modo quantitatem qualitatem, & reliqua accidentia inquit inter ſe multũ differre, & ſi quis eorum qui ſectãtur Parmenidem quoduis horum quæ ſuppoſuimus dederit, profecto impoſſibilia prorſus eorum poſitioni accidẽt. Nam ſi ens erit ſubſtãtia & qualitas atq; Textus. quantitas. Hic (vt iam dixi) interſerit ſuppoſitionem dicentem ens vnum nomine eſſe, quẽadmodum decẽ prædicamenta ſecundum ipſum ens vnum ſunt, quia uno potiũtur nõie entis. Iugit igitur, qđ ſi ens qđ quidẽ vnum eſſe ſtatuunt, dicũt ipſum eſſe ſubſtantiam quãtitatẽ qualitatẽ, & alia prædicamẽta, ſiue hæc abiũcta ſeparataq; inter ſe poſuerint ſiue in vnũ inter ſe collecta, & coniuncta dixerint, vt etiã verum eſt quoniã omnia accidentia habent eſſe in ſubſtantia atq; in ea

ſunt

ſunt collocata. Vtroq; modo accidet multa eſſe ea q̃ ſunt. Et ſolo nomine inter ſe conuenient, quatenus omnia entia appellantur, quapropter nomine ſolo vnũ Textus. erunt & non re. Sin vero omnia qualitas aut quantitas. Recurrit ad aliam diuiſionis partem, quæ ponebat omnia eſſe vnũ vel vt accidens vnum vel vt ſubſtantiam vnam. Sed nunc vt dicebam, ſermoni & rationi de ſubſtantia ſuperſedet, & exercet tractatq; illã partem qua dicitur ſi omnia ſunt vnum velut accidẽs Et inquit ſi igitur ens erit vnum aliquod accidẽtium, ceu hoc ens ſit quantitas, ſiue eidem ponant coexiſtere ſubſtantiam ſiue non, ſermo eorum abſurdus eſt, quoniam ſi coexiſtit non amplius vnum ens erit ſed multa, ſi autem non coexiſtit ſed per ſe quantitas exiſtit, erit accidẽs ſeparabile a ſubſtantia, quod quidem non ſolum abſurdum eſt, ſed etiam id quod fieri neq; quod aiunt impoſſibile, idcirco & ipſe dicẽs abſurdũ ſubiunxit mox dicendo ſi oportet abſurdum appellare id quod fieri nequit & impoſſibile. Nam impoſſibile auget & intendit ipſum abſurdũ. Abſurdo enim opponitur conſentaneum, quoniam illud eſt abſurdũ quod quis non conijceret affirmaretq; propterea q᷑ non habet rationem neq; vere ſequitur. Abſurdo igitur opponitur conſentaneum impoſſibili autem opponitur neceſſarium. Et auget ampliatq; impoſſibile ipſum abſurdum, quoniã ipſum abſurdum aliquando poteſt eſſe ac forſitan erit, ceu hoc abſurdum nemo putat omnem hominem lauari hoc quidem exiſtimare ſentireq; falſum eſt ſed non impoſſibile. At impoſſibile & falſum eſt & fieri nequit, ceu ſiquis dicat hominem habere alas. Hoc enim appoſitum eſt falſum & vltra falſum impoſſibile eſt.

Nihil enim aliorum præter ſubſtãtiam ſeparatum eſt. Nam omnia dicuntur de ſubiecta ſubſtantia.

Abſurdum ſuperius addu xit tanquam ſecundã ſuppoſitionem cõſequens in qua ſupponebatur id quod eſt vnam eſſe quantitatem ſeiuncta ſubſtantia, conſequens autem aliam ſuppoſitionem ſcilicet eam in qua ſupponitur ſubſtantiam coexiſtere quantitati nõdum adduxit, inquit igitur hoc conſequens deinceps quod iam ipſe ꝓxime dixit. Nam ſi erit illud vnũ ens ſubſtantia quantitas & qualitas, ſiue hæc ſeparata ſeiunctaq; fuerint inter ſe, ſiue non, multa ſunt entia & ea q̃ ſunt. Etenim hoc in loco inquit, ſi coexiſtit ſubſtantia quantitati multa ſunt ea quæ ſunt & nõ vnum, & ſuas tollunt ſuppoſitiones ſi hoc aſſeruerint. Nã omnia dicuntur de ſubiecta ſubſtantia. Verum impreſentia dicit de ſubiecto pro eo quod eſt in ſubiecto.

Atqui Meliſſus id quod eſt infinitum eſſe aſſerit: ergo id quod eſt quantitas aliqua erit. Nam infinitũ in quãtitate eſt. Subſtantia autem infinita: uel qualitas aut affectio infinita eſſe non poteſt niſi per accidens. Si ergo ſubſtantia eſt cũ quãtitate. Et qualitas & quãtitas quedã eſſent. Nã infiniti ratio quãtitate utitur ſed nõ ſubſtãtia neq; qualitate.

Quoniã nõdum quid ſenſerint opiniones ſubiecit. Equidem omnia eſſe ſubſtantiã nõ affirmant, ſed forſitan quãtitatẽ vel qualitatem. Hiſce igitur vult oſtẽdere illos id ens quod quidem dicebãt, quantitatẽ eſſe poſuiſſe. Nam illud infinitum appellabant, infinitũ autem quãtitati per ſe ineſt. Subſtãtia vero vel qualitas, aut quidpiam aliud infinitũ eſſe per ſe non poteſt, niſi per accidens eo q᷑ quantitate participant, queadmodum albũ multum eſſe dicimus non per ſe ſed per accidens qũ in multa ſuperficie eſt. Verũ inquiſitione Dubitatio pulchra. opus eſt quomodo ipſe inquiat non in eſſe ſubſtantiæ infinitum niſi per accidẽs, quatenus quãtitate ipſa participat, cuius affectio per ſe eſt infinitũ, ſi enim corpus ſubſtantia eſt, & definitio terminuſq; eius eſt trina dimenſio igitur corpus aliqua magnitudo & quantitas erit. Si autem hoc cõceditur, infinitum igitur & finitũ eidẽ per ſe inerunt. Item ſi tres ſunt ſpecies magnitudinis, ſola, bina, ternaq; dimenſio .ſ. linea, ſuperficies, & corpus, & corpus ſubſtantia eſt, ergo magnitudo ſubſtantia eſt. Nam vt in qualitatibus quarũ aliquæ ſunt ſubſtantiales quales ſunt illę quæ inſunt elementis, aliquæ autem non ſubſtantiales, ſed per accidens inſunt ſuis ſubiectis, vt ſunt illę quæ noſtris corpibus inſunt albedo .ſ. nigredo, caliditas quæ extrinſecus aduenit & frigiditas, ita etiam aliqua & ſubſtantialis quãtitas eſſe debet quæ primo corpus formet deinde deſignet deſignandoq; diſtinguat. Verum ad propriam ſpeculationem de his attinet diligentius diſſerere, an reuera trina corporis dimenſio ſubſtantialis ſit, & ipſum corpus quędam ſubſtantia habeatur quæ non ſit nec magnitudine nec dimẽſione impreſſa & formata, an nõ. Soluentes tũ primo dicimus apud Ariſto. nõ eſſe aliquod corpus ſimplex, ſed cõpoſitum ex materia prima & quantitate .ſ. trina dimenſione quocirca perſpicuum eſt corpus non eſſe ſimpliciter quantitatẽ. Solutio. Prętereа ſubſtãtia non eſt vox equiuoca quoniam genus eſt, ſed potius vt animali ſignificat quandam naturam cõmunem, quæ vnicuiq; particulari animali ineſt videlicet ſignificat ſubſtantiam animatam ſenſibilem, ita etiam ſubſtantia ſignificat per ſe ſubſiſtẽtiã. Nam per ſe ſubſiſtunt ſubſtantiæ corporeæ atq; incorporeæ. Quapropter ſi ſubſtantia eſt, per ſe ſubſiſtens erit, ſed quod per ſe ſubſiſtit non eſt quãtitas, infinitum autem aliquid quantitatis eſt, igitur ꝑ ſe ſubſtans .ſ. ſubſtãtia non eſt infinitũ, item & ſi de ſola ſubſtantia corporea ratio haberetur cui trina dimẽſio aduenit veluti differentia, neq; hoc modo ſubſtãtiæ corporali inerit per ſe infinitum uel finitum, qm̃ eſt id quod finitur & non ipſa quantitas finita vel infinita, at continuo ineſt infinitum quod quidem dicitur infinitum per inteſſionem & nõ per dimenſionẽ, neq; q̃a trina dimẽſione dimenſum ſit, ſed hęc quantitas per extenſionem accidit corporibus & non cõſicit ſubſtantiam corporum. Non enim quia lignum eſt trium cubitorũ, uel digitale, uel mille cubitorum, facit vt idipſum lignum ſit. Nam ſi foret definita cubiti quantitas verbi gratia cubitalis, quæ ad ſubſtantiam ligni conferret quãq; conficeret profecto nullũ lignum eſſe poſſet quod excederet lignum vnius cubiti, vel minus eo longe eſſet, igitur et ſi aliquis cogitaret extenſionem ligni in infinitũ protẽdi abireq;, hęc quantitas nõ per ſe ſed per accidẽs ineſſet ligno, quare ſi finitũ et infinitũ in cõtinuis quãtitati ſcilicet extẽſionẽ ineſt hęc, ꝑfecto corporibus accidet, finitum igitur et infinitũ ꝑ accidens ineſt corporibus.

Si ergo ſubſtãtia eſt & quantitas: duo igitur et non unũ erit id quod eſt. Sin uero ſolum ſubſtantia ſit, infinitum ſane non eſt: nullam equidem habebit magnitudinem. Erit enim quantitas quedam.

Cum ſuppoſuiſſet illud ens vnum eſſe quãtitatem vniuerſalem, proficiſcitur modo ad ſubſtantiam, & communius ſimpliciter velut ſubſtãtiam ſupponens ita probat rationem. Si ergo (inquit) hoc vnum ens ſtatuerint ſubſtantiam eſſe, non poterunt amplius ponere tuerique illud eſſe finitum vel infinitum, quoniam hæc quantitati peculiaria ſunt, quoniam ſi ſubſtantia ſola eſt, igitur non erit quantum, quare ſi Parmenides ſuppoſuit illud eſſe finitum, Meliſſus aũt infinitũ, ꝑfecto ipſum vnũ ens ſubſtãtia ſtatuere nõ poterũt.

Præterea cum multifariam: & ipſum unum dicatur, quemadmodum id quod eſt, conſiderandum eſt quo nam modo ipſum uniuerſum dicunt eſſe unum.

Cum propoſuerit ſe Meliſſi Parmenidiſq; ſectatoribus contradicturum, cenſuit prius oportere contra ipſum problema ſcilicet ipſam quæſtionem inſtare, & deinde vſus eſt diuiſione vnius entis. Nam dixit vnum vel nomine vel re vnum eſt. Et ſi re vel vniuerſali, vel particulari. Prius ergo demonſtrauit fieri non poſſe vt id quod eſt vnum nomine ſit, deinde deſcenderat ad vnum re, & primo reiecit id ens vnum re vniuerſali eſſe, atq; demonſtrauit neq; id quod eſt vnum accidens eſſe. Item oſtendit ex his quæ dixerunt Parmenides, & Meliſſus, eos potius poſuiſſe illud vnum ens quantitatem aliquam eſſe, quoniam illud eſſe finitum. Parmenides dixit, & Meliſſus infinitum, quare nõ temere poluimus eos dixiſſe illud vnũ ens quantitatem eſſe, poſt tertio oſtendit eos non potuiſſe illud quod eſt ſtatuere ſubſtantiam eſſe. Reſtat itaq; vt inueſtigemus ſi illud vnum ens ſit vnum re particulari, qd quidem vnum triſariam diuidit. Nam vnum re particulari vel continuum eſt vel indiuiſibile vel definitione vnum, vt multiuoca. Hæc enim ratione ſubſtantiæ eadem ſunt, nomine aũt duntaxat differunt ſi ergo vt cõtinuum id quod eſt vnum erit. quoniam continuum eſt, vt ipſe in quinto huius operis libro definit, cuius partes copulãtur ad vnum terminum communem, conſtat ergo vt continuum plures partes habeat, quamobrem ſi vnum actu eſt multa tamen potentia erit. Si ergo continuum eſt potentia multa igitur id quod eſt non erit vnum ſed multa. At illi multitudinem prorſus dirimunt nullo pacto illam aſſerentes, quod ſi hoc admittitur, non poterunt affirmare illud quod eſt continuum eſſe, quoniam cõtinuum multa eſt poteſtate. Si autem fuerit vt vnũ indiuiſibile ceu pũctum, vnitas, nunc vel mutatum quæ in naturalibus indiuiſibilia ſunt quomodo hoc vnum ens erit finitum (vt ſenſit Parmenides) vel infinitum (vt inquit Meliſſus) Nam impartibile terminus quidem eſſe poteſt vt nunc vel punctum, finitum autem vel infinitum nequaquam eſſe poteſt, quoniam hæc quanta quędam ſunt, igitur qui fateretur id quod eſt, hoc modo vnum eſſe vtraſque ſuppoſitiones tollet. Item ſi quod eſt indiuiſibile foret, quantitas & qualitas tollerentur. Quod vero quantitas tolleretur perſpicuum eſt, quippe quãtitas ſit diuiſibilis. Nam duæ ſunt quantitatis ſpecies, vna continua altera diſcreta, & vtręq; ſunt diuiſibiles. Item qualitatem dirimunt, imprimis quidem, quoniam ipſa eſt in magnitudine, deinde quia forma & figura ſunt qualitatis ſpecies quæ diuiſibilis eſt, quare qualitatem etiam tollunt ſi id qđ eſt aſſentiũt impartibile indiuiſibileq; eſſe. Si vero vnum ratione illud erit (vt caducum et mortale.) Nam hæc ratione ſubſtantiæ vnum ſunt, & nomine tantum differunt cum ſubiectum vnum ſit, his nanq; accidet rationem Heracliti dicere, qui contraria eadem eſſe aſſeruit ceu album, & nigrum, bonũ & malum, dulce & amarum. Si ergo ij quod eſt hoc modo vnum eſſe dixerint, eo quod vnam & eandem rationem habet & ſi pluribus vocetur nominibus, perſpicuum eſt eos redigere contraria in vnũ, & idem ceu calidum frigidum ſiccum, & humidum, bonum & malum, quæ nomine duntaxat differant. Verum quidam pro Heraclito reſpondentes aiunt illum cum aſſeruit contraria eadem eſſe, hoc non dixiſſe vt nullo modo bonum & malum vel nigrum & album differant, ſed id Heraclitus dixit imprimis, quia contraria ſunt vnum ſubiecto atq; genere. Deinde quia ea quæ ſunt hic contraria, pura ſinceraq; non habentur, ſed aliquo modo inter ſe adeo miſcentur vt ſincere bonum inuenire non ſit vel ſincere malum. Nam bonũ Ideæ cum in materia non ſint, pure ſincereq; ſunt, ſed in materia cum fuerint, propterea quod ipſa eſt contrariorum capax commiſcentur aliquo modo inter ſe, & ſincere amplius non manebunt. Atqui non modo contraria in idem redigunt verum etiam & contradicentia, cum enim non album aliquid ſit quod album negat, & ſignificet aliquid alterum. Si ergo aiũt cuncta quę ſunt ſubſtantia vnum eſſe, nomine autem ſolum differre, prorſus neceſſe eſt, vt album atq; non album idem ſunt, quare contradicentia ſimul vera erunt, atq; idem erunt album & nõ album, homo & non homo Et cogentur ratione hac, non modo negare omnia eſſe vnum ſed etiã prorſus negare aliquid eſſe. Nam ſi album idem eſt non album, igitur album non erit magis per affirmationem quin per negationem non ſit, præterea ſi quantitatem, qualitatem decemq; prædicamenta in idem reducunt, igitur nomine duntaxat diſtabunt & non re, quæ igitur cum dicit deinceps inducit nos recte illos accuſare ac damnare vrgentes illos vt hoc abſurdiſſimum aſſentiant, contraria ſcilicet in idem redigi conſtat etiam ex ijs quoſdam ante nos in quæſtione hac de continuo tumultuaſſe vt viderentur aliquando idem fateri vnum & multa eſſe, quoniam cõmuni cõſenſu habuerunt hoc pro comperto, vt contraria ſimul eſſe non poſſint. Quocirca Zeno eleates qui aduerſus obiurgantes, Parmenidis præceptoris ſui opinionem aſſerentem id quod eſt vnum eſſe inſtat. Et illius opinioni ſuccurrẽs demonſtrare nititur fieri non poſſe vt in his quæ ſunt multitudo habeatur. Nam inquit ſi multitudo eſt quũ ipſa ex multis vnitatibus componitur neceſſe eſt vnitates plures eſſe quibus multitudo cõſiet ſi igitur demõſtrabimus impoſſibile eſſe vt plures ſint vnitates, manifeſtum eſt vt etiam nequeat eſſe multitudo quæ vnitatibus conſtet, ſi autem nequit eſſe multitudo & neceſſe eſt vnum eſſe vel multitudinem. Cum itaque multitudo eſſe nequit ſupereſt vt vnum ſit. Hoc modo igitur oſtendit non eſſe plures vnitates, quoniam hi qui multitudinem aſſeuerãt euidentia pro comperto q; illam ſtatuunt. Eſt enim equus homo & vnum quodq; particulare quorum congregatio multitudinem conficit, euidentia igitur cauillo refellere cũ Zeno voluiſſet, dixit quoniam ſi multitudo his conficitur quæ vnitatibus conſtet eadem particularia igitur

erunt

erunt vnitates, ſi ergo oſtendemus eadē non eſſe vnitates conſtabit etiam ex eis non eſſe multitudinem ſi quidē multitudo ex vnitatibus conſtituatur. Hoc modo itaq; illud oſtendit. Socrates quem aſſeritis vnitatem eſſe quæ ad conficiendam multitudinem confert non modo Socrates eſt, ſed etiam albus philoſophus ventricoſus & ſimus, quamobrem ipſa etiam multa erit ſed idē vnum eſſe et multa impoſſibile eſt, non igitur Socrates vnum erit eodem modo neq; reliqua quibus multitudinem confici aſſeritis ſi autem nequeunt eſſe multe vnitates conſtat neq; multitudo ſit. Quod ſi neceſſe eſt id quod eſt vel vnum eſſe vel multa & iam demonſtratum eſt non eſſe multa: propterea quod plures vnitates non ſunt, neceſſe eſt igitur vnum eſſe. Item idipſum ex continuo demōſtrat nam ſi continuū unū eſt quoniā ipſum ſemper eſt diuiſibile atq; ſemper diuidendum in plures partes quod ſi ita eſt, igitur cōtinuum multa eſt, idem ergo vnum & multa ꝙ quidam fieri non poteſt quamobrem nō erit vnum ſi uero nullum cōtinuum unū eſt, & oportet ſiquidem multitudo erit vnitatibus conſtare, quoniam neq; vnitatibus multitudo eſt, reſtat igitur vnū eſſe ꝙ eſt. Verum antiqui vt ait circa hanc ambiguitatem tumultuarunt ne aliquādo idem vnum eſſe & multa concederent quoniam communi conſenſu fatebantur contraria non poſſe in eodē collocari, quidam tamē dubitationem perſoluentes hoc verbum (eſt) demi tolliq; aſſentiebant vt Licophron ſophiſta nam his aſſeruit non eſſe dicendum Socrates albus eſt ſed Socrates albus. Hoc enim uerbum eſt additum albo exiſtentiā affert. Quidam vero (vt inquit) dictionem mutabant dicentes non oportere vt dicamus Socrates albus eſt ſed albeſit vt verbum prędicatum ſit & minime nomen, ꝙ quidem ridiculum eſt, ſi enim in hac oratiōe Socrates albus nō adijcitur hoc verbū eſt & nihil exterius ſubauditur percipi nō poterit oratio, & imperfecta erit. Nam ſine verbi indicatiui coniunctione oratio enuntiatiua non perficitur quippe ſi proſecatur Socrates albus latet an Socrates ſit vel non, attamen ſi verbum ſubauditur curſus eandē vim retinebit, & ſi a principio toti propoſitioni illud non ingeſſerit. Item dicere Socrates albeſit, & Socrates ambulat idem dictu eſt Socrates eſt albus, & Socrates eſt ambulans, quippe omne verbum indicatiuum reſoluatur in participium & verbum eſt. Hæc igitur ad Zenonis dubitationes antiquiores reſpondebant. Verum vt Ariſto. ait illi hæc paſſi ſunt & tumultuarunt neqn̄ idē vnū & multa faterēntur ob logici argumenti ignorantiam, & ſignificationes vocum equiuocarum. Nam vnum equiuocum eſt vel ſubiecto quidem vnum eſt, vel definitione. Rurſus vnum vel potentia vel actu eſt vnum, eodem modo etiam multa, omnes igitur coniugationes ſex ſunt, vnum enim & multa ſubiecto & ratione connexa coniunctaq; efficiunt quatuor modos ſeu coniugationes. Vel enim ſubiecto & ratione multa, vel neq; ſubiecto neq; ratione multa, vel quidem ſubiecto multa, & vnum ratione, vel econtra ſubiecto quidem vnum diffinitione vero multa vt album, & calidum ſubiecto vnum ſunt ſed diffinitione multa hæc n ſubiecto unū & idē ſunt quoniam vtraq; ſunt in eodem corpore vt in Socrate, ſunt autem ratione diuerſa quoniam altera eſt calidi deffinitio & altera albi, econtrario autem ſunt ratione vnum, ſubiecto vero multa vt album in facie, & album in niue. Nam vna eſt vtriuſq; diffinitio quoniam utrunq; eſt color diſgregans uiſum, multa tamē ſubiecto ſunt, quoniam nix & facies multa ſunt. Itē ratione ſimul & ſubiecto vt veſtis et tunica eodē etiam modo bolus, terræ, & terra, ſubiecto autē et ratione multa vt humiditas & ſiccitas, quippe quæ nequeant in eodem ſubiecto ſimul eſſe licet ſcientia, & caliditas alia in animo ſit alia vero in corpore. Tot itaq; modos coniugationeſq; vnum & multa ſubiecto & ratione connexa coniunctaq; efficiunt. At qui ſi multa & vnum potentia & actu colligātur duas dū taxat efficient coniugationes vel enim vnum potentia, et plura actu vt igniculi in multis lichnis, uel aquę multæ in multis amphoris hæc enim potentia vnum ſunt propterea quod cōuenire in vnū redigi queūt actu autem multa ſunt quippe inuicem ſeiuncta diuiſaq; ſint. Item vel actu vnum multa vero potētia ceu cōtinuum. Reliquę vero partes coniungi ſimulq; ſtare nequeunt. Nam idem ſimul potentia & actu vnum eſſe non poteſt, eodem modo vnum & multa. Quid enim impoſſibilius eſt quam vnum multa potentia, et actu ſimul eſſe. Aſſeruit itaq; Ariſt. hoc reuera eſſe impoſſibile vt idem eodem modo vnum ſit & multa: quoniam contraria vel ſimpliciter oppoſita ſecundum idem ſimul eſſe non poſſint ceu idem ſubiecto vnum & multa, vel ratione eſſe nō poteſt. Item idem eſſe vnum & multa potētia vel actu vnum & multa nequit. Hæc enim pugnant inter ſe quo circa neque coexiſtere queunt ſed quippiam vnum eſſe & multa diuerſis modis in his nihil vetat velut quippiam vnum ſubiecto eſſe, ratione vero multa quemadmodum dulce & flauum in melle vel in vino rubor & cōſtringendi vis. Rurſus actu quidem vnum eſſe plura vero potētia nullum abſurdum eſt vt continuū vel e cōtra actu quidem plura potentia vero vnum, velut aquæ multę varijs vaſibus incluſę. Quum igitur vnū multifariam dicatur, primam Zenonis dubitationem perſoluemus per primam vnius diuiſionem in qua dicitur aliquid eſſe vnum vel ſubiecto vel diffinitione. Nam album in Socrate, & caluitiū cæteraq; alia ſunt vnum & idem ſubiecto videlicet Socrati, ſed deffinitione plura. Item ſecunda dubitatio de continuo per ſecundā diuiſionem tolletur videlicet vnum vel multa aut actu aut potentia. Nam cōtinuum vnum eſt & plura, attamen non eodem reſpectu ſed multa potentia vnum vero actu, quare contraria ſimul non erūt. Non enim pugnant id quod eſt multa potentia, & id quod vnum actu; ſed id quod potentia multa eſt, & id quod potentia, unum eſt, pariter & id qđ eſt vnum actu atq; id quod eſt actu multa. Præterea ipſa Zenonis ratio per eundem refellitur, nam (vt inquit) de eo ꝙ omne appellauit quod ſi multa non eſt, unum prorſus erit propterea quod ens uel unum, uel plura eſſe oportet, cur ita de Socrate ac de cęteris non inquirit. Si enim Socrates Caluus ſimus philoſophus, & quęcunque alia eſt, oportet (ut cum Socrates fuerit) uel eundē unum eſſe vel plura, at unum non eſt, ergo neceſſario multa. Quamobrem cū fugiat unumquodq; particulare unum affirmare ne multa eſſe unum ex multis unitatibus conſtitutum inquiat, unumquodq; ens multa aſſerere uegebitur. Non itaq; id quod eſt duntaxat multa erit ſed ſæpenumero multa.

Dicitur autem unum uel continuum: ipſum: uel indiuiſibile: uel quorum ratio una & eadem eſt, quæ id quod quid erat eſſe appellatur ut temetum: & uinum: ſi igitur continuum eſt id quod eſt unum: multa erit: quippe cõtinuum in infinitum diuidi queat.

Vnum ſingulare (vt ait) Triſariam dicitur, vnum quidem vt continuum, vt dicimus vnum lignum. Itẽ vnum vt indiuiſibile vt punctum, & demum vnum, vt ſinonima velut enſis, gladius, cultelus. Cum igitur Socratem unum eſſe dicimus ad aliquem horum modorum reducemus? Dico igitur ad continuum reduci. Etenim Socratis proprietates, & animalis idem cõficient & ſi non ſunt per ſe cõtinue, attamen in cõtinuo ſunt. Quapropter ipſum ad continuum reducimus.

Habet autem dubitationem de parte & toto non ad hãc diſputationem forſitan accõmodatam ſed per ſeipſam contemplandam.

Quoniam oſtendit quod ſi dixerint ens vt continuum vnum eſſe, quoniam continuum diuiſibile eſt, ens non amplius vnum proprie erit, ſed multa. Verũ contra Ariſto. quiſpiam ambiget, quoniam praue cõtinuum multa eſſe dixit, quia potentia diuiſibile ſit. Nã cõtinuum & totum idem ſunt, at totum, & partes eadem ſunt quippe totum a partibus diuerſum non ſit. Quare continuum etiam, & partes eadem erũt. Si autem continuum eſt propterea quod totum eſſe aſſeritur, perſpicuum eſt ut partes plures nõ ſint ſed vnum? Neq; enim actu eſſe accipiuntur ſed potentia, actu tamen vnum ſunt. Inquit itaq; Ariſto. quæſtionem de parte ac toto an diuerſa ſint inter ſe vel eadem, habere dubitationem non ſolum præſentis diſputationis cauſa ſed etiam ipſam per ſe quæſtione dignam eſſe. Siue enim quis ſupponat hæc eadem eſſe, ſiue diuerſa videbitur vtranq; ſuppoſitionem, nõ nihil abſurdi ſequi. Nam totum ſi diuerſum eſt a partibus, quoniam ſane nihil aliud eſt totum q̃ vniuerſæ eius partes, continget idem a ſeipſo diuerſum eſſe q̃ quidem abſurdum eſt, & talis eſt ſyllogiſmus. Totũ nihil aliud eſt q̃ oẽs partes ſed omnes partes a toto diuerſę ſunt. Nam hęc ſupponebantur totum eſſe igitur totum a toto diuerſum erit, & idem a ſeipſo, ſiquidem alterum a partibus eſſe ponitur at ſi idem omnibus partibus totum eſt, & vnicuiq; idem erit, ſi enim non idem vnicuiq; neq; omnibus ſimul, ſi vero vnicuiq; idem eſt erunt etiam inter ſe partes eędem q̃ ꝓfecto abſurdum eſt. Nam quę eidem eadem ſunt, & inter ſe eadem erunt. Quapropter quantum ex hiſce dubitationibus uidetur totum neq; idem partibus neq; alterum erit. Sciẽdum itaque totum partim idem eſſe partibus, partim vero diuerſum, alterum enim eſt a partibus tanquam id quod omnium conſtitutione fit, & eorum effectus eſt. Rurſus idem partibus eſt tanquam nihil ſit a partibus extraneum vt exiſtat exempli gratia, quoniam ſi citharę vnamquanq; cordam ſeorſum adeo intenderis vt lydium quem vis concentum ſimul attingat & conficiat. Deinde omnes diuiſis ictibus ſæparentur & minime in vnum conſonent vnaquęq; diuiſim ꝓpria vocem profecto exhibebit. Atqui concentus qui poſt omnium cordarum ſimodum ex omnium uoce conſicitur alter eſt videlicet a voce omnium priuſq; conuenirent. Nam omnium concurſus aliquam ſpetiem conficiet quæ non erat in ſingulis ſigillatim nõdum in vnũ conuenientibus ſic igitur concentus vniuerſitas altera eſt ab omnibus vocibus diuiſim & ſi inuicem interuallo diſiunctę ſimul ſonẽt eadem etiam eſt eo q̃ nihil alterum præter particulares ſonorum ictus emergit ad conſtituendam cõcentus ſpetiem ſic etiam de homine dicendum eſt ſi intellexeris partes eius ſeparatas quarum unaquæq; proprium opus retinet ceu oculus videt & manus ſimiliter ſuum & reliquę partes habent. Quum autem omnes fuerint diuiſæ ea ſpeties quæ ex earum concurſu perficitur altera eſt quæ rurſus diceretur eadem quoniam nihil præter unamquãq; partem & peculiares earum operationes conuenit ad perficiendam diuerſitatem ſpeciei. Nam ex omnibus operibus particularium hominum commune opus animalis efficitur. Cæterum ad textum. Sed forſitan non ad hanc diſputationem ſed eam per ſe contemplandam. Sed quomodo de toto dubitatio ad præſentem diſputationem non uidetur attinere? Et ſi nihil ad eam cur illam commemorat? Videtur igitur non ſpectare ad propoſitum dubitationem quoniam cum ipſa quærit an ens unum ſit uel non, & dicat ſi unũ erit ut continuum, quoniam ipſum diuiſibile eſt in infinitum multa erit, ad cuius rei probationem uel cõfutationem dubitatio de toto & partibus nobis minime conducit, ſiue enim idem eſſet nõ ob id ens unum erit, quoniam poteſt hoc modo in infinitum diuidi, ſiue non idem ſed diuerſum, neq; ob id multa erit niſi ipſum ut diuiſibile accipiamus. Vnde uniuerſaliter dubitare ne totum idem ſit partibus uel diuerſum nõ uidetur ad præſentem dubitationem attinere. Sed cur eam meminerit, & quem nã habeat reſpectum ad hanc contemplationem diximus a principio, & uniuerſaliter quoniam ad memoriam reuocat diuiſionem continui in partes talis quæſtio a propoſito penitus deuia non eſt. Nam dicentem aliquid diuidi in partes oportet intelligentiam naturæ totius & partium aſſequi.

Vtrum unũ uel plura ſint pars & totum: & quo pacto unum uel plura ſint: & ſi plura quo nam modo plura: atq; de partibus non continuis eadem ſunt petenda.

Vnum poſuit pro eodem & plura pro altero. Itẽ & quomodo unum uel plura pro hoc & quo modo idem uel diuerſum, & de partibus non continuis dicit uel de his partibus quæ ſunt ſecundum appoſitionem uel de ſeparatis. Secũdum appoſitionem quidem ceu partes quæ in domo ſunt. Quærendum enim eſt de ipſa, ſi tota eadem ſit partibus uel diuerſa, ſi enim eadẽ eſt, & unicuiq; parti eadem erit. Quod ſi hoc dabitur & eędem partes inter ſe eędem erunt. Quare tectum, & fundamentum idem erunt, ac ipſum & parietes eadem, quod quidem abſurdum eſt. Separatas autẽ partes appello ut pedes manus, & reliquæ partes, nam ſi eorum unicuiq; partium diſſimilarium idem eſt, ipſe quoq; inter ſe eædem erunt. Quapropter manus, & pes eædem erunt.

Et ſi utraq; pars & ipſum totum ſint unum ut indiuiſibile: quod & eædem partes eiſdem erunt.

Si utraq; pars (inquit) eadem ſit toti propterea q̃d ipſum indiuiſibile eſt, perſpicuum etiam eſt ipſas ipſi

mei eaſdem

met eaſdem eſſe. Illud igitur uerbum (ut indiuiſibile) eſt reddito cauſæ cur toti pars eadem ſit, illud quoq; (vtraq;) ponitur pro vnaquæque, ideſt ſi propterea quod partes totius indiuiſibiles ſunt, vnaquæq; pars toti eadem eſt, (illud) rurſus vnum ponitur pro hac particula (idem) partes etiam ipſiſmet eædem erunt, hoc eſt inter ſe eędem, itaq; caput manui idem erit. Si vero illud (vtraq;) pro (vnaquæque) intellexerimus talis eſt cõtextus ſententia. Si vero (vt cõſuetudo eſt) illud (vtraq;) de duobus intelligatur certe ſignificaret totum & partem (Et ſententia talis eſt) Si quoniã totum indiuiſibile eſt, & in ipſo etiam pars cõſideratur, & conſpicitur. Nam ob id pars eadem toti eſt, & ipſe partes ipſiſmet ideſt inter ſe mutuo eędem erunt. Sed cur ſi toti pars eadem eſt, ipſe inter ſe eędẽ erunt. Reſpondetur quoniã ſi vnaquæq; pars Socratis eadẽ eſt toto Socrati, & quę eidem eadem ſunt inter ſe ſunt eadem, partes igitur Socratis inter ſe eædem erunt.

Atqui ſi uelut indiuiſibile nulla ſane quantitas neq; qualitas erit. Neq; igitur eſt infinitũ id quod eſt: quemadmodũ Melliſſus dicit: neq; finitum ut Parmenides aſſerit. Nam indiuiſibile finis eſt & non finitum.

Cum confutaſſet ſuppoſitionem dicẽtem id quod eſt velut vnum continuum eſſe, proficiſcitur ad eam quæ ponit illud velut impartile ac expers. Et inquit vt diximus, quoniam deſtruit vt tolluntq; qualitates, & quãtitates. Vnde illis qui ita ſentirent non amplius cõcederetur ipſum ens aſſerere finitũ uel infinitũ eſſe.

At uero ſi omnia quæ ſunt ratione unum ſunt: ut ueſtimentum & tunica ipſis accidit dicere Heracliti ſententiam: eadem enim erit boni & mali ratio: & non boni ac boni: quare idem erit bonum & non bonum: & homo ac equus idem.

Ad tertiam ſuppoſitionem trãſit dicentem omnia eſſe vnum definitione, ſed nõ nominibus, vt ſunt multiuoca. Nam eadem erit ratio boni, & mali, quoniam contraria in idem redigi putant quẽadmodum Heraclitus, Ac non boni & boni, quoniam & cõtradictionem in idem reducunt. Quare contradictio tota ſimul vera erit. Et homo ac equus idem, quoniam & ſimpliciter diuerſa eadem eſſe volunt.

Sed ſermo ipſorum non unum ea quæ ſunt; ſed nihil aſſeret eſſe. Et eadem erit ratio quantitatis & qualitatis.

Si enim cõtradictio ſimul vera erit, qui vnum eſſe id quod eſt diceret, is etiam dicet id q́ eſt nihil eſſe, quare ratio periclitatur ex his non magis id quod eſt vnum eſſe oſtendere, q́ idem nihil eſſe.

Tumultuauerunt itaq; poſteri quemadmodum & antiqui: nequando ipſis accideret ut idem eſſet unum & multa: quapropter alij hoc uerbum (eſt) auferebant.

Hoc non proximis dictis copulatur, ſed ſuperioribus, vbi dixit. Eadem enim erit boni & mali ratio. Sic enim abſurdum inquit cõtraria eadem eſſe, quare (inquit) & ij qui ante nos extitere circa idem tumultuarunt, neq̃ idem videretur vnũ ſimul, & multa eſſe, ceu Socra. cũ albus, philoſophus, & athenienſis ſit,

Alij dictionem mutabant, quoniam homo non albus eſt: ſed albeſit neq; ambulans eſt, ſed ambulat: ne ipſum uerbum (eſt) adiungentes unum multa eſſe facerent.

Ariſtoteles quum dixerit ſine nominibus (alij dictionem mutabant) quidam putant ſuſpicanturq; ipſum (veluti Menedemus eretricus) Platonẽ inſinuaſſe, qui prorſus Platonicæ locutionis ignari ſunt. Nam ubiq;, et ſemper in propoſitionibus illud uerbũ (eſt) a Platone prædicato adiungitur, cum dicat eſt aliquod iuſtum, & eſt aliquid pulchrum. Et in libro qui inſcribitur ſophiſta, cum meminiſſet commemoraſſetq; id ipſum Theorema accuſat damnatq; eos, qui putant idem vnum & multa eſſe eo quod multa de eodem prædicantur. Et inquit eos circa hoc ob exiguam prudentiæ ac rationis poſſeſſionem male affectos nõ potuiſſe diſtinguere ac diuidere quomodo idẽ queat ſecundum aliud eſſe vnum, & ſecundum aliud multa.

Tanq; unum uel id quod eſt uno modo diceretur.

Hoc in medio affert tãquam eos mordens, & obiurgans, & inquit tanquam vnum vno modo diceretur, & non multifariam quemadmodum & ens, illud enim (vel id quod eſt) ponitur pro hoc, quemadmodum & id quod eſt.

Multa autem ſunt ea quæ ſunt aut ratione. Nam aliud eſt album & aliud muſicum ratione: licet utrunq; idem ſit: ipſum igitur unum multa eſt: aut diuiſione: ut totum & partes. Sed hic hæſitabant: & fatebantur unum multa eſſe: tanquam non poſſit idem unum eſſe & multa: non tamen ea quæ opponuntur. Eſt enim unum potentia & actu.

Nam muſicum & album ſunt diffinitione diuerſa, eadem autem ſubiecto, quippe quæ in vno ac eodem homine ſint, igitur multa ſunt vnum ſcilicet ſubiecto vnum, & ratione multa, & hoc neq; abſurdum, neq; impoſſibile eſt. Vel diuiſione vt totum & partes, inquit autem (vel diuiſione) pro potentia. Nam continuum actu aliquid vnum eſt vt totum, potentia autem multa, & hoc abſurdum non eſt; verum (inq̃t) antiquiores hic hæſitabant, dico autem de ipſo continuo, & velut dubitatione victi prope accedebant ad abſurdum, & fatebantur idem vnum eſſe & multa, tanquam (inquit) nõ poſſit idem vnum eſſe & multa, nõ tamen oppoſita. Nam idem potentia vnum & multa, vel idem actu vnum & multa eſſe non poteſt. Nam hæc oppoſita ſunt. At oppoſita ſimul eſſe non poſſunt. Sed idem plura quidem potentia eſſe, & actu vnum nõ eſt impoſſibile. Huiuſmodi autem eſt ipſum continuum.

Hoc igitur modo nobis facientibus impoſſibile uidetur ea quæ ſunt unum eſſe. Ea neq; ex quibus ſuam ſententiam demonſtrant; eſt difficile ſoluere.

Cum prius aduerſus eorum dogma ſententiamq; inſtetiſſet, impræſentia accedit ad ipſas rationes Parmenidis & Melliſſi, quibus oſtendebant omnia vniuerſumq; vnum eſſe & immobile. Sed prius tractat Melliſſi rationem, igitur oportet prius totam rationem Melliſſi exponere, deinde hoc modo indagare perſcrutariq; vnamquãq; propoſitionem, quomodo probabatur a Melliſſo. Poſtremoq; dicere quomodo ipſas Ariſto. confutet, igitur hæc eſt Melliſſi ratio.

Verum potius dicerem Melliſſum non feciſſe Syllogiſmum, ſed duntaxat ille ſuppoſuiſſe petijtq; id quod eſt ſine principio, vnum infinitum, & immobile eſſe, cũ igitur hęc q̃tuor Melliſſus ſupponeret peteretq;, quidam putauerunt ipſum ex quodam ſyllogiſmo talia concludere ac deducere, quem Ariſto. ponit. Verum ſiue ſyllogiſmum Melliſſus attulerit, ſiue alij ex tali ſyllogiſmo putauerint ipſum hęc concludere, nihil apud nos intereſt. Syllogiſmus enim ſimpliciter ex quo dicta concluduntur talis eſt, quod eſt nõ eſt factum, q̃d non eſt factum non habet principium, quod non habet principium neq; finem obtinet, quod nõ obtinet finem, infinitum eſt, igitur id quod eſt infinitum eſt, hoc igitur modo id quod eſt infinitũ eſſe demonſtrauit, hinc poſtea deduxit id quod eſt vnum & immobile eſſe. Nam ſi infinitum eſt, conſtat ſane illud etiam unum eſſe, quippe infinitum omnem locum occupet. Si autem hoc dabitur, non admittet ſecum aliud eſſe, alioqui non foret infinitum. Item quia ens eſt vnum & infinitum erit etiã propter vtraq; hæc immobile. Nam ſi omnem locum occupat, certe nõ habebit quo moueretur. Rurſus ſi vnum eſt, oportet ipſum etiam immobile eſſe, quoniam ſi moueretur neceſſe foret, ut locus vel tẽpus, in quo cieretur motu, videlicet ipſa motus forma eſſet ſecũdum quam moueretur, quare rurſus nõ erit vnum, ſed multa. His igitur id quod eſt unũ et infinitum ac immobile eſſe Melliſſus probauit. Cæterum oportet conſiderare vnamquanq; propoſitionem, vbi ipſe aberrat. Nam quod ens non ſit factum hoc modo oſtendit. Si enim ens factum eſt vel ex ente factum eſt, vel ex non ente, ſi ergo ex ente, profecto ens eſſet antequam fiat, quippe aliquod ens ex quodam ente fiat. Simpliciter autem ens ex ente, non fieret. Nam idem ex eodem fieret, quare priuſquam fieret, eſſet, quod quidem abſurdum eſt. Si vero ex non ente factũ eſt, oportet vt ex nihilo factum ſit. Nã ſimpliciter id quod eſt ſi fieret, ex ſimpliciter non ente fieret. Sed cõmune poſtulatum ac conceſſum omnium naturalium eſt nihil ex ſimpliciter non ente fieri, quippe oportet aliquid ſubijci ac permanere in generatione, quod tranſmutetur, ac id quod generandũ eſt oportet prius potuiſſe generari. Nã oportet puerum poſſe imbui grammatices rudimentis, ſic ergo oportet etiam hominem producendum habere prius aptitudinem ad hoc. At id quod habet aptitudinem, & ipſa aptitudo aliquod ens eſt, igitur omne q̃d fit ex ente ſit, ſi ergo neceſſe eſt ſi ens fieret vel ex ente produci, vel ex non ente, & ex vtroq; ſequitur aliquod abſurdum, perſpicuum igitur eſt ens minime factum eſſe. Quod vero id quod non eſt factum principium non habeat, ex oppoſito hoc demonſtrat cõuerſione vtens. Nam accipit quod omne factum habeat principium, ſi ergo omne factum habet principium, ergo quod non eſt factum nõ habet principiũ. Quod vero habens principium & finem habeat, rurſus ex communibus conceſſis ac poſtulatis accæpit. Etenim idem principium finis aliquis eſt. Hęc eſt igitur tota rationis Melliſſi deductio. Ariſt. autem obijcit ei multa. Et primum conuerſionem malam quoniam male ex deſtructione antecedentis conuerſionẽ faciebat. Nam lex conuerſionis cum contra poſitione debet fieri ex conſequente. Nam tunc vera ſit, quãdo acceperimus oppoſitum conſequentis & probauerimus oppoſitũ antecedentis. Si uero ex antecedẽte fieret cõuerſio, non prorſus vera erit, niſi termini qui cõuertũtur adequentur, & cõuerſibiles ſint. Si enim homo eſt, prorſus & animal eſt, non tamẽ ſi quippiã nõ fuerit homo, ob id neq; prorſus animal erit. Nam equus homo quidem non eſt, licet ſit aĩal. At ſi quippiam non fuerit animal neq; homo erit, vera igitur ſemper eſt conuerſio ex conſequente, falſa autem ex antecedente. Si ergo conuerterimus ex conſequente deductionem quemadmodum lex conuerſionis cum contra poſitione iubet; quę ſemper vera & neceſſaria eſt, ſyllogiſmum in ſecunda figura ex duabus negatiuis faciemus. Nam ſi factum principium habet, quod non habet principium, neq; factum erit, igitur ens nõ eſt factum, illud autem quod non habet principium non eſt factum eſt quædam inutilis aſſilogiſticaque coniugatio. Deinde ſi conceſſerimus conuerſionem Melliſſi, hoc etiam modo ratio eius confutabitur. Nã principij ſignificatus duplex eſt, quippe principium vel temporis dicatur ſcilicet ipſum momentum temporis in quo fit aliquid, vel rei, ceu materia, vel forma, ſcilicet in animali quod primũ natura efficit, verbi gratia caruncula. Rurſus principium vel cor vel caput, quale igitur principium Melliſſus accæpit. Nã ſi principium temporis accæpit, videamus quod ex ratione ſequatur, dicit itaq; quod eſt non eſt factum, quod non eſt factum nõ habet principium temporis, quod non habet principium temporis, neq; finem tẽporis habet, quippe oporteat finem accipere nõ ſine proportione ad principium, quod ergo non habet finem temporis ſine fine eſt ergo id quod eſt, ſine fine erit. Atqui & id quod eſt ſine principio id ſine temporis initio eſt, quoniam non eſt factum, ſed quod caret principio temporis & fine ſempiternum eſt, igitur id quod eſt ſempiternum eſt, ſequetur igitur ex conuerſione nobis accipientibus principium temporis, id q̃d eſt ſempiternum eſſe, ſed non infinitum. At ſi accæperimus principium rei, non amplius conuerſio locum habebit. Neq; enim quoniam factum principium rei habet, non factum non habebit principium rei. Nam quid vetet & ſi id quod eſt ingenitum foret (modo corpus exiſtat) principium rei habere materiam, & formam ſuam. Equidem ſpherarum principium rei eſſet centrum, finis autem ſuperficies quanquam ingenitæ ſint, & hoc aliquis cõcederet. Deinde inquit quid prohibet quanquã illud eſſet infinitum, circa ſeipſum moueri poſſe, & alterum locum non recipere nec occupare, ceu in vaſe aqua mouetur, ac veluti omnia quæ mouentur in orbem, ceu cœleſtia. Item inquit quãquam infinitum ſecundum locũ moueri nequeat, quid prohibet ſuis ſtantibus petitionibus ipſum alterari poſſe. Ipſe igitur Ariſt. oſtendit ipſum infinitum ſi omnino eſſet, vndiq; ac prorſus potentiam infinitã habiturum, quocirca immutabile eſſet ac expers cuiuſuis motus. Si enim mutaretur opus ei eſſet, vt tranſmutaretur a trãſmutãte, & id quod patitur ſemper a maiori vi et potentia patit̃. Neq; enim a minore, neq; ab æquali aliquid pateretur, ſed infinito nihil maius eſt. Item nihil aget in ipſo infinito, ſiquidẽ nihil aliud coexiſtere queat cum infinitum vniuerſum capiat & complectatur. Non enim ſecundum vnam dimẽſionem eſſet infinitum, ſecundũ aliam vero minime, hoc enim commentum fabulaq; eſſet, & placitum digen-

tis

tis, ſed perſpicuum eſt, quod ſi prorſus poteſt eſſe ali-
quod corpus infinitum, ſecundum omnes dimenſio-
nes erit infinitum, igitur Ariſt. (vt dicebam) oſten-
dit infinitum omnino immutabile eſſe propterea qđ
infinitæ poteſtatis foret. Sed quoniam Melliſſus ob
id ſolum dixit infinitum non moueri, quoniã non ha-
beret quo mearet & moueretur, ſiquidem omnẽ lo-
cum occupet, propter hoc velut contra hanc ſuppo-
ſitionem inquit, nihil prohibet ipſum ſecũdum locum
& ſecundum alterationem moueri poſſe. Siquidem
ob id ſolum Melliſſus dixit id quod eſt immobile eſſe
reuera nihil prohibet ipſum circulo moueri & alte-
rari, ſi autẽ non ſolum ob id, ſed quoniã vnum ipſum
eſſe ſtatuit, quantum ex his non confutaretur. Nam
reuera vnum & duntaxat vnum immobile foret ſe-
cundum omnem tranſmutationem, quoniam ſi muta-
retur erit aliquid aliud ſcilicet ipſa mutatio, & rurſus
hæc modo non erit vnum ſed plura. Hæc igitur ſunt
obiecta Ariſto. contra rationem Melliſſi. Sed contra
illam qua dicit id quod eſt non fieri, non contradicit.
Nam videtur etiam ipſi ita rem ſe habere cùm exiſti-
met vniuerſum ingenitum eſſe. Verum cõſentaneum
exiſtimo non nullam facere argumentationẽ ſine pe-
riculo, qua probaretur id quod eſt ac ens fieri non
poſſe. Nam ſimpliciter ens nõ fieri ex ente puto cuiq;
compertum eſſe, alioqui priuſquam produceretur eſ-
ſet, ſed quomodo ex non ente poteſt fieri. Neq; enim
quia multis philoſophis ita videbatur, iam id verum
eſſe oportet, quippe ipſis multa alia viſa ſint, quæ a
vero ſunt aliena, quorum multa Ariſto. confutauit ac
reiecit. Item neq; ens ſi fieret priuſquam producere-
tur q̃a ipſum dicimus fieri potuiſſe, iã ob id ex pręexi
ſtẽte ſubiecto quodam velut ex cauſa materiali dici-
mus ipſius fieri generationem. Nam quid vetat eo qđ
præexiſtit cauſa efficiens quę trãſmutat id quod fit &
non quia aliqua materia præſupponatur, hac ratione
nos aſſerere id quod fit prius potuiſſe fieri. Nam ma-
terialem cauſam, niſi demonſtraretur ipſa per ſe inge-
nita eſſe, conſentaneum non erit dicere per ſe potuiſſe
fieri antequam produceretur. Nam quomodo dice-
retur poſſe hoc aliquid eſſe, niſi prius hoc ipſum de-
monſtraretur ſubſiſtere, quoniam neq; forma dice-
retur poſſe aliquid eſſe priuſquã ſubſiſteret, quare ſi-
quidem aliquis dixerit ipſum ens fieri ex ente; ideſt ex
cauſa efficiente, fatebimur quidem omne quod fit ex
ente fieri. Nam cuiq; impoſſibile eſt ſine cauſa genera
tionem habere verum ſi ex ente aliquid fieri velut ex
præexiſtente cauſa materiali, diceremus q̃ non am-
plius neceſſe erit eo quod dicitur ens antequam fie-
ret potuiſſe fieri, ipſum produci ex ente aſſerere, ſed
ex non ente, ſiquidem non demonſtratum fuerit mate
riam ipſam ſecundũ ſuam rationem ortus interituſq;
expertem eſſe. Veruntamen argumẽtum quod dixi-
mus non vrget quæ fiunt ex materiali cauſa fieri, ſed
quantum ad ipſam ſane ipſa etiam poteſt eſſe ex non
ente cũ materia ſimul cũ formis ab opifice proficiſca-
tur. Nam vt formas producit, antequam ſint, quid ve-
tat etiam materiam non exiſtentem ipſum produce-
re, vt etiam vndiq; & omnino ſit opifex. Si autẽ ma-
teriam producit oportebit ipſam vel ex ente, vel ex
non ente produci, & hoc in infinitum abibit. Nunquã
autem neq; omnino de ente ſimpliciter quæſtio ha-
bet locum, an factum ſit, vel ne, ſiquidem ens non ſit

Cũ xpianis cõuenit aut potius cũ Platone in Timęo.

Vide Platonẽ in Timęo pro hoc qm̃ hęc eſt ſententia eius.

Cũ religione xpiana cõuenit & cũ Plat.

decem prædicamentorum genus, ſed vox æquiuoca
ambiguaq; in diuerſos ſignificatus diuidẽda ac diſtin
guenda. Nam genera & prorſus vniuerſalia aliquam
naturam indicant, quippe animalis natura quippiam
aliud ſit præter hominem, & præter vnumquodq; re-
liquorum. Vnde quamuis in particularibus animali-
bus conſpiciatur, & conſideretur, attamen quandam
naturam per ſe ſecundum ſuam rationem habet, ſiue
factum ſit, ſiue non. Voces autẽ ęquiuocę ambigueq;
ſubſtantiam vel quandam ſubſiſtentiam communem
non ſignificant, vnde quomodo hæ dicerentur fieri
vel non fieri. Nam agemus nullam naturam commu
nem ſignificat, cum nulla itaq; ſit cõmunis natura ſi-
gnificata ſubiectaq; in æquiuocis, quomodo ergo fie-
ri vel non fieri æquiuocum diceretur. Similiter itaq;
ſi ens genus non eſt, ſed vox ſolum ęquiuoca, profe-
cto ab ente nulla cõmunis natura ſignificatur. Nam
prædicamenta ſola voce conueniunt. Non eſt igitur
aliquod ens ſimpliciter, ſed vel ſubſtantia, vel quanti-
tas, vel aliquid aliorum eſt, quare non eſt cõſentaneũ
quærere de ipſo ſi ſit factum vel ne, quærimus autem
ſi ſit factum corpus, vel ne, ceu ſi mũdus ſit factus, vel
ne, & ſi factus nunquid ex entibus, uel ex non entibus.
Et in his non eſt impoſſibile dicere, vt fiãt ex entibus,
ſi demonſtratum fuerit materiam prius ſubijci in qua
id quod fit ſubſiſtit, iterum ex non entibus, ſi materia
vna cum formis produceretur. Ad illud igitur argu-
mentũ quo probabatur ens nõ fieri, tot etiam a nobis
impræſentia ſuppeterent ſufficiantq;, cum alias abun-
de affatimq; hæc theoremata tractata ac pro exerci-
tio diſputata ſint. Sed quoniam Melliſſus & ipſe Ari.
fatetur hos viros non eſſe naturales, id quoq; indicãt
eorum libri. Nam in his libris quos ſcripſit iuxta veri
tatem, quum vnum eſſe ens dixerit, in libris vero
quos ſcripſit iuxta opinionem duo ſtatuit eſſe princi-
pia rerum, ignem & aquam vt ſimul cõplectatur me-
dia & extrema, ſic itaq; in libris de naturalibus diſſe-
rit, quæ opinabilia vocant. In libris autem iuxta veri
tatem de intellectualibus cõſiderare propoſitionum
deductionem opus eſt quoniam ibi iuxta intentionẽ
viri diſputaſſe videtur. Sciendum igitur eſt omne in-
tellectuale ipſum appellaſſe ens, & ſenſibile id quod
fit. Porro hoc modo Plato etiam ipſa vocauit, cum
pro eodem acceperit aliquod ſemper ens & genera-
tionem non habens de intellectuali loquens, & id qđ
ſemper fit, & nunquam ens dicens de ſenſibili, quorũ
alterum intelligentia cum ratione comprehenditur
alterum autem eſt opinabile ab opinione vna cũ ſen-
ſu irrationali comprehenſum. Cum igitur in intelle-
ctualibus vidiſſet vnitatem dominari ac præualere.
Nam in omnibus eſt vnitas & ſeparatio, verum id
quod ſemper melius eſt, et proximum uni rerum om
nium principio vnitate præualet magis, porro in no-
bis atq; in animalibus irrationalibus vnitas & diuiſio
inueniuntur, ſed in nobis magis præualet vnitas q̃ in
illis. Nam noſtrum animal & commune homo eſt, in
illis autẽ ecõtra magis diuiſio ſegregatioq; eſt quam
vnio. Rurſus in nobis & in cœlis videtur vnitas &
diſtinctio, ſed in illis magis viget vnitas q̃ in nobis,
ſimiliter etiã in ipſis intellectualibus magis viget vni
tas q̃ in omnibus alijs. Cum igitur ipſe vidiſſet ea quę
vnitate præualent & quaſi ob vnitatem ad id princi-
pium quod videtur commune omnibus ac prorſus

Cõtra delirantes terminiſtas.

Pro ſcotiſtis.

vnum, omne intellectuale dixit eſſe vnũ ac ſine principio nõ diſtinguens ipſa a ſuo proprio principio. Neque enim dicebant aliud eſſe principium, & aliud q̃d ab eodem proficiſcitur, quoniam videbatur vna eſſe ſubſtãtia omnium ac ſine principio, ob id igitur deinceps dicebant ipſum vnum neq; habere finem, quoniam infinitæ virtutis erat, & in omnia potens minimeq; ab alio finitum & terminatum, quare ſi omne intellectuale ens vocabat etiam non factum, & rurſus omne tale ob dictam cauſam erat ſine principio, ergo inter ſe hæc adequantur id quod non fit & principium non habens. Nam vtrunq; de eiſdem dicitur, ſimiliter ſi omne quod gignit ſenſibile dicebat, et omne tale habet principium temporis vel rei, igitur hęc inter ſe adequantur ſcilicet id quod fit & principium habens, quare ſi aliquid factum eſt hoc etiam principium habet, & econtra ſi aliquid principium habet, hoc etiam factum eſt. Et rurſus ſi aliquod factum non eſt hoc principium non habet, & econtra ſi aliquod principium nõ habet, hoc neq; factum eſt, quare quũ hæc inter ſe adequãtur & cõuertãtur ac equiualeãt, et in his q̃ cõuertũtur nihil differt ſi fit cõuerſio ex antecedẽte vel cõſequẽte, merito & Melliſſus velut cõuerſionem in rebus quæ equiualent ac conuertuntur, cenſuit ſine vllo diſcrimine conuertendum eſſe ex antecedente, ceu in homine & riſibile nihil intereſt dicere ſi homo eſt riſibile eſt, ſi autem non riſibile, neq; homo, vel ſi non homo, neq; riſibile, poſtremo omne intellectuale dixit Melliſſus eſſe immobile, quoniam omnia illa ſtabilem ſubſtãtiam & actũ, ac omnino immutabilem habẽt ſic profecto & Ariſt. omnia intellectualia vocat immobilia, non ſolum diuina, ſed etiam animas in quibus oſtendit oportere vt ea quæ primo mouent immobilia ſint. Pulchre igitur Ariſto. cum ſit naturalis modo magis naturali obijcit rationibus, & Melliſſus cum de rebus diuinis diſſerit talibus vtebatur & rationibus.

Hoc *igitur modo nobis facientibus impoßibile uidetur ea quæ ſunt unum eſſe. Ea neq; ex quibus ſuam ſententiam demonſtrant difficile eſt ſoluere. Vterq; enim contentioſe ratiocinatur & Melliſſus & Parmenides. Nam falſa ſumunt: & rationes forma uitioſas efficiunt: Mellißi tamen ratio magis inepta eſt: neq; ullã profecto habet dubitationẽ. Sed uno abſurdo dato cætera accidunt: quod quidem nullã difficultatem habet. Quod quidem ergo Melliſſus uitioſe ratiocinetur patet: putat enim accepiſſe ſi omne quod factum eſt principium habet: id ergo quod factum non eſt. non habebit principium.*

Quoniam cum propoſuiſſet confutare opinionẽ Parmenidis & Melliſſi, prius ipſum communius problema per ſe exercuit ac tractauit, modo autẽ debet rationem Melliſſi confutare. Quocirca, inquit, hoc igitur modo ſiquis fecerit talem opinionem confutãdo quæ omnia vnum eſſe aſſerit, inueniet illius opinionem impoſſibilem eſſe, ac rationes quibus illam ipſi probare nituntur, facile ſolui & confutari poſſe. Nam non modo ſcientem oportet res ipſas per ſe quo pacto ſe habeant, oſtendere, ſed etiam adductas dubitationes ſecundum veram opinionem de ipſis diſſoluere. Nam vtrum eorum abfuerit vel defecerit, alterum claudicat. Nam ſiue rationes contrarias confutabit, nondum perſpicuum eſt, quomodo res natura ſe habeant. Nam poteſt aliquod verum probari licet nõ ex neceſſarijs propoſitionibus ceu animum eſſe immortalem quoniam ſepulchra antiquorum venerantur, & confutans has rationes iam dogma deſtruxit. Vnde enim conſtat non eſſe alias rationes quæ hoc neceſſario probent. Siue ipſas res per ſeipſas demonſtrabimus quomodo earum natura ſe habeat, & minime dubitationes perſoluemus, ipſe ita manentes cõfunduntur ingenio hebetiores ac ſimpliciores. Quocirca Ariſto. oſtendens fieri non poſſe, vt vnum ens ſit, & rationes hoc demonſtrantes nũc proponit oſtẽdere & confutare. Vterq; (inquit) igitur & Melliſſus & Parmenides contentioſo modo ratiocinantur ꝓpoſitiones falſas ſumentes & vitioſe ratiocinãtes, obijcit igitur ipſis vitioſum modum concludendi, quoniam vterq; male vtebatur conuerſione ipſam facientes ex antecedẽte. Etenim Parmenides etiam eodem conuerſionis modo vtebatur, cũ dicat, quod eſt præter ens, eſt non ens, quod eſt non ens, nihil eſt, igitur vnum ens eſt. Nam ex propoſitionibus deducenda erat hæc concluſio, igitur quod præter ens eſt, nihil eſt, qui concluſionem hanc conuertens ex antecedente, conuerterat, cum deceat oporteatq; ex conſequẽte conuertere. Nam inquit ſi quod eſt pręter ens nihil eſt, igitur ens eſt vnum, opponitur enim non enti ens, & vnum nihilo, oportet igitur ex conſequente conuertere & dicere igitur vnũ eſt ens. Hoc igitur modo eorum rationes vitioſæ ſunt male vtentes conuerſione. Item accipiunt falſa præſertim Melliſſus, quoniam putat quod non eſt factum, non habere principium. Nam etſi per conuerſionem acciperetur talis propoſitio, attamen quoniam aliquod verum vitioſa forma concluditur, vt cum dixero, homo non eſt lapis, lapis non eſt equus, igitur homo nõ eſt equus, hic concluſio vera eſt, tamẽ deducitur forma vitioſa ex duabus negatiuis, cum igitur non prorſus vitioſam formam ac deductionem ſequatur falſum, idcirco ei non modo obijcit vitioſa forma propoſitiones accepiſſe, ſed etiam quia vna cum vitioſo ſyllogiſmo falſa ſumpſit. In eadẽ etiam Parmenides inciderat, qui ob vitioſam conuerſionẽ falſum deduxit ſcilicet ens unũ eſſe. Verum (inquit) Melliſſi ratio magis inepta abſurdaq; eſt, quoniam duas rationes cũ poſuiſſet, in una quidem, quam pauloante commemorauimus, accipiens veras propoſitiones ſcilicet quod eſt præter ens, eſt non ens, quod eſt non ens, nihil eſt male concluſionem conuerterat. Atqui Melliſſus mox a principio vtens male conuerſione per contrapoſitionem in eadẽ propoſitiones falſas accepit, magis ergo inepta eſt, quia mox cum propoſitiones ſunt, auditores male afficit hiſq; aduerſatur, & nihil graue dicit & ſimilis ei eſt qui mouet tantum quęſtionem. Atqui Parmenides in ſecunda ratione ſolertius procedit. Ratio autem talis eſt, ſi ens vnum ſignificat & contradictio ſimul vera eſſe non poteſt, igitur ens vnum eſt. Neq; enim propoſitiones ad communem terminum copulans & cõnectens ordinauit rationem, neq; concluſionem ex terminis qui intra ponuntur deduxit concluſionem, qua de cauſa non facit manifeſtum elenchum, quo merito fit, ut auditoribus moueat ipſe dubitationem quoniam dicta tangunt veritatem vel falſitatẽ: ob id igitur Melliſſi rationem magis ineptã

eſſe,

eſſe, quoniam nullam dubitationem habet, ſed ſtatim carpitur ab auditoribus. Nam reuera tales rationes magis ineptas cum arbitremur minus etiam moleſtiæ afferunt, qui autē aliquid falſi dicunt, neq; quippiam exactum & a confutatione alienum habent, ſed vno abſurdo dato alia accidunt. Nam cum Melliſſus ſtatim a principio vnum abſurdū videlicet, vitioſam conuerſionem, ac ex eadem falſam propoſitionem dicentem quod non eſt factum, non habet principium ſcilicet rei, ſic ex eodem principio cætera abſurda deduxit, ſcilicet ens vnum, infinitum & immobile eſſe, hoc autem neq; difficile eſt petenti vnum falſum ex eadem mille concludere ac deducere. Nam ſi daretur hominem volatilem eſſe, ſequitur profecto ipſum habere alas, item volare, irrationalem eſſe, oua parere & infinita alia.

Deinde etiam hoc abſurdum eſt cuiuslibet eſſe principiū rei: & non temporis.

Quoniam Melliſſus perſpicuo accepit principiū rei, principij autem nomen equiuocum eſt. At ipſe in loco de equiuocis nobis tradidit, q̄d quum vox equiuoca nobis in quæſtione & ꝓblemate offertur, ſignificatus vocis equiuoce diſtinguere oportet, & illum ſignificatū ſeparare de quo ſermo habēdus eſt. Quocirca Melliſſo obijcit, quoniā cum diſputaſſet de principio quod eſt vox equiuoca, eius ſignificatus non diſtinxit, ſed de illo ita diſſerit perinde atq; vnum aliquid principium rei ſignificet.

Et generationis: non ſimplicis: ſed etiam alterationis perinde ac non ſit aliqua mutatio tota ſimul.

Quoniam ſuppoſuit Melliſſus omne factum mox habere principium rei, illud videlicet principium rei ſecundum partem. Neq; enim principium ſimpliciter veluti elementum ſtatuit, alioquin hoc modo non cōcluderet quod volebat, maxime quidem ſi aliqua facta non fuerint, quæ tamen corpora ſunt, his prorſus neceſſe foret principium habere id, quod elemētum dicitur. Nam omne corpus conſtat materia & forma, & ſimpliciſſimis elementis. Deinde neq; ſi non habet principium quod eſt elementum, neceſſe eſt hoc magnitudine infinitum eſſe, immo contrarium ſi aliquid nō cōſtat elemētis, hoc neq; prorſus habebit magnitudinem quare multo magis neq; finitum, neq; infinitū erit, talia vero ſunt omnia incorporea, ceu animus, mens, & punctum, principium igitur accepit ſecūdum partem, ceu quod omnis rei quæ fit hæc pars prior ſit. Obijcit igitur Ariſt. ei quoniam male non ſolum putat tale principium ſimplicis generationis eſſe, ſed etiam omnis generationis ſimpliciter, ſimplicē enim autem vocat eam generationem quæ ſubſtantiæ eſt. Nam (inquit) eſt quædam alteratio quę non fit ſecūdum partē, ſed res tota ſimul alteratur, ceu in coagulatione lactis. Non enim alia pars prius, & alia poſterius alteratur, ſed pariter per totum fit caſei coagulatio, ſimiliter eodem etiam modo cū ſol calefacit, omnes partes quas ipſe prius attingit pariter totę ꝓtinū nigrę fiunt, & minime pars hæc prior, illa vero poſterior ē. Praue igitur cuiuſcunq; facti idem principium eſſe ſtatuit. Nam ſecus eſt principium in tota ſimul alteratione cum forma ſimul momentoq; non aduenit neq; introducitur, ceu perfecta congelatio; ſed quædā veſtigia præeunt aduenitūtq; ceu veſtibula quędā, dico. ſ. ipſas remiſſas imperfectaſq; coagulationes.

Præterea cur ſi eſt unum immobile eſt cur enim & unīuerſum non perinde atq; pars quæ quidem eſt unum: ceu hæc aqua ī eodē loco mouetur. Deīde cur alteratio nō erit:

Inquit quid prohibet ſi vnum eſſet, id ipſum moueri. Nam vt aquæ pars cū ineſt toti, quanq̄ tota nō moueatur aqua, attamen ipſa mouetur, quemadmodum nos immergētes manū in mare volueremus aquam quæ circunſtat manui. Huiuſmodi ſunt etiā gurgites qui in aqua fiunt. Inquit igitur quid vetat id quod eſt infinitum & vnum immobile eſſe ſecundum totum, moueri autem ſecundum partes, quemadmodum & cœlum ſecundum totū immobile eſt, partibus autem mouetur. Siquidem igitur illud verbum. ſ. non perinde atq; pars quæ quidem eſt vnum, intellexerimus legerimuſq; pręſertim illud (quę quidem eſt vnum) ꝓ hoc (cum ineſt) hoc modo interpretatio cōtextus haberi debet. Si vero ſecundū diuiſionem pro hoc, non perinde atq; pars aquę, hanc dico aquā quæ cum vna ac eadem eſt, in ſeipſa mouetur. Etenim pars a toto ſeiuncta ceu aqua in dolio, & ipſa eſt vnū aliquid, quemadmodum igitur hæc & vna eſt, & nihil prohibet ipſam in ſeipſa moueri, cur & id quod eſt, ſi vnū ſit, non mouebitur in ſeipſo Deinde (inquit.) Eſto vt illud non moueatur ſecundum locum, quid vetat illud moueri ſecūdum alterationem, diximus autem nos etiam ſuppoſitionem vnius prorſus de medio motū tollere.

Dup. legit particulā cōtextus.

At uero ſpetie neq; unū eſſe pōt: niſi eo ex quo ſit: hoc autē modo quidā naturales dicūt: illo aūt modo minime. homo nāq; differt ſpē ab equo, et cōtraria inter ſe ſimili modo.

Tanquam opinioni Melliſſi ſuccurrens inquit, q̄d ſi oportet reuera id quod eſt, vnum dicere, profecto ſic illud vnum eſſe. ſ. ſubiecto & non ſpetie neq; forma affirmandum eſt, quemadmodum (inquit) nōnulli naturales dixere, ceu qui athomos dedere Nam ij aſſerebant eas genere unum eſſe, & figura differre. Itē ceu ij qui vnum elementum eſſe ſtatuerunt cuius denſitate & raritate alia fieri autumarunt, quæ quāquam vnum ſubiecto eſſent, attamen formis differrebant, quare ea quæ ſunt non magis vnum erunt propter ſubiectum, q̄ multa propter formas, præſertim cum res non ſecundum materiam, ſed ſecundum formam informate diſtinguantur.

Et idem modus rationum contra Parmenidem eſt: & ſi quidam alij proprij ſint.

Cum inſtetiſſet vniuerſaliter contra ꝓblema, quoniam non poteſt eſſe id quod eſt vnum; deinde tractaſſet Melliſſi rationem qua ille probauit id quod eſt vnum eſſe, & quia confutaſſet ipſum, conſequens eſt, vt nūc aggrediatur rationes Parmenidis, & illas confutet. Verum vt opiniones Melliſſi & Parmenidis quædam communia habent, cum aſſerant ambo id quod eſt vnū eſſe ac immobile, & quędā vnaquęq; habeat ꝓpria quū altera illud q̄ eſt ſentiat eſſe infinitū alia vero finitū, ita etiam argumenta contra eos quędam communia ſunt, quædam vero propria contra vnumquenq; adducuntur. Communia namque argumenta ſunt; quibus reprehenditur confutaturque id

ꝙ eſt vnum & immobile eſſe propria vero quibus
alter confutatur quoniam non eſt infinitum, alter ve-
ro, quia illud vnum ens non eſt finitum. Nam oſtẽdet
hoc quod eſt, quod quidem ſuppoſuit vnum eſſe, ne-
que infinitum eſſe poſſe neqꝫ finitum. Sunt autem Par
menidis rationes duæ, quarum alteram in his ponit,
quam etiam Theophraſtus & Plato cõmemorarunt,
alteram vero ſuperioribus dictis explicauimus. Eſt
autem ratio talis (vt inquit) quod eſt præter ens eſt
non ens, quod eſt nõ ens nihil eſt, igitur vnum eſt ens
vel econtra ergo ens eſt vnum. Huiuſmodi ratio igi-
tur peccat ſecundum propoſitiones, & ſecundum cõ-
uerſionem. Nã concluſio male conuertitur ex antece
dente. Nam hæc eſt concluſio quod eſt præter ens, er
go nihil, cum igitur conuerſio cum contra poſitione
fit omnino communiter ꝙ vera, quum acceperimus
oppoſitum conſequentis, et deduxerimus oppoſitum
antecedentis, ipſe male faciebat conuerſionem ex an-
tecedente accipiens oppoſitũ antecedentis & inferens
concluden'qꝫ oppoſitum conſequentis. Eſt autem an-
tecedens concluſioni, quod eſt præter ens, conſequẽs
autem, hoc nihil eſt, opponitur autem huic (ꝙ præter
ens eſt) hoc ſcilicet ens, huic autem nihil opponitur
vnum. Si ergo recte voluiſſet facere conuerſionem,
ex conſequente deduxiſſet, igitur vnum eſt ens, & ve
ra eſſet hæc cõcluſio, tale igitur eſt peccatum ſecũdũ
conuerſionem concluſionis. Item Ariſto. obijcit pro-
poſitionibus primum minori in qua dicitur ꝙ prẹter
ens eſt, non eſt ens. Nam (inquit) cum multa plane ſint
ea quæ ſunt ac entia, hæc nanqꝫ ſumuntur ex euidẽtia,
idcirco adduci rationem ſeorſum non oportet. Item
neqꝫ opus eſt accipere hanc vocem equiuocam ſcili-
cet vnum in propoſitione, ſed dicere quæ ſunt præter
entia ac ea quæ ſunt, ipſa non ſunt. Verum & ſi illi con
cederemus id quod eſt vnũ aliquid ſignificare, & ve-
ram eſſe propoſitionem minorem, maior tamen erit
falſa. Nam ſit verum hoc quod eſt prẹter ens eſt non
ens, vnum aliquid ente ſignificante, verbi gratia ſigni
ficante ſubſtantiam, attamen non amplius erit verum
ꝙ non eſt, nihil eſt, etenim accidẽtia non ſunt, quoniã
non ſunt ſubſtantię, quæ tamen nihil dici non poſſunt.
Item Plato in dialogo qui inſcribitur ſophiſta eidem
propoſitioni occurrit. Nam cum encomia & laudes
Parmenidis multas prius dicere cõtendiſſet ac latius
explicaſſet, quem præterea patrem appellauit, profe-
cto inquit, ſi verum foret, vt id quod eſt præter ens ſit
non ens. Nam ſcimus ipſum ens appellaſſe intellectua-
le, ſi ergo aliquid eſt præter intellectuale, quod quidẽ
reuera eſt ens, hoc non ens erit, non amplius ergo ue-
rum erit, non ens nihil eſt. Nam omnia ſenſibilia, cum
ſint ea quę non ſunt entia, propterea quod dũtaxat in-
tellectualia ſunt entia ac ea quæ ſunt, nihil tamen non
ſunt. Sunt enim aliquid ipſa ſenſibilia, quare & ſi mi-
norem propoſitionem ſupponeremus veram eſſe,
maior tamen falſa erit. At ex vna propoſitione nihil
concluditur. Præterea quomodo dicit id qđ eſt vnũ
ẹſſe, uel. n. noĩe vnũ erit, vel re, & ſi re vel genere, vel
ſpetie, vel numero. Et ſi numero vel vt cõtinuum, vel
vt definitione vnum. Nunc vero omittit unum vt ine
diuiſibile, quoniam neqꝫ hæc petitio habet locũ apud
hos viros, ſiquidem alter ens & id quod eſt dixerit
infinitum eſſe, et alter finitum. At finitum et infinitum
magnitudini competunt, indiuiſibile autem neqꝫ infi-
nitum neqꝫ finitum eſt. Si ergo nomine duntaxat vnũ
eſt rebus ipſis differentibus, multa igitur entia per ſe
erunt. Si autem re unum ſiue genere, ſiue ſpetie, rurſus
multa ſunt ea quæ ſunt, quippe genus multa contineat
quæ ſpetiebus differũt, & ſpecies cõtineat multa quæ
ſunt indiuidua. Si autem numero vnum erit id quod
eſt, ſi quidem erit definitione vnũ & idem velut mul-
tiuocum in Heracliti errorem ſermonemque incidẽt,
quem ipſe iam dixit, quare contraria eadem erunt &
contradictio tota ſimul uera, quare nõ magis ens erit,
q̃ꝫ non erit. Si autem velut continuum vnum erit, in-
quit neceſſe eſt hoc vel ſolam ſubſtantiam eſſe, vel ac
cidens ſolum, vel compoſitum ex ſubſtantia & acci-
dente. Si ergo compoſitum erit ex ſubſtantia & acci-
dente, plane multa erunt entia ac ea quæ ſunt. Neqꝫ
enim quia ſubſtantia & accidens ſunt coniuncta inter
ſe, idcirco ſunt vna aliqua & eadem res. Nam hoc (in
quit) fuit cauſa erroris Parmenidis, quippe qui hoc
non vidit neqꝫ cognouit, aliud equidem eſt id quod
recipit accidentia, & aliud ſunt ipſa accidentia non ſo-
lum comparata ad ſubiectum, ſed etiam inter ſe. Nam
hæc omnia & ſi vnum aliquid perficiunt, attamen ra-
tio vniuſcuiuſqꝫ diuerſa eſt, quippe aliter aſſignabis
ſubiecti dico ſcilicet ſubſtantię definitionem, & aliter
quantitatis, qualitatis, & reliquorum, quare ſi ſtatue-
re vnum eſſe continuum velut compoſitum ex ſub-
ſtantia & accidentibus plane multa rurſus entia erunt
& non vnum. Si autem ſubſtantiam ſolam, quod qui-
dem conſentaneum eſt ſuſpicari cogitareqꝫ eos dixiſ-
ſe, quippe ij non dicebant id quod eſt accidens eſſe.
Deinde cum commemoret ſubſtantiam, & dicat non
eſſe cõſentaneum dicere illos ſuppoſuiſſe, id quod eſt
accidens eſſe, prius ipſum membrum diuiſionis confu
tat, deinde recurrit ad ſuppoſitionem quæ ſupponit
illud ens eſſe ſubſtantiam. Nam (inquit) ſi diceremus
id ꝙ eſt accidens eſſe, quoniam accidens alicui accidit
dico ſcilicet ſubſtantiæ, neceſſe igitur eſt id cui accidit
aliquid eſſe, igitur ſubſtãtia eſt, ſed quoniam id quod
eſt ſolum accidens eſſe dicebatur, perſpicuum ergo
eſt ſubſtantiam quę eſt non ens eſſe, & nõ aliquid eſſe,
alioquin multa eſſent quæ ſunt, ergo prorſus eſt id
quod non eſt. Atqui ſupponebatur eſſe vt accideret
ei id quod eſt, ideſt accidens, igitur aliquod non ens
erit, quod quidem abſurdum eſt, non ens inquã, quo-
niam ſolũ accidens eſt, ac rurſus aliquod ens erit, qua
ipſi dicitur accidere id quod eſt, igitur ſubſtantia ali-
quid erit dico ſcilicet ſubſtantia erit ens & non ens.
Item non ens erit quoniã ſic ſupponebatur, erit quo-
que ens, quoniam ente participat dico ſcilicet accidẽ-
te, quæ autem aliquo participant denominantur ab il
lo. Nam id quod albo participat album dicitur & qđ
participat muſica muſicus eſt. Nam duplex muſica, al
tera ſcientia eſt, altera vero naturalis & animo cogna
ta, quare ſi non ens, ideſt ſubſtantia participat acciden
te, ideſt ente ac eo quod eſt, ipſa quoqꝫ erit ens, quare
idem erit ens & non ens. Rurſus qm̃ accidẽs eſt id qđ
eſt, & hoc ens alteri accidit, & hoc non eſt, igitur erit
idem id quod eſt, & id quod non eſt, qm̃ eſt in id qđ
non eſt. Eo nãqꝫ quod eſt in eo quod non eſt, non eſſe
videtur, quare non poteſt id quod eſt accidens eſſe,
qđ cum demonſtraſſet, recurrit ad id quod a princi
pio propoſuit, quoniam non poſſunt ſupponere illud
vnum eſſe ſubſtantiam ſolam, ceu hominem vnũ, vel

ſimpliciter

ſimpliciter aliquod corpus, alioqui (inquit) qm̃ accidentia inſunt ſubſtantijs, idcirco verum eſt dicere Socratem album vel hominem albũ, vel corpus, rurſus idem erit ens & nõ ens. Nam ſi verum eſt dicere ſubſtantiã albã eſſe, & album non ens eſt, igitur ſubſtãtia dicetur eſſe nõ ens. Atqui eſt ens Igitur idem erit ens, & non ens. Rurſus ſi album non ens eſt, & hoc eſt in ſubſtantia, & ſubſtãtia eſt ens, igitur non entia ac ea q̃ non ſunt collocabuntur & erunt in his quæ ſunt, ſed id quod eſt in eo quod eſt ac in ente illud eſt, igitur id quod non eſt id quod eſt ac ens erit, igitur nõ poſſunt id quod eſt ſupponere ſubſtantiam ſolam eſſe. Sed dices nullo pacto ſupponunt accidentia eſſe, ſed ipſam ſolam ſubſtantiam per ſe, quocirca nullum abſurdum eorum quæ diximus, ſequetur. Verum hanc ſuppoſitionem deinceps exercebit ac tractabit. Cęterum nos oportet æquo animo ac bona fide audientes rationes Parmenidis ex eius dictis ſententiam eius trahere ac cõſequi.

Quę fuerit ſnia Parme.

Quid ergo verbis ſuis ipſe de ente ſentit? Profecto aſſerit totum vniuerſumq; eſſe vnius generis immobile, & ingenitum, quod prętерea nõ fuit, neq; erit ſimul totum & vniuerſum, ſed eſt ſimul iam totum ac id quod eſt ei, quod eſt cõnectit & appropinquat. Si autem inquit vniuerſum ſimul eſſe & ſimile pręſenſq; ei quod eſt appropinquare ac cõnectere, igitur ſciunt multitudinem rerum. Sed quoniam ei ſermo nõ erat de rebus naturalibus, ſed de intellectualibus, ob id cõtemplans vnitatem in illis ac immutabilitatem, ſic ipſã appellabat. Et idem modus rationum contra Parmenidem, & ſi quidam alij proprij ſint, ideſt eodem modo rationum Parmenidem confutabimus dicentem id quod eſt vnum eſſe, & immobile. Nam & ipſe ſimpliciter falſas accepit propoſitiones & vitioſe ratiocinatus eſt. Si ergo idem modus rationum nobis eſt cõtra ipſum, perſpicuum eſt q̃ nos ſoluemus & illius rationes, partim eas confutãtes quia falſæ ſunt, partim quia vitioſam formam concludendi habent. Eiſdem etiam modis cõfutauit rationes Melliſſi & alijs proprijs. Vnde inquiunt Ariſto. conſcripſiſſe librum proprium ac peculiarem cõtra Parmenidis opinionem, quod nunc clare inſinuat propter hæc verba, & ſi quidam alij proprij ſint.

Plato fecit librũ quẽ iſcripſit Parmenidem.

Et ſolutio eſt eo q̃a partim falſa ſumit: partim eo q̃a nõ cõcludit: falſa in q̃ quatenus ſumit id qd eſt ſimpliciter dici.

Inquit perſoluemus rationem Parmenidis dupliciter, tum quia falſas accepit propoſitiones, tum quia neq; ita cõcludit ex eis quod volebat concludere. Etenim a principio dixit vtrunq; Melliſſum & Parmenidem falſa accepiſſe ac vitioſa forma cõcludere. Nam falſas propoſitiones aſſumpſit, quoniã ens quod multa ſignificat, accepit perinde ac vnum aliquid ſignificaret in minori propoſitione. Hic enim inquit ſimpliciter pro vno modo, & conſtat ex hoc illud verbũ multipliciter diuidi contra ipſum. Inquit ergo ſimpliciter dici id quod eſt, quod multipliciter dicitur, diximus etiam maiorem propoſitionem falſam eſſe. Equidem in propoſitionibus falſum tale eſt, illud autem non cõcludit videtur Ariſt. accipere pp̃ malã cõuerſionem.

Non concludit autem: quia ſi ſola alba ſumantur ipſo albo unum ſignificante nihil minus plura alba erunt: & non unum. Neq; enim albũ cõtinuatione: neq; ratione unũ erit.

Ideſt ſi conceſſerimus ipſi propoſitionem minorẽ veram accepiſſe, & id quod eſt vnum ſignificare, ceu album, verum quidem diceret quod id quod eſt pręter ens eſt non ens, ideſt q̃ eſt præter album eſt non album. Verum maior propoſitio non amplius habebit locum, quę dicit q̃ non eſt ens nihil eſt, ideſt non albũ nihil eſt. Nam non ens eſt non album. Neq; eo quod ens vnum ſolum ſignificat album, iam nihil erit, quoniam etiam nos materiam dicentes eſſe diuerſam ab omnibus alijs rebus, ideſt ab omnibus quæ ipſam informant quoniam omnibus ſubſternitur, tamen non dicimus ipſam nihil eſſe, quare deſtructa maiore propoſitione nihil amplius concluditur, quippe ex vna propoſitione nihil ſequatur. Item ſi dabimus ei id qđ eſt vnum eſſe, quod ſane albũ ſit & hoc modo multa erunt quæ ſunt, quoniam multa alba ſunt. Nam albũ vel vnum genere vel vnum ſpetie duntaxat eſſe poteſt. Si autem hoc modo album eſt vnum, multa profecto alba erunt & nõ vnum, quippe genus & ſpetiеs multa contineant. Non enim album velut vnum aliquid indiuiduum accipiemus. Nam (inquit) hoc fieri nõ poteſt. Neceſſe enim ſi vnum eſſet indiuiduum, vel vt continuum eſſe vnum, vel vt definitione idem. At vtroq; modo fieri non poteſt. Neq; enim album eſt veluti vnum continuum. Nam plane ſunt ſeparata inter ſe, neq; ratione ſunt eadem, quippe alia ſit definitio albi, & alia ſit definitio ſubiecti recipiẽtis ipſum. Sed videamus in ipſis verbis quomodo inquit.

Alia namq; erit ratio albi: & illius quod recipit album.

Cum dixerit, quod & ſi vnum ſignificat album, nihil minus multa alba forent, ꝓpterea quod vel vnũ genere erit album, vel vnũ ſpetie induxit. Neq; enim continuatione album erit vnum, neq; definitione, q̃d quidem dictum eſt, neq; enim vt ſingulare album vnũ erit. Singulare nanq; dicebatur vnum eſſe vel vt continuũ, vel vt indiuiſibile, vel vt ratione definitioneue idem. Cum igitur neq; ipſi congruat indiuiſibile eſſe nunc illud omittit. Cum ergo diuiſiſſet dupliciter ſingulare oſtendit neutro modo dici poſſe id quod eſt vnum eſſe, ideſt album, hoc enim modo ſupponitur peſſiturq; ſignificare id quod eſt. Quod uero nequeat eſſe velut ratione idem, inquit. Alia nanq; erit ratio albi, & illius quod recipit, ideſt unam definitionem albi aſſignare nequimus. Nam album eſt corpus taliter coloratum, & alia definitio traditur ipſius ſubiecti, & alia ipſius albedinis, quoniam album non eſt de numero illorum quæ per ſe ſubſiſtunt, ſed de numero illorum, quæ ſunt in ſubiecto, ſi ergo nõ poteſt adduci afferriq; vna definitio ſubiecti & albedinis, non ergo album erit vnum velut definitione idem.

Atq; non erit ſeparabile quicquam præter album. Non enim qua ſeparabile eſt habet rationem propriam: ſed albi ratio altera diuerſaq; eſt a ratione illius in quo eſt. At Parmenides hoc nondum uidit.

Quoniam dixit album eſſe diuerſum a ſubiecto, ne quis ſuſpicetur aliquam ideam albi ſeparabilẽ eſſe, & non in ſubiecto quodam, quoniam hac ratione diuerſa eſſet albi definitio a ſubiecto, ꝓpter hoc inquit non eſſe aliquam formam ſpetiemq; ſeparabilem diuerſam ab albo quod eſt in corpore ſubiecto, quem-

admodum forte Plato poſuit. Non enim quia eſt aliquod albũ ſeparabile, ipſum eſt diuerſum a ſubiecto, ſed eo quod habet diuerſam ſubſtantiam, & ſi infinities ſuapte natura ſeparari nequeat, hac ratione alteram diffinitionem recipit, quare ſi nõ poteſt eſſe albũ ratione vnũ, quod eſt dictu ens, igitur neq; hoc modo ens vnũ erit. Si vero aliquis ſupponeret illud vnũ eſſe ſubſtantiam neq; hoc modo poterit eſſe ſubſtantia ratione vna. Nam ipſa eſt capax accidentium quę rurſus alteram diffinitionem a ſubſtantia habent, quare nullo pacto ens vnum velut ratione idem eſſe poteſt, ſed hoc Parmenides nondum vidit, quoniam & ſi ſimul ſint, ac in eodem res differentes quæ diuerſas definitiones ſuſcipiunt, non magis erunt vnum ꝓpter ſubiectũ, q̃ plura propter definitiones. Et hoc fuit cauſa erroris eius, quia videbat omnia prædicamenta ſimul eſſe. Nã ob id etiã exiſtimauit id q̃d eſt vnũ eſſe.

Neceſſe eſt igitur eos accipere: qui id quod eſt unum eſſe inquiunt: non ſolum unum ſignificare id quod eſt de quo prædicabitur: ſed etiam ꝙ proprie eſt ens: & ꝙ proprie unum eſt. Nam accidens de ſubiecto aliquo dicitur. Quare id cui accidit ens non erit: quippe aliud ſit ab eo quod eſt: ergo non ens erit aliquid.

Cum oſtendiſſet id quod eſt non eſſe vnum velut idem ratione, nunc vult oſtẽdere ꝙ neq; ſit vnum velut cõtinuum, quoniam ſi diceretur vt continuũ vnũ eſſe, vel erit vnum vt ſubſtantia ſolum, vel vt accidẽs ſolum, vel mixtum ex ambobus, deniq; ꝙ nequeat ſubſtantia ſolum eſſe demonſtrat, & inquit. Neceſſe eſt igitur audientes rationes attentius exactiuſq; non ſolum accipere id quod eſt vnum ſignificare (vt ipſi aiunt) ſed etiam id quod vere vnum eſt, ideſt q̃d proprie vnum eſt, quod quidem eſt vnum numero. Non enim (inquit) id quod eſt accidens dicerent, hoc autẽ ſignificauit dicens. Nam accidens de ſubiecto aliquo dicitur, & in alio eſſe habet, quare magis proprie id quod eſt ſubſtantiam dicerent, quod cum dicat, vertitur ad demonſtrandum eos non potuiſſe ſupponere id ꝙ eſt accidens eſſe. Nã (inquit) ſi hoc eſſet id ꝙ eſt, id cui accidit ens & id ꝙ eſt non foret, ſed accidit ſubſtantiæ, igitur aliquod ens non erit ens neq; id ꝙ eſt. Nam ſubſtantia accidenti ſubijcitur, quare ſubſtantia aliquid erit, ſed ſolum accidens eſt id quod eſt, quare ſubſtantia non eſt id quod eſt, idem igitur erit id ꝙ eſt & quod non eſt, quod ſane fieri non poteſt.

Non ergo id quod proprie eſt ens alij inerit. Non enim rationem entis ſubibit: niſi id ꝙ eſt multa ſignificet hoc pacto: ut quodq; quippiam ſit. At id quod eſt unum ſignificare ſupponitur.

Inquit ſi non poteſt idem id quod eſt ſimul ens eſſe & non ens, & hoc ſequitur eo quod ſuppoſuimus id quod eſt accidens eſſe, igitur id ꝙ eſt alij accidere nequit, non poteſt igitur ens eſſe accidens (inquit) niſi ens vel id ꝙ eſt multa ſignificet, quoniam oportet dicere id quod eſt ſubſtantiam eſſe & accidens. Nam ſi vnum aliquid ſignificat id quod eſt accidẽt dicta abſurda. Atqui id quod eſt ſupponitur vnum ſignificare, ergo id ꝙ eſt non poteſt accidens eſſe.

Si ergo id quod proprie eſt ens nulli accidit: ſed illi aliquid aliud: cur id quod eſt ens ſignificat potius proprie ens quam non ens.

Cum oſtendit eos non potuiſſe ſupponere quod eſt accidens eſſe, recurrit ad id ꝙ ex principio dixit (videlicet) quod neq; poſſint aſſerere illud eſſe unam ſubſtantiam ſolam, dupliciter autem punctum fieri debet, vel hoc modo. Si ergo id ꝙ ꝓprie eſt ens nulli accidit, ſed magis illi aliquid aliud accidit, deinde ꝓpe punctum ſic ſubiungere cur id ꝙ eſt ens ſignificat proprie ens potius q̃ non ens, vel potius punctum faciendum eſt ibi, ſed illi & deinde adiungere, cur id ꝙ eſt ens ſignificat potius proprie ens & cætera. Sententia autem eſt, ſi ergo non poteſt id ꝙ proprie eſt ens alicui accidere, ſed illi quod vere ens eſt aliquod alterum accidit ideſt ſubſtantiæ accidens, cur id ꝙ vere eſt ens, ideſt ſubſtantia potius ſignificat ens, quam nõ ens, ideſt nihil magis erit ens, q̃ non ens ſubſtantia, quomodo autem hoc accidat ſubiungit.

Nam ſi id erit quod proprie eſt ens: erit etiam album. Ratio autem albi nõ eſt id quod proprie eſt ens. Neq; enim id quod eſt ipſi accidere poteſt: nihil enim eſt ens quod nõ proprie eſt. Album igitur non eſt ens. Verum non hoc quidem modo: ut quippiam non ſit: ſed ut omnino non ſit.

Quod aũt dicit tale eſt, quoniam ꝓprie ens ideſt ſubſtantia eſt alba. Nam dicimus Socratem eſſe albũ. Et album non eſt q̃d proprie eſt ens, quippe ſola ſubſtantia ſit id quod proprie eſt ens, quod quidem fieri non poteſt. Nam ſi verum eſt dicere ſubſtantiam albam eſſe, & album non eſt ens, ſubſtantia igitur erit non ens, quoniam ipſi album accidere nõ poteſt quippe nihil ens ſit quod nõ proprie ens eſt, igitur album non eſt ens. Album (inquit) non eſt ens, quoniam ipſi non competit ens. Nam omne quod eſt ſtatim eſt illud quod vere eſt, ſed quod vere eſt duntaxat eſt ſubſtantia, igitur ſubſtantia ſolum eſt ens, ſi autem hoc, igitur album non erit ens. Verum non hoc quidem mo- Textus. do, vt aliquod non ꝓprie ens ſit, ſed vt omnino non ſit. Quoniam demonſtrauit album non eſſe ens, quia duntaxat ſubſtantia eſt ens. Et non ens dupliciter eſt, non ens inquam ſimpliciter, & non ens aliquod, vt Socrates aliquod non ens eſt, quippe qui non ſit Plato vel Alcibiades, ob id inquit album non eſt ens, nõ vt quippiam non ens ſit, ſed vt omnino nõ ens, ꝓpterea quod ſubſtãtia cum ſolum ſit ens non eſt aliquod ens ſed ſimpliciter ens. Quare ſi ſimpliciter ens ſubſtantia & ſolum ens, igitur accidens eſt ſimpliciter non ens.

Ergo quod proprie eſt ens non eſt ens. Nam uere dicimus id quod eſt proprie ens eſſe: quoniam album eſt. At hoc non ens ſignificabat.

Hoc eſt concluſio totius rationis. Nam ſi quod vere eſt, ſubſtantia eſt, & ſubſtantia eſt alba, & albũ nõ eſt ens, ergo quod proprie eſt ens non eſt ens, per hęc autem quæ ſequuntur idipſum repetẽs probauit. Nã Textus. vere dicimus quod proprie eſt ens q̃m album. Inquit vere dicimus quod ꝓprie eſt ens q̃m album. Nam ſi q̃d proprie eſt ens ſubſtantia eſt, & vere dicimus ſubſtantiã albam. Nam dicimus corpus eſſe albũ, igitur quod proprie eſt ens vere dicimus eſſe album. At album non ens ſignificabat, quippe ſubſtantia ſolum ſit ens, quare etiam id quod vere eſt ens non ens erit.

Quare

Quare ſi album ſignificat ens, plura ergo ens ſignificat.

Inquit ſi abſurdũ eſt quod vere eſt ens idipſum nõ ens eſſe, propterea quod id quod proprie ens eſt etiã album eſt, & album non ens eſt, falſum ergo erit album non ens eſſe, igitur album erit ens, ſed quod eſt ens mox illud eſt ꝙ proprie eſt ens iuxta ſuppoſitionem, quare album etiam erit id ꝙ proprie eſt ens. Si autem hoc admittitur, & ſubſtãtia quoq; eſt id quod ꝓprie ens eſt, igitur ens plura ſignificat & nõ vnum.

Neq; magnitudinem habebit id quod eſt: ſiquidem quod uere eſt id ſit quod eſt. Vtriq; enim alterum eſt partiũ eſſe.

Ad alteram rationem deuenit. Inquit ſi duntaxat quod vere eſt ſubſtãtia eſt, neceſſe erit, vt nullam magnitudinem habeat id ꝙ vere eſt. Nam magnitudo quantitas eſt, & quantitas eſt accidẽs & accidẽs nõ ens eſt. Si ergo quod vere eſt non habebit magnitudinẽ, igitur neq; finitum neq; infinitum erit, quare ſuas poſitiones tollunt, cum vnum ens ſupponant ſignificare ſubſtãtiam. Vtriq; enim alterum eſt eſſe partiũ ſubſtãtiæ habentis magnitudinẽ. Et hic vocat corporis partes ſubſtantiam ipſam & quantitatem. Hæc itaq; inquit q̃m ſi ſubiecto vnum & idem ſint, attamẽ ratio eſſeq; ipſorum vtriq; diuerſa ſunt. Nam alia eſt ratio ſubſtãtię, & alia magnitudinis, quare ſi quod uere eſt ſolum ſubſtãtia ſit, igitur magnitudo non ens erit, quare ſubſtãtia non habebit magnitudinẽ, ne idem ſimul ſit ens, & non ens. Si autem nõ habebit magnitudinem, neq; infinita neq; finita erit, q̃m hęc competunt quantitati.

Quod autem diuidatur id ꝙ proprie eſt ens in aliquid aliud proprie ens: ex ratione etiam patet: ceu homo ſi ens proprie quippiam eſt: neceſſe eſt & animal proprie aliquid eſſe: & itidem bipes.

Cum ꝓprie unum dico ſcilicet vnũ numero diuiſiſſet, in continuum, & id ꝙ eſt ratione idem, & dixerit ꝙd ſi ens vnum eſſet velut cõtinuum, vel ipſum eſſet; vt ſubſtantia, vel vt accidens. Nam ſi compoſitũ eſſet ex vtriſq;, plane multa forent ea quæ ſunt, ac deinde demonſtrauerit non eſſe ſubſtantiam ſolum, quia ipſa eſt capax accidẽtium, atq; quia verũ eſt dicere ſubſtãtia eſt alba, & albũ non eſt, igitur neq; ſubſtantia erit. At ſupponebatur eſſe ens, igitur idẽ erit ens & nõ ens, q̃m itaq; concludebatur abſurdum ex eo quia ſupponebatur ſubſtantiam eſſe capacem accidentiũ. At quiſpiam diceret nõ oportere omnino ſupponere accidẽtiã eſſe, ſed ſolum ſubſtantiam eſſe, idcirco nũc hoc ꝓponit oſtendere, quoniam ſi ſtatuerimus ens ſubſtantiã eſſe & hãc vnam numero, neq; ipſi penitus accidẽtia ineſſe, nihil minus & hoc modo demonſtrabitur multa eſſe ea quæ ſunt & non vnũ. Hæc autem in virtute dicit. Num vos qui ita dicitis docetis nos aliquid de ſubſtantia hac, vel non, ſiquidem nos nihil docetis, ſed putatis nos veſtris propoſitionibus debere fidem adhibere ac eas ſequi, non credemus neq; quicq̃ vobis aſſentiemus, ſi autem docetis quicq̃, vel per nomina nos penitus docetis, vel per rationẽ, ſi ergo ꝑ nomina nos docetis, & nomina ſuapte natura nequeunt nobis rerum naturã exhibere ac oſtẽdere. Nam ſi quis voluerit diſcere hominis naturã nihil plus ſciet ꝑ vocem hanc (homo) item ſi nomina rerum ſufficerẽt ad declarandam demonſtrandãq; rerum ſubſtantiã, omnes homines ſimiliter eſſent ſciẽtes, cum ſcirent id ꝙ ab vnoquoq; nomine ſignificatur, ſi autẽ per rationẽ docetis, vel omnino per definitionem, vel per deſcriptionem. Equidem omnis doctrina atq; omnis diſciplina vniuerſaliter fit ſecũdum tres modos, vel enim per negationẽ vt Plato inquit doctrinã de deo & materia fieri quod neq; hoc neq; illud eſt deus, ſed quod ipſe eſt id, quod ſuper omnia ponitur, quẽadmodum etiam de materia dicitur quod ipſa ſit omnium rerũ infima, vel per analogiam & ꝓportionem ac reſpectum, quo modo iterum vſus eſt de ipſo deo ac de materia quippiam docendo, cum dicat quã rationem habet ſol ad omnia quæ intra mundũ hunc exiſtunt, hãc quoq; rationẽ habet deus ſimpliciter ad omnia quæ ſunt, & rationẽ habet æs ad vaſa ærea, eãdem etiam habet materia ad omnia materialia. Tertio vel per definitiones, omnis autẽ definitio & deſcriptio pluribus cõſtat nominibus, vel verbis & nominibus, itaq; hæc plura nomina, vel vnum & idem ſignificant, vel plura & differẽtia, ſi autem vnum & idem ſignificarent, & per nomen doctrina fit, quid ergo intereſt ſi ſubiectũ & rem ipſam docuerimus per hęc nomina, enſis gladius, vel ſpatha, quippe iuxta vnumquodq; nomen idem ſubiectum ſignificemus ac eũdem ſignificatum eandẽq; rem, ſi vero voces quæ ſumũtur cõplectunturq; in definitione plura ſignificant & differentia, vel plures ſubſtãtias, vel plura accidentia ſignificant, ſi quidẽ plures ſubſtantias ſignificãt, ergo multa per ſe erunt ea quæ ſunt. Nam plures mulięq; ſubſtantiæ ſunt, & ſubſtantiæ entia ſunt, ſi vero ſignificãt accidentia, vel hęc eidẽ rei accidant, vel diuerſis, atq; uel ſeparabilia ſunt uel inſeparabilia, oſtẽdit igitur nullo modo ſuppoſitionem veram eſſe poſſe. Verum ad demonſtrandũ hoc quatuor quaſdã dignitates prius accipit. Vnam quidem vt accidẽs ſeparabile quodſã eſſe poſſit, & adeſſe abeſſeq; a ſubiecto. Secundum ut accidentium inſeparabilium nonnulla alicui definitæ ſubſtantię inſint, vt par & impar numero inſunt, & lineæ rectitudo & curuitas, nonnulla vero multis ſubiectis inhęreãt. Nam nigredo ab ethiope ſeparari non poteſt, tamen coruo ebanoq; ac multis alijs ineſt. In definitione igitur accidentis inſeparabilis, quod vni definitæ ſubſtantiæ ineſt, ſubiectum aſſumitur. Et hic eſt unus modus, vel ſignificatus eorum, eorũ quę ſunt per ſe, ceu in definitione ſimitatis collocatur naſus. Nã dicimus ſimitatem eſſe cauitatem in naſo, & par dicimus eſſe numerum, qui in duas partes diuidendus eſt. Tertiam dignitatẽ accipit, vt in definitione totius cõplectantur partes, & in definitione partium totũ minime comprehendatur, vt ſi definientes hominem comprehenderimus animal rationale mortale, quæ ſane ſunt hominis partes. At ſi aĩal definiuerimus, vel rationale non amplius in alicuius horũ definitione hominem aſſumemus. Quartam autem dignitatẽ, quã modo non ponit, deinceps illam commemorabit, & hæc eſt quibus partes inſunt, eiſdem neceſſario & totum inerit, & econtra quibus totum ineſt etiã & partes inerũt. Hæ igitur ſunt dignitates, oſtẽdit ergo quę aſſumũtur in definitione non poſſe ſic eidem rei accidere, vt queãt ab ipſa ſeparari. Sit itaq; exempli cauſa vnus homo id q̃d eſt, cuius definitio ſit animal rationale bipes, ſi ergo animal rationale bipes accidẽtia ſeparabilia hominis ſunt, quum accidẽs ſeparabile id ſit

Tres modi doctrinę.

Quatuor dignitates vide Simpli.

quod poteſt a ſubiecto auelli ſeiungiq́; ac in eodem non ſemper eſſe, conſtat ergo, vt aliquãdo homo neque animal, neq́; bipes, neq́; rationale ſit, quapropter hæc accidentia non erunt definientia hominem. Nam quę illum definiunt, etiam illum diſtingui a cæteris faciunt ac eidem ſemper inſunt, impoſſibile ergo eſt, vt accidentia a re, & eo quod eſt ſeparentur in cuius definitione ſumuntur, ad quod oſtendẽdum iuuabit etiã prius poſtulatum in quo aſſeritur accidentia ſeparabilia nõ ſemper adeſſe ſubiecto, ſi ergo animal & bipes fuerint accidentia homini inſeparabilia, vel eidem ſoli accidunt, ceu ſoli numero par & impar, vel alijs vt nigredo, q̃ nõ modo ethiopi, ſed etiã ebano ineſt, ſi ergo eidem ſoli accidũt quæ in definitione entis & illius quod eſt comprehenduntur, opus eſt in definitione vniuſcuiuſq́; illorum accipi ſubiectum, ideſt hominẽ, quippe qui ſit id quod eis ſubijcitur iuxta ſuppoſitionem in qua dicitur quædam accidentia inſeparabilia eſſe, & impoſſibile eſt in definitione animalis bipediſque hominem aſſumi. Nunquam enim in definitione partis totum comprehenditur, partes autem ſunt animal & bipes, totum vero eſt homo, quod quidem patet ex euidentia, ac etiam, quia vt definitio vniuerſam rem ſignificat, ita & partes eius partes rei declarant, ſi ergo ſubiectum non poteſt aſſumi in definitione earum, neq́; igitur aliqua talium accidentium comprehendi poterunt in definitione entis. Nam ſi in definitione vniuſcuiuſq́; ſubiectum comprehenditur, q̃m quæ aſſumũtur in definitione alicuius partes eiuſdem ſunt, erit ergo totum pars partis, ſiquidem cõprehenditur in definitione partis, fieri ergo non poteſt vt ea quę comprehendũtur in definitione entis ac illius qđ eſt, ſint accidentia inſeparabilia entis, vti ea quæ eidẽ ſoli inſunt, hoc itaq́; oſtenſum eſt per ſecũdum & tertium poſtulatum atq́; aſſumptum, quorum alterum eſt, vt in definitione accidentium per ſe comprehendatur ſubiectum, alterum vero, vt in definitione partis non comprehendatur totum. Sed quum duplex ſit id ꝙ per ſe dicitur, vnum in cuius definitione aſſumitur ſubiectum, & alterum quo aliquid dicitur aſſumi in definitione ſubiecti & definiti, ceu animal bipes, & ſimpliciter partes ſubſtantiarum, merito priorem modum meminit, hic enim ſolum accidentium eſt, reliquum vero ſubſtantijs etiam conuenit, quippe pars ſubſtantiæ ſit pars definitionis eius. Et ſi quippiã ſupponeret id quod volumus facile etiam dabit ſubſtantiam diuiſibilem eſſe in ſubſtantias. Quod uero ea quæ complectuntur in definitione entis & illius ꝙ eſt neq́; velut accidentia ſeparabilia, neq́; velut inſeparabilia eidem accidãt ex dictis perſpicuum eſt. Sed neq́; cuidam alteri accidunt, quod ſi hoc aliquis affirmare conſẽderit, totum etiam eidem accidet. Nam cui partes inſunt, totum etiam ineſt, & ecõtra, ſed non poteſt ens & id quod eſt alterius accidens eſſe, quare neq́; ea quæ aſſumuntur in definitione alterius accidentia eſſe poterunt. Hoc autem demõſtratum eſt per quartum aſſumptum videlicet per hoc cui inſunt partes, eidem etiam totum ineſt. At ſiquis diceret, ꝙ ſiquidem ſingule partes ac omnes vni accideret, recte eidem totum accideret, ſed ſi ſingule ſingulis ac alia alij acciderent, non amplius aliquid incommodi ſequitur, verbi cauſa ſi animal alij accideret & alij bipes, quum nõ ſtatim poſito bipede conſtituatur homo. Dico igitur cũ

Obiectio.

Reſponſio.

accepero indiuiduum hominem ſcilicet etiam huius proprium animal propriumq́; bipes accipiam, ſi autẽ hoc admittitur totus homo diuidetur in partes, quare cui bipes inerit, & pars totius inerit, cui vero partes inſunt etiam totum ineſt, quare ea quæ ſumuntur in definitione poterũt alij accidere, igitur nequeũt prorſus accidentia eſſe, ſi autem ſubſtantiæ, multa igitur ſunt ea quæ ſunt, & non vnum, quippe id quod eſt diuidatur in ea quæ ſunt diuerſa ſpetie. Quod autem diuidatur id ꝙ proprie eſt ens in aliquid aliud proprie ens ex ratione etiam patet. Cum dixerit proxime, igitur neq́; habebit magnitudinem, id quod eſt. Nam ſi id quod eſt vnum eſt, quod quidem ſubſtantia ſit, ꝑfecto non habebit aliquam magnitudinem, quippe hæc quantitati conueniat. Nam & ſi habebit, quoniã alia eſt definitio quantitatis, & alia ſubſtantiæ, plura erunt ea quæ ſunt. Si quis enim ſtatueret quantitatem quæ ineſt ſubſtantiæ non ens eſſe, iam dixit hoc incõmodum ſequi, vt idem ſit, & non ſit. Neceſſe igitur eſt ſiquidem ſubſtãtia eſt id quod eſt, nullam habere magnitudinem, neq́; penitus aliquod alterũ accidens. Item ſequitur ex hac ratione ipſos aduerſari ſuis ſuppoſitionibus, quoniam hoc modo neq́; id ꝙ eſt finitum, neq́; infinitum erit, quocirca nunc item oſtendit, quoniam & ſi eos ſuppoſuerimus dicere id quod eſt ſolam ipſam ſubſtantiam per ſe ſine accidentibus eſſe, nihil minus & hoc modo demonſtratur multa eſſe ea quæ ſunt. Nam ipſa ſubſtantia diuiditur in ſubſtantias ratione diuerſas, licet ſubiecto eædem ſint. Nam homo & ſi vnus ſit huic eidem, cui hominis eſſe competit, attamen diuiditur in animal rationale & mortale, quæ etiam diuerſa ſunt inter ſe definitione. Cæterum vel punctum ibi ponendum eſt ex ratione etiam, vt hoc modo textus intelligatur. Quod autẽ diuidatur id quod eſt proprie ens ſcilicet ſubſtantia in diuerſas ſubſtantias, quæ definitione differant ac diuiſæ ſint, & ſi ſubiecto non differant. Vel punctum ponẽdum eſt ibi in aliquid aliud ꝙ ꝓprie eſt ens, & deinde addẽdũ hoc (ex ratione etiam patet) pro hoc & ratione poteſt demonſtrari, quod ſubſtantia diuidatur in diuerſas ſubſtantias tanquam hoc cum manifeſtum ſit ex euidentia, etiam ratione demonſtrari poſſit.

Textus.

Nam ſi non ſunt id quod proprie eſt ens: accidentia erunt: uel igitur homini uel alicui alij ſubiecto accidunt. At neutrum eſſe poteſt.

Si enim ea in quę diuiditur homo ab ipſa definitione non ſunt ſubſtantiæ neceſſe eſt illa igitur accidentia eſſe, ſi autem hoc conceditur, vel neceſſe eſt eidem illi hęc accidere, vel alteri. Item vel ſeparabilia eſſe, vel inſeparabilia, vtraq́; autem fieri non poſſunt.

Accidens.n.aut dicitur id quod ineſſe poteſt: ac nõ ineſſe.

Hæc eſt prima dignitas, vt accidens ſeparabile nõ ſemper inſit ſubiecto, ſed aliquando ineſt, aliquando vero minime ineſt.

Aut id cuius in ratione ſumitur id cui accidit.

Secunda dignitas, quod in definitione accidentis inſeparabilis ſumatur ſubiectum, verum non omnis accidentis inſeparabilis, ſed illius quod per ſe ineſt. Nam per ſe naſo ineſt ſimitas.

Ceu

Ceu ſeßio quidem eſt uelut illud q. ſeparatur. Simitas autem id cuius in ratione ſumitur naſus: cui ſimitatem dicimus accidiſſe.

Exemplum prioris dignitatis. Nam homini ineſt ſeſſio non ſemper ſed aliquando ineſt, aliquando autem non. Exemplum ſecundæ cum dicit. Simitas autem id in cuius ratione ſumitur naſus.

Præterea in eorum rationes quæcunque in definitione ſunt: aut eorum ex quibus quippiam conſtat: nunquã ipſius totius ratio eſt: ceu in bipede ratio hominis: aut in albo ratio hominis albi.

Tertia dignitas quod in definitione totius pars cõplectitur, ſed econtra totum in definitione partis non ponitur. Verum cum dixit quæcunq; in definitione ſunt, addidit, vel eorum ex quibus quippiam conſtat. Nam vt ipſe inquit in libro de demonſtratione, non cuiuſuis eſt definitionem tradere ac aſſignare, quoniã generum generaliſſimorum, neq; indiuiduorum eſt definitio. Nam ſi definitio conſtat generibus differentiiſq; conſtituentibus, certe non poſſumus accipere genus generaliſſimorum neq; indiuiduorũ. Etenim genera quæ in definitione collocari ſolent, ſunt profecto genera ſpetierum & non indiuiduorum, cõſtat etiam, vt neq; quiſpiam queat horum definitionem aſſignare. Nam Socratis, Platonis, & Alcibiadis nullum cõmune genus eſſet, neq; ſpecies, ſiquidem vnumquenq; aliquis aceruus cumuluſq; accidentium proprius informet & diſtinguat. At de his cumulis aggregationibuſq; nihil eſt quod vniuoce prædicetur, cũ enim dixero Socra. animal eſt, vel homo, de nulla aggregatione accidentium, quę informant & deſignãt Socra. prædicatur animal, niſi præter naturam. Ea enim prędicantur præter naturam quando ſubſtantię prædicãtur de accidentibus, vt cum dixero hoc album eſt homo. At ſecundum naturam prædicantur accidẽtia de ſubſtantia, cum igitur dico homini particulari animal ineſſe, profecto non quoduis animal dico, ſed particulare, quod eidem illi ineſt, quippe Socra. non ſit illud animal, quod cum ſit genus communiter de omnibus prædicatur. Eodem etiam modo cum hominem de eodem prædicari dicimus, eidem ineſſe aſſerimus illũ qui cõſtituitur ex hoc animali, atq; ex hoc rationali. Cum igitur (vt dicebam) non omnia definitione declarantur, ſed quædam deſcriptione, propter hoc dixit ex quibus quippiam conſtat. Neq; enim quę aſſumuntur in definitione in vnamquanq; definitionem ſui ipſius totum accipiunt, ut animal hominẽ vel equũ in cuius definitione animal collocatur. Neq; quatuor elementa, quibus corpus compoſitum conſtat, in vnaquaq; definitione ſua propria corpus compoſitum aſſumunt. Præterea neq; in definitione pedis lecti ponitur lectus, neq; in definitione manus ponitur Socrates, cæterum obſeruat ac tacet modo quartam dignitatem, quam deinceps addet & explicabit.

Quę ꝑdicantur pręter naturam.

Si ergo hec ita ſunt: atq; homini bipes accidit: ſeparabile ipſum eſſe neceſſe eſt. Quare fieri poteſt ut homo bipes nõ ſit: uel in ratione bipedis in ipſius hominis ratio. At hoc fieri nequit: quippe illud in ratione hominis inſit.

Inquit ſi dignitates quas ſumpſimus ita ſe habẽt vt diximus. Et ſunt partes definitionis hominis accidentia homini, vel ergo illi ſeparabilia ſunt, & ita contingit hominem interdum bipedem non eſſe, aut non animal, vel rationale. Vel ſunt inſeparabilia, & ita in definitione bipedis, vel animalis, aut rationalis complectemur hominem, ſed hæc vtraq; fieri nequeunt, quippe homo ſit ſemper bipes, & minime in definitione partium tota comprehenduntur, ſed econtra in definitione totius partes collocãtur. Vnde ait neceſſe eſt, vt ipſum ſit accidens ſeparabile, vel in definitione bipedis inerit ipſius hominis ratio. i. neceſſe eſt, vel idẽ accidens ſeparabile homini eſſe, vel inſeparabile?

Quod ſi bipes & animal alij cuipiam accidunt: & neutrum eſt id q. proprie eſt ens: homo quoq; ex his erit profecto que alij accidunt.

Cum oſtẽdiſſet fieri non poſſe, vt partes definitionis eidem illi accidant cuius eſt definitio, vult nunc oſtendere eas neq; alij accidere poſſe. Inquit, ſi enim partes definitiones non ſunt ſubſtantiæ, (hoc quidem ſignificant ea verba cum dicit & neutrũ eſt id q proprie eſt ens) ſed accidunt alij cuipiam, cum cui partes inſunt & totum ineſt, igitur totum eſſe accidens alteri, quare homo & ſimpliciter ſubſtantia erit de numero accidentium, quod quidem abſurdum eſt & impoſſibile ſcilicet ſubſtantiam accidens eſſe.

At quod proprie eſt nulli ſit accidens.

Quoniam dixit & homo erit alteri accidẽs, & ad hoc tanquam ad abſurdum rationem deduxit. Iccirco ait ſupponatur tanquam nobis conceſſum, quoniã euidentia teſtatur ſubſtãtiam non eſſe de numero eorum quæ alicui alteri accidunt, ſed de numero illorum quæ per ſe ſubſiſtunt.

Et de quo ambo dicuntur: atq; utrunque: & id quod conſtat ex utiſq; dicatur.

Quoniam accepit cui partes inſunt eidem totum accidere oportere, & ipſum non præſupponens, idcirco nunc ipſum ponit, & inquit, hæc dignitas ſit nobis poſita ex euidentiaq; conceſſa & approbata, de quo partes omnes prædicarentur, totum etiam compoſitum ex omnibus illis prædicari. Nam ſi totum a partibus alterum diuerſumq; nõ eſt, prorſus oportet cui partes inſunt, eidem ineſſe totum. Si vero ſcriptura habuerit hoc (atq; vtrunq;) ſic exponendum interpretandumq; eſt. Et de quo ambæ ſimul partes prædicabuntur & vtraq; ſigillatim diuiſimq; prædicabitur, totum etiam ex his cõpoſitum prædicabitur. Sed ſi hoc modo fuerit ſcriptura, (& vniuerſaliter) ſic intelligẽdum eſt, & vniuerſali ratione ambo de eodem prædicari oportet, de quo partes prædicantur de eodem totum econtra prædicabitur.

Ipſum igitur uniuerſum ex indiuiſibilibus conſtat.

Hoc dupliciter exponendũ eſt, uel enim ex indiuiſibilibus ſcilicet ex punctis, quoniam proprie vnum, id eſt vnum numero trifariam dicebatur, vel vt continuum, vel vt indiuiſibile, vel vt idẽ ratione. Cum ergo deſtruxerit neq; fieri poſſe vt idẽ ratione ſit, neq; vt continuum iuxta nullum continui modum, videlicet neq; vt ſubſtantia continui, neq; vt accidens, item neq; vt compoſitum ex his, præterea neq; vt ſubſtan

tia ſiue ſit capax accidentium, ſiue non, merito relictũ modum introducit. Nam ſi proprie vnum neq; vt cõtinuum fuerit, neq; vt ratione idem relinquitur vt ipſum punctum ſit, vel ex punctis, punctum inquam eo quod neq; continuum eſt, neq; ratione idem, ex punctis autem, quoniam definitio eius neceſſario multa nomina aſſumit, quæ ſignificant nonnulla quę ſunt eidem indiuiſibilia. Vel igitur hęc verba (ipſum igitur vniuerſum ex indiuiſibilibus conſtat, hoc modo intelligenda ſunt, vel ex indiuiſibilibus dicit pro hoc vel ex ſubſtantijs. Nam quum oſtenderit non poſſe hominis, vel entis definitionem diuidi in accidẽtia, ſequitur ergo illud vt in ſubſtãtias diuidatur eiuſdem, cum multa neceſſario definitio ſignificat, quapropter componeretur ſolũ ens ex entibus, ideſt ex ſubſtantijs tantum, quo igitur pacto multa erunt entia, & ſi actu totum in partes non diuidatur, ſi vero ex ſolis ſubſtantijs componeretur, nequaquam ergo quantitatis erit particeps, ſi autem hoc dabitur, igitur neq; finitũ neq; infinitum erit. Et de induſtria dixit, in textu (vniuerſum) & non dixit (ens) quoniam plus complectitur vniuerſum, & omne. Nam de quantitatibus diſcretis dicitur. Vniuerſum & omne intelligit id quod dixit vnum eſſe, & hoc modo ex pluribus ſubſtantijs erit, & non amplius vnum erit ſed multa.

Quidam autem utriſq; rationibus conceſſerunt.

Cum refutaſſet Parmenidis rationẽ, hunc inquit nos illi non modo contradixiſſe ſed etiam illos qui ante nos extitere, & ſi minus cõgrue recteq; obijcerẽt, deinde cum velit refellere eoſdem, qui nõ recte perſoluebant rationem. Parmenidis, prius rationem eius in medio adducit, non eam tamen, quam prius attulit, ſed ſecundam quæ huiuſmodi eſt, ſi ens vnum ſignificat & contradictio non eſt ſimul vera, igitur ens unũ erit. Sunt autem duæ ſuppoſitiones, quæ pro vna in antecedentis ratione aſſumũtur, videlicet ſi ens vnum ſignificat, & contradictio nõ eſt ſimul vera, cõſequens igitur erit vnum ens eſſe. Sed nimirum non eſt, quoniam ſæpe ex vna ſuppoſitione non ſequitur conſequens, ſed ex duabus, vt ſi dixero ſi animus immortalis eſt, ſub terra loca iudicandi erunt, hic nempe conſequens neceſſario non ſequitur antecedens, quomodo enim ſequeretur & ſi animus foret immortalis, & ꝓuidentia non eſſet. Atqui ſi vtranq; ſuppoſitionem cõplectar, videlicet ſi animus eſt immortalis, & prouidẽtia eſt, tunc neceſſario ſequetur loca iudicandi eſſe, attamen alteram ſolam non ſequitur. Nam & ſi prouidentia foret, & animus immortalis non eſſet, non ſequitur vt ſub terra ſint loca iudicandi, vbi non intereſſet id de quo fit ſententia. Vt igitur hic ex duabus ſuppoſitionibus ſequitur cõſequens & ex altera ſola nõ concluditur, ſic etiam dicendum eſt in ratione Parmenidis. Nam & ſi vera eſt contradictio, & vnũ ens ſit, non amplius ſequitur vnum ens eſſe. Nam ſi vera eſt contradictio, etiam verum erit non ens eſſe, quod ſi hoc cõcederetur, igitur non erit vnum ens. Rurſus & ſi vera ſimul non eſt contradictio, & ens non vnũ ſignificat, ſed plura, conſtat etiam non ſequi, vt vnum ſit ens. At ſi vtranq; nectemur ſuppoſitionem eã ſcilicet in qua dicitur ens vnum ſignificare, vt eam in qua aſſeritur contradictio non ſimul vera eſſe, conſentaneum eſt ac non ab re, vt ex vtriſq; ſuppoſitionibus concludatur vnum eſſe. Ratio itaq; Parmenidis quæ vnum ens eſſe probat huiuſmodi eſt, Zeno autẽ Parmenidis diſcipulus alludens aſſentienſq; præceptori probauit neceſſarium eſſe, vt vnum ens ſit & immobile, quod quidem probauit ex diuiſione continui in æquales partes in infinitum. Si enim non eſſet vnum ens & indiuiſibile, ſed diuideretur in plura, nihil profecto erit proprie vnum. Nam ſi partiatur cõtinuum in infinitum erit diuiſibile. At ſi nihil eſt ꝓprie vnum neq; multa erunt, ſiquidem multa multis vnitatibus conſtent, ergo ens non poterit diuidi in multa, ergo duntaxat vnum eſt, vel potius hoc modo, ſi ens non erit vnũ & indiuiſibile, neq; multa erunt, quippe multa ex multis vnitatibus conſtituãtur, vnaquæq; igitur vnitas, vel vna eſt & indiuidua, vel ipſa etiam in multa diuiditur, ſi ergo vnaquæq; eſt vna & indiuiſibilis, ex atomis ergo ac idiuiſibilibus magnitudinibus totũ cõpoſitum erit, ſed ſi etiam ipſe diuidũtur rurſus percunctabimur eadẽ de vnaquæq; vnitate diuiſa, & hoc abibit in infinitum, quapropter totum & omne infinities infinitum erit, ſi multa forent entia, quod ſi hoc abſurdum eſſe exiſtimabitur, igitur duntaxat erit vnũ ens, & multa entia eſſe non poterunt. Nam oporteret vnamquanq; vnitatem diuidi in infinita, quod quidem abſurdum eſt, quod vero hoc vnũ etiam immobile ſit, hac vtebatur ratione ſi quippiam mouetur ſuper hanc lineam finitam, oportet omnino, vt prius medietatem pertrãſeat, quam totam. Item priuſquã medietatẽ totius ſuo motu abſoluit neceſſe eſt, ut quartam partem abſoluat, & hoc in infinitum, quippe continuum ſit diuiſibile in infinitum, ergo neceſſe eſt, vt ſi moueatur aliquid ſuper lineam finitam quaſdam magnitudines infinitas prius pertranſiſſe, quod ſi hoc conceditur, & omnis motus in tẽpore finito fit. Nihil enim in tempore infinito mouetur, ergo quippiã infinitas magnitudines pertranſibit in tempore finito, quod quidem fieri nõ poteſt, quippe infinitum prorſus percurri abſoluiq; non poſſit. Inquit itaq; Ariſt. eos qui ante nos extitere, hiſce rationibus conceſſiſſe illis ſcilicet Parmenidis & Zenonis. Verum hos aſſenſiſſe his rationibus aſſerit, quoniam imbecille egreq; contra rationes inſtetere, imbecillius autem inſtetere quia cõceſſerunt propoſitiones, & concluſioni repugnarunt. Equidem cum rationes ſoluere non poſſent contra cõcluſionem obnixe inuecti ſunt. Nam quod ens vnum ſignificet, & contradictio ſimul vera non ſit, ipſi conceſſerunt, ſed conſequens amplius cõcedere noluerũt, hoc videlicet ens vnum eſſe, cum itaq; rationes ſoluere ignoraſſent, & contra eam quippiam probaſſent, rationem ad alteram dubitationem deduxerunt. Hęc autem aiunt Alexander & Themiſtius Ariſto. clam inuehi in Platonem. Nam cum Plato ſupponeret (vt aiunt) in libro qui inſcribitur ſophiſta, eſſe vniuerſale non ens quippe fugiat naturã entis, deſtruxit hoc modo omnia eſſe vnum. Si omne ens vnum eſt, ergo nõ ens non erit, ſed eſt ipſum non ens, igitur omne ens nõ erit vnum. Vnde Plato etiam cũ cõceſſerit ens vnum ſignificare, attamen nõ aſſentit omnia eſſe vnum, quocirca ratus eſt eos dixiſſe illud ens quod vere ens eſt videlicet ideam & intellectuale, quod ſolum eſſe vere ens etiã ipſe aſſeruit, ac præter hoc vniuerſum & omne non ens eſſe, itẽ conceſſit hoc vere ens eſſe vnũ. Verum & ſi hoc vnum & ſolum ens eſſe aſſeruit, attamen non

Vide in Parmenidis librũ Platonis.

Quid Alexander vide Simplicium.

men non dixit extra hoc vniuerſum & omne, non ens eſſe. Nam ipſum non ens, ideſt informis materia & ſi ꝓrius eſt diuerſa ab ente, anñ ipſa quoq; eſt. Aſſeruit ergo omne totũq; componi ex ente quod etiam vnũ eſſe concedebat, & ex non ente, quod quidem materiã eſſe opinatus eſt. Hinc cum propoſitionem conceſſit in qua dicitur ens vnum ſignificare, non amplius aſſẽtit hoc ſcilicet omne quod eſt ens vnum eſſe, quod ſane ſyllogiſmi concluſionem eſſe voluit. Ariſt. itaq; reprehendit ipſum tanquam egre reſpondiſſe ad ſyllogiſmum Parmenidis, quod quidẽ accidit propterea quod concedens ens unum ſignificare non amplius aſſentit omne ens vnum eſſe, vt quandam aliam naturã introducere poſſet, q̄ & ſi alterã diuerſamq; ab ente ꝓrſus eſſe dixerit, tamen hãc quoq; eſſe aſſeruit. Verum hoc nihil aliud eſt q̄ in cõtradictionem incidere.

Cõtra Plato. Nam quum ipſe concedit vnum ens eſſe, etiam affirmat multa entia eſſe, propterea quod aſſerebat etiam non ens eſſe, quod quidem ab ente prorſus alienum diuerſumq; eſt. Sed quid intereſt inter hęc, & fateri unũ ens & nõ vnũ ens eſſe? Neq; .n. quia aliqd ens ꝓprie, dr̃ & quodã nõ ꝓprie fugit cõtradictionẽ, immo magis in eã incidit, quippe qui cũ multas rerũ differẽtias efficiat, plane eiſdẽ numerũ multitudinemq; tribuat, ob id itaq; Ariſt. reprehendit ipſum & ait eum potuiſſe, qui concedit vnam eſſe naturã entis hoc modo oſtẽdere multa entia eſſe, & nõ quia ſupponitur ſimpliciter eſſe nõ ens quod quidem prorſus eſt ab ente diuerſum. Hoc enim (vt dicebam) nihil eſt aliud q̄ in contradictionem incidere, quia ſuppoſuit nõ ens eſſe hoc aliquid, quod ſane ab ente non eſt diuerſum, ſed in eodem ente complectitur, videlicet illud non ens ſecundum diuerſitatem, quod quidem Plato non minus eſſe neq; inferius ente dixit. Nam & ſi inducitur ex ratione Parmenidis vnum ens eſſe, attamen non oportet vnum numero inferi & concludi, qm̃ neq; hoc ex propoſitionibus ſequitur. Nam ens vnum ſignificare non eſt repreſentare indicareq; vnum numero, neq; hoc cõcederemus ſed potius vnum genere, quare in concluſione concludetur etiam unum genere, quod ſi ens vnũ genere eſt, ceu ſi contingerit eſſe animal vel ſubſtantia, erit etiam in hoc plane non ens, verum nõ ſimpliciter non ens, ſed hoc aliquid non ens, quod quidem etiam aliquod ens eſt. Nam homo ens eſt & nõ ens eſt, quippe qui non ſit equus vel aſinus, ſi vero eſt etiam non ens, multa itaq; erit ens & hoc non eſt in cõtradictionem incidere. Neq; enim qui dicunt vnum eſſe ens, propter hoc alterum non eſſe ſcilicet non ens introducunt quod ꝓſus ab ente excidat ac diuerſum ſit. Hoc enim nihil aliud eſt, q̄ ipſum ens & non ens dicere; ſed ſecundum diuerſitatẽ non ens quod quidem etiam ens eſt, quare idem diuerſis modis erit ens & nõ ens, licet idem ſecundum idem non poſſit eſſe ens & non ens. Non enim qua homo eſt ipſe non ens eſt, ſed qua equus non eſt. Verum cum aſſerant aliquid eſſe quod omnino diuerſum eſt ab ente, ac idem adnumerent inter entia, & multa entia eſſe dicant, plane idem ſecundum idem eſſe ens & non ens efficiunt. Aliter ergo & per ſe oportet propoſitioni dicenti ens ſignificare vnum repugnare & contradicere, ac diuidere quot modis vnum dicitur, quoniam vnum vel re, uel nomine eſt, & ſi vnũ re, vel ſpetie, vel genere, vel numero, & ſi numero, vel vt continuum, vel vt indiuiſibile, vel vt ratione idem, deinceps oſtendendum eſt iuxta nullam ſuppoſitionem valere Parmenidis rationem vt Ariſto. fecit. Ad rationes Parmenidis itaque ſic reſpondendum eſt. Ad rationem vero Zenonis aiunt Xenocratem reſpõdiſſe qui negat ſectionem magnitudinis fieri in infinitum. Nam dixit lineam diuidendam diſſolui in lineas indiuiſibiles. Sed etiã is ignorauit cum incontradictionem incidat quamuis illam fugere ſibi videretur. Idem enim vnum eſſe & multa non eſt impoſſibile, neq; huiuſmodi eſt contradictio, ſiquidem actu fuerint vnum & plura potentia. Nam aſſerere lineam indiuiſibilem plane eſt efficere lineam non eſſe lineam, & magnitudinem non eſſe magnitudinem, ſiquidem in infinitũ ſit diuiſibilis magnitudo. Cæterum ad textum. Quidam autem vtriſq; rationibus conceſſerunt, dixit autem (vtriſq;) ſcilicet rationibus Parmenidis, & rationibus Zenonis eiuſdem diſcipuli, illis Parmenidis præceptoris Plato magiſter alludit cõceditq;, illis vero Zenonis diſcipuli Xenocrates Platonis diſcipulus videtur aſſentire accedere.

Huic quidem qui omnia unum eſſe concludit: ſi id quod eſt unum ſignificat: id q; non eſt dicentes eſſe.

Rationi quidem Parmenidis probanti omnia eſſe vnum eo quod accipit propoſitionem dicentem ens vnum ſignificare aſſentiunt ceduntq; nõnulli, quibus mox decebat repugnare propoſitioni & percunctari ab eo, quomodo ens accipiebat vnũ ſignificare. Prętera diuidere quot modis vnum dicatur. Item oſtendere quod iuxta nullum unius ſignificatum ratio ipſis faueat, quod quidem nos fecimus, cõcedentes autem hi hanc concluſionem quę neceſſario concludebatur, pugnabunt, quia ſupponitur etiam non ens eſſe. Verũ nos iam aperuimus Platonis ſententiam, quoniam ipſos opinatus eſt dixiſſe ac vocaſſe illud quod eſt intellectuale. Materiam quoq; quam non ens appellauit, eſſe dixit, immo omnia ipſa ſenſibilia etiam non entia vocauit, propterea quod ens vnum eſſe concedit, tamen omnia eſſe vnum negauit quia etiam nõ ens eſt.

Huic uero quæ ex partitione procedit indiuiduas magnitudines facientes.

Quoniã & Zenonis dubitationi qua ꝓbauit vnũ eſſe ens & immobile ex ſectione magnitudinis in infinitum nonnulli praue temereq; cedunt & aſſentiunt, cum falſo ſupponant magnitudines non eſſe diuidendas in infinitum. Nam conceſſerunt quod ſi magnitudines in infinitũ diuiſibiles forẽt, neq; motũ neq; proprie aliquod ens eſſe, ac ob id neq; multa entia eẽ, qm̃ multitudo multis vnitatibus conſtat. Hinc Xenocrates impulſus tollit de medio ſectionem magnitudinũ in infinitum. Iccirco Ariſt. cum multipliciter concedat hoc verum eſſe, dubitationem vno modo ſoluebat in his quibus dicit ſectionem magnitudinum eſſe potentia in infinitum, ſed actu minime, quoniam non poteſt eſſe actu infinitum. Quapropter motus infinita potentia tranſibit, actu autem finita. Neq; enim ſupra punctum fit motus, ſed ſupra magnitudinem definitam. Cæterum vocauit argumentũ Zenonis ſectionem in duas partes, & perſpicua eſt cauſa quia cũ accepiſſet magnitudinem ſemper in duas partes diuidẽdam eſſe ita probationem & argumentum faciebat.

Conſtat autem & uerum non eſſe: ſi id quod eſt unum ſignificat: & fieri non poteſt ut ſimul ſit contradictio: non fore quicquam non ens. Nihil enim uetat ut id quod non eſt abſolute non ſit non ens: ſed non ens quippiam.

Inquit Plato nō verum cogitauit, ut ex ſyllogiſmo Parmenidis cōcluderetur deſtrui tollic abſolute nō ens, & iuxta nullum modum fieri poſſe, vt nō ens ſit. Nam ex tota deductione ſyllogiſmi ꝑficiſcitur vnū eſſe ens, non tamen non ens nequaquam eſſe. Nam cū Plato materiam non ens appellet, & illam putet ſeiūgi a natura entis, ex rationibus Parmenidis concludi inquit, id nullo pacto eſſe quod eſt expers naturæ entis. Hinc Plato induxit ex ratione Parmenidis concludi non ens nequaquam eſſe. Inquit ergo Ariſt. hoc nō eſſe verum, quoniam nihil vetat, vt ex eodem ſyllogiſmo qui ſcilicet probat vnum ens eſſe etiam nō ens ſit, verum hoc quod non ens aſſentio, non ens ſimpliciter non dico quod prorſus diuerſum eſt ab ente, ſed illud ꝙ eſt aliquod nō ens quod etiam complectitur ab ente, ideſt ſolum ſecundum diuerſitatem eſt non ens. Inquit ergo illud uerum non eſſe, quod ſi id quod
Textus. eſt vnum ſignificat, & cōtradictio ſimul vera eſſe nō poſſit, perinde dicat non eſt verum, vt ex toto ſyllogiſmo Parmenidis concludatur non ens eſſe prorſus nihil. Nam propoſitiones hic pro toto ſyllogiſmo poſuit, ſed deinceps addit. Nihil enim vetat vt id ꝙ non eſt non ſimpliciter nō ens eſſe, ſed quippiam non ens.

Dicere quoque ſi non quippiam aliud erit præter idipſum quod eſt: unum omnia fore abſurdum eſt.

Quod ex ſyllogiſmo Parmenidis non neceſſario habeatur concludaturq́ non ens non eſſe, his quidem probat. Hanc itaque coniunctionem quoq́, pro hac (enim) intelligere debemus. Inquit dicet enim quod niſi fuerit aliud præter ipſum ens quod prorſus diuerſum eſt a ſubſtantia entis, neceſſe eſt omnia eſſe vnum perinde Plato ex hoc conſequentie vrgeatur non ens ſupponere non eſſe ſimpliciter, vt ſic oſtendat multa entia eſſe abſurdum eſt.

Quis enim aliud eſſe id quod eſt intelligit: quam id quod proprie eſt. Quod ſi ita eſt nihil tamen prohibet id quod eſt multa eſſe ut diximus,

Ideſt quis cum audierit ab ipſis ens nō putabit eos dicere vere ens, ideſt proprie ens ſ. ſubſtātiam, quod ſi hoc eſt id ꝙ proprie eſt ens, nihil uetat ut idem multa ſit (vt diximus.) Nam hoc pacto intelligemus ens eſſe vnum genere, non autem vnum numero. Quod ſi ita eſt in hoc etiam complectetur non ens aliquod. Nam vnaquæq́ ſpecies ſub genere, & vnumquodq́ indiuiduum ſub ſpetie, non eſt id quod prorſus diuerſum eſt ab ente. Igitur non vere opinatur ex ſyllogiſmo Parmenidis concludi non ens prorſus dirimendum eſſe. Verum poteſt hoc etiam peculiare argumentum eſſe, quoniam neq́ oportet per ſuppoſitionem qua dicitur eſſe non ens refellere Parmenidis rationem. Nam ſi poteſt intelligi vnum genere, & non vnum numero, vanum & impar eſt per ſuppoſitionē non entis velle multa entia demonſtrare, cum liceat hoc in loco oſtēdere per diuiſionem multa entia eſſe, quippe multa ſint vnum genere, & non vnum numero. Vnde iuxta hanc interpretationem non mutabimus neq́ transferemus eam coniunctionem (quoq́) in hanc enim, eſt enim ipſa inchoatiua particula.

Perſpicuum eſt igitur impoßibile eſſe: ut id quod eſt hoc modo unum ſit. Vt naturales autem dicunt duo ſunt modi.

Cum refutaſſet opinionem Parmenidis & Melliſſi ſectatorum, quæ dicit ens vnum eſſe, accedit ad confutādas opiniones naturalium, & inquit, & perſpicuum eſt non poſſe (vt illi aiunt) vnum ens eſſe. Vt autem naturales aiunt vnum ens eſſe ſic ſentiunt nō eo quod omnia ſint vnum, ſed quia ſupponunt vnum eſſe rerū principium. Vnum quidem principium Heraclitus ſtatuit ignem eſſe. Anaximenes autem aerem, Thales aquam, Anaximander inter medium aeris & aquæ. Sed horum naturalium ſunt duo modi. Nam quidam eorum ex denſitate & raritate elemēti cætera alia generari aiunt, vt Thales qui cum ſupponat aerem elementum, huius raritate dixit fieri ignem & cum illud ſenſim denſatur, fieri ventum ex eo. Item cum magis ac magis denſaretur fieri aquam, et ſi multo maxime dēſaretur omnia terrena fieri autumauit, ij ergo ſic dicebant ex vno generationem fieri, Anaximander autem medium inter ignem & aerem, vel inter aerem & aquam elementum eſſe cum dixiſſet, ex hoc alia ſeparari aſſeruit, cui profecto cū infinitum ſit in eſſe contrarietates dixit, ex quo cum reliqua ſepararentur, fieri dixit. Hi ergo qui denſitatem & raritatem aſſerunt; alia fieri alteratione elementi iuxta ſuam opinionem poſiti aſſerunt, quare his contingit generationem alterationem appellare, ſic ergo aiunt id tale quod generatur alterari, Anaximander autē non alteratione intermedij elementi alia produci dicit, ſed ſeparatione eorum quæ in eo ſunt. Præterea Ariſt. cum vult apertius oſtendere quomodo Anaximander ſegregatione vnius fieri alia dixit, commemorat ea quæ ſpectāt ad Anaxagoram & Empedoclem. Eſt autem Anaxagoræ huiuſmodi opinio, quoniam ipſe ſtatuit materialia rerum principia ipſa ſimilaria quæ numero & contrarietate ſunt infinita. Item dixit omnia ſimul miſceri priuſquam totum generaretur. Præterea tulit mentem, quam poſuit appellauitq́ effectricem cauſam, quodam temporis initio cœpiſſe omnia abinuicē ſeparare, haud tamen potuiſſe explere perficereq́ ſeparationem, ſed diſſimilaria confuſa concretaq́ ac ſimilaria a ſimilaribus ſegregaſſe, quæ tamen ſimilaria ſincere pureq́ ſegregare non potuit, aliorum tamen cum illinc principium datum ſit ſeparationis, ſemper hoc facit. Hoc igitur modo omnia fieri ex omnibus cum inuicem cuncta eſſent permixta dixit. Nam in ligno carnes, oſſa, aurum, & ſimpliciter omnia eſſe dixit. Verum ſenſit vnumquodq́ appellari trahereq́ nomen ab eo quod plus in eo abundat, vt ſit in cumulo ſeminum. Nam ſi plus tritici eſt, q̄ aliorum ſeminū cumulus ille appellabitur triticum, quoniam plus in eo abundat, hoc modo etiam vbi plus carnis eſſet q̄ aliorum rerum carnem appellari dixit, ac vbi plus oſſis oſſa, eodem etiam modo in ligno in auro & cæteris dicendum eſt. Quemadmodum igitur ſiquis ex toto ſemine occulta ordei grana paulatim colligeret adeo, vt cumulum aceruumq́ ordei expleat, is quidē non videretur generaſſe ordeum, ſed ſolum indicaſſe, ſeparaſſeq́ illa, ita etiam res naturales ſe habere dixit. Nam quando ex carne os generaretur, vel aliquid al-

Vide Simpli. qui diffuſius hęc dicit.

terum,

terũ,non foret hæc mutatio vera generatio, ſed emphaſis manifeſtatioq́;,ac ſegregatio illius quod prius erat occultum. Veruntamen in cumulo ſeminum eſt aliqua vna ſpecies pura ſeparanda vt ordeum, ſed in ſimiliaribus hoc fieri nequit, quippe nunquam poſſit pure ſeparari caro, vel lapis, vel aurum, vel aliquid aliud,ſed ubi ſemper in toto quod ſeiungitur aliquod tale eſt omnia etiam inſunt. Verum illud appellari & ab illo nomen trahere quod plus eſt in eo. Hæ igitur paruiſſimę carnis partes coniunctæ ſimul, vel lapilli carnes, vel lapidem,uel aliquid huiuſmodi faciunt. Itẽ compoſitio ſimilariũ facit diſſimilaria. Sic ergo Anaxagoras ſenſit de principijs. Empedocles autem quatuor poſuit materiales cauſas q̃ ſunt illa vulgatiſſima elemẽta. Vnde etiam illa omnium primas radices appellauit. Præterea efficientes cauſas ſtatuit litẽ & amicitiam,non ſimul ſed ſeorſum, quoniam cum amicitia vinceret ſuperaretq́; coniungi congregariq́; elementa & ita fieri mundũ intellectualem dixit, quem ſpherum vocauit, cum vero confecto tranſactoq́; quodã temporis circuitu ac interuallo lix rurſus ſuperaret dominareturq́; ſpherum illum diſgregari & fieri denuo quatuor elementa & hunc mundum ſenſibilem. Cum igitur uidit omnia alia ex his quatuor elementis facta,ac ipſa inter ſe mutuo fieri,dixit quidem compoſita ſola elementorum congregatione fieri. Nam ipſa immutabilia eſſe ſtatuit,& cum fieret ex aqua aer,vel ex aere ignis,& ecõtra non tranſmutata aqua,vel aere reliqua fieri dixit, & elementa actu inter ſe mutuo ineſſe, cum itaque aer rarefieret, ignem qui inexiſtebat & continuum locum inuenit ſeparari dixit,rurſus autem cũ denſaretur aer, aquea quæ inerant & in eadem diſſeminata atq́; interſperſa ſunt, extruſione qua ſolent ejci emittiq́; ea quæ extruduntur, ſegregãtur, ceu aliquid tale patiuntur etiam accini qui comprimẽtibus digitis extrudũtur. Nam cum adſint & inter digitos occultantur quando denſantur & comprimuntur digiti extruſione iaciuntur, qui ſane tunc nõ fiunt, ſed ſolum ſeparantur & apparent, quo igitur modo inquit Anaxagoram & Empedoclem dixiſſe ſegregatione fieri generationem. Sic & Anaximander ex elemento infinito & continente omnia in ſe ipſo qđ quidem ipſe ponebat medium inter aerem & ignem,vel inter aerem & aquam, alia fieri immo ſegregari dixit. Nam generationem nihil aliud eſſe q̃ ſegregationem & manifeſtationẽ rerum dixit. Et ſane cõſtat qđ cum Anaximander hæc dicat, ſuas poſitiones ipſum tollere ac deſtruere quippe intermediũ non amplius erit commune principium omnium, ſiquidem illud ipſum non ſubijcitur rebus gignendis. Niſi quis etiã temere dicat omnes quæ intra lares ſunt ex vno elemento eſſe continentibus laribus, vel ipſa domo continente, igitur magis hæc dicens Ariſto. videtur incidere in opinionem Anaxagoræ, ſed cum hæc dicit Ariſto. vertitur ad elenchum diſputationemq́; Anaxagoræ opinionis, ſed priuſquam aggreditur rationes & argumenta explicat vnde motus Anaxagoras ſic opinatus ſit omnia in omnibus ſingulaq́; in ſingulis eſſe, & nihil purum ſincerũq́; haberi quod eſt. Inquit igitur ipſum ita ſenſiſſe ob duas cauſas. Vna eſt quia exiſtimauit communem omnium naturaliũ opinionem veram eſſe ſcilicet vt nihil ex nihilo prorſus fiat,ſed omnia quæ fiunt ex aliquo ente producuntur.

Anaximãder ſuas põnes ſuis dicti d:ſtruit vide Simplicium.

Vtebatur igitur tale argumẽto, cuncta quæ fiunt,vel ex non entibus,vel ex entibus fiunt. Et ſane cõſtat cauſam fuiſſe erroris ſui,quia circa diuiſionem aliquã partem eius omiſit,quoniam omne quod fit vel ſimpliciter ex ente, vel ſimpliciter ex non ente,vel partim ex ente partimq́; ex nõ ente. Tertium igitur membrum diuiſionis omittens quod ſane verum eſt, in hunc errorẽ incidit. Arguebat igitur,vel ex ſolis entibus fiũt ea q̃ fiunt, vel ex non entibus. Et non entibus inq́; fieri nequeunt ob communem dignitatem & proloquiũ vulgatiſſimum,igitur ex entibus fiunt,ſi autem ex entibus,vel ex ſimilaribus ac eiuſdem ſpeciei,vel ex diſſimilaribus & diuerſarum ſpecierum. Sed generari nequeunt ex his quę ſunt diuerſarum ſpetiarum, quippe homo generet hominẽ, & equus equum, ſed homo equum minime producit. Quod ſi ex his quę ſunt eiuſdem ſpetiei generantur, prorſus oportet cum nouerimus os ex carne generari, quoniam ea quæ ſunt diſſimilaria inter ſe viciſſim generari nequeunt, vt in carne ſit os quod quidem ex ea generatur. Quocirca de cæteris alijs ſic dicendum eſt, quoniam igitur ſingula, ſiue prima ſolum, ſiue pluribus intercedentibus generationibus ex ſingulis fiunt. Nam ſanguis ex pane, ex ſanguine caro, deinde ex carne ſæpe os, vel alterũ quid generatur, qua item putreſcente aqua, vel ignis, vel terra, vel vermis producitur, penitus oportet exiſtimare omnia omnibus miſceri. Nam cum in cõmuni ſubiecto non collocentur, neq́; ſubſiſtãt, idcirco ſingula ex ſingulis fieri accidit. Hęc eſt igitur prima cauſa quæ coegit Anaxagoram ita ſentire. Secunda autẽ eſt, quia videbat contraria inuicem fieri, quippe calidum ex frigido, ſiccum ex humido, album ex nigro, & cętera alia fiant quum ergo cõtraria nunq́; poſſint generare alia contraria, quoniam vnum contrarium alterum potius interimit & corrumpit, q̃ generat, neceſſe eſt penitus vt in corpore frigido ſint corpora calida, eodem etiam modo frigus, album, & cętera alia, cæterum hæc omnia cum abſoluat & explicat, argumenta & obiectiones aggreditur contra eas. Quo fit vt ad textum veniamus. Vt autẽ naturales aiunt duo ſunt modi, oportet ſubintelligere, vt naturales dicunt vnum ens eſſe. Nam conueniunt atq́; confirmant vnũ ens eſſe. Verum notandum eſt Ariſto. ſeparare Parmenidem & Melliſſum a naturalibus, quippe eos non de rebus naturalibus diſſerere, ſed vel diuinis rebus fari, vel de quibuſdam alijs diſſerere putet. Veruntamen ipſe confutauit illorum rationes tum quia nonnulli opinabantur illos de rebus naturalibus diſſeruiſſe, tum etiam, vt perſonarum authoritatem circa falſas ſuſpitiones, ac ſententias de rebus arceret atque depelleret.

Quidam enim id quod eſt unum ſubiectum corpus fecerunt: aut trium unum aliquid: aut aliud quod igne denſius aere uero ſubtilius eſt. Cætera uero alia generant denſitate & raritate multa facientes. Hæc autem ſunt contraria.

Inquit quidam naturalium facientes omne quod eſt vnum eſſe, ideſt vnum omnium principium, & illud cum ſubiectum efficiant, quod etiam non incorporeum aliquid ſed corpus actu dicunt eſſe, & corpus vel vnum aliquod trium elementorum uidelicet ignis, aeris, vel aquæ, aut aliquid aliud præter ipſa in-

termedium tamen ipſorum, vt ſtatuit Anaximander, cætera alia corpora gigni ex ipſius elementi raritate & denſitate aiunt. Sed inquiens cum quidam enim naturalium vnum ens eſſe corpus ſubiectum dederint, ex denſitate & raritate alia produci inquiunt, non ſtatim ſubiunxit oppoſitam opinionem, ſed paulopoſt adducet, vbi inquit. Quidam autem ex ipſo vno innexas inſectaſq; contrarietates excerni ac ſequeſtrari dicunt, vt Anaximander. Hic autem cum dicit, quidam enim id quod eſt vnum eſſe facientes, non videtur ꝓprie vſus fuiſſe oppoſitione & cõtraria aſſignatione. Nam cum inquit. Quidam enim id quod eſt vnum eſſe facientes poſtea opponit & affert partem oppoſitam, cum dicit. Quidam autem ex vno innexas inſertaſq; contrarietates & cętera. Conſequens autem erat contrariam aſſignationem volẽti afferre hunc in modum dicere. Quidam autem multa facientes, opere prætium igitur eſt parum ponderare verba ac tranſmutare, vt conſequentem aſſignationem oppoſitam ſciamus, hoc igitur modo textus connectendus copu-

Textus landuſq; eſt. Vt autem naturales dicunt duo ſunt modi. Quidam enim id quod eſt vnum eſſe corpus ſubiectum fecerunt, & cætera, alia gigni inquiunt, ſed q̃dam hæc generari raritate & denſitate ſentiunt. Quidam vero ex vno inſertas contrarietates ſequeſtrari aiunt. Verum cum hoc ait. Vt naturales dicunt, non omnes naturales ſummatim & vniuerſaliter Ariſtot. complectitur. Nam perſpicuum eſt quoſdam naturales ſuppoſuiſſe vnam eſſe ſubiectam materiam, & ad hoc induxit oppoſitam aſſignationem dicens quod alij vnam alij vero plures materias dederunt, & hæc ſunt contrarię aſſignationes. Cum aſſerit itaq; eos ſuppoſuiſſe unam materiam eſſe ſubiectam ac dixiſſe alia generari ex raritate & denſitate, de induſtria inſinuat atq; ſignificat denſitatem, & raritatem contraria eſſe, quippe hoc ipſi pro ſua firmanda opinione non parũ conducat & conferat. Nam ipſe etiam debet deinceps aſſerere principia eſſe contraria cũ ipſa materia. Iccirco innuit ac indicat quod naturales qui ante eum extitere, & ſi non diligenter exacteq; dixerunt attamẽ cõtraria rerum principia imaginati ſunt. Nam ſi autumant alia gigni ex ſubiecto, quod ipſi aſtruunt raritate dẽſitateq; adhibita, denſitas autẽ & raritas cõtraria ſunt ergo ex contrarijs generationẽ eſſe affirmãt.

Et uniuerſaliter exceſſus atq; defectus: quemadmodum magnum & paruum Plato dicit.

Quoniam dixit naturales accepiſſe principia contraria tãquam materiam informantia, hoc in loco ad exceſſum & defectum tãquam ad vniuerſaliorem cõtrarietatem continentem in ſeipſa omnes contrarietates redigit omnia contraria. Et eſt tota ſententia ac ratio. Vnum facientes corpus ſubiectum cuius raritate & denſitate alia generari aiunt, & hę contrarię ſunt, quare naturales ſtatuunt principia ſpecifica rerum cõtraria eſſe. Et vt communiter complectamur ac ſummatim ſecundum quam contrarietatem cuncti fatebãtur haberi generationem rerum ex materia; quam ipſi ſtatuerunt, dicimus illam eſſe exceſſum et defectum. Hæc enim communis eſt cunctis contrarijs oppoſitio, atq; in ſeipſa alias oppoſitiones continet. Huiuſmodi etiam ſunt principia, quæ Plato appellabat magnum & paruum, quorũ id quod eſt exceſſus magnũ appellabat, quod vero defectus paruum, & ſi ipſe atque alij varia ſenſerint circa illud vnum & contraria, vt deinceps dicit. Verum exceſſum & defectum vocat contraria vel quatenus contrariorum vnum melius eſt, & alterum peius. Nam ipſe in ſequentibus aſſerit contrarium deterius aſſimilari priuationi, & melius ipſi formę. Et hic igitur peius velut nigrum defectus erit, album autem erit exceſſus, vel ergo hoc modo vt diximus, vel vt dicamus contrariorum æque potentium fluentiumq; ſubiectum quod maiori mole cõſtat exceſſum eſſe, quod vero minori defectum, verbi gratia ſi acceperimus aerem & terram, quorũ aer tantum interualli abſoluat, cum ſurſum petit, quãtum terra pertranſiit cum deorſum deſcendit, & vt breuiter dicam, accipiamus equaliter contrarios motus quibus contraria mobilia cientur, quorum aer cum ſit in maiori ſubiecto ob molem magnitudinẽq; exceſſus erit, terra autem cum in minori ambitu magnitudinis exiſtat defectus appellabitur, idcirco corpus graue denſum cum tranſmutatur in leue maiorẽ prorſus magnitudinis ambitum ſubijt atq; accipit, ſed cum leue tranſmutatur in graue minorem magnitudinem ſuſcipit. Si ergo ſecũdũ ſuos fluxus æque poterũt fluere neceſſe eſt, vt leue maiorẽ molẽ pręſeat ac obtineat. Hoc idem autem quiſpiam dicere poſſet de albo & nigro cæteriſq; cõtrarijs. Nam cum ex nigro album fit ac forte & rarius generabitur ſecundũ ſubiectum. Verum cum album diſgregatiuum viſus ſit, & nigrum congregatiuum, erit album exceſſus tanq̃ cauſa eiuſdem, nigrum vero defectus, quatenus congregatiuum eſt, & de reliquis contrarijs dicendũ eſt ſimiliter, & forte non de omnibus ſimpliciter contrarijs rationem afferre oportet, ſed de his quæ ſunt quidem generationis & corruptionis cauſa.

Verum hic quidem hæc facit materiam: ipſum autẽ unũ formam. Illi uero unum quidem ipſum inquam ſubiectum materiam: contraria uero differentias atq; formas.

Similiter quidem Plato & quicũq; vnum eſſe elementum aſſerunt, ac ex eodem adhibita raritate et dẽſitate alia gigni affirmant tria ſtatuunt principia ſcilicet contraria & vnum, vt etiam ipſe Ariſto. deinceps potuit. Veruntamen Plato ſecus infert q̃ alij circa horum principiorum modos. Nam alij aiunt materiam & ſubiectum vnum eſſe, contraria vero quę ſubiectũ informant inter ſe differre. Nam quum ſubiectum aliq̃n dẽſitatem, & aliq̃n raritatem obtinet ſic ex eo alia corpora generari autumant, Plato autẽ ecõtra ſentit, q̃ppe q contraria videlicet magnũ & paruũ materiã eſſe ſtatuat, & vnum formã efficiat, q̃ de materia educitur, & conſtituit corpora. Verum non ignoras Platonem pitagoreum fuiſſe qui aliquãdo (vt ferme omnia Pitagorei narrare ſolent) per enigma loquitur, quandoquidem & iſti dualitatem indefinitam illuminatamq; materiã uocẽt. Nam id q̃ definit terminatq; ac vnitatem cuiq; præbet forma eſt, materia autem indefinita eſt, & cauſa vt formæ extendantur & aboleantur. Nam cum ipſa recipit ea quæ ſuapte natura indiuiſibilia ſunt ac non extenſa, ipſa poſtea diſtabunt ac fiunt diuiſibilia. Etenim ratione hominis quæ impartibilis, ac indiuiſibilis in extenſa q̃ ſuapte natura eſt, recepta in materia diſtat extenditurq; diuiſa in diuerſas differenteſq; partes. Porro forſitan ſeminis genitalis

Vide optimũ ſenſum dicti antiquorũ.

Idẽ fere. 3. phyſicorũ.

nitalis menſtruum totum hominem gigni, qm̄ ſane ſine diuiſione vniuerſo ſpermati & cuiuis parti eius inſunt rationes animalis. Quocirca per dualitatem materiam inſinuauit. Item quia materia ante alias qualitates quantitatem prius recipit. Nam primo quantitate formatur & fit triſariam diuiſibilis atq; dimenſa, idcirco dualitatem magnum & paruum appellauit & hęc loco materiæ poſuit, quapropter materia cum prorſus indiſſinita illimitataq; ſit, & nullum terminũ ſuapte natura obtineat ea de cauſa ipſam dualitatem appellauit. Nam poſt vnitatem id q̄ primo recipit diuiſionẽ ac partitur ipſa dualitas eſt, deinde quia recipit materia primo quantitatem, & indiſſolutione compoſiti eſt extrema forma materiæ ob id eam vocauit etiam magnum & paruum. Nam hæc quantitati inſunt.

Vide quo ſententiã Plat. ad veritatẽ deducit.

Vide cur Plato vocauit materiã dualitatẽ & magnũ ac paruũ

Quidam autem ex uno innexas contrarietates excerni ſequeſtrariq; dicunt: ut Anaximander.

Hæc copolantur antedictis hiſce videlicet. Quidã enim id quod eſt vnum ſubiectum corpus facientes, alia generari dicunt denſitate & raritate. Deinde hic adducit oppoſitam aſſignationem & inquit. Quidã autẽ ex vno innexas contrarietates excerni ſequeſtrariq; aiũt, vt fuit Anaximãder. Nam in illo intermedio quod quidem erat elemẽtum apud ipſum, poſuit actu contraria eſſe.

Et quicunq; unum & plura principia inquiunt eſſe; ut Empedocles & Anaxagoras. Ex ipſa nanq; miſcella congerieq; cætera ſegregãt: differunt tamen inter ſe. Alter enim periodum & cõuerſionem horum: alter ſemel ſegregationis initium facit. Item alter quidem infinita ea quæ ſunt ſimilarium partium & contraria: alter ea quæ uocantur elementa tantummodo ſumit.

Cum dixerit Anaximãdrum ex vno dixiſſe ſegregari contrarietates, vt apertius exhibeat nobis quomodo ille dixerit contraria ex vno ſeparari, idcirco in exemplo commemorat Empedoclis & Anaxagoræ opinionem, & quonammodo hi dicebant elementa inuicẽ ſecerni. Nam ex ea congerie ac miſcella alia ſequeſtrari ſemoueriq; aiunt. Equidẽ Anaxagoras cũ iam ſimilaria ſimul cõmixta eſſent, mentem ex illa miſcella eas ſeparare cepiſſe & nunc ſemper ſecernere ſegregareq; ab inuicem dixit. Nam vnũquodq; mixtũ aliquod eſſe ex multis ſimilaribus dixit. Quoniã autem Empedocles & ipſe a principio ex ſphero ſegregari elementa dixit, & aliquando inter ſe cõmiſceri aſſenſit. Verum non omnia vt Anaxagoras dixit. Deinde tulit ſecundum ſeparationem a ſeſe mutuo & viciſſim fieri eo modo quo diximus. Diſcrepant autem inter ſe Empedocles & Anaxagoras, qm̄ Anaxagoras inquit ſemel mẽtem cepiſſe ex prima miſcella cuncta ſeparare, & ſemper idem efficere, neq; amplius in unũ ita redigi omnia poſſe affirmat, vt una rurſus miſcella fiat. Atqui Empedocles ſępenumero ait hæc inuicem coniungi ac ſeparari. Nam elementa ex ſphero interdum ſeiungi excerniq; inquit, interdum autem ipſa in vnum denuo coniungi coireq; cõtendit, & hoc interpollato rerum circuitu infinities fieri reuertiq; aſſerit. Hæc igitur eſt, prima differentia inter Empedoclẽ & Anaxagoram. Altera autem eſt, qm̄ Anaxagoras elementa id eſt ſimilaria infinita eſſe dixit, ſed Empedocles ſtatuit finita eſſe, ignem, aerem, aquam & terrã.

Et dixit quæ appellantur elementa, qm̄ non ſunt proprie elemẽta. Neq; enim ſunt ſimplicia ſed cõpoſita. Proprie autem elementa ſunt materia & forma.

Vide in prologo Simpli. quoque ꝑ cœli & 4 phy & fere vbique: tenet elementa nõ eſſe ſimplicia.

Videtur autem Anaxagoras ſic infinita putaſſe: quia ſibi perſuadebat communem illam opinionem naturalium ueram eſſe: nihil inquam fieri ex eo quod non eſt.

Hic ponere vult qua intelligẽtia ĩpulſus Anaxagoras ſuppoſuerit infinita eſſe ſimilaria, ac ſingula ſingulis miſceri. Et inquit, quoniam cenſuit communem illam opinionem naturalium veram eſſe, nihil inquam fieri ex eo quod prorſus non eſt, quare oportet id q̄d fit prius extitiſſe, q̄d ſi hoc concedatur, generatio erit ſeparatio. Ob id itaq; ſtatuit omnia omnibus miſceri, quia vidit ſingula ex ſingulis fieri, ſed quia opinatus eſt ſempiternam eſſe generationem & non deficere, infinita poſuit in vnoquoq; ſimilaria vt non deficiat generatio quæ dictu eſt ipſa ſeparatio.

Quapropter hoc modo dicunt omnia erant ſimul: & generationem alterationem inquiunt eſſe. Quidam uero congregationem: & ſegregationem.

Inquit qm̄ naturales opinantur nihil fieri ex eo q̄d prorſus non eſt, aiunt q̄ omnia ſimul erãt. Simul autẽ omnia fuiſſe præſertim Anaxagoras dixit, deinde Anaximander qui in illo intermedio elemento omnia ineſſe, fieriq; alia ex eodem non trãſmutato adhibita ſeparatione dixit. Empedocles autem mutuo inuicẽq; inter ſe elementa ineſſe ac in vnum commiſceri & redigi aſſenſit, quæ tum principia tum etiã radices omnium rerũ appellauit, prętera dixit cũ ex aqua produceretur aliquid aliorũ ipſam nõ trãſmutari in illud q̄ producitur, ſed cum inſit ex eadẽ ſeparari, idem de cæteris dicẽdum eſſe exiſtimauit. Item in ſphero autumant nõ modo cuncta elementa ineſſe, quę etiam nũc mutuo in vnum redigũtur, ſed etiam compoſitorum ſpecies. Verum lite dominante ac ſuperante ſeiunguntur ex ſpero elementa, & compoſitorum ſpecies. Vnde quidam aiunt generationem eſſe alterationem. At quicunq; aquam vel aerem principia ſtatuunt, alia ex raritate & denſitate fieri ſentiunt, quidam vero congregationẽ & ſegregationem autumant, vt Democ. & Empedocles. Equidẽ Empedocles ſeparationi elementorũ alludit. Democritus autem atomorũ cõgreſſu ac cõgerie alia generari inq̄t, & ſeꝑatione interire & corrũpi. Sed ipſe Anaxa. aſſerit ſeparari auelliq; ſimilaria, & hãc ſeꝑationẽ vocauit generationẽ, atq; cõiũgi plura ſimilaria ad generationẽ cõpoſiti, quę rurſus ab inuicẽ ſaparanẽ in corruptione. Verũ omnibus cõmunior alteratio cõuenit. Et.n. ſeparata vel cõiũcta & diſiuncta aliq̃ alterationẽ ſubeunt & ſuſtinẽt, alia quidem ſecundũ poſitionem, alia vero ſcd̃m apparentiã.

Inſuper ex eo quia contraria ex ſeſe mutuo fiunt: inerãt ergo. Nam ſi omne quod fit: neceſſe eſt aut ex entibus: aut ex non entibus fieri; & ex non entibus nihil fieri poteſt. De hac enim opinione omnes naturales conſentiunt: reliquum accidere iam neceſſario putauerunt: ex entibus quidem: atque ex hiſce quæ inſunt fieri: ex inſenſibilibus uero nobis ob paruitatẽ molis ac magnitudinis. Quapropter inquiunt: quodcunq; in quolibet mixtum eſſe: quia quodlibet ex quouis oriri uidebant. Videri uero diuerſa inter ſe ac appella-

ri ex eo q maxime excedebat per multitudinem infinitorũ in mixtione. Nam totum album: aut nigrum: aut dulce: aut carnem: aut os ſincere quicquam non eſſe: ſed cuius plurimũ unumquodq; habet: id ipſius eſſe rei naturã uideri dicebant.

Quoniam & hinc ſuſpicatur Anaxagoras ſingula in ſingulis eſſe, propterea quod nihil fieri ex nihilo, et ex contrarijs fieri ea quæ fiunt videbat. Verum eum cõtrariorum vnum alterum potius interimat & corrumpat quam generet, hinc igitur concluſit ac deduxit omnia mutuo miſceri, ac minime apparere ob exiguam magnitudinem. Verum vnumquodq; nominabat ex eo quo plus abũdabat miſcella, ut uideri licet in toto ſemine. Nam ipſum appellatur triticum, vel caro, vel aqua, ſi triticeã ſpetie magis abundauerit, vel plus carnis, vel aliorum habuerit. Sed cur Anaxagoras errauerit in cauſa eſt, quia aſſeuerabat omnino oportere vel ex nihilo prorſus aliqua fieri, vel ex nõ ente. Nam fiunt ex non ente, ſed non ſimpliciter ex nõ ente, ſed ex aliquo nõ ente, quod quidem ei Ari. deinceps obijciet ac perſoluet difficultatem.

Triplex infinitum. *Si ergo infinitum qua infinitum ignotum eſt. Et infinitum multitudine: aut magnitudine eſt, quantum quodam ignotum erit. Infinitum autem forma quale quodam ignotum. Cum igitur principia rerum tam multitudine: q̃ ſpetie ſint infinita: fieri profecto nequit: ut ea quæ ex hiſce cõſtant ſciantur. Nam ſic ſcire compoſitum putamus: cum ex quibus & quot ipſum conſtat cognoſcimus.*

Cum poſuerit opinionem Anaxagoræ, ac dixerit qua intelligentia in hanc poſitionem deuenerit quoniã ex nõ ente nihil fieri putat, & quia uidebat, mutuo atq; inter ſe fieri contraria, nunc ſe conuertit ad refellendum taxandumq; illius opinionem, & affert in medio multa argumenta quæ confutant opinionem antedictam, quorum quidem primum confuſum & in

Primũ argũ. curſiuum cũ non ſit ex natura rerum ſed tanq̃ ad Anaxagoram, & ſimpliciter perſonam ſcientis. Demonſtrat enim hãc poſitionem de medio tollere omnem ſcientiam. Eſt autem huiuſmodi argumentum, ſi principia rerum ſunt ſimilaria & ſimilaria ſunt infinita, ac infinitum ſuapte natura ignotum eſt, igitur principia rerũ ignota erunt, ſed quorũ principia ignorantur, ipſa quoq; non percipiuntur, ergo res naturales ignorãtur, quare aboleretur rerũ ſcientia, immo ipſa plane rerũ cognitio, ſiquidem ſcientia eſt quędã cognitio, q̃m cognitio communior ampliorq; eſt ipſa ſcientia. Nam ſcientiæ definire res, & comprehendere eas ratione ac demonſtrare innatum inditũq; eſt, ſed indefinitum ratione definiri complectiq; nõ poteſt, alioquin mox ipſum infinitum finitum eſſe diceremus. Si ergo infinitum eſt quatenus extra id quod capitur, cõtinuo aliquid eſt capiundũ, profecto deſtruemus actiſſimas ſcientias ac clariſſimas, aſtronomiã ſcilicet & geometriam, ſed conſtat Anaxagoram ipſum habuiſſe ſcientiam rerum arbitrari quã nos docuit, quare non ſunt infinita rerũ principia, ſiquidẽ Anaxagoras vir peritus eſt & ſcit ſi autem infinita ſunt, ipſe ergo ignarus eſt, quod ij rerum neſcius, ipſi de rebus temere diſſerenti quas ignorat nullam adhibebimus fidem. Hoc igitur eſt primum argumentum quod libuit appellari conuerſiuum & confuſum vt dicebam, ſed minime

2. argũ. per cauſam. Secundum argumentum cum ſit per cauſam & ex natura rerum, prius aſſumit hãc dignitatem omnibus formis inſitum eſſe in quodam quanto definito ſubſtare ac ſubſtitere, præterea neq; natura cuipiam augeri ad quamuis magnitudinẽ neq; diminui ad quãcunq; paruitatem datũ eſſe, ſed quidã terminus magnitudinis & paruitatis figitur, quem forma præterire ac excedere non poteſt. Sed primo diſſeramus de perfectioribus formis. Nã hiſce tanq̃ clarioribus apertioribuſq; ratio manifeſtior fiet, forma itaq; hominis poteſt in magnitudine vnius brachij conſiſtere ac quatuor & quinq;, attamẽ ipſe adoleſcere in infinitum non poteſt, quippe homo centum cubitorum altitudine augeri, atq; mũdo ęqualis fieri nequeat. Non enim hominem animi cogitatione concipimus, ideſt eum qui eſt atq; exiſtit. Hunc igitur perſpicuũ eſt nõ Vide Ariſtotelem Nicolaus pipateticũ in lib. de mũdo de illis aloydis ſ gigãtibꝰ q altitudines cęli excedere ſua magnitudine credebãt. Vide fabulã Homeri. 11. lib. odyſſeę & alibi & Virgiliũ in ſexto. poſſe ad aliquam maiorem quantitatem augeri q̃ ſibi congruat, neq; excedere molem vniuerſi, ſed quadam magnitudine figitur ac determinatur, quam excedere non poteſt. Nam formæ cum in aliquo maiore ſubiecto extenduntur maiores euadunt, quemadmodum igitur fieri non poteſt, vt ſecundum quãcunque auctionem ſpecies & formę coaleſcant magnitudine, ita dicendum eſt nullã ſpeciem ita minui magnitudine, vt eſſe nequeat. Nam ſit pigmeus homo, non tamen digitalis, vel æqualis accino, vel cuidam minutulo, quippe paruiſſima magnitudo haud queat hanc formam ſuſcipere. Vt itaq; faber lignarius, in ligno cubitali nauigij formam conderet, hanc tamen in ligno digitale efficere non poſſet, item figulus formam amphorę in argilla cretaq; ęquali accino nõ ſtrueret. Quemadmodum itaq; opus eſt horum magnitudinẽ ac paruitatem alicuius definitæ quãtitatis eſſe, vt formæ infini, ſic etiam de ſimilaribus dicendum eſt, ſiquidem ipſa etiam nonnullas formas habeant, quare carnis videlicet oſſis, & aquæ forma neq; in quauis magnitudine conſiſtit, quoniam neq; in æquali, neq; in maiore vniuerſi mole conſiſtere poteſt, quandoquidem nihil tale ſubſiſteret. At modo ſermo ſit de his quæ ſubſiſtunt. Item neq; in quauis paruitate forma conſiſtit, ſed quædam eſt magnitudo qua minore conſtare forma carnis non poteſt. Eſt igitur quædam caro impartibilis & minima, ſic etiã alia ſimilaria ſe habent. Verũ q ita ſit vt diſſeruimus hactenus hiſce etiã diſcere ac intelligere potes. Omnia nanq; corpora cõpoſita non ex quauis materia temere affecta fiunt, ſed vnaquęq; forma eget materia taliter affecta, ut cum illa ita diſpoſita inſtitutaq; ad recipiendum eam fuerit, ex eadẽ educi ac illi aduenire queat. Non enim elemẽtis temere cõmixtis cõcretiſq; educitur ac aduenit eis forma carnis vel oſſis, ſed forma carnis eget tali mixtione ſubiecta, quippe alterius mixtionis ſit forma oſſis, & alia alterius. Si ergo hoc ita ſe habet, ſubijcitur ergo formis corporũ cõpoſitorum non ſolũ qualitas quędam. ſ. talis elementorum complexio vel mixtio, ſed etiam quantitas. Quẽadmodum igitur non eſt cõſentaneum vt quęuis qualitas poſſit ſubijci formis, ita neq; queuis quantitas, quæ .n. eſſet maior ratio cũ ſubiecta qualitatis & quantitatis æqualiter ſe habeant vt non quęuis, qualitas complectatur, ſed quædam definita ac determinata, & quantitas indefinita ſic, q̃re definita & certa erit quãtitas quæ ſubijcitur formis, quare quædam caro minima eſt, & minima aqua, quarũ magnitudine alia minore hæ formæ non conſiſterent

atq; exiſterent ,quod etiam merito aſtruitur. Nam ſi caro quæ generaretur, patitur aliquid ab efficiente, conſentaneum eſt quidem videtur eſſe, quod quẽadmodum diuidenda magnitudo non in quamlibet partem diuideretur, ſed fugeret diuidi in minima, quamuis potentia diuiſibilis ſit, ita etiam illud q́ ſecundum qualitatem paſſurum, non debet pati quãtumlibet exiſtit, ſed fugere ob paruitatem ita affici. At vero id qđ

Dubiũ. non patitur non recipit formam ab efficiente. Sed circa hæc nonnulli mathematici dubitant. Nam inquiũt ſi daretur recta linea quæ in duas partes ſecetur, quoniam omnis magnitudo poteſt diuidi in infinitum, caro etiam quam dicitis eſſe minimam diuidi poterit in duas partes, ergo portiones diuiſæ vel ſunt carunculę, vel non, ſi autem carunculæ, erit igitur accipere data carne longe minores, & nõ illam quam minimam aſſeritis. Si ergo illę portiones diuiſæ non ſunt carunculæ, quomodo rurſus in vnum conſtitutę carnem efficere poterunt. Et ſi caro ſimilare quodam ſit, id eſt quod ipſius partes etiam carnes ſint, ergo erit tota carne quam diuidendam ſumpſimus, minorem accipere,

Reſpõſio. quoniam tota caro ſimilaris eſt. Verum ad hæc dicimus nõ poſſe carnem ſumere vt quædam ſpeties eſt, atq; vt magnitudo. Caro itaq; vt magnitudo eſt in infinitum diuidi poteſt, idcirco minimam magnitudinem accipere non licet, caro tamen ut forma & ſpeties eſt non poterit amplius partiri in infinitum, ſed prius deficiet deuenietq; ad minimam carnem, quã ſi diuiſerimus, mox ſimul diuidendo carnis formam ipſam corrumpimus & deſtruimus. Nam vt licet accipere hominem vt hominem atq; vt magnitudinẽ, & vt magnitudo diuidi poteſt in infinitum ac ſemper in magnitudines eiuſdem ſpetiei erit ipſa diuiſio, ſi vero diuiſerimus ipſum vt hominem in caput & pedes ſimul cum diuiſione corrumpetur & forma hominis quæ neq; in toto eſt, quoniam totum non eſt, neq; in aliqua parte, quoniã homo indiuiſibilis eſt, ſic etiã dico ſi diuiſeris minimam carnem. Nam mox totam per diuiſionem corrumpes, quippe quæ indiuiſibilis inſectiliſq; ſit, & eius partes diuiſę magnitudines ſunt, ſed non carnes, quemadmodum igitur in homine cuius partes ſi millies coniunxeris in vnum amplius hominẽ efficere non potes, quippe qui non ſolum egeat partium compoſitione, ſed etiam natura quæ conſtituit & formas introducit, idem etiam ſermo de ſimilaribus, quoniam & ſi millies infinitieſq; coniunxeris compoſuerisq; partes carnis diuiſe non poteris amplius carnem efficere, ſi natura non aderit ac opem tulerit. Nam ut ex omnibus lignis cumulatis ex quibus ſtruitur nauis, ipſa non fieret, ac ex coaceruatis lignis lapidibuſq; quibus domus cõſtare ſolet, ipſa nõ ſtrueretur, niſi ars præſit atq; conſtituat, ita & ſi partes carnis coniunxeris caro fieri non poterit, niſi opem ferat ipſa natura in componendis carnibus. Caro itaq; ſimilaris & minima cum in quantocunq; ſeruat ſuam totalitatem tũc etiam ſeruat carnis formam. Vnde partes quæ diuidendę ſunt, tunc potentia ſunt carnes quãdo iã totũ eſt, ſed cum diuiditur non amplius carnes ſunt, quapropter oſtenditur hiſce minimam carnem eſſe, & hoc conſequenter conuenit rerum proceſſui. Nam quędam ſunt rerum generaliſſima & communiſſima quęq; in omnibus ſunt ac diffunduntur, vt ens & vnum, quippe nihil ſit, quod ente & vno non participet. Quædam vero indiuidua quæ ſpeties appellantur in prædicamẽtis coarctãtur & firmantur, quoniam maxime particularia in ſpetiebus ſunt, quæ præterea de nullo prædicãtur, ſed homo de ſolis hominibus, & equus de equis duntaxat, neq; de quibus prædicatur in his cõtingit eſſe, quippe mortuus homo nõ ſit homo, neq; hominis pars ſit homo. Caro autem et os & cętera ſimilaria medium ordinem retinẽt, equidem in paucioribus ſunt, quam ens & vnum, & magis in pluribus, quam ſpeties indiuiſibiles. Nam caro & os de equo, & de aliis animalibus prædicãtur atq; de partibus, attamen de minima carnis parte vel oſſis quando ipſa diuideretur, tunc caro vel os de illis non prædicaretur, tamen ens & vnum nihil minus prædicarentur de illis partibus diuiſis. Nam & ſi partes minime carnis non ſint carnes, attamẽ entia ſunt, quippe quæ magnitudines atq; corpora. Hactenus itaq; de prima dignitate. Secundam autem accipit, quod omne corpus finitum metitur corpore finito ac maius a minore, vt corpus centum cubitorum metitur cubitis decies decem, & centies cubito ac digitali menſura, & vt ſummatim dicamus quocũq; corpore minore maius metitur. Quibus itaq; poſtulatis ac præaſſumptis oſtendit fieri non poſſe, vt omnia in omnibus vel ſingula in ſingulis ſint, neq; fieri ſeparationem infinitum. Et primum argumentum a cauſa & re ipſa, licet ſecundum ſit a principio, hoc eſt. Inquit ergo ſi ex aqua hac ſimilari auferatur caro ſimilaris & continuo alia atq; alia, quoniam caro in aqua finita mole magnitudineq; eſt, ſiquidem etiam ſimilaris aqua magnitudine finita ſit, ſed omne finitum demptis ſublatis ſemper finitis quibuſdam conſumitur, igitur prorſus neceſſe eſt ex ea carne quæ in aqua erat ſublatis ſemper carunculis, vt aliquando ipſa conſumatur & aboleantur. Non enim quia magnitudines diuiſibiles ſunt in infinitum ſemper diuidenda erit caro quæ in aqua eſt in minores partes, quin diuiſa aliquando in duas portiones non intereat & deficiat. Nam & ſi continuo in duas partes diuideretur, tamen ad minimam carnis magnitudinem veniet. Nam demonſtrauimus minimam carnem eſſe, ſi ergo caro diuidenda quę in aqua eſt, peruenerit ad minimam carnis magnitudinem, perſpicuum eſt, vt ſi illa minima auferatur, non poſſe amplius ſeparari carnem ex illa aqua, quod ſi hoc conceditur, neq; amplius ſingula in ſingulis erũt, neq; in infinitum dabitur rerum ſegregatio. Et nihil apud me intereſt ſi carnes quæ ſeparantur pure non ſint, ſed mixte cũ aliis ſimilaribus. Nam & ſi nõ exeũt pure ſincereq;, quoniam ſupponunt in infinitum fieri ſegregationẽ, neceſſe eſt tamen ſi carunculæ quæ ſemper ſegregantur minimæ ſunt, totam carnem quæ in aqua eſt aliquando conſumi, iuxta ſecundam dignitatẽ in qua fertur finitũ a finito metiri. Vnde ſi hoc aſſeritur, ſegregatio dubio procul nõ durabit in infinitum. De duobus igitur neceſſe eſt alterum eſſe ac dari vel tãdem ſegregationem defectum conſumptũq; iri, vt ratio demonſtrat, vel ſi in infinitum ſegregãtur carũculæ quoniam certa definitaq; eſt carnis magnitudo, neceſſe eſt equaliter infinita eſſe in magnitudine finita, quod quidem fieri nequit, qm̃ hoc eſſet perinde ac diceremus finito infinitum complecti. Nam quod cõſtat infinitis infinitum eſt. Tertium argumentum adducit. Si caro ad maximum & minimum terminatur

Similaria medium modũ prędicãdi hñt inter generaliſſima & ſpẽs ſpecialiſſimas. Ecce ptes proportionales.

Scdm argũ pricipale ſed primũ ex re.

3. argũ.

aliquid aliud carnis a minima ſegregari non poterit, quippe omne corpus finitum quodã ſublato minus reddatur, ſi ergo omne finitum a minore finito metitur, quare ſi ex minima carne ſeparabitur, aliquid profecto erit minus minimo, quod ſane impoſſibile eſt,
4.argũ. itaq; non erunt ſingula in ſingulis. Quartum argumentum affert inquiens, ſi ſingula in ſingulis ſunt, & in infinitum durat ſegregatio, igitur in vnaquaq; parte ſimilari erunt infinitæ carnes oſſaq;, ac demum omnia ſimpliciter, & econtra in unaquaq; parte carnis ſimilaris, vel ſanguinis, vel cuiuſuis alterius erunt infinita, in quibus præterea erũt alia infinita, quare in vnoquoq; ſimilari erit infinities infinitum, quo ſane quid magis perridiculum eſſe poteſt, vt in minima carnis parte corpora magnitudine & multitudine infinities infinita ſint, multitudine inq̃, qm̃ cum attigua ſint, ſolum a ſeſe mutuo ſeparantur, magnitudine vero, qm̃ qđ ex infinitis conſtat infinitum eſt, quare non ſolum vnaquęq; pars ſimilaris continebit infinities infinita, ſed etiam loci infinities infiniti erunt. Nam ea ſunt diuiſa quæcunq; ſimul non ſunt, ſed illi fatentur ea ſimilaria abiungi ab inuicem, quæ præterea infinita ſunt, quare loci qui continebunt ea in infinitũ erũt, ac interſtitia quibus intercipiuntur ac diſtant, igitur infinities
5.argũ. infinitum dabimus, quod ſane ridiculũ eſt. Quintum argumentum eſt, quod mens illa quã poſuit Anaxagoras demens ſtolidaq; eſſet. Nam ſi vult omnia ſecundum quantitatem, & qualitatem ſeparari, vt neq; differrãt inter ſe ſimilaria vt caro, os, & reliqua, neq; eadem ſint ſpetie, & numero differrant veluti partes carnis ſimilares, & hoc fieri non poteſt, propterea q̄ in infinitum magnitudo diuidi poteſt, atq; impoſſibile eſt hęc ſimilaria pura ſinceraq; interdũ ſeiungi, ſtolida itaq; mens ipſa erit, qm̃ nititur ea facere quę fieri nequeũt. Verum illud quod aſſeritur ab Anaxagora ſcilicet nunq̃ res ſeparari recte aſſeritur, licet nõ ſcite ac ſapide proferatur. Nam in his ſunt accidentia & habitus quæ a ſuis ſubiectis nunquam auelli ſeiũgiq; poſſunt, ſi ergo mens vult cũcta ſegregare videlicet accidentia & habitus, quæ profecto ſeiungi nõ poſſunt, igitur mens ſtolida & inſana periclitatur nititurq; ea facere quæ fieri prorſus nequeunt. Item Anaxagoras fallitur cum aſſerat oĩa quæ fiunt ex his quæ ſunt eiuſdem ſpetiei produci. Nam inquit Ariſt. quædam fieri ex his quæ ſunt eiuſdem ſpetiei qm̃ lutum fit ex luto eiuſdem ſpetiei maius ſcilicet ex minori, q̄ etiam fit ex aqua & terra quæ ſunt diuerſarum ſpetierum. Item domus fit ex lateribus & lignis, quæ ſunt diuerſarum ſpetierum, quare praue aſſerit quæ fiunt prorſus fieri ex his quæ ſunt eiuſdem ſpetiei quandoquidẽ contrarium non modo in artibus ſed etiam in naturalibus perſpiciamus. Nam ex lignis producitur ignis, & ex aqua aer, atq; ex putreſcentibus corporibus nõ ſolum animatis, ſed etiã inanimatis diuerſa animalia fiũt quibus dictis ab Ariſto. ipſe fatetur longe melius eſſe cum eadem infinitis proficiſci poſſunt & ex finitis, vt ex finitis fiant res, q̄ ex infinitis, ſiquidem infinitum ignotum ſit, quare quantum attinet ad hoc, rectius ac longe melius ſenſit Empedocles q̄ Anaxagoras, qm̃ ille ſuppoſuit finita eſſe principia. Ad textum itaq; veniamus. Si ergo infinitum qua infinitum ignotum eſt, Hic primum argumẽtum inuerſiuum & confuſum. ſ. ad hominem adducit. Infinitum nanq; eſt vel quãtitate, vel qualitate. Vnde ſi infinitum ſcđm quãtitatẽ eſt, prorſus oportet, vt ſit infinitum ſcđm quãtitatẽ. Nam ſi ſpeties ſunt infinitæ atq; formæ, neceſſe eſt etiã ſubiecta earum infinita eſſe, verum ſi numero erit quippiam infinitum nõ amplius ſequitur vt infinitum forma & ſpetie ſit. Nam fieri poteſt, vt ſupponamus infinita numero eſſe, quę tamẽ ſunt eiuſdem ſpetiei quẽadmodum igitur infinitum erit, ita erit ignotum, ſi ergo aſſerebãt numero infinita eſſe principia, ſpetie autem finita quibus profecto res conſtarent cognoſcere poterant, ſed quot conſtarent minime. Et qm̃ principia quantitate & qualitate infinita eſſe Anaxagoras aſſeruit, perſpicuũ eſt principia ignota eſſe, ſed ignoratis principijs, quę ex his conſtant ignorantur. Nam tunc compoſita cognoſcuntur quando cognoſcimus quibus quotq; principijs conſtant.

Preterea ſi neceſſe eſt ipſum mole quantũuis eſſe poſſe: cuius pars magnitudine paruitateq; quantauis eſſe poteſt.

Primum inter aſſumpta eſt, quod magnitudo carnis & reliquarum ſpetierum definita ſit ad maius & ad minus, ac q̄ neq; in infinitum augeatur, neq; in infinitum diminuatur. Probat autem hoc ex totius cõpoſiti argumento, cuius partes ſunt ſimilares, & conficit argumentum in ſecunda figura ſyllogiſmorũ conditionalium, & is eſt ſyllogiſmus, ſi partes poſſint in infinitum augeri ac minui, totum quoq; id aſſequi poterit, quippe totum ex partibus componatur, neq; n. poteſt totum augeri vel minui non auctis, vel diminutis partibus, ſed non poteſt totũ in infinitum augeri neq; minui, itaq; neq; partes, quare ſtabit quãtitas partiũ ad maius & ad minus, quare erit quędã minima caro minimũq; os, ſicut etiam ſunt maxima. Sed quiſpiã forte contradicet deductioni argumẽti, qui facerẽt rationem pro Anaxagora, qm̃ non oportet ſi in infinitũ fit diminutio ſimilarium, vt animalia quoq; & plãtę in infinitum minuãtur. Nam ſi foret in vnoquoq; animali vna quæq; pars carnis ſimilaris, vel oſſis, vel ſanguinis, conſentaneum eſſet ſi augeretur pars, vel diminueretur, vt totum adoleſceret & minueretur. At modo non ſic ſe habet res, ſed cum plures partes ſimilaris carnis conueniunt vel oſſis, vel reliquorum ſimilarium ita efficiunt carnem animalis & oſſa, igitur non neceſſe eſt animal vna diminui cũ diminuãtur ſimilaria. Nam poſſunt multa ſimilaria & ſi paruiſſima ſint, cõponere animalis corpus, verbi grã vt lapides ex quibus domus conſtat, poſſunt in infinitũ minui, attamen domus nõ amplius diminueretur in infinitum, quia ex multis & non ex vno lapide domus cõſtituitur, cõponitur etiam interdum paucioribus ſi maiores fuerint, interdum ex pluribus ſi minores extiterint, qđ ſi hoc ita ſe habet, omnino certa definitaq; ſimilarium quantitas erit ex quibus hominis caro componitur. Sint ergo quinq; partes ſimilares carnis, verũ hæ in infinitũ minui queũt an nõ, ſi qdẽ poſſunt minui in ĩfinitũ vna earũ aliq̃ magnitudinem prorſus habebit in qua eſſe hominis carnes, vt ĩdigitali aut milij magnitudine nõ poſſunt, quamobrẽ ſi homo non poteſt ad tantillũ minui, perſpicuum etiam eſt, vt partes carnis ſimilares etiam nequeãt quare ad idem rurſus deducitur ratio. Verum ſi quis diceret alias ſimilares portiones ſuapte natura poſſe in infinitum minui, ſed compoſitum ceu hominem non amplius poſſe ſuapte natura ſeruari diminutis

ri diminutis

ri diminutis partibus ſimilaribus cum etiam ſecundũ vos in minima magnitudine carnis potentis conſiſtere ipſe ponatur, ſiquidẽ huius hoīs caro eſt qualis puerorum, vel embrionis, tamen in animali perfecto quopiam magni diminui prius non poſſet quin totum animal corrumperetur, ſic etiam ſi partes ſimilares in infinitum diuidentur, tamen totum animal ſuapte natura non poſſet conſiſtere in quantalibet parte ſimilari. Sed hęc ratio eſt eorũ qui non tuentur neq; ſeruant ſuppoſitiones Anaxagorę, qui dixit nihil aliud eſſe compoſitum ꝗ̃ cõcurſum partium ſimilarium. Nam id apud nos merito ſequitur, qui huiuſmodi elementorum cõpoſitioni & mixtioni aſſerimus formas extrinſecus aduenire quæ ſunt entia a ſubiectis diſtinctę. Nõ enim quantumcunque ſe habentium ſimilarium portionum mixtioni formę ſuapte natura aduenire poſſunt. At apud Anaxagoram hoc ſequi non poteſt, quoniã nihil extrinſecus aduenire præter ſimilaria voluit, ſed ipſa, prius in ſimplicibus eſſe dixit. Etenim oculi verbi gratia diuerſæ tunicæ & tricæ, ac ipſi colores & omnes qualitates compoſiti cum inſint ſimplicibus, conſentaneum eſt ſequi, vt prorſus vna cum diminutione ſimilarium & totum minui. Nam cur quemadmodum plures vel maiores ſimilares portiones oculi cum cõueniunt magnũ efficiunt oculum, non ita minores vel paucæ non efficient paruum? Quare deductio neceſſario vera eſt quantũ ad ſuppoſitiones Anaxagorę. Quid autem eſt dictu hominis carnes ex pluribus conſtare carnibus aſſerere. Nam cur vnũquodque ex his tot multis carnibus, & non ex pluribus cõſtitutum eſt, ſiquidem ſectio ſimilarium fit in infinitũ, quare neq; prorſus vna quædam erit portio ſimilaris neq; vna hominis caro. Item accidit illud ridiculũ Elephantis carnes ex minoribus paucioribuſq; carnibus cõponi poſſe & carnem culicis ex pluribus. Nã nihil intereſt amplius dicere ex paucioribus vel pluribus aliquid conſtare, cum principiorum magnitudo ad maius & ad minus indefinita illimitataq; ſit.

Dico autem aliquam talium partium: in quam inexiſtentem totum diuiditur: ſi uero non poteſt eſſe animal uel planta quantacunq; ſecundum magnitudinem & paruitatem: patet etiam ut neq; partium ulla poterit mole quantauis eſſe. Erit enim & totum ſimiliter. At os & caro & iſtiuſmodi cætera ſunt partes animalium: & fructus plantarum. Patet igitur neq; os neq; carnem: neq; aliud quicquã in maius uel in minus mole quantumuis eſſe poſſe.

Dupliciter ea particula textus (inexiſtentem) poteſt accipi intelligiq;, vel vt ad partem referatur, vel vt ad totum. Ad partem autem hoc modo legendum eſt Dico autem has partes quę poſt diuiſionem totius ſubſiſtunt & non corrumpuntur. Nam ſemper ſunt quidam defluxus ex corpore & excidia, cum igitur quędam corpora defluãt excidantq;, poſſunt poſt diuiſionem totius ſubſiſtere. Si autem, illa particula inexiſtentem, ad totum referri intelleximus ſic exponendus eſt textus, partes autem dico has, quibus etiam a toto diuiſis nihilominus totũ ſeruatur. Hæ vero ſunt (vt dicebam) corpora quædã quæ ſemper ex nobis defluunt. Hæc autẽ eſt ſententia authoris. Verum hoc adiecit quoniam cum dixerit ſuperius (cuius pars magnitudine paruitateq; quantauis eſſe poteſt) nequis ſuſpicetur ipſum totius partes appellare materiam & formam, propter hoc inquit. Dico autem eas partes quæ poſt diuiſionem totius per ſe ipſa ſubſiſtũt, videlicet diuiſæ a toto non corrumpitur totum, quorum neutrum materiæ & formæ competit. Nam cum materia & forma ſeparantur, non amplius totum remanet. Itẽ neq; poſſunt per ſe ipſas ſubſiſtere. Præterea materia & forma non ſunt corporis partes, ſed elemẽta. Iccirco neq; dicerentur diuidi ab eo ac ſeiungi. Nam diuiſio dicitur eſſe totius in partes, & reſolutio in elementa. Caro autem & huiuſmodi alia ſunt partes animalium, & fructus plantarum. Nam quemadmodum animal diſſimilare eſt, ita etiam plantæ. Nam partes plantarũ truncus, ramus, cortex, folia, fructus, ac inteſtina lignorum & aliquid aliud ſimile, quę ſunt diuerſarum ſpecierum inter ſe, licet vnumquodq; in ſe ſit ſimilare.

Quomodo differunt reſolutio & diuiſio.

Textus.

Præterea ſi talia omnia ipſiſmet mutuo inſunt: & non generatur quicquam: ſed ſeparantur ea quæ inſunt: & appellatur ab eo quod magis abundat in eo: ex quouis quodlibet demum ſegregatione fit: ceu aqua ex carne & ex carne aqua. Cum autem omne corpus finitum ablatione finiti corporis conſumatur: perſpicuum eſt non poſſe quodlibet in quouis eſſe.

Primum argumentum vult afferre, deinde dicens opinionem Anaxagoræ priuſquam concludat conſequens ponit ſecundam dignitatẽ, quoniam ex vtriſq; primum argumentum concludit, inquit ergo omne corpus finitum corporis finiti tollitur ablatione, dicit autem conſumatur pro menſuratur. Nam id quod metitur cum ſemper equalia demantur de ipſo a ſua menſura, deficit tandem & conſumitur.

Ablata enim ex aqua carne: rurſuſq; ex aqua reliqua ſegregata: & ſi ſemper minor ea quæ ſecernitur erit: non tamen omni magnitudine minor euadet. Quare ſi ſegregatio ſtabit non in quolibet quoduis erit. Nam in reliqua aqua non inerit caro, ſi autem non ſtabit; ſed ſemper ſequeſtratio fiet in finita magnitudine ſane equalia finita erunt multitudine infinita. Quod quidem eſt impoſſibile.

Vt nequis dicat minime oportere ſemper ſublatis carunculis in aqua carnem deficere ſiquidem equalia ſemper auferantur, etenim neceſſarium eſſet deficere illam, quia metitur finitum a finito, & quia eo modo quæ auferuntur ſemper minora ſunt, quare non eſt neceſſe eam deficere cum continuum ſit diuiſibile in infinitum Ob id ergo inquit Ariſt. quod quamuis ſemper minora auferantur, attamen quandam magnitudinem ſecundum paruitatem prorſus non excedũt ſeiuncta. Quoniam igitur definitur terminaturq; quãtitas carnis, non erunt profecto hæ portiones quæ ſeparantur minores minima carne, ſed ſtabit ſegregatio vſq; ad minimam carnem, ergo prorſus neceſſe eſt vt minoribus caruncuIis ſeparatis totum conſumatur, quoniam finitum a finito tollitur ablatione, vel ſi non hoc dabitur, æqualia finita numero tamen infinita in ipſo finito inerunt, quod impoſſibile eſt, igitur magnitudo aliqua non excedet paruitatem id eſt non ex quacunq; magnitudine minor ſeparari poteſt, ꝗ̃ꝗ̃ minor ſemper ſeparetur. Nã eſt aliquã magnitudo minimę carnis a qua minorem ſeiungi eſt impoſſibile.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Præterea ſi omne corpus parte aliqua ab eo ſublata fieri minus neceſſe eſt: & carnis quantitas definita eſt magnitudine & paruitate: conſtat ex minima carne nullum omnino corpus ſecerni poſſe: alioquin minima minor foret.

Alterum argumentum & tertium a principio, quoniam ſi definita eſt quantitas carnis non poterit ex minima ſeparari aliquid. Nam ſi ſepararetur ex ea aliquid foret minor minima, quod profecto fieri nequit. Verum hoc impoſſibile eſt, partim quia omne corpus quodam ſublato minus fit, partim etiam quia omne finitum menſuratur ab omni finito.

Item in infinitis corporibus caro iam infinita ſanguis cerebrumq; ineſſet.

Quartum argumentum hoc eſt, quoniam accidet in vnaquaque portione ſimilari infinitis exiſtentibus, & rurſus in vnaquaq; alia infinitis exiſtentibus & hoc infinitum, infinities infinitum eſſe.

Singula tamen eſſent ab alijs ſeparata: & nihil minus infinitum. hoc autem a ratione alienum eſt.

Separata dixit pro his quæ actu & interſtitijs ſeu locis ſunt diſiuncta, & non quemadmodum dicimus in materia potẽtia omnia ineſſe. Nõ enim ita dixit Anaxagoras omnia inter ſe miſceri ac mutuo ineſſe quẽadmodum materia dicitur omnia eſſe in potentia, ſed potius dixit quemadmodum in toto ſemine cuncta inſunt, vt ordeum, triticũ & reliqua ſemina quæ actu ſunt in cumulo, igitur (inquit) inſunt in vnaquaq; ſimilaritate infinita corpora, & nihil minus vnumquodque quod inexiſtit & ipſum infinitum eſt. Nam & in illo infinita ſunt.

Id uero quod aſſeritur nunquam omnia ſegregata fore non rite quidem dicitur licet recte dicatur. Nam affectiones inſeparabiles ſunt.

Quod mens ſtolida ſit quam poſuit Anaxagoras patet, quia tentat impoſſibilia facere, ſiquidem velit ipſa omnia ſeparare, quod quidem impoſſibile eſt. Verum quod nunquam omnia ſeparentur, quanquam ignare minuſq; perite Anaxagoras dixerit, attamen recte dixit. Nam ipſe ſenſit corpora nunquam abinuicem ſecerni ſegregariq; ſiue ſecundum habitus, ſiue ſecundum affectiones. Verum non eo quod ipſam naturã non habeãt per ſe non ſubſiſtunt, ſed quia propter mixtionem ea quæ miſcentur non poſſunt pure ſincereq; ſeparari, ceu ſi quis diceret vinum mele cõmixtum abinuicem ſeparari non poſſe vinum neq; mel. Si ergo in omnibus affectiones & habitus ſunt, quæ per ſe ſubſiſtere ſuapte natura nequeunt, & mens ipſa quærit hæc ſeparare, quoniam vult omnia ſecerni, igitur ſtolida eſt quia periclitatur ea facere quæ fieri non poſſunt.

Si ergo colores atq; habitus mixti ſunt: ſi fuerint ſegregati: erit quippiam album: aut ſanum quod non aliud quicquam erit: nec in ſubiecto: quare ipſa mens abſurda eſt ſane ea quærens quæ fieri nequeunt: ſi ſeparata quidem reddere uult. Hoc enim effici non poteſt tam quantitatis: quam qualitatis etiam ratione. Quantitatis quidem: quia non eſt minima magnitudo. Qualitatis autem: quia affectiones inſeparabiles ſunt.

Non enim eſt aliquod idem album quod per ſe ſit, ſed oportet prius aliquod alterum eſſe, deinde album vel nigrum eſſe, vel aliquid huiuſmodi. Nam album uel homo, vel equus, uel ceruſſa colorq; meretricius, aut aliquid aliud eſt. Si ergo affectiones ſeparantur, erit profecto quippiam album quod neq; homo erit neq; aliquid aliud prætereaneq; in aliquo ſubiecto erit quod quidem impoſſibile eſt. Verum dixit Ari. de ſubiecto pro hoc ſcilicet in ſubiecto eſſe, quod multis in locis dicere conſueuit.

Neq; etiam recte generationem eorum quæ ſunt eiuſdem ſpetiei capit. Nam lutum in luta diuiditur atq; in ea quæ luta non ſunt.

Quod praue acceperit ea quæ fiunt ex ſimilibus fieri oſtendit. Nam homo fit ex hominibus & equus ex equis, & quædam alia fiunt ex his quę diuerſarum ſpetierum ſunt. Nam ex putreſcentibus equis veſpe naſcuntur, & ex tauris apes, ex aqua aer, & ex aere ignis. Praue igitur accepit prorſus ex ſimilibus in ſpetie generationem fieri. Verum hoc accepit, quoniam exiſtimabat ex non ente nihil fieri, & ea quæ ex aliquo fiunt non ſine contrario produci. Vnde nõ recte accepit ex non ente aliquid non fieri ſcilicet ex nihilo tanquam ex materia aliquid non fieret, quoniam neceſſe eſt aliquid produci ex non ente. Etenim quod fit ex materiali cauſa generatur ex non ente. Nam ſperma aliquod non ens eſt, quippe id non ſit homo. Item quod fit ſecundum cauſam efficientem fit ex nõ ente, quoniam oportet neceſſario differre cauſam ab effectu, & ſi non ſecundum aliud differret, ſaltim prorſus differret ſecundum hoc, quia cauſa non eſt effectus, quare cauſa efficiens eſt aliquod non ens, quippe quæ non ſit id quod a cauſa producitur.

Quõo quod efficitur ex nõ ente fiat.

Et non idem modus eſt: quo lateres ex domo: & domus ex lateribus fit.

Inquit non eundem eſſe modum, quo domus ex lateribus fit, & quo lutum ex lutis. Nam domus fit ex lateribus qui ab ea ſunt ſpetie diuerſi, ſed lutum fit ex lutis eiuſdem ſpetiei. Dicebam autem quod nõ proprie dicitur lutum ex luto generari, quippe hoc non ſit generatio, ſed additio, niſi quis dixerit generari ſimpliciter quando tantum luti ſimpliciter generatur.

Sic aer & aqua ex ſeſe mutuo fiunt & ſunt. Melius autem eſt minora: & finita principia: quod quidem Empedocles facit.

Ideſt quæ ſunt diuerſarum ſpetierum, quemadmodum etiam domus ex lateribus fit. (Atqui longe melius eſt finita accipere principia quod quidem facit Empedocles.) Nam ſi generari queunt ex finitis principijs quæcunq; ex infinitis producuntur, longe melius erit ex finitis generari, quam ex infinitis, ſiquidem infinita ignorentur. Vnde Empedocles eo quod finita poſuit principia rectius ſenſit. Textus.

Omnes igitur contraria principia faciunt.

Cum opinioni Parmenidis & Melliſſi a principio contradixit. & demonſtrauit fieri non poſſe, vt vnũ ens ſit, quippe id neq; principium eſſe queat, neq; id quod proficiſcitur a principio, & deuenit ad opinio-

nes

nes naturalium & dixit quod eorum quidam vnum ſtatuunt eſſe principium. Quidam vero plura, & horum quidam ea infinita eſſe, quidam vero finita aſtruxerunt, ac deinceps confutauit opinionem Anaxagoræ qui aſſerebat infinita eſſe principia. Cæterum conſequẽs erat oſtendere plura non poſſe principia eſſe neq; finita, quo demonſtrato relinquitur id ꝙ verum eſt ſcilicet vnum eſſe elementum materiale. Nam de hoc dicere Ariſtotelis propoſitum eſt. Etenim cum feciſſet principiorum diuiſionem, quoniam neceſſe erat principiorum, vel vnum eſſe, vel plura de materialibus principijs loquebatur. Quod vero aliquod principium rerum naturalium eſſet, huius libri principio demonſtrauit, vel potius accepit tanquam ab omnibus conceſſum ac datum ſcilicet rerum naturalium eſſe principia, cauſas & elemẽta. Nos quoq; adiecimus Theophraſti rationem, qua demonſtrauit res naturales habere principia. Præterea idipſum oſtendit Ari. in rationibus, quas adduxit contra Parmenidem, & Melliſſum in primis vbi nitebatur tollere de medio eam ſuppoſitionem, quæ præſertim deſtruebat rerũ naturalium principia, eam ſcilicet ſuppoſitionem in qua dicebatur ens vnum eſſe. Nam ſi vnum duntaxat erit principium tollitur (vt olim dicebam) principiũ & id ꝙ proficiſcitur ex principio. Deinde vbi dixit ſi plura ſunt quæ ſunt, introduxit aſſeruitq; ipſa a quodam principio emerſiſſe. Nam cum ſit quędam cõuenientia communioue ac differentia in multis, quæ neque a caſu ipſis aduenit neq; ab vno illorum cæteris datur quoniam illud eſſet principium, relinquitur ergo communitatem ipſis a ſummo quodam alio principio immitti ac impertiri. Quod quidẽ igitur ſit rerum naturalium principium patet. Hoc autẽ neceſſe eſt, vel vnũ eſſe, vel plura, ac finita, vel infinita, quod quidem igitur non poſſint eſſe infinita principia demonſtrauit in rationibus cõtra Anaxagoram, & merito primam hanc ſuppoſitionem confutauit, quoniã ipſa magis oppugnat veritatẽ, dico ſcilicet eam quæ dicit vnum eſſe materiale principium. Si ergo vnum eſt materiale principiũ & non poſſunt plura eſſe, multomagis neq; infinita, conſequens autẽ erat ſecundum probare ſcilicet neq; plura & finita eſſe poſſe, vt reliquum verum eſſe ſic relinquatur ſcilicet vnũ eſſe materiale principium. At ipſe modo hoc nõ facit, ſed primum aggreditur principia formalia ponere, deinde recurrit ad reliquum, & oſtendit neq; plura & finita principia materialia eſſe poſſe. Nam cum oſtendat oportere principia formalia contraria eſſe, vt agẽdo & patiendo mutuo inter ſe generationem & corruptionẽ efficiãt qm̃ non qḋuis agit in quouis, neq; qḋlibet patitur a quolibet, ſed contrariũ a cõtrario, rationem affert, & oſtendens quod non poſſint eſſe ſola principia contraria, quoniam ipſa in ſeipſa agere non poſſunt, neq; a ſeipſis pati, ſiquidem ipſa ſimul eſſe ſecundum ſe prorſus nequeant. At ea quæ agunt & patiuntur neceſſe eſt, vt ſimul ſint & in idem conueniãt, neceſſario introducit ſermonem de materia, quouiã oportet eſſe quandam tertium principium ꝙ cõtrarijs ſubijciatur, & diuiſim patiẽdo ab ipſis generationem & corruptionem efficiat. Deinde hoc accipiens probat reliquum membrum diuiſionis materialium principiorum quod non poſſint plura eſſe & finita principia materialia, quoniam ſi ſufficit vnum ad generationem rerum ꝙ contrarijs ſubijciatur, ſuperuacaneũ aliud erit. Hæc autẽ ſuis locis explicabimus, ac rimabimur. Nam hæc in præſentia diximus gratia continuationis ſermonis & diſpoſitionis eorum quę ſequũtur. Propoſitum igitur eſt oſtendere principia formalia contraria eſſe, quod igitur contraria ſint teſtimonio antiquorum & ex ipſa ratione facit fidem. Etenim cuncti ſtatuerunt principia contraria eſſe tum ij qui vnum eſſe poſuerunt, tum etiam ij qui entia plura eſſe aſſeruerũt. Etenim ipſe Parmenides in libris quos ſcripſit iuxta veritatem cum dixerit id quod eſt vnũ eſſe, in libris vero ad opinionem contraria principia eſſe ſtatuit calidum & frigidum. Appellat autem frigidum terram, & calidum ignem, calidum autẽ & frigidum ſunt contraria. Item Empedocles quatuor elementa dixit principia, & ignem calidum eſſe, cætera vero frigida. Item qui denſitate & raritate elementi quod ipſi ſtatuebant, alia fieri dicebant, quorum vnus eſt Thales qui contraria poſuit principia. Nam raritas & denſitas contraria ſunt. Præterea Democritus cum ſtatuat vacuum & athomos quas plenum vocauit. Nam plenum & vacuum dixit eſſe principia rerum, plenum autẽ & vacuum contraria ſunt, quæ cũ appellauit ens & nõ ens ac vnum & nihil, vnum quidem plenum, nihil autem vacuum, congregationem vero & ſegregationem Democritus et Anaxagoras dixerunt eſſe cauſas generationis & corruptionis eſſe, quorum alter eas cauſas generationis athomorũ, alter vero ſimilarium. Item Plato poſuit magnum et paruum principia. Hæc autem omnia contraria ſunt. Sed forſitan quiſpiam dicet non omnes ſua principia formalia poſuiſſe cõtraria, quoniam Plato magnum & paruum materiã appellauit. Et Empedocles quatuor elementa materiam rerum eſſe ſtatuit, Parmenides quoq; ignem et terram materialia principia poſuit, quippe qui certe non ita dixit, vt quiſpiam poſſit opinari illum dixiſſe ignem cauſam efficientem, vel cauſam formalem, & terram materialẽ. Nam ſi hæc contraria ſunt, non poteſt alterum alteri ſubijci velut materia, quoniam contraria ſeſe mutuo interimunt ac perdunt, materia autem eſt formæ ſeruatrix quare hac ratione non eſſet vnum forma, & alterũ materia, immo neq; ignis eſſet efficiens. Nam ponuntur ipſa eſſe contraria. At contraria ſunt æque potẽtia, & nihil magis vnum in alterum agit, quam e contra alterum in alterum. Verum ſi quidam horum poſuerint contraria velut materiam nec ne, nunc nõ eſt ſimpliciter propoſitum demonſtrare. Equidem nonnulli ipſa velut materiam acceperunt, nonnulli vero vt formam, ſed quod ſimpliciter ab ipſa rerum natura moti contrarietatem in principijs poſuere. Et hoc merito. Nã oportet principijs omnino maximeque primis hæc tria ineſſe, primum vt non ſint ex alijs, alioquin non eſſent prima principia, ſecũdum vt neq; ex ſeipſis mutuo fiant, quoniam non eſſent proprie principia prima. Nam hoc modo vnumquodq; eſſet principium & non principium. Tertium vt ex ipſis alia fiant, hoc enim eſt maxime proprium principijs. Hæc autẽ omnia primis contrarijs inſunt, prima autem contraria dico quæ ſunt magis generalia ad quæ alia reducuntur. Hæc autem non fiunt ex alijs, quoniam primo inſunt materiæ, non ex ſeipſis mutuo, quia neutrum eſt efficiens alterius, ex eis autem alia conſtant, quoniam ſe-

Vide qũo Ariſto. a principio libri cũ dixit.

Neceſſe ẽ aut Vnũ aut plura principia eſſe, loquebat de principijs materialib᷑.

Qũo principiũ rerũ naturalium vide.

Qua de cauſa introduxit ſermonẽ de materia. Vide Simpliciũ & Alexãdrũ ac Porphyr.

Qũo Parmenides poſuit plura principia.

Vide idem in Simplicio.

Dubiũ pulcra

Tres cõditiones pricipiorũ

cundum cõiunctionem illorum ad materiam omnia alia fiunt. Et quoniam ſecũdum mutationem generatio fit, & omnis mutatio eſt ex contrarijs in cõtraria, vt demonſtrabitur. Hoc igitur modo oſtendit ex veterũ opinione principia eſſe contraria, idipſum quoq; oſtendit ex ratione. Verum prius accipit duas dignitates quaſdam quę conceduntur ex communibus cõ-

Prima dignitas.

ceptionibus. Vnũ eſt vt quoduis a quouis non ſit idoneum pati, neq; agere in quoduis, non enim ageret linea in dulce, neq; pateretur ab eodem, neq; ferrum certe in adamantẽ ageret, itaq; quoduis non fit a quouis, & hoc ſit ſecũda dignitas. Non enim fieret ex muſico aliquid dulce, vel ex nigro muſicum, ſed album ex nigro fit, & calidum ex frigido, & ex bono malũ, & econtra, ſimiliter autem & corruptum nõ corrum-

Secunda dignitas.

pitur in quoduis. Non enim corrumperetur muſicũ in nigrum, uel nigrum in dulce, ſed muſicum in immuſicum corrumpitur, & nigrum in album, & dulce in amarum, quare contrarium fit ex contrario, & corrũpitur contrarium in contrarium. Et non oportet ad-

Tollit obiectionẽ q̃dã.

mirari ſi dixerimus a principio contraria non fieri ex ſeipſis mutuo, & nũc dicimus ipſa eo modo fieri. Siquidem ex euidentia accepimus nõ quoduis a quouis gigni, neq; in quoduis corrumpi, ſed fit ex contrario & corrumpitur in contrarium. Nam paulo ſuperius dicebamus contraria ex ſeipſis mutuo non fieri, neq; velut ex cauſa efficiente, neq; velut ex materiali. Neque enim frigidum productiuum eſt calidum neque vim creandi producendiq; illud habet, ſimiliter neq; calidum frigidi, neq; ſimpliciter contrarium cõtrarij, immo contrarium fieri ſolet, quoniam contraria ſeſe mutuo viciſſimq; interimunt. Item neq; contraria ex ſeſe mutuo fieri dicimus veluti ex ære ; dicimus fieri ſtatuam, quoniam non ſuſtinet alterum reliquum adueniens quemadmodum æs ſuſtinet formam ſtatuæ, & ſimpliciter materia formam. Nam hoc modo ſimul eſſent contraria. Sic ergo diximus contraria mutuo viciſſimq; a ſeſe non fieri. Rurſus dicuntur fieri a ſeſe mutuo ideſt poſt ſeſe ſcilicet vnum poſt alterũ, quem-

Ecce punctũ diſſolutionis ipſius obiectionis.

admodum Plato in Phedone magis proprie nominauit cum dixit ipſa poſt ſeſe fieri, quoniam poſt album mox ſuapte natura idoneum eſt nigrum fieri, & econtra corrupto nigro rurſus fieri albũ, & ſic in omnibus fieri contingit. Sic ergo oportet fieri contraria a ſeſe mutuo, quoniam nõ fieret aliquod calidum niſi prius extiterit id frigidum, ita calidum corruptum mox in frigidum mutatur; igitur generatio prorſus fit ex contrario in contrarium, & corruptio ſimiliter. Si hoc ergo admittitur, ſint principia omnium quę natura ſũt contraria. quod quidem perſpicuum etiam eſt in generatione & corruptione accidentium, ſed quoniam communiter omnium principia quærimus & ipſarũ ſubſtantiarũ, oportet demonſtrare quomodo & ſubſtantiarum principia ſint contraria. Nam demonſtratum eſt ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium, igitur generatio ſecundum alterationem perſpicuo fit ex contrarijs in contraria, & non ſolum ipſa, ſed etiam mutatio ſimplicium corporum. Nam & ſi ſubſtantia non ſit

Q̃uo principia ſubſtantiarũ ſint cõtraria.

Hoc in loco cõſentit Alexandro q vo

ſubſtantię contrariũ, attamen ſecũdum contrarias qualitates mutatio elementorum inter ſe mutuo fit, quoniam ignis non eſt contrarium aquæ, vt ſubſtãtia ſubſtantię. Nam commune ſubiectum habent, ſecundum tamen contrarias formas vnumquodq; ipſorum formatur & ſpecificatur, alterum quidem ſecundum calidum & ſiccum, alterum vero ſecundum calidum & humidum, cum dicitur autem ſubſtantiam non eſſe cõtrariam ſubſtantiæ non ſimpliciter omnis ſubſtantia intelligitur, ſed compoſita cum ſimplices formæ ſecũdum contrarietatem deſignentur, ac determinentur, dico ſcilicet calidum, ſiccum humidum, & frigidum in compoſitis autem nihil eſt omnino alteri contrarium, quippe omnium idem & vnum ſubiectum ſit. itaq; q̃ ſimplicia ex contrarijs fiant & in contrarijs corrumpantur ſiue mutatio ſit ſecundum ſubſtantiam vt in elementis, ſiue ſecundum accidens perſpicuum eſt. At vero in compoſitis ſubſtantijs non amplius liquet eas habere ortum ex contrarijs, & in contraria corrumpi. Verum hoc accidit (vt ait) quia contrarię affectiones ac diſpoſitiones in illis non nominantur. Vt igitur oſtendat compoſitorum generationes contrarias eſſe inuenit methodũ & uiam ſuapte induſtria, qua oſtendet ſubſtantias compoſitas omnino ex contrarijs fieri. Inquit igitur eas ſubſtantias quę per compoſitionem ſimplicium fiunt, quandam habere compoſitionis ſimplicium proportionem & concentum conuenientiamq;. Nam huiuſmodi ſimplicium compoſitio complexio ſeu mixtio compoſita efficit. Et vt ſummatim dicamus compoſitæ res, vel ſolum ordinem retinent quo factæ ſunt, vel compoſitionem ſolum, vel vtrunq;, ceu ſtatua quæ quidem ſolum ordinem habet, cum vnamquanq; partem oporteat proprium locum habere, cumulus vero fructuum ſolam compoſitionem habet, neq; oportet accinos mali punici habere ordinẽ, ſed duntaxat coaceruum. Domus autem ordinem & compoſitionem habet. Hæc ipſa quoq; licet uidere in naturalibus. Nam in ſimilaribus ſola compoſitio eſt ceu lapidum, carnis, ſanguinis, & talium huiuſmodi. Compoſitio vero & ordo habentur in animalibus plantis, & alijs huiuſmodi quæ ſunt diſſimilaria, ordinem autem ſolum in naturalibus inuenire non poſſumus. Preſpicuum autem eſt differre compoſitionem naturalium a compoſitione artificialium, quoniã in illis ſolum eſt cumulus & additio componentium, in naturalibus autem quædam componentium inter ſe mutua conuenientia & cognatio eſt, quam complexionem vocamus. Si ergo ſecundũ quandam compoſitionem & armoniam conuenientiamq; lapis ſit lignum, equus, & homo, cõſtat etiam hæc fieri ex inconuenientia & incõpoſitione, ceu domus quæ cum componitur & figura eius fit, ex incõpoſitione atq; ex huiuſmodi inſiguratione fit, ſic etiã cõtentus fit lydius, vel phrigius, aut Ionicus qui cum ſit concentus cordę ſuperioris ad inferiorem, ſequialteram verhigraria, aut ſequitertiam, vel duplam proportionem habet. Etenim cõſtat illum fieri ex dupla & non ex ſequialtera neq; ſexquitertia, quæ quidem eſt queuis inconſonãtia concentus quem lydi vel phrigij, vel Ionici canunt. Rurſus etiam armonia & compoſitio corrumpitur in incompoſitionem et in ipſam non armoniam inconuenientiamq; vocum. Quẽadmodum igitur hæc ſe habent ita ſe habet generatio ſubſtantiarum. Nam homo eſt quędam talis compoſitio, & ſimplicium conuenientia cui apta eſt forma aduenire & ex ea educi, quam cõſtat ex incompoſitione & inconuenientia fieri, atq; ſimpliciter omne q; fit ex non tali producitur, verum non ex non tali quocũq;

Iuſt dictum. Ari. intelligi de ſubſtãtiis compoſitis.

Ecce quõ dicit qualitates formas elemẽtorum cũ Alexãdro

ſed ex oppoſito, & quanquam habitus & formę quęcunq; proprio nomine appellarentur, tamen horum proprię affectiones diſpoſitioneſque non potiuntur proprijs nominibus, ſed communi priuationis nomine vocantur. Vnde haec non plane videntur fieri ex contrarijs, quēadmodum calidum, frigidum, ſiccum, & humidum, quibus viciſſim inter ſe corpora ſimplicia tranſmutantur. Vnde perſpicuum eſt in his eſſe cōtrarietatem qua fiunt, ſed in generatione compoſitorum, propterea quod oppoſitę diſpoſitiones propria nominā non retinent, latere atq; occultum eſſe videtur, ſi eorum generatio fit ex contrarijs, & nō ſimpliciter ex priuatione, vt artificialiū generatio ſe habet. Nam lydius concentus fit ex inconcentu lydio, & inconcentus lydius poteſt fieri concentus lydius & quicunq; alter, poteſt nanq; cordis vtrūq; ſe habentibus fieri inconcentus, & is varie alius atq; alius fit cordis vario diuerſoq; modo ordinatis, vel potius remiſſis.

Cur lateat in cōpoſitis generationē fieri ex contrarijs vide ſimplicium.

Domus etiam compoſitio cum fit ex incompoſitione, ipſa extruitur ex indefinita incompoſitione. Nam poteſt alius atq; alius fabricator & opifex ex alia atque alia inconuenientia, & incompoſitione lapidum componens lapides domum condere & adaptare. In artificialibus igitur nō eſt aliquod definitum certūq; oppoſitum, quoniam in multis artificialibus neq; generatio fit ex contrarijs, ſed ex priuatione ſolum, & hoc accidere ſolet, quoniam neq; figuræ neq; formæ aliquid aduerſatur neq; contrarium eſt, niſi aduerſetur res formata rei formandæ ac informæ formato, ſed hæc tanquam habitus & priuatio opponuntur, & non velut contraria. Quæcunq; igitur artes figuram ſolam, vel formam proprijs operibus ingerunt, quoniam formæ figuræq; nihil eſt contrarium, idcirco neq; ex contrarijs propria opera conduunt, ſed ex priuatione ſolum, quæcunq; autem circa alias qualitatis ſpecies agunt operanturq; in quibus contrarium inuenitur, eadem prorſus ex contrarijs vel omnino intermedijs quippiam cōſtituunt. Nam ex albo, vel intermedijs nigrum tinctores efficiunt, & craſſum ex tenui, & durum ex molle & econtra fiunt quocirca idē in omnibus obſeruādum eſt. Sed de artibus hactenus. Natura autem quoniam nō ſolam figuram rebus immittit ingeritq;, ſed reliquas qualitates ſubſtātiales in quibus etiam contrarietas eſt, omnino oportet quæ ab ipſa producuntur ex contrarijs quibuſdam fieri, et ſi minime ipſe contrarietates nominentur & habeant nomina. Non enim ſimpliciter ex priuatione hominē facit dico ſcilicet ex non homine, quoniā etiam equus nō homo eſt, & lapis, & omnia quę ſunt pręter ipſum non homo ſunt, cur ergo homo non generatur proxime ex lapidibus, vel ex equo, vel ex alio quodam eorum quæ ſunt præter ipſum, dico ſcilicet tanquam ex cauſa materiali, vt quoduis ſperma equi habēs ꝓportionem cum menſtruo fœtuq; mulieris cum equus miſcetur cum ea non fiat materia hominis? Similiter cur proxime materia hominis non fit lapis vel aliqđ animatorum, vel inanimatorum? Quoniam neq; quæcunq; fiunt ſimpliciter ex priuationibus & non ex contrario, neq; eadem ſimpliciter ex quauis priuatione generantur. Equidem diceretur aqua non domus ac equus non domus, verumtamē ex his domus non fieret, quoniam in his proprie non eſt priuatio, ſed ſolum negatio, priuatio autem in his eſt in quibus habitus fieri ſuapte natura poteſt, ſed in quibus ſolum eſt generatio figurarum & formarum, in his inuenire non eſt cōtrarietatem in priuatione, in quibus autem ſunt etiam qualitates paſſiuę, in his neceſſario contrarietas inuenitur cum priuatione cōiuncta, itaq; in ꝓxima materia ex qua homo fit, dico ſcilicet ex ſpermate & fœtu, & ſi hæc appellentur non homo tanq̄ habentia in ſeipſis priuationem hominis quam cum abijciunt mox formam hominis recipiunt, tamen neceſſe eſt quandam contrarietatem reſpectu hominis habere, hominem autem voco compoſitum ſcilicet corpus formatum aptumq; vt ei forma animalis adueniat. Nam ſi aliquid patitur & tranſmutatur ſubſtātialiter, & ſimile non prorſus in ſimile tranſmutatur, neq; ſimpliciter in aliquod diuerſum, ſed in cōtrariū, prorſus neceſſe eſt in ſpermate aliquam contrarietatē eſſe per quam patiens efficiat corpus formatū ex humidiore verbi gratia ſiccius, ex tenui craſſum, & ex calidiore frigidius, & ita patiens magis, vel minus ſecundum contrarias qualitates varias hominis partes perficit oſſa videlicet, carnes, neruos & reliqua alia.

vide pro hoc ꝙ de gñatiōe hūc interpretē .S. Ioānē ipm Gramaticū.

Verum quod de hoc dixi illud etiā de omnibus animatis inanimatiſq; ſentio videlicet de metallis. Nam ibi etiam quædam proportio eſt, quare ſi hæc ita ſe habent, perſpicuum eſt omnem generationem fieri ex contrarijs in contraria, ſimiliter & corruptio, igitur demōſtratum eſt etiam ex ratione oportere formalia principia contraria eſſe. Verum in cunctis artificialibus nunquam obſeruāda eſt proportio & ſimilitudo, quippe non ex ipſa inconuenientia & incompoſitione ſedes fieret, & abaculus. Nūc autem ſermo eſt de materia propinquiſſima quę vniuſcuiuſq; proxima eſt. Nam ob id etiam dicimus nō omnia ex omnibus fieri, quoniam ſi loqueremur de materia ſimpliciter liquet ſecundum hanc omnia fieri ex omnibus ac vnumquodq; diſſolui in materiam, & ita materiā, cum vni ſubiecta foret omnibus alijs ſubijci poſſe, & vel ſtatim & immediate, vel per quædam media dico ſcilicet prima in alia atq; alia tranſmutari ceu lapide corrupto quatuor elementa quæ ei ſubiecta erant tranſmutarētur in fructus, & illi in ſanguinem, & ſanguis in ſperma quod quidem eſt proxima his materia. Item immediate tranſmutaretur, vt quando putreſcente equo generantur veſpe, & vermes. Quoniam igitur nobis ſermo non eſt de materia ſimpliciter & cōi, ſed de illa quæ eſt maxime ꝓxima, dicerem non ſolum in naturalibus, ſed etiam in artificialibus non ex quauis inconuenientia & incompoſitione temere quamuis formam educi. Nam faber lignarius aliter pręparat materiam abaculi, & aliter ſedis, vel alterius cuiuſdam, recte igitur præparata & diſpoſita materia abaculi & ſedis nōdum tamen materialibus principijs in vnum digeſtis eſt quædā in materia abaculi incōuenientia, & incompoſitio. Idem etiam in materia ſedis ſeu ſcanni fit. Præterea neq; abaculus fieret ex inconuenientia ex incompoſitione quæ eſt in materia ſcanni. Similiter neq; ſcannum fieret ex inconuenientia abaculi, propria igitur inconuenientia & incompoſitio vnicuique diuiſim & ſigillatim opponitur, in qua forſitan quandam contrarietatem conſpicere licet ſecundum idipſum inconueniens & incompoſitum, idem de cæteris dicendum eſt. Etenim in lydio concentu ſi ita eſſe acciderit, eſt quædam

vniuſcuiuſq; cordæ extenſio qua facta mox forma cõcentus naſcitur, id autem quod erat ante ipſam eiuſdẽ extenſionis & conuenientiæ inconuenientia erat, igitur & ſi vnaquæq; corda congruam extenſionem acceperit antequã cordæ componerentur, & in eiſdem ſonus contemperaretur, inconſonantia maxime proxima eſt lydio concentui contraria & nulla alia.

Et qui uniuerſum dicunt unum eſſe atq; immobile. Nam Parmenides calidũ frigidũq; principia facit: atq; hæc ignẽ et terram appellat. Et qui rarum & denſum principia eſſe aiunt: Democritus quoq; plenum & uacuum ipſa eſſe principia aſſerit: quorum alterum ut ens: alterum ut nõ ens eſſe dicit. Item & haſce differentias affert: poſitionem inquam figuram & ordinem: hæc autem ſunt genera contrariorum: poſitionis enim ſurſum & deorſum, ante & retro. Figuræ uero angulis conſtans atq; non conſtans: rectum & cirunflexum.

Aliquãdo enim Parmenides & omne dixit vnum eſſe, in libris tamen quos ad opinionem conſcripſit calidum & frigidum poſuit eſſe principia rerum. Et quidam rarum & denſum, quorum eſt Thales, quippe qui ſtatuens aerem velut materiam raritate & denſitate eius reliqua formari fieriq; dixit. Et Democritus plenum & uacuum. Nam atomos vocabat plenum quas vacuo dirimi interceptaſq; eſſe dixit, atq; ex cõplexione coniunctioneq; vacui & pleni omnia ſpecificari formari ac fieri dixit, ſed quoniam nõ parua differentia eſt in his quæ ſunt cum diuerſas contrarietates ſupponeret ſic tradebat rationes differentiæ eorũ quæ ſunt. Nam quantũ ad plenum & vacuum, quoniã omnia ex his conſtant, non debebant nec poterant inter ſe mutuo differre, ob id igitur tria alia contrariorum genera aſſeruit quibus differrent & perficerẽtur. Nam atomos contrarias eſſe figuris, eo quod nonnullæ angulis conſtant, nonnullæ verò non conſtant ipſe aſſeruit. Nam id q angulis conſtat contrarium eſt ei quod angulis nõn conſtat, inquit igitur compoſita differre ſecundum hanc contrarietatem eo quod aliqua conſtant angularibus contrarijs, alia vero ex his quæ angulo um experte ſunt, præterea ipſa ordine atomorum inſectiliumue diſcrepant, ceu ſi in eodem primæ atomi ſpherici orbiculares eſſe contingant, & poſteriores pyramidales, ceu ſorte in homine atomi, quæ ſupra ſunt cõſtitutæ orbiculares ſunt, vnde caput ad rotunditatem vergit, pyramidales autem in genis aut gula ſunt, in altero econtra primum autem cõtrarium eſt reſpectu poſterioris. Præterea differunt poſitione inſectilium ſeu atomorum, ceu ſi in eodem Pyramides inferius verticem haberent & baſes ſupra ceu in gula mandibulaq; inferius vertex & ſuperius baſis, & in altero ecõtra uertex ſupiór & baſis īferior aut infra conſtituta fuerint. Contrarietates autem ſecũdum poſitionem ſunt ſupra, infra, dextrum ſiniſtrũ, ante & retro, quamobrem is etiam aſſeruit principia eſſe contraria. Verum vocauit figuram, poſitionem & ordinem vocibus cõfuſis ac indiſtinctis, ryſmum, conuerſionem, & diſpoſitionem diſtributionemq;. Ryſmum vocauit figuram, conuerſionem poſitionem, & diſtributionem ordinem.

Sed quõ Democri. poſuit principia cõtraria vide pncipiũ libri

Quod quidem igitur omnes contraria quodammodo principia rerum faciant perſpicuum eſt.

Adiecit (quodammodo) quoniam non proprie id quod conſtat angulis contrarium eſt ei quod non cõſtat, vel rectum cuius priuatio eſt curuum. Nam rectum finitur terminaturq;, curuum autem indefinitũ eſt, ſic etiam angulare & inãgulare. Huiuſmodi enim ſunt habitus & priuationes, quare vel inter ſe nõ proſus opponuntur, ſed ſolum diuerſa ſunt, vel ſiquis velet ea opponi, aliter equidem nequeunt opponi q̃ vt habitus & priuatio.

Et hoc rationi conſentaneum eſt. Nam oportet principia neq; ex ſeſe mutuo: neq; ex alijs eſſe: & ex eis omnia: contrarijs autem primis hæc inſunt quia nanq; prima ſunt: ideo ex alijs nõ ſunt: quia uero cõtraria ſunt: ideo nõ ex ſeſe mutuo fiunt. Verum idipſum quo pacto accidat: & ratione conſiderare oportet.

Merito (inquit) contraria poſuerunt principia. Nã hæc communi conſenſu primis principijs competunt. Imprimis id competit, vt non ſint ex alijs, alioquin non eſſent prima principia. Secundum vt non ex ſeſe mutuo ſiant. Nam ſiue vnum ſit ex altero id quod eſſet ex altero profecto non eſſet principium & principium, ſiue vtraq; ex ſeſe mutuo ſint, nihil magis vtrunque eſſet principium, & non principium. Quod vero alia ex ipſis eſſe oporteat perſpicuum eſt. Hæc igitur oportet primis principijs ineſſe, quia cum prima ſint non poſſunt eſſe ex alijs, & cum ſint contraria ex ſeſe mutuo fieri nequeunt. Ne q; enim contraria ſeſe mutuo efficiunt, immo contrarium accidit quoniam contraria ſeſe perimunt & corrumpũt, neq; alterum alteri ſubijci poteſt, ſi quidem oporteat primum principium immutabile eſſe, ſi autem immutabile exiſtens alteri ſubijceretur contrario, ſimul cõtraria in eodem erunt, quod quidem impoſſibile eſt. Quomodo autẽ omnia ex his ſunt ſic oſtenditur, quia omnis generatio per tranſmutationem fit vt demonſtrabitur, omnis autem mutatio ex contrario in contrarium fit.

Tres cõditiones pncipio⁊ Vide Simpli. hic.

Sumendum eſt igitur primum non quoduis eorum quæ ſunt in quoduis agere, neq; quoduis pati à quouis aptum eſſe: neq; ex quibuſcunq; fieri niſi quis per accidens ſumpſerit. Quo nanq; pacto fiet album uel nigrum ex muſico, niſi albo uel nigro ſit accidens muſicum. Sed album quidem fit ex non albo: atq; ex hoc non quouis: ſed ex nigro: uel aliquo mediorum. Muſicum autem ex non muſico: atq; ex hoc non quouis: ſed ex immuſico: uel ex medio: ſi aliquid medium inter ipſa eſt. Neq; rurſus in quoduis primum unumquodq; corrumpitur. Velut album in non muſicum niſi idipſum nonnunquam accidat: ſed in non album corrumpitur: atq; in hoc non quoduis: ſed in nigrum: aut in medium. Eodem etiam modo muſicum in non muſicum, atq; hoc non in quoduis: ſed in immuſicum: uel in medium ſi aliquid horum interpedium ſit corrumpitur.

Cum oſtenderit ex teſtimonio veterum principia contraria eſſe, vult etiam ex ratione hoc oſtendere. Imprimis autem ponit ea, quæ communi conſenſu generabilibus & corruptibilibus inſunt, videlicet q neq; quoduis generatur ex quouis, neque corrumpitur in quoduis, ſed ex contrario in contrarium eſt generatio

neratio

neratio & corruptio, quod quidem patet in omni generatione accidentium. Nam ex frigido fit calidum in quo rurſus ipſum corrumpitur, & id quod ſupra fit ex his quæ infra ſunt tranſmutatur, & econtra id q̄ fit inferius ex his quæ ſupra ſunt generatur, eodem etiam modo in omnibus niſi quis accipiat per accidēs ex calido album fieri, quoniam nigro ex quo fit, calidū eſſe accidit. Similiter etiam muſicus ſi calefit, ſecundum accidens ex muſico calidum fieri contingit, cum

Dubiū. frigido ex quo fit, accidat muſicum eſſe. Verum Ari. videtur ipſiſmet aduerſari, quippe qui ſuperioribus dixerit contraria ex ſeſe viciſſim non fieri, & hic affirmet contrarium non aliter fieri quam ex contrario. Sed quomodo ibi negauit contraria ex ſeipſis mutuo fieri ſatis explicauimus. Hic autem ex ſeſe viciſſim fieri inquit, ideſt poſt ſeſe ordine quodam fieri, vt etiam

Quid Plato optime dixit. Plato magis proprie ipſa nominauit. Nam accommodatius magiſq; proprie dicerentur contraria poſt ſeſe ordine quodam fieri, q̄ ex ſeipſis viciſſim, quoniam neceſſe eſt omnino aliquod nigrū aliter fieri non poſſe, niſi prius album ſit. Item neq; fieri calidum, niſi antea fuerit frigidum.

Similiter fit & in aliis: atq; in mediis.

Ceu ex fuſco fit aliquod album vel nigrum, medium nanq; inter album & nigrum fuſcum eſt. Nam & ſi fieret aliquid ex intermedio colore ex eodem non fit quatenus intermedium eſt, ſed quatenus contrario participat. Nam fit ex fuſco nigrum non quatenus fuſcum eſt albi nigriq; commixtio, ſed quatenus albo participat, quare hæc ex contrarijs fiunt.

Quoniam & ea quæ non ſimplicia ſed compoſita ſunt eandem ſubeunt rationem. Sed latet idipſum: quia diſpoſitiones oppoſitæ nominibus carent. Etenim omne conueniens fieri ex inconueniente: atq; inconueniens ex conueniente neceſſe eſt. Conueniens etiam in incōueniens & nō in quoduis, ſed in oppoſitum corrumpi oportet.

Interpretatio quorundam. Non vt quidam interpretati ſunt & putauere, quæ paulo ſupra dicta ſunt de his dicta fuiſſe quæ per accidens tranſmutantur, hæc autem modo de his quę trāſmutantur ſecundum ſubſtantiam, vt compoſitum intelligamus ſubſtantiam. Nam ſi compoſitum hic ſubſtantiam dixit quia conſtat ex materia & forma (vt aiunt) neq; qualitates in ſubſtantia conſpiciuntur & conſiderantur ſine ſubiecto. Item ſi de omni ſubſtantia hoc dixit, cum inquit. (Quoniam & ea quę nō ſimplicia, ſed compoſita ſunt) quomodo ait oppoſitas diſpoſitiones ſubſtantiarum ſecundum quas fit nominibus carere. Cum igitur ſimplicium oppoſitę diſpoſitiones perſpicue ſint, ex quibus tranſmutantur, dico inquam diſpoſitiones elementorum. Nam ex calido in frigidum & ex ſicco in humidum & ecōtra fit mutatio. Quid igitur habeo dicere. Dico quod cum propoſuerit ſe dicturum de mutatione omnium, & dixerit quomodo tranſmutata ſecundū accidens tranſmutentur, & quomodo ſimplicia corpora, quoniam perſpicuo ex contrarijs mutantur poſtea vero cum compoſitæ ſubſtantiæ videantur mutationes non ex contrarijs obtinere, idcirco & his exercet rationē. Inquit igitur quod etiam in compoſitis ſubſtantijs prorſus ex contrarijs ſunt generationes, ſed quia oppoſitę diſpoſitiones nominibus carent non ita perſpicuum eſt hoc in illis. Nam in quibuſdam communiter priuationes ipſorum nominantur, in quibuſdam autem neque priuationes, ſed ſolum negationes habētur nominatæ. Nam ſubiectorum compoſitionem & conuenientiam ex quibus fiunt generationes, & eorundem inconuenientiam, & incompoſitionem communibus nominibus appellare poſſumus hæc ipſa appellantes conuenientiam, & incōuenientiam & compoſitionē, & incompoſitionem. Veruntamen propriam vniſcuiuſq; conuenientiam, vel oppoſitam huic inconueniētiam nō amplius habemus proprijs nominibus appellare. Equidem ſubiecta ſic nominamus, & his oppoſita ex quibus fiunt, & in quæ corrumpuntur, tamen ipſarum ſpecierum oppoſitum priuatiue non amplius poſſumus nominare, ſed per negationē ipſum appellamus, non homo, non equus, quanquam ſpecies definitis nominibus nominentur, ceu homo, equus, & reliq̄ ſimiliter. Sed quanquam (inquit) nō homo diceretur de equo, lapide, & omnibus præter hominem, conſtat tamen hominem non ex quouis non homine fieri, quoniam non fit ex equo, vel ex lapide, ſed eſt aliquid definite oppoſitū homini ex quo, vel poſt quod fit, quod ſane quia non proprie nomine appellatur, errorem præſtat & efficit quo videtur generatio nunq̄ fieri ex cōtrario. Quod autem de homine dico, idem ſentio de omnibus. Item quid profero de generatione ita de corruptione aſſero.

Nihil autem intereſt ſiue de conuenientia dicere: ſiue de ordine: ſiue de compoſitione. Nam patet eandem rationem in cūctis eſſe, atq; domū, ſtatuam, & quoduis aliud ſimiliter fieri. Domus enim fit ex non compoſitis: ſed hoc modo diuiſis. Et ſtatua: ac figuratorum aliquid ex non figurato ſic conficitur.

Quoniam velut de conſtructione conuenientiaq; rationem exercuit propter hoc dixit. Nihil autem intereſt, & ſi non ſecundum conuenientiā ceu in lyra fidiculaq;, ſed ſecundum cōpoſitionem, vel ſecundū ordinem, ceu in exercitu ac prælio fieri ſolet. Etenim domus compoſitio fit ex incompoſitione, & belli ordo ex inordinato naſcitur. Eodem etiam modo, id quod figura imprimitur, vt ſtatua ex non figurato fit, & minime ex horum quouis, quoniam neq; ex inconuenientia, neq; ex incompoſitione, neque ex inordinato neq; ex nō figurato fit, ſed ex his quæ proxime ſuæ compoſitioni, vel cōuenientiæ, vel alicui aliorum oppoſitorum correſpondent. Nam incompoſitio ad quamuis compoſitionem vt domus, nauis, vel ſtatuæ reſpectum habet ex qua non poteſt fieri domus, quare neceſſe eſt quandam definitam incompoſitionem eſſe ex qua domus ſtruatur. Et ſi non ſecundum aliquid penitus indiuiduum ſcilicet & ſi non ſecundum definitam prorſus ac talem incompoſitionem ſaltim ſecundum quādam latitudinem. Rurſus neq; hic fit ex quauis priuatione ſimpliciter, ſed eſt quædā propria priuatio, vel contrarium aliquod ex quo fit, & in quod corrumpitur. Quod vero de hac dico, idem quoq; ſentio de reliquis.

Atq; horum unumquodq; partim ordine, partimq; cōpoſitione conſtat. Si ergo hoc uerū eſt, omne quod fit ex con:

trarijs profecto aut medio fit: & omne q corrumpitur in contrarium corrumpitur: uel in medium.

Domus quidem quędam compoſitio eſt, ſtatua vere potius eſt ordo partium. Nam compoſitio magis inuenitur in diſſimilaribus, vt in lignis lapidibus & lateribus ex quibus domus conditur. Vel potius in domo eſt ordo & in ſtatua eſt cõpoſitio. Nam in domo eſt aliquid primum, vt fundamenta, deindr aliqd ſecundum & poſterius, ceu parietas deinde tectum, & aliter fieri nequit. In ſtatua autem non ſolum ordo partium eſt, ſed etiam compoſitio.

Media uero ſunt ex contrarijs: ceu colores ex albo & nigro. Quare cuncta quæ natura fiunt aut contraria: aut ex contrarijs ſunt.

Media enim ſunt ceu fuſcum, pallidum, rubeum, & omnes colores inter album & nigrum, qui ex mixtione nigri & albi fiunt, quare ſi aliquid fit ex medio rurſus ex contrario fit. Nam quatenus medium participat cõtrario, ſic ex eo fiunt ea quę fiunt, quare ſi hęc ita ſe habẽt, neceſſe eſt omnem generationem & corruptionem fieri ex contrarijs, atq; in contraria abire. Illud autem ex contrarijs & in cõtraria dixit, quia generatio ex contrarijs eſt, & corruptio in contraria, perſpicuum tamen eſt ꝙ reliquum dr vtraq; dicitur, quippe generatio fit etiam in contraria, & corruptio ex contrarijs. Verum vſitatius commodiuſq; illa prępoſitio (ex) generationi tribuitur, & illa (in) corruptioni vt ipſe poſtremo demonſtrat.

Plurimi igitur cæterorum huc uſq; fere cõueniunt & cõſentiunt: quemadmodum diximus prius. Nam cuncti elementa & ea quæ ab ipſis appellantur principia.

Cum oſtẽderit teſtimonio veterum principia formalia contraria eſſe, atq; ratione, quoniam cum tranſmutãtur omnia, fit mutatio inter contraria, quoniam autem vult principia communiſſima accipere cuiuſuis rei quæ tranſmutatur, & non omnia quæ mutantur ſecundum contraria mutantur. Etenim a malitia in virtutẽ, atq; ab inſcita & ignorantia in ſcientiam nonnulla mutantur, quæ non ſunt contrariæ. Neq; enim malitia & virtus ſunt contrariæ, neq; inſcita & ſciẽtia, ſed ſunt habitus & priuatio, quippe indefinitę ſint malitiæ vti priuationes. At contraria ſunt definita, quoniam etiam ſunt formalia & ſpecifica, inſcitia namq; eſt plane priuatio ſciẽtię. Nã prius imbibũt peruerſas opiniones viri, deinde ad ſcientiã ducuntur & perueniũt. Nam & ij maxime opponuntur his qui ſciunt. Siquidem malitia & ipſa eſt vniuerſaliter priuatio, ſed indefinitas priuationis nõ eſt vnice vnoq; modo oppoſitio malitię ad uirtutem. Quemadmodum enim curuitas cum ſit rectitudinis priuatio non habet aliquem terminum, ideſt nõ eſt definita, ſed vnaquæq; eſt rectitudinis alienatio ac priuatio, ita ſe habent malitię. Verum ſi quępiam acceperimus qui nondum imbiberit peruerſas opiniones, ſed a puero optime educatus in ſcientis, perſpicuum etiam eſt, vt is ex priuatione ſcilicet ex imperitia ad ſcientiam ducatur, veluti ad formam, quippe nulla præſupponatur aduerſa ac mala opinio in eo eſſe, ſed ſolum veri ignorantia. Cum igitur velit accipere principia communiſſima quorumcunq; quę mutantur, & non omnia (vt dicebam) quę mutantur ſecundum contraria mutantur, vult ergo reducere contraria ad communiſſima omnium principia, dico ſcilicet ad formam & priuationem quatenus non ſolum naturalia ſed etiam ſuperiora ac excellentia mutantur, ac vult oſtendere hęc duo principia eſſe cauſas omnis mutationis quæ ſua præſentia ac abſentia diuiſim omnes tranſmutationes efficiant. Vult igitur ad hæc principia velut ad maxime vniuerſalia cõtraria reducere, ſed priuſquam hoc facit, in medio affert opiniones illorum qui ante ipſum de principijs diſſeruerunt, & docet id quo conſentiũt & id quo diſcrepant. Inquit igitur ꝙ cuncti qui de principijs rerum nonnihil opinati ſunt & ſi viderentur quaſdam contrarietates in principijs poſuiſſe licet diuerſi alias atq; alias ſtatuerint, attamen conſona ipſis dixerunt q cum ſecundum aliquid diſcrepare videantur etiam ſecundum aliquid conſentiunt, diſcrepant enim inter ſe, quoniam nonnulli principia contraria magis particularia accipiunt, nonnulli uero magis vniuerſalia. Hĩ quidam illa ſenſui notiora quam rationi, quidam autẽ econtra magis rationi nota q; ſenſui ſtatuũt. Nam cõtrariorum quædam ſunt magis nota ſenſui quã rationi, quædam vero ecõtra magis nota rationi q; ſenſui. Et horum vtrorumq; quædam ſunt magis vniuerſalia, quædam vero magis particularia, quæ autem ſenſui magis nota ſunt q; rationi hæc ſunt ceu calidum frigidum, humidum ſiccum, denſum & rarum. Quæ autem magis nota rationi quam ſenſui hæc ſunt, ceu lix amicitia par impar vnitas & dualitas. De vtriſq; etiã quædam ſunt magis vniuerſalia & quædam magis particularia, ceu in his quæ ſunt magis nota ſenſui particularia ſunt verbi gratia album & nigrum, & ſuper hæc ceu magis vniuerſalia calidum & frigidum, deinceps rarum & denſum, ſuper quæ magnum & paruum, & deniq; excellentia & defectus, in his autẽ quę ſunt nota rationi ponantur hæc eſſe particularia, congregatio & diſgregatio, quibus communiora ſunt lis & amicitia, ſupra quibus etiam par & impar, & deinde ſuper his vnitas & dualitas. Quicunq; igitur principia ſtatuerunt vel calidum & frigidum, vt Parmenides vel rarum & denſum, ceu Thales, vel paruum & magnum, vt Plato qui principia notiora ſenſui ponunt, ſed quidam magis vniuerſalia, quidam vero magis particularia. Item quicunq; litem & amicitiam ſtatuerunt principia vt Empedocles, vel par & impar, aut vnitatem & dualitatem ceu Pythagorei, hi certe acceperũt ea quæ ſunt notiora rationi. Rurſus horum Empedocles magis particularia contraria poſuit. Pythagorei vero magis vniuerſalia, qua ratione diuerſa poſuere principia ſcilicet dico ſubiecto. Nam altera diuerſaq; ſunt hæc contraria calidum & frigidum a raro & denſo ſecundum vniuerſale & particulare. Eadem tamen cuncti poſuerunt eſſe, quatenus omnia dixere eiuſdem ordinis eſſe, ideſt eiuſdẽ proportionis. Nam ut ſubiecto aliqua eadem ſunt et ratione, ita etiã proportione, quoniam dicere ſolemus vt hoc calidũ ſe habet, ita & hoc frigidum. Hæc enim identitas ſiue ſimilitudo neq; ſubiecto eſt, neq; ratione, quippe vtriuſq; diuerſa ſit definitio, ſed proportione duntaxat idẽtitas eſt. Nam dicimus vt duo ſe habẽt ad quatuor, ita quingenta ad mille, hic rurſus eſt identitas ſecundum proportionem. Itaq; eo cuncti dixere contraria

traria

Vide oppoſitũ a Plat. i Mẽnone q vult puerũ nõ ex priuatiõe ſciẽ ſed ex obliuione ad memoriã pduci.

Vide Simpli. ſati' hęc dicit

traria quod ipſa omnia eiuſdem ordinis eſſe affirmarunt. Sciendum eſt enim Pythagoreos omnia entia, et omnes contrarietates in duos vtrinq; ordines redigiſſe ſcilicet in ordinem boni, & in ordinem mali. Nam his omnem contrarietatem diuiſerunt. In ordine nãq; boni quod melius eſſet contrariorum in ſupremo loco poſuit, in ordine vero mali peius deteriuſq; in eodem loco collocauit, ceu album & nigrum, rationale in rationale, frigidum & calidũ, lis & amicitia, ſed rationale, album, calidum, et amicitiam collocauit in ordinem boni. his vero oppoſita in ordinem mali, quas contrarietates cũ veteres ut rerum principia ſuſciperent, alteram eorum partem in ordinem boni redigerunt, alteram vero in ordinem mali. Praeterea earum contrarietatum quae ſunt ſenſui notiores quędam ceu calidum, ſeparatio, & magnum ſub exceſſu collocata in ordinem boni rediguntur, oppoſita vero ſub ordine mali. Cuncti ergo poſuere cõtraria ſecundum eundem ordinem, vel enim calidum & frigidum, vel congregationem, & ſegregationem, vel litem & amicitiam. Nam vt ſe habent calidum & frigidum, ita ſe habent congregatio & ſegregatio, ac magnum & paruum, atq; lis & amicitia, quippe ſimiliter opponãtur, igitur & coalternatim ſe habẽt, quoniam vt ſe habet magnum ad ſegregationem, & ipſa ad calidum ita ſe habet paruum ad congregationem, & ipſa ad frigidum. Nam ſimiliter magnum eſt contentiuum ſegregationis & ipſa calidi, vt paruum contĩnet congregationem, & ipſa frigidũ, quatenus igitur veteres principia vtriuſque ordinis ſimiliter acceperunt ſiue illa ſint magis particularia ſiue magis vniuerſalia, hac ꝓfecto ratione accipiunt ipſa eadem eſſe. Nemo enim accepit verbi gratia magnum & ſegregationem, vel ſegregationem & frigidum, quippe hęc non ſimiliter a bono & malo diſtent, ſed aliud magis, aliud vero minus, atqui omnes ea principia contraria quae eadem diſtantia diſtant a bono, & malo eadem eſſe accipiunt, igitur quatenus cuncti accipiunt, ex eadem coordinatione per ſe contrarietatem, hac ratione cuncti accipiunt illa eſſe eadem, verum ſunt diuerſa, quia alia ſunt magis nota rationi, alia vero magis nota ſenſui. Item quia alia ſunt magis vniuerſalia, alia vero magis particularia. Cum igitur quaerimus cõmunia omnium principia, perſpicuum eſt eos rectius dicere, qui contrarietates magis vniuerſales accipiunt, quare ſi qui magis particulares contrarietates accipiunt conſentire rectius voluerint, eligant potius atq; ament dicere contrarietates magis vniuerſales, vt ad plura extendant principia. Quocirca nos q̃rentes quę ſint cõmuniſſima omnium principia oportet hęc ponere. Ad textum ergo veniamus. (Plurimi igitur cęterorũ hucuſq; fere cõueniunt & cõſentiũt.) Inquit cũctos vna voce vnoq; conſenſu in idem incidiſſe, cum ab ipſis poſita ſint ea principia quae appellantur contraria.

Quo veteres dixere eadẽ eſſe principia.

Quanquam ſine ratione ponentes, tamen contraria ponunt quaſi ab ipſa ueritate compulſi: differunt tamen inter ſe: quia quidã priora, quidam poſteriora, & alij ratione alij ſenſu notiora accipiunt. Nam quidam calidum & frigidum. quidam uero humidum & ſiccum.

Non quia nulla ratione vtebãtur ad probãda oſtẽdendaq; principia quae ſtatuebant, ſed quia nulla illarũ adeo perſuadebat, vt eis fides adhibenda foret, ſed quanq; inepte ignaueq; poſuerint ſua dogmata, attamen vna voce cuncti principia contraria eſſe ſtatuerunt. Hactenus itaq; conuenerunt, diſſentiunt autẽ, qm̃ alij vniuerſaliora, & quae magis continent, alij vero particularia magis. Item alij ſenſui notiora alij autem econtra rationi magis clara tradiderũt. Nam alij calidũ & frigidũ poſuere vt Parmenides quorũ calidũ ignem profecto appellat, frigidum autẽ terrã, alij humidum & ſiccũ. Vnde Porphirius inquit Xenophanem ratum fuiſſe ſiccum & humidum eſſe principia terrã dico. ſ. & aquam. Et adiecit verba eius quae hoc ſignificant terra & aqua omnia ſunt quae producũtur & fiunt. Euiſdem etiã opinionis videtur fuiſſe Homerus in quibus inquit. Atqui vos quidẽ omnes ex aqua & terra ortum traxiſtis. Et mirum non eſt hunc ita dixiſſe quemadmodum Parmenides in libris ad opinionem duo dixit principia, in libris autem ad veritatem vnum.

Vide cõſimile in Simpli.

Alij par & impar. Nonnulli diſcordiam & concordiã cauſas generationis eſſe dixerunt, Haec autem dicto modo inter ſe differunt. Quare quodammodo eadẽ dicere & diuerſa inter ſe uidentur. Diuerſa quidẽ ut etiã plurimis uidetur.

Litẽ & amicitiã Empedocles poſuit, par & impar Pythagorei, quippe ij ſtatuerint vnitatem & dualitatem eſſe principia, ij. n. notiora rationi q̃ ſenſui dicebant principia, qm̃ ſenſui nõ ſunt nota lis & amicitia, neq; par & impar. (Diuerſa quidem vt etiã pluribus videtur) ideſt perſpicuũ omnibus eſt eos aliquo modo diuerſa dicere principia. Nam calidum & frigidũ ſunt diuerſa a lite & amicitia & reliqua ſimiliter. Textus.

Eadẽ autẽ proportione: q̃ppe ex eodẽ ordine accipiũt. Nã cõtrariorũ alia cõtinẽt alia uero cõtinẽtur, hac ratione eodem ac diuerſo modo deterius & melius aiunt. Et alij ratione, alij ſenſu notiora ſumunt, ut prius diximus.

Quomodo ſcdm eãdem proportionẽ acceperint hoc exponens inducit. Quippe ex eodem ordine accipiãt. Diximus vero quomodo ex eodem ordine accipiebant. Nam contrariorum alia continent, alia vero cõtinentur, quomodo itaq; ex eodem ordine acceperint hiſce explicat. Qm̃ cũ cõtrariorũ alia ſint vniuerſaliora alia vero magis particularia eos dico ex eodẽ ordine accipe cõtrarietates qm̃ coordinata, ſimiliter accipiũt cõtraria, vel cõtinẽtia, vel cõtenta. Nõ n accipiunt verbi gratia calidũ & nigrũ, quippe calidũ cõtineat, & nigrũ ſit de numero eorũ quae cõtineãtur, ſed accipiũt calidũ et frigidũ quę ſimiliter ſunt cõtentiua, & deterius & melius. Vnde qui contrariorũ ea quae magis cõtinent acceperũt, rectius accepere cũ oporteat accipere communiſſima principia quae omnibus rebus diſtribuãtur. Qui autem magis particularia aſſignarunt, ij peius dixere, qm̃ paucioribus competũt, & non pluribus vel omnibus competere acceperũt.

Etenim uniuerſale quidem notius eſt ratione. Singulare autem ſenſu. Ratio nanq; ipſius uniuerſalis eſt, ſenſus uero particularis, ueluti magnum quidem & paruum ratione, rarum & denſum ſenſu notiora ſunt. Patet igitur oportere principia rerum contraria eſſe.

Nunc & paulo ſuperius idem notum non accipit.

Nam cum ſupra diuideret contrarietates in eas quæ ſunt note rationi, & in eas quæ ſunt note ſenſui, & in vnaquaq; earum diuiſionem faciebat ſecundũ vniuerſale & particulare. Nam erant in his quę ſunt nota ſenſui quædam magis particularia, quædam magis vniuerſalia, ſimiliter & in his quæ ſunt nota rationi. Non igitur eodẽ modo quo ibi dixit ſenſui notũ, vel rationi, hic dicit, ſed in vnaquaq; earum cathena dicit vniuerſaliora eſſe magis nota rationi & ſenſui magis particularia. Etenim in his quæ ſunt nota ſenſui quæ magis vniuerſalia ſunt ceu raritas & dẽſitas ſunt etiã magis nota rationi q̃ calidum & frigidum, & hęc econtra magis nota ſenſui, q̃ rationi. Similiter vero exceſſus & defectus magis ſunt nota rationi, q̃ ſenſui, & magis denſitas & raritas. Similiter etiam in his quæ ſunt ſecundum rationem nota, vniuerſaliora magis ſunt rationi notiora, q̃ magis particularia, ſenſui autem magis particularia nota ſunt, q̃ magis vniuerſalia.

Conſequens autem eſt dicere. Vtrum duo: uel tria: an plura ſint principia. Nam unum eſſe non poteſt: quia ipſa contraria nõ ſunt unum: neq; infinita, quoniam id quod eſt ſub ſcientiam non cadet.

Quod quidem ſumenda ſint principia rerũ cõtraria iã ſuperioribus demõſtrauimus. Hic vero propoſitum eſt oſtendere primam maxime & cõmuniſſimã contrarietatem prorſus vnam eſſe, quod itaq; cũ velit oſtendere repetit ſermonem, quem a principio fecit, & oſtendit fieri non poſſe, vt vnũ ſit principium, neq; infinita ſed plura vno, & eadem finita.

Quo p ſit hęc diuiſio principiorum.

Verũ ipſa diuiſio non eſt ſimpliciter formalium principiorum, aut materialium, ſed cõmuniter principiorũ. Nam vt materiale principiũ neceſſe eſt vnũ, vel plura eſſe, & ſi plura vel finita, vel infinita, ita oportet vniuerſalia principia in eãdem diuiſionem incidere. Neceſſe eſt enim uel vnũ eſſe principium, vel plura, et ſi plura aut finita aut infinita. Diuidẽs igitur extrema reliquit medium, & id quod verũ eſt. Vnũ igitur eſſe principiũ non poteſt, q̃m demõſtratum eſt oportere principia contraria eſſe. At contrarium alicui contrariũ eſt, q̃m nihil eſt ipſimet contrarium. Nam cõtrariũ eſt ad aliquid, quare impoſſibile eſt vnũ eſſe rerum naturaliũ principium. Item neq; poſſunt eſſe infinita principia. Primũ quidem q̃m tolleretur de medio ſciẽtia, vt antea dicebatur, vel potius ipſam tenuẽ exilẽq; rerũ cognitionem. Nam infinita cõprehendi cognoſciq; nequeunt, ſed ignoratis principijs ea quoq; ignorantur quæ ex principijs proficiſcũtur, igitur ij vniuerſalem omniũ ignorantiã introducũt, q principia infinita ſtatuere volũt. Deinde illud etiã ſequitur, q͛d in libro de generatione dixit. ſ. q͛d duplicandũ eſſet infinitũ. Nã contrarietas continet duo cõtraria, quare ſi infinita eſſent cõtrarietates, duplicia forent contraria, quare duplũ erit infinitũ. Deinceps inquit in vnoquoq; genere vnam quandã cõtrarietatẽ eſſe maxime vniuerſalem, q͛d quidẽ indicat ex inductione. Nam in ſuperficie eſt maxime prima contrarietas ſecundũ latũ & anguſtũ. Nam aſperum & lene quãq̃ primo inſint ſuperficiei, attamen non quatenus ipſa eſt aliqua quãtitas cõtinua ſed quatenus prædicamẽto poſitionis participat, quippe aſperũ & lene ſc͛dm quandã poſitionẽ partium inſint eidem, atqui latũ & anguſtum ſuperficiei primo inſunt tanq̃ vni ſpeciei magnitudinis. Similiter in genere numeri maxime prima contrarietas eſt par & impar. Item genere coloris nigrũ & albũ. Nam ſub ijs reliqua continentur. Si ergo ſubſtantia eſt aliquod genus cuius principia quærimus, prorſus oportet, vt in eadem ſit vna maxime prima cõtrarietas. Eſt ergo in ſubſtantia maxime vniuerſalis contrarietas ſc͛dm formã & priuationẽ ad quã omnes alię reducuntur, q̃ non ſolũ in generalibus & corruptibilibus, ſed etiam in cœleſtibus ſupernisq; rebus eſſe cõprehẽditur. Nã animus cũ ex ignorãtia ad ſcientiã mutatur, ſc͛dm priuationem & habitũ mutatur, ſimiliter etiam cũ ex vitio ad virtutẽ peruenit, ſiquidẽ ſubſtantiæ animi perfectio ſit ipſa virtus. Sed q͛d perfectionẽ recipit formã ſuã recipit, ſed q͛d recipit ſuam formã priuſquã reciperet eam erat in priuatione eius. Idcirco in libro de aĩa hanc mutationẽ animi pulchre generationi potius, q̃ alterationi aſſimilat. Itẽ in cœleſtibus huiuſmodi oppoſitio eſſe cognoſcitur. Nam & ſi interdũ formã interdũq; priuationẽ diuiſim non recipiunt, ceu generabilia & corruptibilia, attamẽ alterã habent q̃ ſubiectũ obtinet dico. ſ. formã. Prętere a in motu cęleſtiũ ſc͛dm locũ inuenies diuiſim vtranq; harũ dñari ac præeſſe. Nam quoties hemiſpium in loco ſub terra voluitur, tunc priuatur loco ſuper terrã, & vnaquęq; eius pars ſimiliter, quare ſi vna contrarietas maxime prima in omni ſubſtantia eſt ad quam oẽs aliæ reducũtur, perſpicuũ eſt neq; infinitas eſſe cõtrarietates, neq; finitas, neq; duas.

Dubiũ.

Quærunt autem hic inprimis quid genus Ariſto. inquit. Deinde quomodo in omni genere ſit vna contrarietas. Tertio ſi de omni trãſmutatione hic loquitur, vel potius ſi de cõmuniſſimis principijs omnium rerum naturalium ſimul ſermonem facit, cum etiam non modo ſubſtantiæ ſint res naturales, ſed etiã reliqua prædicamẽta, quomodo ergo inueniens ſubſtantię principia putat omnium rerum principia inueniſſe. Nam tm̃ cõperuit in ſubſtantia quæ reuera vnũ genus eſt, tũ ſit aliquid, vnam eſſe principalẽ contrarietatem, quam dicimus eſſe ſc͛dm formã & priuationem.

Reſponſio.

Reſpondent itaq; interpretes hic Ariſt. non appellare genus id quod de pluribus & differẽtibus ſpetie in eo quod quid prædicatur, ſed ſubiectum. Hic enim eſt vnus ſignificatus generis apud Ariſto. quippe qui multis in locis atq; in pręhabitis ſubiectum genus vocauerit. Nam aſſeruit Democritum ſtatuiſſe inſectilia ſeu atomos eſſe vnum genere, ideſt vnum ſubiecto. Accipit ergo hoc in loco omnem ſubſtantiam nõ quatenus diuiſam in formã & priuationẽ, ſed quatenus eadẽ ſubijcitur formę & priuationi diuiſim, quemadmodum diceremus omnia humana corpora ſubijci albo & nigro, ita dicimus omnem ſubſtãtiam ſubijci ac receptaculum eſſe maxime primæ contrarietatis ſc͛dm formam & priuationẽ. Nam quaſcunq; alias recipit ad hanc ille reducuntur, ſiue animati & inanimati oppoſitionem dixeris, ſiue illam rationalis & irrationalis, ſiue quãuis aliam. Quum. n. fieret q͛dã rationale videlicet id q fieri debet rationale antequã hanc formã rationalis aſſecutũ ſit, priuationẽ eiuſdẽ formæ obtinuit. Ceu paulo prius embrio formatus, deinde aduenienti formæ ſubiecto cedit & tollitur priuatio, idẽq; in oĩbus obſeruãdũ eſt. Sed forſitã q̃ſpiã cõtra hęc dicet, quia ſic dicẽtes nihil aliud modo per hæc dicimus q̃ genus q͛d prędicatur de pluribus. Nam cũ dicit in omni genere ſubſtantiæ, & cõplectitur omnem

tur omnem ſubſtantiã quid aliud inquit ꝙ cõmuniſſi-
mũ genus Præterea rationalis & irrationalis, vel aĩa-
ti & inanimati oppoſitionem cũ ad habitũ & priua-
tionem reduxero, quã dico eſſe ſubſtantię contrarie-
tatem maxime primam, quid aliud quã genus in hoc
diuiſum accipio? Dicerem itaq; ad hæc ꝙ ſi eandem
ſubſtantiã accipio dico ſ. cõmuniſſimã, attamen alterũ
atq; alterum habitũ ſeu reſpectum habet ad ſuas diffe-
rentias. Nam pulchre diceretur id qđ etiam dici ſolet,
quod genera præcedũt differentias generatione qui-
bus coexiſtit ac ſimul adeſt poſt generationẽ, quippe
in generatione hominis primo in materia fiat cor-
pus, deinde in hoc ſubiecto tanq̃ in materia ſecũda in-
troducitur forma animalis & eidem aduenit cui po-
ſtremo tanquã materiæ prorſus proximę forma hu-
mana aduenit. Vnde Porphirius dixit genera reſpe-
ctu ſuarum differentiarum habere rationem materiæ
(hoc pacto igitur genus præcedit differẽtias, quibus
deinde adeſt in his rebus quæ iam conditæ ſunt. Cum
igitur maxime vniuerſalia acceperimus tanq̃ ea quæ
rationem materiæ continent, tunc profecto eadem di-
uidi per differẽtias in ſpecies nõ dicimus ſed ipſis ſubij-
ci, ſed quãdo eas acceperimus vt ipſis differentijs ad-
ſunt, ceu in rebus iam productis, tũc nõ amplius ſubij-
ci ſed diuidi per eas fatebimur, quando igitur diuide-
mus ſecabimuſq; genus quod de pluribus prędicatur
iam id ꝙ ſubſiſtens eſt ac coexiſtens differentijs diui-
demus ſolum non dicentes quod eſt quędã natura cõ-
munis quæ huic & huic ſpeciei ineſt. Quum igitur no-
bis propoſitum non ſit res quæ ſunt diuidere, ſed eas
concipere & ſpeculari quatenus fieri produciq; poſ-
ſunt cõmune genus ſubſtantiæ ſubijci cõtrarietatibus,
quibus vnaquęq; res ſit aſſerimus & dicimus contra-
rietatem maxime primam eſſe ſecundum formam &
priuationem. Iccirco dicimus principia maxime pri-
ma ex quibus res producũtur formã & priuationem
eſſe. Perſpicuũ etiã hinc eſt nos nõ dicere genus illud
quod de pluribus prædicatur, qm̃ hoc modo etiã ſpe-
ciem ſpecialiſſimã diceremus genus eſſe. Nam cũ dice-
remus in genere hominũ eſſe contrarietate ſcđm ſciẽ-
tiam & imperitiam, vel ſecundum cognitionem &
ignorantiam, nihil aliud diceremus q̃ hominem ſubij-
ci cognitioni & ignorantiæ quam contrarietatẽ pri-
mam ineſſe homini rationali diceremus. Prima itaq;
dubitatio hoc modo tollatur: Secunda autẽ erat quo-
nam pacto in omni genere eſſet vna cõtrarietas Dico
ergo in quantitate eſſe diſcretum & cõtinuum, ſumã-
tur rurſus exceſſus & defectus in quibus quantitas nõ
ſit velut diuiſa ſed potius velut ſubiectum illis in ra-
tione materię. Nã poteſt quantitas diſcreta reduci ad
exceſſum, & ad defectũ ipſa cõtinua. Eadem.n. magni-
tudo ſi diſcreta ſeparataq; fuerit, tota vt tota a maiori
loco cõplectemur. Itẽ qualitatis erit contrarietas ma-
xime prima, ſecũdum rarum & denſum Quod enim
paſſibiles qualitates ad rarum & denſum reducibiles
ſint liquido conſtat. Nam ad calidi ſicci, humidi & fri-
gidi oppoſitionem omnes alię ordinantur, quippe ha-
rũ mixtione omnes alię fiant, quæ ad raritatem & dẽſi-
tatem perſpicuo rediguntur, quare etiã ipſe ad has re-
ducuntur. Nam quatuor elemẽta quæ ex cõplexione
duarum contrarietatũ fiunt, perſpicuo raritate & den-
ſitate viciſſim inter ſe tranſmutantur. Potentia autẽ &
impotentia ſiquidem de paſſibilibus qualitatibus dice-
rentur ceu id quod habet vim potentiamq; calefaciẽ-
di, frigefaciendi, arrefaciendi & humectandi, aut ſecũ-
dum aliam qualitatẽ tranſmutandi, vel impotentiã ali-
quid habendi, perſpicuum eſt quod etiam eædẽ ad ra-
ritatem & denſitatẽ reducerentur ſiquidẽ qualitates
quibus ipſe inſunt ad eaſdem reducantur. Si autem de
potentijs rationalibus animæ potentia diceretur ceu
potentia diſcendi muſicem vel quandã aliam ſcientiã
aut impotentia qua quis non poteſt ſcientias cõſequi,
quoniã animus in corpore collocatus ex varia diuer-
ſaq; cõplexione quam ſortitur in ipſo recipit diuerſas
aptitudines, corpus nanq; ex mixtione qualitatũ paſſi-
uarum conſtituitur. Vnde hoc modo etiam qualitas
ſecundũ potentiam & impotentiã ad paſſiuas qualita-
tes reduceretur, quę autem (vt oſtendimus) ad rarita-
tem & denſitatem reducũtur. Et ſi potentia vel impo-
tentia de irrationalibus dicerentur, profecto dicemus
equum habere in potẽtiam adipiſcendi grãmaticem,
in quo etiam patet non ſine huiuſmodi complexione
qualitatũ paſſiuarũ talem impotentiã fieri. Non enim
quæuis anima vt ſors tulit in quamuis corporũ cõple-
xionem apparet & introducitur. Quocirca dicuntur
corpora brutorum habere impotentiã conſequendi
rationales ſcientias, quia rationalis anima ſuapte natu-
ra idonea nõ eſt vt in huiuſmodi corporum comple-
xionem appareat & videatur. Similiterq; habitus &
diſpoſitio cũ naturali potentia & impotentia reducũ-
tur quæ partim cũ dicãtur de paſſiuis qualitatibus, &
partim de habitu animi & diſpoſitione ſcđm ſciẽtias,
ob maiorem & minorem aptitudinem, quam ex po-
tẽtia animę ſortimur, in nobis habitus & diſpoſitiones
fiunt. Diximus autem aptitudinem atq; ineptitudinẽ
animum obtinere ex cõplexione corporis ac coniun-
ctione eius ad illud. Quarta etiam qualitatis ſpecies di-
co. ſ. figura & forma hoc pacto reduci poteſt ad rari-
tatem & dẽſitatem, figura inquam, qm̃ cum oſtenſum
eſt eam figuram inter planas maiorem loci ambitum
occupare, in qua maior angulorũ multitudo deſcribi
fieriq; poſſet, idcirco angularibus figuris planis ſphe-
rica capacior eſt. Reduces igitur ſphericas orbicula-
reſq; figuras ad raritatem, & angulares ad dẽſitatem,
propterea quod idem corpus rarum maius erit, den-
ſum vero minus, ſed forma quædã poſitio eſt, ac fer-
me diſtantia partiũ. Raritas nãq; erit per ſimilis alicui
raritati artificiali quæ fit ſecũdum diſtantiã partiũ, vt
illa ſe habet quę in corrigijs loriſq; extenſis, vel in la-
na expanſa fit. Hoc igitur modo raritatem & denſita-
tem contrarietatem vnam facimus, ſed quoniam cæ-
tera prædicamenta propriam exiſtentiam non ha-
bent, ſed in his ſunt, idcirco redactis horum prædica-
mentorum contrarietatibus ad maxime vniuerſales
harum ope etiam reliquorum prædicamentorũ con-
trarietates ad eaſdẽ ſint reductę. Verũ hæc perſuaden-
di quã veritatis cauſa dicta ſint, qm̃ operę pretium eſt
accuratius animaduertere cõſiderareq; ac intelligere
vnam eſſe in vnoquoq; genere, ideſt in vnoquoq;
prædicamẽto cõtrarietatẽ, qua forma abijcitur, & aſ-
ſumitur; hæc autem eſt forma & priuatio, & in prędi-
camento ſubſtãtiæ contrarietas eadem eſſet Sed hoc
rurſus nihil aliud eſt ꝙ idem per idem demonſtrare.
Etenim quærit oſtendere in ſubſtantiam eſſe primam
contrarietatem quæ eſt inter formã & priuationem.
Et rurſus petit hoc cõceſſum ſibi dari ꝙ in oĩ genere

Multitudo formarum in eodẽ. ſidẽ Auerroes quibus oppugnãt latini & cucullati.

Vt Ioã. Grã. prime exponi & ſnię aſſentire.

Scđa dubõ.

Quę ſint prima cõtraria in quãtitate.

Quę in qualitate.

Vide authorẽ ſpherę & Ariſt. 2 cœli, & Plat. in Timęo quũ figura orbicularis ſit capacior.

ſit vna contrarietas ſecundum formam & priuationē
& ob id erat cōtrarietas in ſubſtātia. Sed demonſtrat
etiam ſic vnā eſſe in vnoquoq; genere contrarietatē,
& inquit ſi vniuſcuiuſq; rei ſiue vniuerſalis ſiue parti-
cularis vna eſt definitio,& non cōtingit duas eſſe eiuſ
dē definitiones, perſpicuū erit vt definitio illius quidē
efficiat generationem, & oppoſitū definitionis corru
ptionē,quare ſi vni definitioni exiſtenti vnū eſt oppo
ſitum,neceſſe etiā eſt vnam eſſe contrarietatē in vna-
quaq; re circa quā generatio & corruptio verſatur.
Verū cum vnaquęq; ſuo proprio nomine non poſſit
ſignificari,ſufficit vt omnes cōmuni formæ & priua-
tionis nomine appellemus, ſed etiam hoc demōſtrat
quod vnaquæq; res ſecundū vnam contrarietatē ha-
beat generationem & corruptionē. Verūtamen non
amplius ſequitur vt omnes ſpecies ſub genere collo-
cate, ceu quatuor ſpecies qualitatis ad eā cōtrarietatē
reducātur quę proxime in qualitate exiſtat, qd quidē
hoc videbatur hoc.ſ. in vnoquoq; genere eſt vna cō
trarietas ſignificare. Nā forma & priuatio æquiuoce
prædicantur de omni contrarietate. Hactenus de ſe-
cunda dubitatione. Tertia autem erat quęſtio quomo
do inueniens principia ſubſtātiæ putat habere omniū
& reliquorum prędicamentorum principia. Inquiūt
ergo interpretes ens primo ad ſubſtantiam perueni-
re deinde per ſubſtantiam ad reliqua prædicamenta,
quippe quę in ipſa ſint, ſic etiā forma & priuatio ſub-
ſtantiæ propriæ inſunt per quam poſtea reliquis prę
dicamentis inſunt, quare ſi forma & priuatio a ſubſtā
tia proficiſcuntur ad reliqua genera ſecundum ea quę
ab vno ad vnum vergunt aut quæ prius dicuntur de
vno quam de alio, merito inueniens ſubſtantiæ prin-
cipia etiam omnium rerum principia inuenit, quæ ſa-
ne dicta conſona erunt ijs quæ diximus in proœmio,
vbi initium ſumendum eſſe duximus ab ijs quæ com-
muniora & confuſa ſunt. Nam oſtēdere priuationem
& formam eſſe omnium rerum principia, profecto
eſt communia & confuſa demonſtrare, communia
inquam, quoniam omnibus, confuſa vero quoniam
nullum proprium principium alicuius ſignificāt. Sunt
præterea natura poſteriora tanquam communiora
ex ſingularibus collecta. Sed iam ad textus veniamus
declarationem. In his aūt ponit Ariſto. tertiū argumē
tū quo demonſtrat non eſſe infinita principia, & hoc
eſt, ſi alia alijs priora cōtraria ſunt, & oportet ſemper
principia manere, neceſſe eſt non ſolū finita eſſe princi
pia, ſed neq; plura q̃ duo, ſed ſi admittitur primum
etiam ſecundum admittendum eſt. Verum quęrimus
in hoc ſyllogiſmo imprimis quidem quid ſibi hoc ve
lit (ſemper manere principia.) Deinde quomodo ve-
ram deductionem efficit. Quidam igitur exiſtimarūt
Ariſt. hic cœleſtia principia appellare ac dicere, quip
pe quæ ſempiterna ſint. Atqui hoc in loco non eſt ſer
mo de cauſa efficiente, ſed de formalibus principijs,
quapropter neq; de cœleſtibus inquit. Vnde alij in-
quiunt ipſum appellaſſe principia ſpecies ſeu formas
quæ ſunt ante multa quoniam his ſemper permanen-
tibus, ſic ſemper ea quæ ſunt hic fiunt. Sed neq; hoc
verum eſt primo quia Ariſt. non ponit iſtas ſpecies et
formas ante multa. Deinde quia hic diſſerit de cōtra-
rijs principijs quæ viciſſim inter ſe agūt & patiuntur,
& ſua præſentia & abſentia generationem & corru-
ptionem efficiunt. Hæc autem non ſunt ante multa.

Alius modus demōſtrandi i vnoquoque gñe eſſe contrarietatem.

Tertia qõ.

Prima expõ.

Confutatio.

Secūda expõ

Confutatio.

Proinde alij aiūt ipſum appellaſſe principia ipſam tri
nam dimenſionem, quippe quæ ſemper maneat cum
ſit immobilis. At neq; hoc verum eſt, quoniam ſermo
eſt de formalibus principijs rerum, ipſa vero trina di
menſio potius retinet rationē materiæ q̃ formæ. Vn
de nos dicimus illud ſemper manere idipſum ſignifi-
care. ſ. ipſa principia in omni mutatione ſemper inue-
niri, ac omnem tranſmutationem ſecundum ipſa fieri,
ceu ſi quis de materiali cauſa quærens dicat ligna ma-
teriam rerum non eſſe, quoniam non ſemper inueniū-
tur, quoniam in æneis vaſibus, neq; in aureatis ligna
vt materia non ſubiciuntur, oportet autem materiā
cōmunem ſemper in omnibus inueniri, id eſt in omni-
bus rebus ac in omni trāſmutatione. Sic igitur Ariſt.
cum quęrit hic cōmuniſſima rerum omnium princi-
pia formalia, inquit oportere ipſa ſemper inueniri. i.
in omnibus rebus materialibus eadē eſſe, atq; p ipſa
omnem tranſmutationem fieri. Sed quomodo dedu-
ctio vera ſit deinde oſtendendum eſt, qm̄ ſi ſunt alia
alijs priora contraria (& horum quędam continent)
quædam vero continentur, quoniam communia re-
rum omnia principia inueſtigamus, & perſpicuum
eſt q contraria maxime vniuerſalia aſſumimus in ra-
tionem principiorū, ob id ergo ſemper principia ma-
nere oportet & eadem ſemper erunt, & minime alia
atq; alia. Ex his autem neceſſe eſt vt eadem principia
finita ſint. Nam cum acceperimus contraria maxime
prima neceſſe eſt eadē eſſe finita. Nam ſi infinita eſſent
multo plura infinito forent ea quæ continentur ſub
ipſis, quippe multo plura ſint quæ continentur, quam
quę continent, ſed quamuis principia maxime vniuer
ſalia oporteat eſſe finita, tamen nō eſſent finita, niſi ne-
ceſſe foret vt in omni trāſmutatione ſemper eadem eſ
ſent, & ita deinceps quoniam & ſi non eſſent infinita
quæ ſubſiſterent, attamen vt fieri poſſunt infinita fo-
rent. Nam ſemper alijs atq; alijs acceptis cōtrarijs cō-
tingeret numerum principiorum augeri in infinitū,
quare per vtranq; ſuppoſitionem neceſſe eſt finita eſ
ſe principia, eademq; eſſe, ac duo tantum. Nam ſi duo
non fuerint, neq; amplius ſtatuere poterimus quandā
contrarietatem cōmuniſſimam, ac eandem in cunctis
inueniri. Neceſſe enim eſſet eandem vel ad quandam
aliam reduci, vel non eſſe cuiuſcunq; tranſmutationis
cauſam, ſed alterius hanc, & illam alterius. Nimirum
igitur non eſt ſi duabus exiſtentibus contrarietatibus
quibus elementa generantur ea ſcilicet calidi & frigi-
di, atq; illa humidi & ſicci non ſecundum vtranq; cō
trarietatem fiant mutationes in omnibus elementis,
ignis nāq; tranſmutatur in aerem ſcd̄m ſiccitatem &
humiditatem, minime vero ſcd̄m caliditatē & humi-
ditatem, quippe vtraq; ſint calida. Rurſus aer in aquā
tranſmutatur ſecundum caliditatem, & frigiditatem
minime ſecundum ſiccitatem & humiditatem, quo-
niam vtraq; humida ſunt. Itē aqua conuertitur in ter-
ra ſecundum ſiccitatem & humiditatē ſolam, qm̄ am
bo ſunt frigida. In ſolis autem contrarijs ſecundum
vtrāq; ſit mutatio ceu in igne, aere, aqua, & terra, ſed
in cunctis ſecundum vtranq; contrarietatem non ſit
mutatio, quare ſi oportet communiſſimā elemētorū
oppoſitionem inuenire per quā omnia tranſmutentur
forte raritas & denſitas erit, quibus enim omnium ſit
mutatio, ſi autem hoc cōceditur perſpicuum eſt fieri
non poſſe, vt duæ contrarietates ſint cauſæ cuiuſcūq;
transmutationis

Tertia expõ.

Confutatio.

Expõ ſua.

Ad ſam dubitationē ſyllogiſmi.

tranſmutationis, quare oportet contrarietatem maxime primam & communiſſimam ſecſidum quam omnis mutatio ſit vnam eſſe Ariſto. igitur hiſce tantum demõſtrat finita eſſe principia formalia. Itẽ ſi poſſunt ex principijs finitis eadẽ generari quæ ex infinitis generarẽtur, longe commodius eſt ex finitis gigni produciq́; Nam melius eſt finitum infinito, & natura ſemper uerſatur circa melius qua poteſt, & ipſa poteſt ex finitis principijs cauſas omnium tradere atq; afferre, quemadmodum facit Empedocles, igitur ex finitis faciet omnia. Tãtum igitur quod quidem dicebam, demonſtrat. ſ. oportere cauſas formales contrarias rerũ naturalium finitas eſſe, quibus ſimul etiam oſtenditur atq; apparet aſſignãdam eſſe vnam contrarietatẽ maxime primam & communiſſimam vt explicauimus, deinceps autem cum diſputabit de materiali cauſa idipſum promittit atq; tractat. Demonſtrabit etiam diligenter oportere vnam eſſe contrarietatẽ maxime primã, & vnũ ſubiectũ, & q̃d plura vno eſſe nõ poſſint.

Vna quoq; contrarietas eſt in omni genere uno. Subſtantia uero genus eſt quodam unum. Et quia generatio ex finitis fieri poteſt: melius eſt ex finitis quemadmodum opinatur Empedocles: quam ex infinitis. Nam cuncta putat ex finitis reddere perinde atq; Anaxagoras ex infinitis. Praeterea alia alijs priora contraria ſunt: & ex alijs alia fiunt ceu dulce: amarum: album: & nigrum. Principia uero manere ſemper oportet. Ex his igitur neq; unum: neq; infinita eſſe principia conſtat.

Genus dixiſſe Ariſto. Themiſtius conlecit cuius diuiſionẽ ſolum in ſpecies, & non in genera facimus, inquit igitur circa colorem vnam eſſe contrarietatẽ album & nigrum, & circa ſaporem dulce & amarum. At hoc non eſt conſonum ſententiæ Ariſt. Nam circa totum genus ſubſtantię inquit vnam eſſe contrarietatem Atqui diuiſio communiſſimæ ſubſtantiæ in proximas ſpecies non eſt, ſed in genera ſubalterna. Cõtrarietas aũt eſt habitus & reſponſum duorũ cõtrariorũ.

Contra Themiſtium.

Quid ſit contrarietas.

Cum autem ſint finita non facere duo ſolum aliquam rationem habet. Nam dubitaret quiſpiam non immerito: quomodo denſitas apta eſt facere raritatem: aut raritas denſitatem: & alia queuis ſimili modo contrarietas. Non enim concordia diſcordiam congregat: & facit aliquid ex ipſa: neq; diſcordia ex illa.

Cum multis oſtendiſſet principia eſſe cõtraria atq; maxime prima, ac eadem neq; infinita eſſe, ſiquidem complecti oporteat in ratione principiorum contrarietatem maxime primam & communiſſimam. Nã ex hoc oſtẽdebatur duo eſſe principia, quoniam vna eſt maxime prima contrarietas, cum ergo uelit tertiũ principium ſtatuere dico. ſ. materiam ſubiectam contrarijs non ſine dubitatione ſermonem introducit, & contrarium afferre nititur demonſtrans q̄ non ſufficit complecti contraria in ratione principij, ſed quod oporteat ſtatuere aliquod principium q̄ non ſit contrarium, & quod per ſe ſubſtat, quod quidem nititur oſtendere ex prioribus quibus demõſtrabatur oportere principia contraria, quoniã res trãſmutari oportet, tranſmutantur autem quæ viciſſim inter ſe agunt & patiuntur mutuo: Agunt vero & patiuntur non q̄uis temere ſed contraria. Ex his autem quę nunc dicit, oſtendit minime rationem principiorum explere cõtraria quatenus cõtraria ſunt, ſed oportet aliquod eſſe contrarijs formis ſubiectum. Nam vtraq; ſeſe inferũt ſimul ſubiectum & contraria principia. Aggreditur itaq; multifariam oſtendere non omnia principia eſſe contraria & imprimis hoc modo inquit nullum contrarium idoneum ſuapte natura eſt per ſe agere in alterum contrarium. Neq; enim raritas in denſitatem agit ſine aliquo ſubiecto quippe eorum pugna ſit circa ſubiectum cum vtrunq; cupiat illud amplecti vel accipere. Item neq; calidũ agit in frigidum neq; amicitia ſeu concordia in litem & diſcordiam. Non enim lis & amicitia coagunt & ſimul ſunt, neq; lis reſpuit ſe paratq; amicitiam ſed alterum quodam ſubiectũ ipſis eſt in quo diuiſim ſeorſumq; vel amicitia, vel lis agit, non igitur eadem principia ſecundũ ſe contraria ſunt, ſed magis propter ſubiectum. Nam idẽ eſt quod trãſmutatur & cauſa cur cõtraria agant & patiãtur, quare ſubiectum erit principium Prǽterea ait cõtraria eſſe in ſubiecto, principia autem ſubſtantiæ non ſunt in ſubiecto, quoniam ſubiectum et principium eſt prius eo quod eſt in ſubiecto, hoc modo inquam ſubſtantia cum ſubiectũ ſit reliquis prædicamentis eſt prior, quibus quoq; præſtantior eſt, quare ſi contraria ſunt principia, & cõtraria ſunt in ſubiecto, erit igitur principium principij. Itẽ contraria nihil ſunt ſiue ſubiecto, principia autem eſſe oportet, itaq; contraria non ſunt principia. Rurſus contraria non ſunt ſubſtantiæ, principia autem ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, igitur contraria non ſunt principia, quod vero principia ſubſtãtiæ oporteat eſſe ſubſtantias ſic oſtendit. Et inquit ſi ex nõ ſubſtantijs ſubſtãtia eſt, ante ſubſtantiã erit non ſubſtãtia, ſed non ſubſtantia ſunt accidentia, ergo accidentia erunt ante ſubſtantiam quod quidem fieri non poteſt, immo contrarium accidit vt ſubſtantia ſit prior natura ipſis accidẽtibus, quippe ipſa deſtructa ſimul accidentia demoliantur, at accidẽtibus deſtructis ſimul ipſa non tollitur, quare principia ſubſtantiæ oportet eſſe ſubſtantias, ſubſtantia autem ſubiectum eſt, quoniam per ſe ſubſtat, ſed contraria non ſunt ſubſtantiæ, igitur ſubiectum, & non contraria erit ſubſtãtiæ principium. Verum aliquis ambiget quomodo dicit principia ſubſtantiæ eſſe ſubſtantias. Nam principiũ oportet eſſe diuerſum ab eo cuius eſt principiũ. Et ſi iuxta alium ſignificatum fuerit ſubſtantia principium, & ſecundum alium id quod ex principio emergit, cur etiã forma non erit ſubſtantia ſecundum alium ſignificatum quo ſubiectum eſſe ſubſtantia dicitur, quomodo igitur omnino ſubiectum & materiam inquit eſſe ſubſtantiam, & minime formam, ſiquidem in ſecundo libro inquiat formam eſſe magis ſubſtãtiam, quoniam per illam formantur res atq; diſtinguuntur, at ſecundum materiam nulla inter ſe differunt. Quod quidem igitur ſignificatus ſubſtãtię indifferens ſit apud Ariſt. perſpicuum eſt, ſiquidem formã, materiam, & id ex his coniunctum eſt ſubſtãtiam appellare ſoleat. Nam ſæpe omne ens ſimpliciter ſubſtantiam appellat quatenus ſubſtantia ſignificat ſolam rerum exiſtentiam, hic vero ſubſtantiam vocat quatenus ſubſtans eſt, & non indiget ſubiecto vt ſit quemadmodum in prædicamentis dicitur. Quoniam igitur non ſine dubitatione hic ſermonem introducit. Eſt autem compoſita ſubſtãtia per ſe ſubſtans, & in altero non eſt quo-

niam ei per ſe ſubſtare ex materia magis competit quam ex forma Nam forma ſubiecto eget vt ſit, materia autem nõ eget ſubiecto quodam, ob id ergo magis principium & cauſam ſubſtantiæ compoſitæ materiam vocat. Nam & ſi formam materiam apperat vt exiſtat, attamen non vt exiſtat, quemadmodum forma eget materia vt ſit atq; exiſtat, ſed potius vt ornetur & determinetur. Ea igitur ratione quia per ſe ſubſtans eſt materiam ſubſtãtiam appellauit, & inquit oportere principia ſubſtantiæ compoſitæ per ſe ſubſtantis principia eſſe per ſe ſubſtantias. Nam ſi principia ſubſtantiæ non per ſe ſubſtarent, non per ſe ſubſtans foret cauſa per ſe ſubſtantis ac eo prius, quod quidem fieri nequit, quandoquidem eius contrarium ſcilicet per ſe ſubſtans ſit cauſa non per ſe ſubſtantis, & eo natura prius ceu accidentibus ſubſtantia. Nam deſtruitur eo deſtructo, ſed illud non tollitur hoc deſtructo, quo pacto igitur materia eſt magis ſubſtantia quam forma. Sed alio modo forma eſt magis ſubſtantia, quam materia, quoniam forma eſt ea quæ informat & diſtinguit vnamquanq; ſubſtantiam, materia autem communis eſt. Præterea aliquis dubitaret quomodo inquiat principia ſubſtantię non eſſe in ſubiecto, & quomodo in ſubſtantia prius eſſe ſubiectum aſſerat, quoniam primum aliquis non cõcederet quoniam quædam principia in ſubiecto non ſunt, & ſecundum confutabit, quoniam nunquam eſt materia ſine forma. Dico ergo quod quãquam materia nunquam ſit ſine forma, attamen ea eſt prior natura, quoniam ea ſublata tollitur, ſed non econtra ſcilicet q; materia deſtruatur deſtructa forma. Nam cogitatione poſſumus ſeparare formas a materia, & ipſam intelligere poſſumus vt ſubſiſtat. Nam ſubiecto non indiget vt ſit. At forma neq; animi cogitatione poteſt per ſe ſubſiſtere atq; eſſe ſine materia. Et ſi particulares res deus produxit quid tum præexiſtebat aut ſubſtabat? Conſtat ſane quod præfuerat ſubiectum & id quod recipit formas, deinde in illo ineſſe debebant formæ, itaque prius natura ſubiectum eſt, & hac ratione ſubſtãtiæ compoſitæ magis principium eſt materia quam forma, non tamen quia forma non ſit principium, ſed vt dicebam deducit ſermonem non ſine dubitatione, vt oſtenderet quam opportunum eſſet ſubiectum in rationem principiorum, ſic itaq; ex ratione probauit materiam eſſe principium illud ſcilicet quod ſubiectũ eſt. Inquit igitur ſi prima opinio videtur vera eſſe quę concedit principia oportere contraria eſſe, etiam ſecunda erit vera. Sic nanq; oportet ſimul vtranq; dicere & coniunctim, quoniam ſi contraria principia ſunt, quia agunt & patiuntur, & tertium oportet eſſe materiam, ſiquidem contraria non ſunt ſuapte natura idonea in ſeipſa agere, ſed in quodam altero cum inſunt agere queunt. Præterea neq; poteſt materia ſola principium eſſe, quoniam ipſa nihil efficere poteſt, oſtendens igitur ratione tertium principium eſſe materiam confirmat idipſum teſtimonio antiquorum & inquit hoc modo numerus principiorum ſubiecto indiget. Vnde veterum quidam neq; hoc vnum fecere, ſed plura. Empedocles inquam quatuor elementa materiam eſſe dixit. Parmenides vero duo ignem & terram, alij autem tria, alij vnum. Item eorum qui vnum eſſe dixerunt alij vnum quatuor elemẽtorum eſſe dixerunt, alij vero præter ipſa medium inter eadem ſtatuerunt. Approbat ergo illos qui vnum ſubiectum pluribus ſubijciunt. Nam demonſtrabit deinceps fieri non poſſe vt duæ materiæ ſint, quemadmodum etiam impoſſibile eſt duas contrarietates eſſe. Verum inter eos qui vnum dederunt ſubiectum potiſſimum Anaximandrum laudat, qui illud intermedium ſtatuit tanquam materiæ aliquomodo ſimilius, quoniam nullam formam earum obtinet quæ in ipſo generantur. Poſt hunc rectius ſenſit Anaximanes, qui aerem materiam ſtatuit. Nam aer minimas differentias ſentibiles habent, poſtea Thales qui poſuit aquam eſſe materiam. Etenim hæc etiam videtur ferme ſine qualitate eſſe ac contrarias affectiones ſuſtinet, quippe id ſubiectum calefiat, infrigidetur, liquefiat, & congeletur. Nam cum ſit humidum proprio termino difficile terminatur, alieno autem facile clauditur. Nam hoc modo definitio humidi in libro de generatione traditur, aqua nanq; cum conuertitur in chriſtallum ſiccitatem nanciſcitur. Siccum enim difficulter alieno termino terminatur, ſuo autẽ ac proprio facile clauditur, ij poſtremo qui de materia ſermonem faciunt dicentes illam ignem eſſe longe improprie dicunt. Nam cõbinatio complexioq; ignis ad diuerſas partes contrariorum comparatus ratione agendi potius pollet, ſiccitas ſcilicet dico & caliditas, idcirco inter elementa ſolus ignis in alia mutari non poteſt. Hi ergo omnes vel vnam, vel plures ſtatuentes materias ipſas contrarijs formari dicunt. Verum quidam raritate & denſitate, quidam lite & amicitia, quidam deniq; alia & alia cõtrarietate ipſas formari ſentiunt vt diximus.

vide pro hoc 2 li. rũ de generatione.

Sed utraq; quidem alterum quoddam tertium.

Communiter enim congregant vtraq;, quoniam neq; amicitia litem congregat & conducit, neq; ecõtra lis amicitiam, ſed ambæ lis & amicitia alterum quoddam tertium congregant vel ſeparant.

Sunt autem qui plura accipiunt ex quibus eorum quæ ſunt naturam conficiunt. Item & id quiſpiam dubitauerit: niſi aliquis quandam contrariis naturam ſubiecerit. Nullius enim eorum quæ ſunt: uidemus ſubſtantiam cõtrariam eſſe; principium autem de nullo ſubiecto dici oportet. Alioquin principij erit principium. Subiectum enim principium & prius prædicato eſſe uidetur

Tam opportunum eſt ſubiectum in ratione principiorum, vt etiam quidem eorum qui ante nos extitere, plura ſubiecta contrarijs ſubiecerint. Nullius enim eorum quæ ſunt, videmus ſubſtantiam contrariam eſſe, principium autem de nullo ſubiecto dici oportet. Alioquin principij erit principium. Hæc igitur poſſunt coniunctim vt vnus ſyllogiſmus accipi, & diuiſim intelligi vt duo ſyllogiſmi, ut hoc ſit vnum argumentum. Nullius enim eorum quæ ſunt, videmus ſubſtantiam contrariam eſſe, & reliqua ſint alterum argumentum. Si ergo ea omnia redigemus ad vnum ſyllogiſmum hoc modo dicemus. Præterea inquit aliquod nobis dubitandum ſequitur, niſi contrarijs aliquam naturam ſubiecerimus. Nullius enim eorum quæ ſunt, videmus ſubſtantiam contrariam eſſe, ideſt nihil habet ſubſtantiam in eo quod contrarium eſt, quoniam & accidentia contraria ſunt. Principium

Textus.

Dubiũ.

Reſponſio.

cipium

cipium autem de nullo ſubiecto dici oportet, id eſt nõ oportet in ſubiecto eſſe: ſcilicet vt accidens eſt. Huiuſmodi ergo totus ſyllogiſmus conficitur. Contraria ſunt accidentia, principia autem rerum non ſunt accidentia, ergo principia rerum non ſunt contraria, cur aũt principia rerum non ſit accidentia cauſam adiecit dicens. Alioquin principij principium erit. Nam ſubiectum ipſis accidentibus principium eorum foret. Nam præſupponi oportet ſecundum naturam eſſe aliquod quod ſit capax. Dixit autem prædicatum, quoniam accidens de ſubſtantia prædicatur. Nam dicimus hominem album eſſe. Præterea ſi nihil ſubſtãtia eſt, eo quod contrarium eſt, & accidentia ſunt contraria, igitur patet non poſſe principia ſubſtantiarum eſſe contraria, alioquin principia ſubſtantiarum erũt accidentia, ſi vero hoc conceditur, & principium accidentium ſubiectum eſt, igitur erit principij principium, quod quidem fieri non poteſt. Si vero textus eſt continuus ita intelligendus ac exponẽdus eſt, ſi vero diuiſus hoc modo explicandus erit. Prętererea & id quiſpiam dubitauerit niſi tertium quodam principium contrarijs ſubiecerit id eſt quædam dubitatio inducitur. Nullius enim earũ quæ ſunt, videmus ſubſtantiam contrariam eſſe. Neq; enim ignis eo quod contrarium eſt aquæ ſubſtãtia eſt, alioquin nunquam mutaretur in aquã, ſed eſt aliquod ſubiectum in mutatione qua ignis in aquam mutatur quod quidem non eſt aquæ contrarium. Si autem non ſubijceretur contrarijs quoddam tertium principium hoc accideret, vt res eſſent ac ſubſtantiam haberent in contrarietate, & ſic deinceps in alio principio eſſent. Principiũ aũt non oportet de aliquo ſubiecto dici & cætera. Principium de ſubiecto non dicitur, contraria autem dicuntur de ſubiecto, ergo contraria non ſunt principia. Nã ſi principiũ de ſubiecto diceretur, profecto principij erit principium, quoniam eſſet principium illius ꝙ eſt in ſubiecto ſubiectum.

Primus ſyllo. Si textus diuiſus eſt.

Textus. Scds ſyllo.

Præterea ſubſtantiam non eſſe contrariam ſubſtantiæ dicimus. Quonam igitur pacto ex non ſubſtantijs ſubſtantia: aut non ſubſtantia prior erit ſubſtantia. Quapropter neceſſe eſt eum qui priorem atq; hãc rationem ueram eſſe exiſtimauerit, & ſi ambas uoluerit ſeruare: tertium aliquod contrarijs ipſis ſubijcere: quemadmodum aiunt ij qui uniuerſum ſolam unam naturam quandam eſſe aſſerunt: ceu aquam: uel ignem: uel medium inter hæc.

Inquit contraria non ſunt ſubſtantiæ, principia ſubſtantiarum ſunt ſubſtantiæ, igitur contraria non ſunt principia ſubſtantiarum. Verum vnde demonſtrauit ꝙ principia ſubſtantiarum non ſint ſubſtantiæ? Ibi cũ dicitur aut non ſubſtantia prior erit ſubſtantia, in virtute dicens quod principia ſubſtantiarum non ſunt ſubſtantiæ. At non ſubſtantiæ ſunt accidentia, igitur erunt principia ſubſtantiarum accidentia, ſed ſi hæc ſunt principia, erit accidens natura prius ipſa ſubſtantia, quod quidem fieri non poteſt, immo contrarium ſubſtantia accidentibus natura prior eſt.

Atq; uidetur ipſum medium magis. Nam ignis: terra: aer: & aqua cum contrarietatibus ſunt annexa. Idcirco non ſine ratione faciunt qui ſubiectum ipſum aliud ab his efficiunt, cæterorum autem qui aerem ponunt. Nam aer minus reſpectu aliorum differentias habet ſenſibiles, hunc autem ſequuntur ij qui aquam ponunt.

Inquit rectius ſentiunt ij qui intermedium ponunt tanquam materiam, quam ij qui ponunt vnum aliqd' elementorum, ſiquidem quatuor elementa cum contrarietatibus quibuſdam coniuncta ſint, oportet autẽ materiam (vt demonſtrauimus) non habere quandam contrarietatem.

Verum omnes unum contrariis formari ac imprimi ueluti figura ſentiũt: dẽſitate inquam & raritate: & eo quod maius ac eo ꝙ minus: quæ quidem prorſus exceſſus defectuſque ſunt: ut antea diximus. Hæc etiam opinio uidetur uetus quædam eſſe. Vnum inquam & exceſſum atq; defectum principia rerum eſſe. Attamen non eodem modo. Sed ueteres duo quidem agere: unum autem pati dicebant. At poſteriorum quidam econtra unum quidem agere duo uero pati potius aſſerunt.

Quoniam veteres non ſolum materiæ intelligentiam habuerunt licet non recte, ſed etiam principiorum formalium quæ ſunt contraria, quæ etiam omnia reduxerũt ad exceſſum & defectum, quare inquit principia eorum quæ ſunt, tria materia, exceſſus & defectus ſunt, & hæc principia eſſe cuncti dixerunt. Verum differebant circa ordinem ipſorum, & circa ea quę agunt & patiuntur. Nam Pythagorei quos Plato imitatur duo velut materiam ponentes ipſam pati ab vno ſcilicet forma dicebant & ita ſentiebant fieri rerum generationem. Naturales autem Platone antiquiores vnam materiam facientes intermedium, vel vnum aliquod quatuor elementorum, hoc pati dicebant a dualitate contrariorum, & ſic fieri generationem & corruptionem, quos Ariſt. vndiq; ac per omnia imitatus eſt.

Tria igitur elemẽta eſſe dicere ex his et huiuſmodi aliis nobis conſiderantibus uidebitur aliquam rationem habere.

Quod igitur oporteat principia eſſe contraria, ac præter hæc aliquod ſubiectum tertium, ſatis ex his quæ ante poſuit demonſtrauit. Verum de definitione & numero principiorum non ſufficiũt ea quæ dixit. Nam cũ dubitauerit quiſpiam, quoniã conceſſum ac datum eſt oportere principia eſſe cõtraria, & præter ea ſubiectum, nunquid duo, vel plures ſint contrarietates, ſimiliter nunquid duo, vel plura ſint ſubiecta. Item quia ex his quæ ſumpſit, non ſatis demonſtrauit oportere vnam eſſe maxime primam cõtrarietatem idcirco his præſentibus oſtenditur fieri non poſſe, vt plures ſint contrarietates, ꝗ̃ vna & vnum ſubiectum. Accipit ergo ex diuiſione quædam principia eſſe formalia, & quædam materialia. Inquit igitur prorſus neceſſe eſt, vel vnã eſſe contrarietatem in principijs, vel non vnam ſed plures. Sic etiam neceſſe eſt ſubiectum, vel vnum eſſe, vel non vnum, ſed plura, quatuor igitur cum ſint huius ſectionis membra fiunt ſex coniugationes, quarũ duæ quidem contrarietates ſimul ſtare nequeunt, reliquæ autem quatuor ſimul ſtant, quarum duæ ſubalternatim ponũtur, aliæ vero duæ ſunt angulares. Vel enim contrarietates plures ſunt, & plura ſubiecta, vel plures contrarietates, & vnum ſubiectum, vel econtra plura quidem ſubiecta & vna con-

Angulares plures cõtra.

trarietas, vel vnum ſubiectum & vna contrarietas, ſi ergo demonſtratum fuerit non poſſe tres alias coniugationes cōſiſtere ac eſſe, relinquitur ergo reliq̄ ſtare in qua dicitur vnū ſubiectū eſſe & vnā contrarietatē.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Pertractat igitur prius vnam coniugationem, in qua dicitur vnum eſſe ſubiectum & plures cōtrarietates. Accipit autem per rationem manifeſtam ex ipſis multis contrarietatibus duas, quoniam quæ de duabus dicitur demonſtraturq; cōtrarietatibus de pluribus eadem demonſtrari poterunt. Si ergo fuerit vnum ſubiectum & duæ contrarietates, percunctabimur ab iis qui hoc concederent, ne vtraq; diuiſim contrarietas poſſit generare omnia, an alia generabit alia, atq; alia alia. Si ergo vtraq; diuiſim cuncta generabit vna ſuperuacanea erit cum vna ſola poſſit producere omnia, ſed nihil ſuperuacaneum neq; vanum deus & natura agunt. Si autem vnaquęq; non omnia efficit, ſed quędam producit hæc, & quędam illa, igitur tollemus de medio mutationem rerum mutuā inter ſe. Non enim tranſmutatur quoduis in quouis temere, ſed contrarium in contrarium. Nam demonſtratum eſt omniū eſſe mutationem inter ſe, ergo hoc modo inpoſſibile eſt duas eſſe contrarietates & vnum ſubiectum. Item ſi fuerint duo ſubiecta & vna contrarietas eaſdem dubitationes rurſus excitabimus. Nā ſiue ex vtroq; ſubiecto cuncta fieri poſſint, & vnum ſuperfluum ſit, ſiue vno quædam generentur, & ex reliquo quædam alia rurſus deſtruemus mutationem viciſſitudinariam rerum inter ſe. Nam vt non contraria non tranſmutantur inter ſe, itaq; idem ſubiectum obtinent forte non tranſmutarentur viciſſim, idcirco cereus equus tranſmutatur in ceream ſtatuam, ſed ęreus equus forte nō tranſmutaretur in cereā ſtatuam, quare neq; duo ſubiecta eſſe poterunt & vna contrarietas. Item eiſdem rationibus neq; duo ſubiecta & duæ contrarietates erunt, quare ſi neceſſe eſt vnam quatuor ſuppoſitionū eſſe veram tribus reiectis ac confutatis quarta relinquitur eſſe vera in qua dicitur vnum eſſe ſubiectum & vnam contrarietatem. Huiuſmodi autem demonſtratione pleriſq; in locis vtuntur geometre quandocunq; in plano rectoq; nequeunt vti demonſtratione deſtruunt ea quæ contra veritatem ſunt diuiſa, & relictam partem diuiſionis veram accipiunt ceu diameter, vel equalis cōmenſurariq; poteſt lateri, vel æquari commenſurariq; non poteſt cum ergo tollit diametrum adequari lateri quod ſane relinquitur verum eſt ſcilicet q̄ illa ſit inæqualis atq; ei commenſurari non valeat. Adiecit etiam illud quod quidem paulo prius dixit, quoniam in omni generatione eſt vna contrarietas, & in ſubiecto quod cū profecto ſit genus vna erit maxime prima contrarietas. Hæc itaq; inquiens deinceps quęrit numerum principiorum quot appellanda ponendaq; ſint, nunquid duo, vel tria. Nam opinatur ſecundū aliā & aliā conſiderationē interdū duo eſſe, interdum vero tria ipſa appellanda eſſe. Poſſunt enim tria eſſe duo quidem contraria forma & priuatio & vnum ſubiectum ipſa materia, poſſunt etiam nō tria principia dici, ſed duo, redactis tribus ad duo, quippe quidam ducant rediganiq; materiam & priuationem in idem, & putēt idem atq; vnum eſſe materiam & priuationem Quoniam igitur ſeſe confert ad oſtendendum nunquid duo uel tria principia aſſerenda ſint, atq; ſi vtrūq; verum fuerit, quomodo oporteat duo & tria aſſerere, iccirco prius determinare diſtinguereq; vult quod inter ſe differrāt materia & priuatio, & ſi non differunt ſubiecto, attamen ratione diſcrepant Primum igitur hoc facit, & duobus modis oſtēdit priuationem a materia differre, ex communi vſu, & ipſa rerum natura, ex communi quidem vſu, quoniam de priuatione ſolemus dicere ex hoc aduerbiū addentes, atq; hoc. Nam conſueuimus dicere ex immuſico muſicum fieri, ac immuſicum muſicum generari, & non philoſophum philoſophum, atq; ex non philoſopho philoſophum euadere. At de materia vtraq; aduerbia dicimus, attamen non de eadem, ſed diuiſim, de alio quidem dicimus (ex hoc) & de alio (hoc.) Nam dicere ex ære fit ſtatua vſuuenit, & minime æs fit ſtatua. Item dicere licet hominem ex ſpermate fætuq; produci, attamen non dicimus ſperma. ſ. ſemē genitale, & fætum fieri hominem. Sed ſi vtraq; de ambobus dicuntur, tamen materię magis propriū cōmediuſq; eſt hoc aduerbium in gręco (hoc) priuationi autem ex hoc. Nam cum materia maneat ſubſiſtatq; formam ingredientem, priuatio vero minime, igitur ei quod fert & ſuſtinet magis propriū eſt hoc aduerbium (hoc) & ei quod nō fert neq; ſuſtinet magis congruit alterum aduerbium ſcilicet ex hoc. Verum ſi peculiare eſt materiæ illud (hoc) quia manet ac fert, cur aliqn̄ vtriſq; aduerbiis illo (ex hoc) & illo (hoc) in priuatione vtimur, in materia vero altero tantum. Dico igitur qm̄ cum ſubiectum nominamus a priuatione, & vna voce ſimul comprehendimus materiam & priuationem. Nam quando dixero immuſicum non ſimpliciter dico ipſam immuſicam, ſed illud quod participat immuſica, quoniam igitur vox participans etiam ſignificat, merito materiæ congruit auerbiū (hoc) & de ipſa ac de priuatione dicimus illud ex hoc. De priuatione itaq; hoc modo dicēdum eſt, de materia autem quoniam vox non comprehendit ſimul aliquid aliud dico ſcilicet ceu immuſicum. Etenim cum dixero Socrates albus fit, in Socrate quidem non eſt aliqua priuatio albi apparēs & prolata dico ſcilicet non album, ob id igitur vno ſolo aduerbio eam nominare ſolemus, ceu homo muſicus fit, & Socra albus, vel philoſophus, & minime ex homine fit muſicus, vel ex Socr. fit philoſophus. Sed

Q̄uo Geometre ſepe demonſtrant.

Vide euclid. decimo de quantitatibus irrōnalibus ſicut latus & diameter.

Dubiū.

Solutio.

Altera dubi.

ſi ea

ſi ea de cauſa vno ſolo aduerbio materiã ſolemus nominare, quoniam non comprehenditur ſub vna voce materia & priuatio, cur in omni materia non vtimur eodẽ aduerbio dico ſcilicet illud (hoc) quod quidem diximus magis proprium peculiareq́ materiæ eſſe, ſed de quadã materia ſolum illud (ex hoc) dicimus quod ſane magis priuationi conuenit, & tamen vna voce ſimul non comprehenduntur materia & priuatio, cur ergo nõ ſemper eam nominamus ex proprio aduerbio eius, atq́ potius dicere ſperma fieri hominẽ, & lapides domum, q̃ ex ſpermate produci hominẽ, & ex lapidibus conſtitui domum? Dico igitur ad

Reſponſio.

hoc quoniam quum dicimus aliquid fieri ex materia, quia non ex prima, ſed ex proxima materia fieri dicimus, quę in his non permanet ſecundum ſubſtantiam, ſed tota tranſmutatur, quippe nihil ſpermatis & fætus permaneat, & illud aduerbium oſtẽdit indicatq́ illud ꝙ permanet, idcirco in huiuſmodi materijs nõ hoc dicere ſolemus, ſed ex hoc. Nam in generatione ſecundum ſubſtantiam nihil proxime materiæ dico ſcilicet ſpermatis & fætus permanet præter ſubiectam primam materiam & trinã dimenſionem, ob id ergo in omni generatione ſubſtantiali nõ hoc dicimus, ſed ex hoc. Non enim dicimus cibum fieri cibum, ſed ex cibo fieri cibũ, & ex ordeo ordeum, quoniam cum cibus vices materiæ & ſpermatis contineat nõ permanet quando ex ipſo alter cibus fieret, ſed ſecundum totum ſubſtãtiam tranſmutaretur nihilo eius remanente præter materiam & trinam dimenſionem vt dicebam. In generationibus ergo ſecundum ſubſtantiam ob id ſolũ dicimus ex hoc & non hoc, atq́ in his quęcunq́ non ſunt ſecundum ſubſtantiam, hæ nanq́ imitantur generationes ſecundum ſubſtantiam. Nam generatio ex ſtatua ęrea non eſt ſecundum ſubſtantiam, imitatur tamen aliquomodo generationem ſecundũ ſubſtantiam, idcirco cum calefit æs & fit rubeum, vel cum tranſmutaretur aliquid aliud ſecũdum huiuſmodi mutationem, quæ ſimilis fit mutationi per accidẽs non dicimus ex ęre fit rubeum, ſed æs fit rubeum, vel æs fit calidum, quoniã ſecundum accidens huiuſmodi æs tranſmutatur, quando autem fieret ſtatua, vel tripedum, vel lebes, vel aliquid huiuſmodi, non amplius dicemus æs fieri ſtatuam, vel lebẽtem, vel tripedem, ſed ex ęre fieri ſtatuam, vel lebentem & tripedẽ, quoniam hæc imitantur æmulanturq́ generatione ſecundum ſubſtantiam, ſic etiam in cunctis talibus mutationibus ceu ex lapidibus & ex lignis domus, & abaculi tabula ex lignis, quoniam ceu forma naturalis in huice introduci videtur, quando igitur dixero rubeum, vel calidum nõ apparet ſimul materia capax huiuſmodi, ſed quemadmodum cum dixero hominem, vel equũ mox mente concipimus materiam ex qua tranſmutatur, ceu tale ſperma ex quo generationem trahit, ita etiam cum dixero ſtatuam, vel domum mox æs, vel ligna, vel lapides comprehendo. Et quemadmodum ibi nihil ſpermatis permanet pręter trinam dimenſionem & materiam, ita videtur in generatione tranſmutari penitus particularis forma lapidum & quidpiam aliud ex omnibus generari, idem in reliquis dicẽdum eſt. Quoniam igitur non parua eſt talium ad generationes ſecũdum ſubſtantiam ſimilitudo, idcirco cõmunis vſus eodẽ modo in ipſis & generationibus ſubſtantiarum illud aduerbium (ex hoc) intulit, & quẽadmodum dicimus ex aqua aerẽ fieri, & minime aquã aerem, ita ex ære fieri ſtatuam, & non æs ſtatuam dicimus. Ars enim imitatur naturam. Pręterea vt aquã dicimus fieri calidam. Subiectum enim in tranſmutatione ſecũdum qualitatem etiam permanet, ita in alijs omnibus dicendum eſt. Sciendum autẽ ꝙ neq́ in omni priuatione ſimpliciter vtimur vtriſq́ aduerbijs. [?] hoc & ex hoc. Non enim diceremus quẽadmodum ex non homine hominẽ fieri, ita etiam non hominem fieri hominem, ſed duntaxat ex non homine. Item ex non domo domum fieri, & ex non ſtatua ſtatuam dicimus, ſed minime conſueuimus dicere non ſtatuam fieri ſtatuam, & nõ domum ipſam domum. Cauſa autem huius ex dictis cõſtat, quoniam quidem, vt diximus hoc aduerbium (hoc) materiæ eſt proprium, tamen non prorſus de eadem dicitur ibi non permanet & ſuſtinet, etiam ſi ſemper materia ſimul cum priuatione comprehenderetur quoniam materia ſemper eſt ſubiecta priuationi ideo non ſemper permanet. In his ſolũ dicimus de priuatione ex hoc in quibus materia non permanet, minime autem hoc. Nam dicimus ex non homine fieri hominem, minime autem nõ hominem fieri hominem ex priuatione in his generationem nominãtes, & non ex materia. Verum in quibus materia permanet tunc ex materia & priuatione generationem nominamus. Nam dicimus ex immuſico fieri muſicum, & immuſicũ fieri muſicũ. Et ſi in ſtatua ꝑmaneret materia nõ diceretur nõ ſtatuã fieri ſtatuã, ſed ſolum hoc ex nõ ſtatua fieri ſtatuam, quod quidẽ conſentaneum eſt prædictis verbis. Nam idcirco dicimus has generationes imitari generationes ſecundum ſubſtantiã in quibus nihil proxime materię permanet, quĩ vt nõ hoiem fieri hoiem nõ dicitur, ita neque nõ ſtatuam fieri ſtatuam. Vt igitur quæ dixi paucis abſoluam, de priuatione eadem aſſero vtrunque aduerbium (hoc) & ex hoc, dici & ſi non de omni priuatione, ſaltem in quibuſdam. At de eadẽ materia in aliquibus nunq́ vtrũq́ dicitur, ſed interdum illud (ex hoc) interdum quidem (hoc.) Si ergo de priuatione aliquando de eadem vtrunq́ dicitur, de materia autẽ nunquam vtrũq́ de eadem, ſed alterum videtur itaq́ priuatio a materia differre, diſcrimen igitur inter materiam & priuationem ex cõmuni vſu huiuſmodi eſt.

Epilogus dictorum.

Verũ ſeparatur etiam ac diſtinguitur a materia priuatio ſecundum ipſam rem, quoniam materia ipſa in tranſmutationibus permanet cũ forma aduenit, priuatio vero cum ſit contraria formæ non permanet, ſed ipſam fugit. Nam homo muſicus & albus permanet & non abit fugitq́. At immuſicum non permanet cũ muſicum aduenit, ſimiliter neq́ non album manet cũ aderit album, ſic etiam de omnibus dicẽdum eſt, quare ſi materia remanet vna cũ forma, & priuatio tollitur, ergo priuatio & materia ſunt inter ſe diuerſę. Verum ſi non omnis materia permanet, quippe ſperma atq́ fætus non peramneãt ſimul cum forma humana mirum nõ eſt, imprimis quidem, quoniam & ſi materia non omnis permanet, attamen aliqua ſemper eſt quæ remanet, priuatio autem nulla permanet. Hoc itaq́ ſufficit ad oſtendendum diſcrimen eorum. Deinde quanquam materia proxima in cunctis non permaneat, tamen materia maxime prima, ac trina dimẽſio in cunctis quæ tranſmutantur permanent. At priuatio nunquam permanet. Præterea impoſſibile eſt,

vt funditus tollantur materia prima & proxima cui mox aduenit forma, quippe ſit pars compoſiti. Perſpicuum igitur eſt ex ipſis rebus diſcrimen inter materiam & priuationem eſſe.

Tria igitur dicere elementa eſſe ex his et huiuſmodi alijs nobis conſiderantibus uidebitur aliquam rationem habere: ut antea diximus. Sed tribus plura ponere minime.

Notandum eſt, quoniam non dixit tria igitur aſſerere principia, ſed dixit tria igitur aſſerere elementa ſignificãs quod quidem a principio nobis dictum eſt, quoniam elementa ſunt principia, at minime econtra principia ſunt elementa, quod quidem igitur principia vocet elementa materia & formam iam explicauimus qui poſtea in cæteris & ſequentibus plane forma, & materia vocat principia, quod vero nõ omne principium ſit elemẽtum aperte indicauit dicens. Tria igitur dicere elementa eſſe. Nam principia plura ſunt q̃ tria, quoniam efficiẽs cauſa & finalis ſunt principia.

Tu itẽ vide proœmiũ & Simpl. hic.

At patiendum enim ſufficit unum.

Quod nequeant eſſe duo ſubiecta, & vna cõtrarietas probat. Nam ſufficiens eſt vnum ſubiectũ qđ diuiſim ab vtraq; parte cõtrarietatis patiens oĩa generet.

Si uero quatuor contrarijs ſumptis duæ contrarietates erunt utriſq; oportebit ſeorſum aliam quandam naturam mediam ſubijci.

Cum ſuppoſuerit duo ſubiecta & vnam contrarietatem, nunc ſupponit reliqua duo ſectionis membra, quorum aliud dicit duas eſſe contrarietates, & vnum ſubiectum, & alterum quod aſſerit duas cõtrarietates et totidem ſubiecta, verum nimio defectu verba legerentur, oportet igitur ſubintelligere ſubaudireq; aliquid extrinſecus ſi vult perfecte oſtendere hoc modo. Si vero quatuor contrariis ſumptis duæ contrarietates erunt, oportebit vel vtriſq; ſeorſum aliã quãdam naturã mediam ſubijci, vel vnam & eandem ambabus ſimul contrarietatibus. Nam ſi hoc non ſubintelligemus, neq; quippiam neceſſarium concludit ratio. Non enim oportet pluribus exiſtentibus contrarietatibus plura eiſdem ſubiecta ſubijci, quippe unum & idem ſubiectum queat plures cõtrarietates recipere. Nam idem ſubiectum calidi, frigidi, ſicci, humidi, raritatis & denſitatis, atq; aliorum infinitorum eſt capax. Illud autem ſi vero quatuor exiſtentibus, intelligendum eſt pro partibus contrarietatum, ſiquidem duobus exiſtentibus cõtrarietatibus quatuor ſint earum partes. Dixit autem naturã mediam ſubijci, ideſt materiam. Nam ipſa eſt veluti quidam communis locus belli & campus in quo contrarietates pugnant.

Materia ẽ cãpus cõtrariorum.

Quod ſi ex ſeſe uiciſsim generare poſſunt: ſuperuacanea erit altera contrarietas.

Illud ex ſeſe non dixit, vt ſignificet hanc contrarietatem hæc generare, & hanc illa, quoniam neq; complexa coniunctaq; poſſunt ex ſeſe omnia generare, quemadmodum calidi frigidi, ſicci, & humidi cõtrarietas omnia elementa generat, ſed quoniam ſi vtraq; earum per ſeipſam poteſt omnia generare. Et quoniã hoc dixiſſe voluit, ſignificauit dicẽs, ſuperuacanea erit altera contrarietas. Nam ſi vna cõtrarietas poteſt omnia generare ex neceſſitate altera vana erit.

Inſuper fieri nequit ut primæ contrarietates ſint plures. Nam ſubſtantia unum quodam genus eſt entis: quare eo quod priora & poſteriora ſunt principia inter ſeſe ipſa duntaxat differrent. Semper enim eſt una contrarietas in uno genere: atq; oẽs contrarietates ad unũ reduci uidẽtur.

Alterum argumentum adducit quod iam dixi, qm̃ in vnoquoq; genere eſt vna contrarietas. Vnum autem genus etiã ſubſtantia eſt, igitur & in ſubſtãtia erit vna vniuerſaliſſima contrarietas. Nam & ſi plures inuenirentur contrarietates, omnes ſub ipſa generaliſſima reducerẽtur, ceu in qualitate nigrum & album coloris eſt proxima cõtrarietas, quare & ſi plures eẽt cõtrarietates, principia etiam proxima rerum ſpecie, & non genere diſtabunt, ac quatenus priora & poſteriora eſſent. Nam omnes ſub vna communiſſima redigentur quæ genus eſt ad illas, quæ ſunt poſt illam.

Conſtat igitur neq; unum elementum: neq; plura duobus: uel tribus eſſe. Horum autem utrum aſſerendũ ſit: quẽadmodum diximus magnam dubitationem profecto habet. Hoc igitur modo nos dicimus primo de omni generatione ſimpliciter pertractantes. Etenim naturæ accommodatum primum communia dicere: ſic deinde circa unumquodq; propria ſpeculari.

Duo quidem ſiue vt accipiamus vnum ſubiectum, & vnam contrarietatem quæ contineat formam & priuationem, ſiue quod quidem lõge melius eſt, accẽperimus materiam & formam, quoniam priuatio nõ eſt proprie per ſe principium, ſed per accidẽs quemadmodum etiam ipſe in ſequentibus declarabit illam ineſſe ſubiecto quod eſt materia, atq; non conferre p ſe ad generationem rerũ. Non enim ea quæ fiunt ipſa egent, ſed eius abſentia. Horum autem vtrum aſſerendum ſit quemadmodum diximus magnã dubitationẽ habet. Dubium inquit eſſe nunquid duo, vel tria principia dicere oporteat. Et conſtat ipſum non ambigere de principijs ſimpliciter quot & qualia ſint. Nam hoc quidem iam demonſtrauit q; tria ſint, duo inquã contraria & vnum ſubiectum. Sed ambigit nunquid nos oporteat hæc inuenta principia tria appellare cõnumerantes priuationem, vel duo tantum, cum priuatio non ſit proprie principium ex dictis. Hoc autem (quemadmodum diximus) ſignificat id q; proxime dixit videlicet q; tria ſint principia. (Cõſtat igitur neque vnum elementum, neq; plura duobus, vel tribus. Hoc igitur modo nos dicimus primo de omni generatione ſimpliciter tractantes.) Quoniam vult demõſtrare nunquid duo ſint dicenda principia elemẽtaria, vel tria inquit oportere prius dicere quomodo fiant ea quæ fiunt. Nam occaſionem hanc ad propoſitam queſtionem inuenimus, oportet enim cõmunia prius ſecũdum naturam dicere, ſic deinceps circa vnũquodque propria cõtemplari. Nam ſemper cognitio uniuerſalium præcedit cognitionẽ particularium. Nam etiam hoc modo volens docere differentias ſyllogiſmorum prius docuit quid eſſet ſyllogiſmus ſimpliciter, quoniam qui ignorauerit quid ſit ſyllogiſmus ſimpliciter, nũquam ſcire poterit quid ſit ſyllogiſmus demonſtratiuus. Idem quoq; a principio facere propoſuit ex communibus ſ. doctrinę initium facere. Habes

Textus.

Textus.

igitur

Igitur & hic propoſiti operis intentionem, quoniam ipſa eſt de ijs quæ communiter conſequuntur omnia generabilia et corruptibilia. Dixit autẽ de omni generatione ſimpliciter, quoniam nõ ſolum de generatione ſecundum ſubſtantiam ſed etiam de generatione ſecundum accidens dicturus eſt. Et conſtat etiam, qm̃ & hic clarũ eſt quomodo dixit a principio ex vniuerſalibus oportere initium facere tanquam ex apertioribus & ſenſu notioribus, vniuerſalia inquam dicens non communia genera & ſeparata a particularibus, ſed particularia quæ pluribus competunt, hoc enim modo hic etiam inquit oportere ſimpliciter de generatione dicere, quoniam naturæ accommodatum eſt ex communioribus initiũ facere, & deuenire rationis ope ad ſingulares particulareſq; generationes. Neq; enim eſt ſimpliciter aliqua generatio, quoniã neq; eſt aliquod commune genus entis, ſed quemadmodum

Dubiũ. ens eſt vox equiuoca ita ſane & ipſa generatio. Dubitaret autem quiſpiam ſi de conſequentibus omnes res naturales hic differat, & cum quærat nunc quot ſunt principia nunquid duo, vel tria, quomodo igitur ad inuentionem huius quæſtionis quærit quomodo omnia fiunt quæ fieri debent, vt ex his principiorum numerum nãciſcatur. Neq; enim ſola naturalia fiunt, ſed etiam quædam naturalium ingenita ſunt dico videli-

Reſponſum. cet ipſa cœleſtia. Dico igitur ipſum de generalibus & corruptibilibus tanquam de apertioribus ſermonem facere ex his poſtea deducet ſermonem ad ea quæ ſunt ingenerabilia. Porro & concludens ſermonem hunc, vel hanc rationem de omnibus ſimpliciter concludit dicens. Conſtant igitur (inquit) ſiquidem ſunt cauſę & principia eorum quæ natura ſunt, ex quibus primis ſunt, vel fiunt, quod omnia fiunt ex ſubiecto et forma, quare & in contemplationem principiorum tanquam per manifeſta prius tractauit ea quæ fiunt, & corrumpuntur, attamen ipſa principia demõſtrat

...orte hoc ...chrum. etiam eſſe in ſempiternis. Nam vt generationis generabilium principia ſunt, ita ſunt ſempiternorum eſſentiæ atq; eſſe principia.

Nam dicimus quippiam ex quopiã: ac aliud ex alio fieri aut ſimplicia dicentes: aut compoſita. Dico autem hoc ſic: fit enim homo muſicus: & non muſicus: muſicus: aut non muſicus homo: muſicus homo. Simplex itaq; ipſum id q fit, hominem inquam: & non muſicum: & id etiam q fit ſimplex muſicum. Compoſitum uero: & id q fit ac id quod factum eſt: cum non muſicum hominem muſicum hominem fieri dicimus. Horum autem alterum non ſolum dicitur hoc aliquid fieri: ſed etiam ex hoc: ceu ex non muſico muſicum. Alterum non hoc modo dicitur in omnibus: ceu ex homine fit muſicus: ſed homo fit muſicus.

Quando (inquit) ex quodam dicimus fieri, vel ex ſimplici, vel ex compoſito dicimus fieri. Et rurſus factum & id quod fit, vel ſimplex fieri dicimus, vel cõpoſitũ, ceu quum dixero homo muſicus fit, vel immuſicum muſicum fit ex ſimplici dico homine, vel muſico ſimplex aliquod fieri muſicum, quando autem dixero ex homine immuſico hominem fieri muſicum, ex compoſito dico fieri compoſitum. Nam compoſitum eſt. Et immuſicus homo compoſitus ex immuſico & homine, & quod fit muſicus homo eſt. Equidẽ eſt accipere & ſimplex, & compoſitum, ceu quando dixero ex immuſico homine fit muſicus, vel quando ex immuſico muſicus homo fit. Nam interdum accipiebam illud ex quo fit compoſitum, interdum illud quod fit, alterum uero ſimplex. Simplex autem dico hominem qui fit ſine muſico. Et nunc id quod fit appellat ſubiectum, deinceps id q fit vocabit id in quod fit mutatio, qđ autem fit ipſa forma eſt, vt exempla etiam indicant. Verum quod ipſe inquit hoc eſt, ſimplicem dico generationem, quãdo & id q fit ſimplex fuerit & factum, cõpoſitum vero, quando vtraque compoſita fuerint. Vnde ſubiungit (Horum autem aliquod non ſolum dicitur fieri hoc aliquid.) Di- Textus.
cens igitur quomodo fiunt ea quæ fieri debent, quoniam vel vt ſimplicia ex ſimplicibus, vel vt compoſita ex compoſitis, vult nunc ſimplicia hæc ex quibus fiunt facta eſſe, vt ipſe dixit. Nam ſic dicendo quandã differentiam habent inter ſe dico ſcilicet homo & immuſicus. Nunquã enim ſunt duo nomina ſolum quæ duntaxat vnam & eadem rem ſignificent. Et hic traditur diſcrimen inter materiam & priuationem. Diſtinguit igitur prius ex communi vſu dicendi, quoniam de priuatione non ſolum dicimus hoc fit, ceu immuſicus fit muſicus, ſed etiam ex hoc, ceu ex immuſico fit muſicus. In materia autem diuiſim ſolemus dicere hoc, vel ex hoc.

At uero eorum que ut ſimplicia fieri dicimus alterum permanens fit: alterum non permanens. Nam homo quidem permanet cum fit muſicus homo. Nõ muſicum autem & immuſicum: neq; ſimplex neq; compoſitum permanet.

Cum ſeparaſſet ex communi vſu materiam & formam, nũc diſtinguit eaſdem ex ſuapte natura earum, quæ quidem ſecũdum rem eſt diuiſio atq; diſtinctio. Materia nanq; in generatione permanet & formam non fugit neq; priuat, priuatio autem non permanet ſed fugit tolliturq; ingreſſu formę. Adiecit autem (At vero eorum quæ vt ſimplicia fieri dicimus) quoniã generatio compoſita nihil ipſi confert ad ſemouendã ſeiungendamq; materiam a priuatione. Nam quum comprehenderimus materiam & priuationem ſimul dicentes immuſicum hominem quomodo in hoc poterimus ſeparare materiã a priuatione, vno enim nomine factum appellamus ſcilicet immuſicum hominem quemadmodum etiam id q fit muſicum hominem, perſpicuum autem eſt quod nihil complexum coniunctumq; eſt hic, ſiquidem non permaneat muſicus homo vt ipſe etiam ait.

His ergo determinatis ex omnibus his que fiunt accipiendum eſt ſiquis inſpexerit uti diximus: aliquid ſemper ſubijci oportere ipſum inquam quod factum eſt: quod quãquam unum numero ſit: tamen non ſpetie unum eſt.

Cum demonſtrauerit quomodo fiunt ea quæ fieri debent, & ſeparauerit materiam a priuatione, cæterũ oſtendit id quod a principio præpoſuit num duo, vel tria elementa aſſerere oporteat. Et inquit definito terminatoq; ſermone de his quæ fiunt. Ex his omnibus quæ fiunt, hoc ſyllogiſmo concludendum eſt. Deinde ſuam ſententiam ad cuncta quæ fiunt, extẽdit, quoniam neceſſe eſt aliquid eſſe quod debeat generationem recipere, hoc autem materia eſt quã eſſe vnã numero fatetur, licet ratione non vna ſit, ſed duo. Nã

aliud eſt hominem eſſe, & aliud immuſicũ eſſe. Vnde in generatione homo permanet, immuſicus autẽ non permanet, quare ſi oportet in omni generatione aliquod factum ſubijci, & eſt aliquod etiam quod generatur quod quidem forma eſt, ergo ſubiectum cum vnum numero ſit, & duo ratione, vno modo erunt duo elementa, alio autem modo tria. Numero inquã duo, ſed ratione tria, cum vnum ex his, ideſt priuatio non permaneat. Ea nanq; ſunt proprie elementa quæ rei partes ſunt, conſtat vtiq; proprie & per ſe duo elementa eſſe, quoniam alterum non eſt per ſe, ſed per accidens elementum.

Q̃uo duo & tria ſint principia ſimile i Simplicio.

Nam ſpetie & ratione idem dico. Non enim eſt eadem hominis & immuſici ratio. Atq; alterũ permanet. Id enim quod non opponitur permanet: homo nanq; permanet. Nõ muſicum autem & immuſicum non permanet: neq; id ꝙ ex utriſq; componitur uelut immuſicus homo.

Quoniam materiam & priuationẽ dixit eſſe vnũ numero, forma autem non vnum. Vt nequis cogitet ſuſpiceturq; ipſum dicere forma ſpeticue materiam & priuationem eadem eſſe, ob id inquit formam dico pro definitiua oratione, quoniam materia & priuatio non ſunt vnum definitione. Rurſus repetens dicta diſcrimina ponit.

Atqui ex quopiã quippiã fieri et nõ hoc magis in hiſce dicitur quæ non permanent: ceu ex immuſico muſicum fieri dicitur. Ex homine uero non dicitur. Verum & in hiſce quæ permanẽt interdum eodem modo dicitur. Nam ex ære ſtatuam: & nõ æs ſtatuam fieri dicimus. In eo tamen quod opponitur: & non permanet utroq; modo dicitur: & ex hoc fieri hoc, & hoc fieri hoc. Etenim ex immuſico & immuſicus fit & muſicus. Iccirco & in compoſito ſimiliter dicitur. Ex immuſico nanq; homine: atq; immuſicus homo muſicus homo fieri dicitur.

Quoniam & ſi de materia & priuatione dici ſolet illud (ex hoc) atq; illud (hoc) magis tamen illud aduerbium in græco, in latino pronomen de materia dicitur & illud (ex hoc) de priuatione. Item de materia diuiſim alterum vtriuſq; dicitur. In priuatione autem vtraq; de eodem & (ex hoc) & hoc dici ſolent, neq; exiſtimare oportet, quoniam cũ dicat vtraq; dici de priuatione, vt de omni priuatione vtraq; dici poſſint, ſed de quadam priuatione verũ q; dicitur. Nam de priuatione formarum ſecundum ſubiectum demonſtrauimus non dici hoc, ſed duntaxat ex hoc.

Cum autem fieri multis modis dicatur & : quædam non ſimpliciter fieri, ſed hæc aliquid fieri: ſimpliciter autem fieri ſolis ſubſtantijs competit. In cæteris quidem patet aliquid ipſum inquam factum neceſſario ſubijci. Etenim quantum: & quale, & ad aliquid, quando, et ubi fit aliqua re ſubiecta. Propterea quod ſola ſubſtantia de nullo ſubiecto alio dicitur, cætera autem omnia de ipſa ſubſtantia dicuntur.

Quoniam oſtenderat non modo neceſſariã eſſe in principijs rerum contrarietatem, propterea quod nõ quoduis i quouis temere agit, aut a quouis patitur, ſed duntaxat contrarium in contrarium, verumetiam opportunum eſſe ſubiectum in quod diuiſim contraria agunt. Verum exempla huius quod oporteat penitus eſſe ſubiectum in his q̃ trãſmutantur ſecũdum ſubſtantiam non dedit, ſed in his quæ tranſmutantur ſecũdum alterationem. Nam ex immuſico homine fieri muſicum hominem cum dicitur, ſubiectum immuſici & muſici homo eſt, & æs cum fit ſtatua. Quoniam igitur hæ tranſmutationes non ſunt ſecundum ſubſtãtiam, ſed ſecundum qualitatem, vult modo oſtendere etiam in his quæ tranſmutantur ſecundum ſubſtantiã opportunum eſſe aliquod ſubiectum, circa quod cum cõtraria viciſſim agunt generationem rerum & corruptionem efficiant, quod quidem ea quæ tranſmutãtur ſecundum alia prædicamenta in aliquo ſuperſtite ſubiecto tranſmutẽtur perſpicuum eſt. Porro ſtatum eorum quæ tranſmutantur ſecundum quãtitatem ceu quæ augẽtur, quędam prius ſunt & poſtea augentur. Nam homo eſt qui augetur, vel plãta, vel aliud quippiam, ſimiliter etiam id ꝙ diminuitur prius eſt. Eodẽ quoq; modo quæ tranſmutantur ſecundum qualitatem, quoniam id ꝙ fit album, vel calidum corpus aliquod eſt. Præterea id quod tranſmutatur ſecundum locum, quoniam prius eſt aliquod ſurſum antequam fiat deorſum ac petat. Similiter etiam cum quiſpiam fit pater, vel dexter vel ſiniſter, aliquid prorſus eſſe vel hominem, vel animal, vel corpus oportet. Quod quidem igitur ea quæ tranſmutantur ſecundum hæc prędicamenta ante mutationem ſubijci oporteat perſpicuum eſt. In his autem quę tranſmutantur ſecundũ ſubſtantiam, hoc non videtur manifeſtum eſſe, quoniam ſubſtantia de nullo ſubiecto prædicatur, ceu alia prædicamenta prædicantur, eſt tamen in tranſmutatione eius nihilo ſecius ſubiectum, quippe plantæ, animalia plane ex ſpermate generationẽ trahãt, metalla etiam cum ſint fuſilia plane ſubiectum habent ipſum humidum. Verum omnium rerum naturalium ſubiectum communiter ſunt quatuor elementa, dico autẽ in generatione & corruptione earum ex quibus ac taliter commixtis ſpecies naturales fiunt, ipſis quoq; elementis & ſimpliciter cũctis rebus trina dimẽſio, ideſt corpus ipſum ſine qualitate, circa quam immutabilẽ ſolam tanquam corpus mutationes fiunt in eadem agẽtibus & patientibus qualitatibus ſubſtãtialibus, quod autem ſubiectum ſecundum corpus, inquam immutabile ſit indicatum eſt nobis in libris de miſcibilibus, Ariſto. autem cuncta quæ fiunt ad quinq; redigit, vt oſtendat in omnibus modis generationis prorſus eſſe aliquod ſubiectum. Inquit igitur eorũ omnium quæ fiunt, quædam transfiguratione fiunt, quædam vero appoſitione, quædam ablatione, quædam compoſitione, & quædam alteratione. Trãsformatione igitur ea fieri inquit quę tranſmutantur ſecundum alterationem, ideſt ſecundum qualitatem, quæ ſcilicet eſt ſecũdum quartam ſpeciem qualitatis figuram et formam, ceu ſtatua. Nam nihil aliud tranſmutatur in ære q̃ figura, & poſitio partium. Item appoſitione ea fieri aſſerit quæ ſecundum quantitatem tranſmutantur. Nam id quod augetur appoſitione adoleſcit, quippe cibi continui appoſitione augeatur, verum non augetur additione ſimilis. Non enim per appoſitionem carnis caro ſimul augetur, ſed quemadmodum in libro de generatione dicemus mutatio fit in partibus ex ea cibi humiditate quæ continetur in eiſdẽ. Iccirco ea quę adoleſcunt atq; augentur plus cibi aſſumere oportet. Pręterea ablatione detractioneq; fiunt, vel vt ipſe inquit

Vide Theophraſtũ in libri de plãtis
Vide Albertũ in libris de metallis.

Q̃uo circa dimẽſionẽ ſiũt mutationes.

quit ſicut Mercurius ex lapide, qui enim quibuſdam ex lapide ſublatis detractiſq; partibus fit, vel etiam in his quæ natura ſunt, vt in his quæ labefactantur & diminuuntur per ſeparationem alicuius. Item compoſitione fieri dici ſolent quæ arte induſtriaq; geruntur, ceu domus & lectus. Nam hæc domus lignis lapidibuſq; cõficienda eſt, & lectus compoſitione partium ſtruitur, quippe artifex i his nihil aliud efficere videatur q̃ materiam accurate conditam componere. Sunt etiam quæ compoſitione fiunt. Nam ad producenda ſimiliaria natura elementa componit, ſimiliter ſimiliaria coniungit ad generanda organica ſeu inſtrumentalia, quæ etiam connectit ad producendum totum animal quatenus talis forma conſequitur extrinſecus hanc compoſitionem vt in artificialibus conſtat. Cõponi autem dicuntur ſimilia, minime vero diſſimilia. Neq; ſane diceres ſuperficiem componi cum corpore ſiquidem corpus non componatur ex corpore & ſuperficie, neq; ſuperficiem ex ſuperficie & linea, ſed linea ex linea componi dicitur, & ſuperficies ex ſuperficie, & corpus ex corpore, quo igitur modo non diceres proprie materiam & formam componi, ſed formã fieri ex materia, hac ratione quoq; elementa ſimplicia appellare ſolemus quandoquidẽ in his non videatur eſſe compoſitio ſimilium, ſed congreſſus cõpageſq; materię & formæ quę diſſimiles ſunt. Demũ ea alteratione fieri inquit quæ ſecundum ſubſtantiam tranſmutantur, quoniam ſubiectum totum alteratur & nihil eius manet ſub forma nuper accedente. Nulla enim forma ſpermatis fœtuſq; permanet in generatione animalis, ſed totum vertitur & mutatur. Cum igitur quinq; modis habeatur generatio in his omnibus habetur ſubiectum & inuenitur, in quo ſeruato conficitur mutatio. Æquidem in his quæ transfiguratione fiunt ſubiectum eſt ceu æs, domus, in his quæ appoſitione coagmentantur, & coaleſcunt ſubiectum eſt animal, & planta. Item in his quę ablatione detractioneq; fiunt ſubiectum eſt lapis. Prętera in his quę compoſitione ſtrueque molimur ceu in domo lapides & ligna. In his demum quæ ſecundum ſubſtantiam vertuntur & tranſmutantur corpus ipſum & trina dimenſio ſubiecta ſunt, quare ex dictis cõſtat quod quemadmodum in omni eo quod fieri debet, eſt vna contrarietas qua illud fit, ſic etiam aliquod ſubiectum eſſe penitus oportet in quo cum agant & patiantur contraria generationem & corruptionem efficiant. Verum hos quinq; generationis modos poſſumus etiam in his quæ tranſmutantur ſecundum ſubſtantiam rimari & conſiderare, quippe natura non elementa inter ſe componat, ſed etiam alterari & cõponi velit, & ſic ex his ſperma efficit, quo etiam alterato carunculam producit, deinde eam auget, & tandem format. Dices præterea in his naturam operari ipſam detractionem. Nam detrahitur demiturq; de ipſo ſpermate & fœtu ſuperfluum, ſi quippiam fuerit & minime conduxerit ad ponendum animal. Ex omnibus igitur his dictis inquit perſpicuum eſſe, vt omne compoſitum factũ ſubiecto & forma cõſtet, ſubiectum autem duplex eſt, quodam formæ oppoſitum, quod etiam formam fugit, hęc ſane priuatio eſt, quodam autem quod permanet cum forma & recipit eã aduenientem, & hoc eſt materia. Item ipſum factum materia eſt, & id quod fit ipſa forma. Cum autem fieri multis modis dicatur, & quædam non ſimpliciter fieri, ſed hoc aliquid fieri, ſimpliciter autem fieri ſolis ſubſtantijs conuenit. Sæpe diximus Ariſtotelem generationem ſubſtantiarum ſimplicem appellare, & eam accidentium quandam generationem, idcirco in generationibus ſecundum ſubſtantiam ſimpliciter dicimus hominem fieri, in generatione autem ſecundum accidens nõ ſimpliciter fieri dicimus, ſed aliquid fieri. Albus enim fit, vel muſicus homo. Quod itaq; in generatione alicuius ſit ſubiectum patet. Verum inquiſitione opus eſt ſi hoc ſit etiã in generatione ſubſtantiæ, ac in generatione eorum quę ad aliquid aliud ſunt, quæ nanq; ad aliquid alterum ſunt eſſentiam ſuã obtinent quatenus ad alterum referuntur, ob id igitur cum dicere ad aliquid voluiſſet, dixit ad aliquid alterum. Propterea quod ſola ſubſtantia de nullo ſubiecto alio dicitur, cætera autem omnia de ipſa ſubſtantia dicuntur. Quoniam liquet in generatione accidentium eſſe aliquod ſubiectum, eo creditur ipſa neq; poſſe abſq; aliquo ſubiecto eſſe, quod quidem ſubſtantia eſt. Q̃m aũt ſubſtãtia de nullo ſubiecto dr̃, idcirco videretur generatio ſubſtantię ex ſubiecto non eſſe.

Primo de generatione vide hunc authorẽ & interpreti qd de auctiõe ſentiat.

Hęc pulchra ſunt.

Textus.

Textus.

Quod uero ſubſtantia et quæcũq; alia ſimpliciter ſiunt: ex ſubiecto fiant aliquo patefiet diligenter conſideranti. Semper. n. eſt aliquid quod ſubijcitur ex quo generatur id quod fit. Plantæ nanq; & animalia ex ſemine fiunt. Eorum autem quæ fiunt ſimpliciter: quædam quidem transfiguratione fiunt ceu ſtatua. Quædam additione: ut ea quæ augentur. Quædam ablatione: ut e lapide Mercurius. Quædam cõpoſitione ut domus. Quædam alteratione: ut ea quæ uertuntur ſecundum materiam. Omnia autem quæ hoc modo fiunt ex ſubiecto fieri patet.

Quinq; modis res fiunt.

Dicens (ſubſtantia) ad magis cõe peruenit, q̃m & ſimpliciter omnia fiunt. Nam communiter demonſtrabit in cunctis quodam ſubiectum prorſus opportunum eſſe. Diuidit autem quod iam dixi, omnia quæ fiunt in quinq; modis, in quibus omnibus oſtendit opportunum eſſe ſubiectum. Sed iam omnes diuiſim ac ſigillatim pertractauimus.

Quare ex dictis conſtat: omne quod fit ſemper eſſe compoſitum. Atq; eſt quidem aliquid quod factum eſt: & aliquid quod hoc fit.

Compoſitum ex materia & forma, quarum factũ eſt forma, & ipſum quod fit materia. Nam materia fieri dicitur id quod quidem forma eſt, q̃m ſuſcipit eam. Verum ſuperius appellauit factum, ipſum ſubiectum, hic vero vocat ipſam formã. Nam eſt aliquod factum inquit, id eſt forma, atq; aliquid quod hoc fit id eſt materia. Nam ipſa fit quædam forma.

Et hoc eſt duplex. Nam aut ſubiectum eſt: aut oppoſitũ. Atq; opponi quidem immuſicum: ſubijci autem hominem dico. Et inſigurationem et informitatem uel inordinationem oppoſitum: æs autem aurum: lapidemq; ſubiectum.

Et idem inquit ſubiectum ratione compoſitum duplex eſt. Quodã. n. opponitur ipſi formæ, & hoc eſt priuatio. Quodam vero ſubijcitur & permanet vna cũ forma adueniẽte) & cum ipſa compoſitum pficit.

Conſtat igitur quoniam ſiquidem ſunt cauſæ & princi-

pia eorum quæ ſunt natura: ex quibus primis ſunt ac facta ſunt non per accidens: ſed unumquodq; quod dicitur ſecundum ſubſtantiam: omnia fieri ex ſubiecto ac forma. Componitur enim muſicus homo ex homine quodammodo & muſico. Nam rationes in eorum rationes diſſolues. Vniuerſa igitur quæ fiunt ex hiſce fieri conſtat.

Conſtat (inquit) ſiquidem ſunt principia rerũ quæ natura ſunt ex quibus primis cum inſunt vnumquodque fit & perficitur, quoniam hæc ſunt ex quibus cõponitur vnũquodq; veluti ex ſubiecto & forma. Nã hæc ſunt primo componentia vnumquodq; naturale. Si ergo principia ſunt prima componentia, & materia formaq; ſunt ea quæ primo componunt, itaq; ipſæ erunt prima principia omnium rerum naturalium ex quibus primo ſunt, vel fiunt. Recte dixit, ſunt vel fiunt. Nam hoc verbum (ſunt) accommodatur vniuerſitatibus totalitatibuſq; elementorum & cœleſtibus. Illud vero (fiunt) accommodatur omnibus his quæ ſecundum partem, & diuiſim generantur & corrumpuntur. Dicit item non per accidens, ſed vnũquodque id quod per ſubſtantiam dicitur. Componitur enim ſtatua ex rubeo & ære, ſed per accidens ex rubeo. Vnde ſicut in materia eſt aliquod per accidens, ita etiam in formam. Nam dicit ſolet ex ſtatua trium cubitorum quidpiam fieri, ſed eſſe trium cubitorum eſt cauſa per accidens. Ars enim per ſe ſtatuã facit, tricubitum vero per accidens. Componitur muſicus homo quodammodo ex homine & muſico. Nã rationes in eorum rationes diſſoluens. Quod homo muſicus ſit compoſitum facit fidem ex reſolutione eius, quippe vnumquodq; reſoluatur in his ex quibus componitur. Nam rationem hominis muſici diſſolues in rationes ex quibus conſtituitur dico ſcilicet in rationem hominis, & in rationem muſici. Diffinitio enim hominis muſici reſoluitur in diffinitionem hominis, & diffinitionem muſici. Scribitur etiam in nõnullis codicibus (& in quoſdam terminos.) Nam reſoluitur muſicus homo in hominem, & in muſicum. Addidit non incaſſum illam particulam (quodammodo) quoniam componẽtia vel corpora ſunt, vel res quæ per ſe ſubſtant. Muſicum autem neq; corpus eſt, neq; per ſe ſubſtat, ſed in ſubiecto eſt.

Textus.

Verba I aliis codicibus.

Eſt autem ſubiectum quidem numero unum: forma autem duo. Nam homo: & aurum: & prorſus materia numeratilis eſt. Eſt enim hoc aliquid magis & non ſecundum accidens ex quo fit id quod gignitur. Priuatio autem ipſum oppoſitum accidens.

Cum oſtendiſſet dupliciter priuationem a materia diuerſam eſſe tum nominum pronunciatione, tum etiam ipſa rerum natura. Nunc proponit oſtendere quomodo ſe habeant principia ad eſſe & eſſentiam rei conſtitutę. Verum eodem modo materia & priuatio ſint principia, vel non, & quomodo vtraq; ſint principia. Vt igitur hoc inueniat, prius quærit quomodo ſe habeant ad eſſentiam vt ſit. Nam vt ſe habẽt ad eſſe, ita ſe habebunt profecto ad id quo principia eſſe dicuntur. Eſt igitur proprie ens hoc aliquid & indiuiduum, ſeu numeratile, loquor modo de rebus naturalibus. Vnum numero autem, & hoc aliquid eſt proprie ipſum compoſitum hoc ſcilicet demonſtratum. Vnde igitur compoſito accedit immiturq; hoc aliquid, inquit id magis ipſum a materia q̃ a formã obtinere, quoniam forma quam primum a materia ſe paratur interit & corrumpitur. Materia autem manet. Præterea forma ſine materia non ſubſiſteret, materia vero & ſi aliquando non ſit ſine aliqua forma tamẽ quo ad propriam eius rationem eſt ſine forma, quare cõpoſito accedit, ut potius a materia q̃ a forma per ſe ſubſiſtens ſit quod hoc aliquid, vnum numero, & hoc ens appellare ſolemus. Materia igitur eſt ens & proprie ens, priuatio autem non poteſt numerari in ſingulis rebus neq; hoc aliquid eſt, quippe ſit indefinita, quare neq; proprie ens erit, ſed per ſe quidẽ nõ ens, & ſi ens eſſet hoc aliquid per accidens erit ens, quoniam in ente eſt, id eſt in materia, quare ſi materia per ſe & proprie ens eſt, & priuatio per ſe non ens, iure erit ens per accidens, quo fit vt hæc quemadmodũ ſe habent vt ſint, ita ſe habent vt ſint principia, igitur patet materiam proprium & per ſe principium eſſe, priuationem autem per accidens. Et vt ſummatim dicamus, rerum quædam ſunt duntaxat non entia, quædam ſolum entia, quædam partim entia, & partim nõ entia. Ea igitur ſunt duntaxat non entia quæ prorſus nihil ſunt, & ea ſunt entia ſolum quæ ſunt formæ, q̃m eis innatum eſt non ſimul eſſe cum priuationibus, ſiquidem oppoſita ſimul coniungi nequeant. Ea vero quę partim entia ſunt, & partim non entia, ſunt materia & priuatio. Verum materia per ſe ens eſt, & per accidens non ens, q̃m in ea eſt aliquod non ens. i. priuatio, ex hoc etiam conſtat quomodo forma ſit duntaxat ens. Priuatio autem per ſe quidem eſt non ens, per accidens vero ens. Vt igitur ſe habent ad id quo ſunt entia, ita ſe habebũt ad id quo principia ſunt, quare ſi materia quidẽ per ſe eſt ens, etiam per ſe erit principium, & proprie principium, ſed priuatio q̃m per accidens eſt ens, etiam per accidens erit principium. Neq; enim priuatio quippiã confert ad rei exiſtentiã, ſed ſolum ſua abſentia confert nonnihil ad generationem rerum. Hæc igitur dicens quæ iam dixit in ſummam collegit, q̃m perſpicuum eſt ex omnibus dictis quot & quæ ſint principia, quandoquidem aliquomodo tria ſint, & quodammodo duo. Nam ꝓprie duo ſunt principia materia & forma, quippe quę ipſas res compleant, & maxime conferant vt ipſe ſint. Dicito tñ aliquo pacto tria principia eſſe, quoniam priuatio etiam confert aliquomodo ad generationem rerum. Nam oportet priuſquam forma recipiatur, vt materia priuetur ea, deinde eam priuationem abijciẽs hoc modo formã recipiat. Quo pacto itaq; ſint tria principia & duo perſpicuũ eſt. Sic etiam affirmabis principia partim eſſe contraria, partim vero non contraria. Nam cum quoduis minime a quouis temere patiatur, ſed contrarium a cõtrario, ita non abſq; ratione dicendum eſt cõtraria eſſe principia. Verum quia contraria per ſe ipſa non idonea ſunt agere neq; pati inter ſe opinatur non oportere vt penitus principia ſint contraria, ſed ſufficit alterum contrariorum præſentia, vel abſentia res generare & producere. Diſſoluit autem quandam oppoſitionem apparentem dicendo operepræctium eſſe ſubiecto & contrarijs, verum altero contrariorum cum ſubiecto tanquam his quæ complent perficiuntq; rei ſubſtantiam, altero autem ſcilicet priuatione per accidens, quæ cum ipſe

Hic locus fauet his q̃ mãs principiũ indiuiduationis ponunt.

dicat,

Duos modos cognoſcendi mām Plato dedit.

dicat, deinde modum afferi quo materiā cognoſcere poſſumus. Sciendum autem eſt, quoniam Plato ante ipſum duos modos eſſe tulit, quibus in materiæ cognitionem venire quimus, vnum profecto ex ablatione cum nos dicimus materia non eſt equus, neq; homo, neq; prorſus aliquod corpus, ſed quodā alterum pręter ipſa, quod quidem hiſce omnibus ſubijcitur, hoc præterea modo inquit primam cauſam cognoſci ſiquidem de eadem non ſit aliquod affirmandū, ſed ex ablatione ipſius cognitionem aſſequimur dicentes ipſam non eſſe corpus, neq; animum, neq; mētem, neq; illud quippiam ſed aliquod alterū præter ipſa quod omnibus ſupereminet. Idcirco inquit materiam primæ cauſæ tum ſimilem eſſe, tum etiam diſſimilem, aſſimilatur inquam quoniam ex ablatione omnium rerum vtrecq; percipiuntur, diſſimilis autem eſt quoniam cum de materia diſſerimus, ipſam non eſſe aliquod ens affirmamus, ſed quodā alterum ab his omnibus quibus tamen deterius eſt & cūctis ſubiectum. At prima cauſa licet non ſit aliquod ens eorum quæ exiſtunt, attamen cunctis melius ac ſupereminens eſt, igitur materia ei ſimilis atq; diſſimilis eſt. Nam illius ablatio melior eſt, huius autem ſcilicet materiæ deterior. Similitudo inquam eſt quoniam ipſa ſine forma eſt, diſſimilis autem, quoniam prima cauſa eſt ſupra formam, materia vero inferior forma vel prope. Is itaq; eſt vnus modus cognoſcendi materiam. Secundus autem eſt per proportionem quo etiam nunc Ariſto. vtitur, quoniam quam proportionem æs habet ad omnia vaſa & lignum ad omnia vaſa lignea, eandem etiam rationem habet materia ad omnia entia. Nam quo pacto ſi vellemus ceco quandam naturam ligni deſcribere, duceremus ipſum in cognitionem ligni dicentes illud eſſe lignum quod neq; lectus eſt, neq; ianua, neq; abaculus, neq; aliquid aliud vas, ſed id eſt quod his cunctis ſubſterneretur, atq; id eſſe quod cū nullam formam in ſua ſubſtātia non habet idoneum eſt omnes recipere, ſic etiam deduceremus quempiam ad intelligentiā materiæ aſſerentes ipſam nullam formam naturalem eſſe, ſed illud quod omnibus ſubiacet & ſubſternitur materiam eſſe. Vnde & Plato ipſam extera cognitione comprehēdi aſſeruit, quoniam aſſequi ſubſtantiam eius, & quid illa ſit cognoſcere impoſſibile eſt. Verum ex negatione aliorum, & ex proportione intelligentiam conceptionemq; ipſius obtinemus, quo rurſus pacto aſſerit nos in cognitionem primi venire, cuius ſimulachrum vnum & ſolum aiunt eſſe Solem. Nam alias virtutes quæ habent particulares actiones dixere ſimulachra eſſe ad proportionem cuiuſcunq; actionis. Verum tamen primi & omnium maxime cauſæ inuenerunt vnum & ſolum ſimulachrum exemplarq; naturale ipſum Solem. Nam quo pacto Sol omnibus rebus mundanis pręſtat, eo etiam omnes res licet incomparabili excellentia primum excellit, & quemadmodum ſol cuncta illuminat, ita & illud omnia bona efficit, quatenus vno acceſſu ſtudioq; vnumquodq; iuxta ſuam mēſuram actione optimi opificis participat, ſicut etiam ea quæ lumen ſolare capiunt iuxta vim & potentiam participant vna actione illius qui cuncta illuminat. Cæterum ad pręſentem textum. Eſt autem ſubiectum quidem numero vnum, forma autem duo. Quoniam proxime dixit omnia fieri ex ſubiecto & forma, & cuncta quæ fiunt Ariſt. reduxit ad iſta duo principia, nunc ait hoc ſubiectum non eſſe ſimpliciter vnum, ſed numero vnum, ratione autem duo. Nā in ſe habet priuationem, quæ a materia ratione differt, quippe aliam aſſignabis materiæ diffinitionem, & aliam priuationis, ceu hominis & immuſici. Prius igitur oſtendit vtrunq; componentium compoſitum ſimiliter vnum eſſe. Homo enim & aurum (ac prorſus materia numeratilis eſt.) Eſt enim hoc aliquid magis, & non ſecundum accidens, ex quo ſit id quod gignitur. Quoniam dixit ſubiectum eſſe vnum numero, forma autem duo, vult hoc idem oſtendere, & ex eodem ſimul ſtudet inducere, quomodo vtrecq; ſint principia. Inquit igitur materiam eſſe numeratilem, quoniam hoc aliquid eſt muſici materiæ homo, qui ſane hoc aliquid eſt, & numeratilis. Item lignum etiā lecti numeratile eſt. Atqui immuſicam, & deformitatem hoc aliquid eſſe dicere non licet, tum quia non habet terminum tum etiam quia ſubſtare non poteſt. Nam hoc aliquid eſt aliquod ens, quod vero non eſt hoc aliquid, non erit proprie ens. Hoc igitur eſt eorum diſcrimen. Habes hic etiam quomodo vtraq; ſit principium. Nam materia cum ſit hoc aliquid, & perficiat compoſitum per ſe principium erit. Priuatio autem non eſt per ſe hoc aliquid, quoniam non apparet in compoſito quemadmodum materia, quoniam accidit principio per ſe dico ſcilicet ipſi materiæ. Idcirco erit principium per accidens. Verum cum dicit homo & aurum ad vniuerſale vltra procedit adijciens & prorſus materia. Atqui dicendum eſt formam magis eſſe hoc aliquid q̄ materia. Verum (vt dicebamus iam) comparatio hæc ſit inter materiam & priuationem, quoniam materia eſt magis hoc aliquid q̄ priuatio. Hoc autem dico propter materiam primam, quippe quæ per ſe non ſit numeratilis, tamen eſt magis numerabilis q̄ priuatio, quoniam ad conſtituendum compoſitum ꝙ quidem eſt proprie hoc aliquid materia magis cooperatur cum permanet, & in ipſo poſſit aliquomodo conſpici. Priuationis ergo præſentia forma non apparente magis materia quam priuatio numerabilis eſt. Subiunxit demum (priuatio autem & oppoſitum accidens) nō velut aliquod alterum ſignificans præter priuationē, cū de eodem ambo dicantur, priuatio nāq; & quoddam oppoſitum eſt.

Damaſcen⁹ Theologus, Auguſtinus Theologus imitites Platonez dixere deū cognoſci poti⁹ p negatione q̄ p affirmationez. Sed quō ſm Pla poſſum⁹ cognoſcere deū, vide Plotinū in libris ſuis q enneades uocāt itē vide Marſiliū ficinū in Theologia. Itē lege tu librū Parmenidis de ente & vno.

Quocirca Homer⁹ vocauit ſolē deorum pręceꝫ. Vide Pla. in libro de recta nominū rōne. De dei bonitate lege philonē iudeuꝫ, atq; Phil. de mundo. De ſimilitudine ſolis ad deū lege Porphiriū Iāblicum Procliū q nituntur exponere quo inuocare deū ſupra

illo Timęi paſſu vbi docet nos Pla. i pncipio cuiuius m... gn vl' paui opis inuocare deum ipſe nos illuminet, pulchra naq; itelliges

Pōderatio verbo℞ textus.

Obiectionez quādā tollit. Ex his hr ꝙ mi i forma & copoſitū dicatur hoc aliqd verū non eodē modo.

Forma autem eſt unum: ceu or do: uel muſica: uel eorum aliquid quæ ſimili modo dicuntur prædicanturue.

Hoc continuum eſt ſuperioribus verbis. Cum dixit. Eſt autem ſubiectum quidem numero vnum forma autem duo, deinde ſequitur hoc ſcilicet forma autem eſt vnum, verba vero quæ media ſunt priorem ſententiā probant. Inquit igitur ꝙ non quemadmodū ſubiectum eſt ratione duo ita & forma, ſed ipſa eſt ratione & numero vnum. Sed ſi forma vnum eſt, patet etiam ipſam eſſe vnum numero & hoc aliquid, quæ ſecundum aliud magis eſt hoc aliquid q̄ materia, quippe per ipſam vnumquodq; dicatur eſſe hoc aliquid ceu homo, equus. At ſecundum aliud magis materia eſt hoc aliquid q̄ forma, ſiquidem omne hoc aliquid ſit per ſe ſubſtans & non in alio ſubſiſtens. Cōpoſitum nāq; per ſe ſubſtare magis a materia q̄ a forma, ſiquidem forma ſine materia eſſe nequeat, & ma-

teriam ſine forma concipere intelligereq́ poſſimus, vt æs ſine formis artificialibus. Item quatenus materia propria ratione ſubijcitur per ſeipſam. Nam ipſa forma non eget vt ſit, ſed vt ornetur & decoretur.

Quapropter ipſa principia tum duo: tum tria dicenda ſunt: tum etiam contraria: ceu ſiquis dicat immuſicum & muſicum: calidum & frigidum: aut conueniens & inconueniens. Tum etiam ut non contraria. Nam fieri non poteſt ut mutuo contraria patiantur. Soluitur autem & hoc quia aliud eſt ipſum ſubiectum. Hoc enim non eſt contrarium.

Duo quidem ſiue materia & forma fuerint vt diximus, ſiue contraria, quod vero intelligenda ſint cõtraria videtur conſonum id quod ſubiungit. Tum etiam vt contraria. Tum etiam vt non contraria. Nã cum generatio & corruptio fiant, quia contraria agunt & patiuntur, videbuntur principia contraria eſſe. Nam contraria agunt & patiuntur, quare duo principia ſunt contraria. Videbunt & nõ eſſe cõtraria principia, quoniam ipſe contrarietates per ſeipſas nõ ſunt idoneæ agere inter ſe viciſſim. Sed inquit hanc etiam dubitationem ſoluemus ſi ſubiecerimus tertiã quandam naturam contrarijs circa quam nonnullæ contrariæ affectionea, generationes & corruptiones verſantur, quare conſtat ex his tria aliquomodo eſſe principia vt contraria & ſubiectum, & aliquomodo duo, vt forma & materia, forma nanq́ ſua præſentia, & abſentia generationem, & corruptionem facit.

Quare neq; plura principia contrarijs quodammodo ſunt: ſed duo: ut ita dicã numero. Neq; rurſus penitus duo: quod ipſorum ratio eſt diuerſa: ſed tria. Diuerſa enim eſt hominis ratio: & immuſici: & figuræ expertis: & æris.

Non hoc inquit quod contraria ſolum ſint principia, ſed quia numero non erunt plura principia aliquomodo, ideſt ſecundum quantitatem. Dixit plura cõtraria pro hoc ſcilicet plura quam duo aliquo modo non ſunt. Et quod hoc dicat perſpicuum eſt ex his quæ inducit (ſed ſolum duo) vt ita dicam, numero. Neq́ rurſus penitus duo, qm̃ diuerſa eſt ratio ipſorũ. Nam & ſi duo principia materia & forma ſunt, attamen quia eſſentia & diffinitio materię non eſt eadem quippe ſecundum aliud ſit materia, & ſecũdum aliud forma priuetur, quod exẽplis perſuadet, inquit enim hominis rationem aliam eſſe, & aliam immuſici, quocirca cum homo callet muſicem homo quidem eſt, licet immuſica habeat, cedit enim priuatio formæ.

Quot igitur ſint principia naturalium quibus generatio competit: et quonãmodo ſint tot ſatis diximus. Patet etiã aliquid ipſis contrarijs ſubijci oportere: & contraria duo eſſe. Modo autem quodam alio non neceſſarium eſſe. Erit enim ſufficiens alterum cõtrarium ſui abſentia præſentiaq; ad faciendum mutationem.

Vt hic fauere Thomę & fratri Egidio Heremitę q ſentiũt mãm in cœlo eẽ & diſſentire ab Auerroe tñ nihil ex hoc certi hr̃ qd ſẽſerit i hac re ſoĩnes cũ alibi mãʒ ad locũ ſolũ in cœlis collocet.

Non dixit naturalium ſolum, ne cœleſtia prætermiſiſſe videatur, ſed dixit naturalium quibus competit generatio, quippe priuatio i cœleſtibus rationem principij non ſubeat ſed ſolum ibi materia & forma ſunt. Illud itaq́ quibus generatio competit, ob id dixit, ſubiunxit autem (naturalium) ob ea quæ ope intellectus fiunt, quippe in his neq́ formam, neq́ materiam ſpeculemur niſi quadam proportione & ſimilitudine, ceu ſyllogiſmi materia dicuntur propoſitiones, & forma concluſio. Et contraria duo eſſe, merito quoniam contrarium alicui contrariũ eſt, quum nihil ſit ſibijpſi contrarium. Modo autem quodam alio nõ neceſſarium eſſe. Nam forma locum priuationis & vicem ſupplet, forma æquidem abſens faciet corruptionem, præſens autem generationẽ igitur ſufficiens eſt alterum contrariorum cum materia in rationem principij complexum atq́ acceptum.

Natura autem ea quæ ſubijcitur ſimilitudine ac proportione ſub ſcientia cadit. Vt enim æs ad ſtatuam: aut ad lecticam lignum: uel ad aliquid aliorum quæ formam habent materies atq; in forme ſeſe habet anteq̃ recipiat formã: ſic ad ſubſtantiam & hoc aliquid: ac id quod eſt hæc ſe habet.

Hic qui ſit modus cognoſcendi materiam ponit, quoniam proportione & ſimilitudine. Diximus autem Platonem etiam modo percipiendi materiam ablatione vſum fuiſſe. Sic ad ſubſtantiam, & hoc aliquid, ac id quod eſt hęc ſe habet materia. Vnde in his verbis procedit ad magis vniuerſale cum dicit ac id quod eſt. Nam materia ſubiecta ſubſtantijs, per ipſas profecto & accidentibus ſubijcitur. Et ſic ſyllogiſmo ratiocinatur. Materia ſubſtantiæ ſubijcitur, ſed ſubſtãtia accidentibus ſubijcitur, igitur materia accidentibus ſubijcitur.

Hæc igitur unum principium eſt: non tamen unum: neque ita unum ens perinde atque hoc aliquid. Vnum etiam principium ratio. Item & huic contrarium ipſa inquam priuatio. Hæc autem quomodo duo ſint: atq; plura paulo ante diximus.

Repetit rurſus principiorum numerum. Eſt igitur tandem materia vnum principium. Verum & ſi vnũ appellatur, tamen non ita eſt vnum aliquid & numerabile ſicut hoc aliquid quod ſane compoſitum eſt. Hoc enim eſt & particulare, & proprie numerabile. Nam & ſi compoſito merito materiæ ineſſe competeteque hoc aliquid dicebamus, attamen hoc aliquid & magis numerabile eſt ipſum compoſitum. Neq́ mirum eſt, quoniam corpora etiam patiuntur merito materiæ, quippe ob materiam huiuſmodi corpora aptitudinem habeant, attamen materiam cum ſecundum ſeipſam contemplabimur expertem paſſionis penitus eſſe fatebimur. Poſſunt autem hæc verba. Non tamen vnum, neq́ ita vnum ens perinde atq́ hoc aliquid de forma accipi, vt hoc aliqd dicat ſignificetq́ formam. Nam vnumquodq́ per formam eſt. Quocirca vnum & hoc aliquid de forma magis diceretur, quod ſane fit quia forma ſemper vna & eadẽ eſt nullam alterationem ſuſcipiens. Materia vero varijs diuerſiſq́ modis alteratur & tranſmutatur ſecundum diuerſos modos ſuſcipiendi formas. Eo igitur quod forma ſemper manet, & materia diuerſis alteratur, hac ratione formam magis eſſe vnum dixit q̃ materiã. Verum quatenus materia non eget altero ſubiecto vt ſit quẽadmodum forma eget materia, ſed per ſeipſam ſufficit ſubſiſtere, erit hoc modo magis hoc aliquid materia q̃ forma. Sed quomodo materia magis ſit hoc aliquid, & quo magis ipſa forma prædictis abſoluimus. (Vnum etiam principium ratio) In Græco codice ponuntur ambo articuli hic, & Textus
hæc, prope illud nomen (ratio) Rationem vero (vt

ſæpedíximus

Quęd13 hic adaciunt pp loci expōn: aliter loc⁹ ī intelligeret. ſæpe diximus) formam vocāt, cum igitur dicat principium materiale, dicit etiam formale: & at formam etiam eſſe vnum principium, quo ordine igitur ſubiecit duos articulos de eodem quatenus ratio eſt principium, cum principium in Græco per articulos fœmininos flectatur ſuīe fœmininum articulum adiecit. Quoniam vero ratio in Græco eſt maſculini generis ei adiecit maſculinum articulū, ob id igitur duos articulos ſtatuit ordinauitq; de eodem fœmininum ſcilicet & maſculinum, per fœmininum principium inſinuat, & maſculinum rationi adiecit ac ſi dicas, ſed alterum principium eſt ratio, ideſt forma.

Primum igitur dictum eſt contraria ſolum principia eſſe. Deinde neceſſarium eſſe quoddam etiam aliud ſubijci: triaq; eſſe. Ex his autem quæ nunc diximus patet quæ nam ſit differentia cōtrariorum: & quomodo principia mutuo ſe habent: & quid ſit ipſum ſubiectum.

Hic omnia dicta ſummatim colligit, & epilogum facit. Et quomodo principia mutuo ſe habeant, quoniam quædam eorum per ſe ſunt principia, quædam vero per accidens. Item materia & priuatio ſunt numero vnum. Et materia aſſimilatur fœminæ, & forma maſculo, & quæcunq; alia de ipſis dixit.

Sed vtrum forma ſubſtātia ſit an ſubiectū nondū cōſtat

7.& 8. Meta. Cōtēplationem de his in libris metaphyſices prorogat & differt. Ibi vero quærit an forma ſit ſubſtantia nec ne, & quomodo ſit principium. Item ſi omnis forma corruptionis expers ſit, an quædam ſint corruptibiles. Præterea indagat ꝙ ſi non omnis forma incorruptibilis eſt, quomodo omnis ſit principium. Et vt breuiter dicamus, illic ab eodem hæc dicuntur de ipſa forma. Inquit ergo quod vtraq; vt ſit vna magis ꝙ altera ſubſtantia, habet aliquid peculiaris conditionis. Nam materia magis ſubſtantia eſt ꝙ forma quoniam materia res quædam per ſe ſubſiſtens eſt, quandoquidem forma ſine materia eſſe non poſſit. Et materia econtrario non indigeat forma vt ſit. Forma

Idem ſupius dixit. quoq; magis ſubſtantia eſt ꝙ materia ſiquidem materia formæ præſentia ornetur ordinetur & terminetur, et ipſa ornet & terminet. Item quia vnumquodq; ens nō per materiam ſed per formam impreſſum diſtinguitur, quare ſecundum aliquid materia magis ſubſtā tia eſt ꝙ forma, et ſecundum aliquid forma ſubſtantia magis eſt ꝙ materia.

Conſtat ūte tria principia rerum eſſe: & quonā pacto tria: & quis ſit ipſorum modus. Quot igitur & quę ſint principia rerū ex hiſce quę explicuimus conſiderandū ſit.

Dixit quonam pacto pro qualia ſint tria, quoniam materia forma & priuatio ſunt principia. Et qs ſit modus ipſorum diximus, quoniam quædam ſunt principia per ſe, quædam vero per accidens, & quod materia eſt ſubiectum, & quod forma terminet & ornat ipſam, ceu ſtatuæ forma ipſa terminat & ornat.

Poſt hæc autem & iterum dubitationem vno modo ſic ſolui dicamus:

Inditium tunc eſt quod rationes rectę ac ſcientifice habitæ ſint, quando tales cum traduntur & fiunt de ipſa re eiuſdem rei naturam nobis exhibent ac explicant & dubitationes quæ afferuntur contra ipſam diluunt ac diſſoluunt. Sunt nanq; huiuſmodi rationes de principijs rerum naturalium ab Ariſto. traditæ, quippe quæ communiſſima rerum naturalium principia affatim abundeq; nobis explicauerint, & dubitationes quæ aduerſus ipſa principia a nonnullis allatæ fuerunt per eaſdem diſſoluemus quod quidem in præſentia Ariſto. facit. Adducuntur autem in medium dubitationes de rebus naturalibus quas olim in rationibus cōtra Anaxagoram commemorauimus. Cōſimile fere 4 libro dicit. Eæ autem ſunt quæ videntur generationem de medio tollere. Inquit enim cum antiqui veritatem inquirere vel inuenire niterētur imperitia dialecticæ a veritate longiſſime receſſerunt, ac putauerūt penitus generationem non eſſe. Nam aiunt ſi fieri aliquid poteſt vel ex ente illud fiet, vel ex non ente, ſed ex ente fieri non poteſt, quomodo enim ens fieret, alioquin prius eſſet ꝙ generaretur, neq; fieri poteſt ex nō ente, quoniam impoſſibile eſt aliquid ex non quodam præſuppoſito fieri, atq; omnium philoſophorum communis ac eadem eſt opinio, vt nihil ex non ente prorſus fiat. Nam oportet id quod producendum eſt anteꝗ generetur habere quandam potentiam & aptitudinē qua illud generari queat. Si enim anteꝗ aliquid fieret, gigni nō poſſet, neq; fieret. Neceſſe igitur eſt vt prius quam fiat potētiam habeat vt generetur. At id quod poteſt fieri aliquod ens eſt, & ipſa potentia, nihil igitur ex nihilo fit, quare videtur neq; omnino generationem eſſe, ob id igitur generationem de medio tollentes ſegregatione cōgregatione & poſitione hiſce talibus res fieri produciq; dixerūt. Ex eodem principio (inquit) cum cæpiſſent, multitudinem ex rebus tollebant. Nam vno abſurdo dato (vt ipſe inquit) infinita ſequentur. Ex eo enim generationem auferebāt, quod generabilibus non ens ſubijci nō poteſt ex quo fierent. Nam ſi non ens ipſis ſubijceretur, accideret ex hoc non ens fieri, & ſic multitudinē tollebant. Nam ſi multitudo eſt, etiam diuerſitas erit, quare ſi hoc conceditur etiam non ens erit, quoniam Socrates non eſt Plato, quare Socrates eſt non ens, quippe qui Plato non ſit. Præterea ens eſt, quoniam Socrates eſt, idem itaq; erit ens & non ens, quod quidem fieri nequit, quod ſi hoc impoſſibile eſt, multitudo etiam in rebus eſſe non poterit, quare ens fieri non poſſet, & immobile foret. Illi ergo ex his tollebant de medio generationem ob imperitiam dialecticæ diſciplinę, quanꝗ recte cum de generatione diſſererent ex diuiſione rationem deduxerint, ea præſertim diuiſione quę fit per contradictionem dicētes quod ſi quippiam fit, vel ex ente fit, vel ex nō ente. Nā contradictio eſt inter ens & non ens. Verum praue vtebantur diuiſione. Neq; enim ens vnam quandam rem ſignificare poteſt, eodem etiam modo non ens, oportebat igitur in diuiſionem hęc etiā afferre, & ita omnes partes diuiſionis conſiderare ſi contingit ſecundum aliquid eorum fieri generationē. Nam ambigua æquiuocaq; vox ens eſt, ſimiliter & non ens. Etenim ſimpliciter non ens nihil eſt. Item neq; ens eſt cōis quædam natura, ſed ſolum vox æquiuoca quæ de pluribus prædicatur, qm̄ ens vel eſt ſubſtantia, vel quantitas, vel qualitas, aut aliorum vnumquodq; ſimiliter. Eodem etiā modo Non ens vox æquiuoca. non ens vnū aliquid & ſimplex non ſignificat, ſed vel ſimpliciter non ens quod quidē prorſus nihil eſt; vel

non ens aliquid. Nam ſubſtantia eſt aliquod non ens, quippe quæ non ſit quantitas, vel qualitas, neq; ſimiliter aliquid aliorum. Vnde quippiam poteſt eſſe tũ ens, tum et tũ non ens ſecũdum aliud atq; aliud, ens nãque aliquod eſt ſecundum aliud, & nõ ens ſecundum aliud. Illi ergo ob imperitiam dialecticæ diſciplinæ in hanc ignorantiam inciderunt, quare (inquit) veteres ratione impulſi ac victi generationem & multitudinem quæ ſunt cuiq; manifeſtæ de medio tollere nitebãtur. Verum Ariſt. ex rationibus quas de principijs tradidit has dubitationes exoluit. Diximus enim principiorum quædam eſſe per ſe ceu materiam & formam, quædam vero per accidẽs vt priuationem. Vnde ex hac diuiſione per ſe & per accidẽs ſoluit dubitationem, & ex alia qua dicitur aliquid eſſe in potẽtia vel in actu. Si enim ſimpliciter fiebat aliquid perſpicuũ eſt ex ſimpliciter non ente fieri. At modo aliquod ſit, & non ſimpliciter, igitur ex quodam nõ ente ſit. Nam ſicut ſimpliciter ens ex ſimpliciter nõ ente ſit, ita aliquod ens ex aliquo non ente producitur, ſed ſimpliciter non ens gigni non poteſt, alioquin ex eo ꝙ prorſus eſt non ens generaretur. Et hæc ratio apud eos maxime valet. Quoniam ergo factum non ſimpliciter ſit, ſed aliquid, & illud ex quo ſit aliquid, partim aliquod nõ ens erit, et partim aliquod ens erit, factum autem ipſum compoſitum ex materia & forma, et omne huiuſmodi eſt actu ens, quomodo igitur dicemus id quod ſit ex ente fieri, ceu cum ignis ex aere producitur, fatebimur nanq; ex non ente per ſe videlicet ex aere ignem produci. Nam licet aer ſit ens ꝑ ſe, nõ tamen ex eo tanq; ex ente per ſe ſed per accidẽs hoc modo producitur. Nam principiũ per ſe id paulo prius appellauimus, quod pars genitũ ſit, ceu ſunt materia & forma, ſi ergo aer non ſit pars ignis, profecto non per ſe ex ente per quod eſt aer ignis producetur, ſed accidit vt id ſit per ſe, ex quo gignitur, dico ei licet materiam aeris formam habere. Nam ad producendum ignem forma aeris nihil confert, cum ignis nihil minus fiat ex aqua & terra, & cæteris omnibus compoſitis. Si ergo conſideramus id ꝙ ſit ex materia produci, fatebimur ex eadem veluti ex ente per ſe illud fieri quippe materia ſit ens per ſe, & per ſe fiat id quod ex quippiam ſit, quandoquidem materia eius pars euadat. Et nihil abſurdi incommodiq; eſt, quoniam materia nõ eſt illud ens quod gignitur, ſed aliud eſt ipſa, & aliud quod gignitur. Veteres autem generationem ex materia nequaquam intellexerunt, ſed de particularibus generationibus dubitationes excitabant & afferrebant, quoniam cum aerem ignem fieri viderent, & aer eſſet qui ſit ignis, ens itaq; fieri afferebant. Nos igitur ad ipſorum dubitationes reſpondentes dicimus ꝙ ſi ex aere ignis gignitur, non tamen ex eodem producitur quatenus aer eſt, ſed per accidens, quoniam ſubiecto accidit vt aeris formam habeat, quare & ſi ex ente producuntur ea quæ ſiunt, attamen non quatenus ens eſt, ſed quatenus accidit ei ex quo per ſe ſit, ideſt materiæ ens eſſe ſcilicet informatam. Item quũ ex non ente non quatenus nõ ens quippiam fieri affirmabimus. Neq; enim ex eodem ſit id ꝙ producitur, quippe priuatio ignis nõ ſit eius pars. Aſſerimus igitur ignem ex non ente fieri, ſed non ex non ente ſimpliciter, quinimmo ex quodam non ente. Nam ſit ex non igne, quanq; non per ſe ex non igne fiat, ſed per ſe ex ſubiecto. Verum quia hoc habet priuationem ignis quod quidem eſt per ſe non ens, idcirco dicimus ignem ex non ente fieri licet per accidens ex non ente produci dicatur. Et ſi proximam generationem conſiderabimus, in aere profecto ignis priuatio eſt. Nam aer non eſt ignis, ideſt aliquod nõ ens eſt, igitur ex non ente ſit. Verum non per ſe ſed per accidens, per ſe autem ſit duntaxat ex ſubiecto et materia. Sed ſi ex materia quæ eſt ens per ſe, ac ex ea veluti ex per ſe ente ſit aliquid, nihilominus abſurdum deducitur ſcilicet factum præfuiſſe anteq̃ fieret. Dicimus neque illud reuera fieri quod iam eſt, ſed aliud quidem eſt, aliud vero generatur, ita etiam in cunctis quæ natura producuntur, dicẽdum eſt. Nam cum generationem eorum ex materia & trina dimenſione conſiderabimus idem accidet. In omni ergo generatione, quippiã eſt ex prima materia, & ex proxima, atq; ex ente & non ente, & inter hæc nõ eſt cõtradictio, quippe non ſecũdum idem & eodem modo intelligamus ens & non ens, ſed ex ente quoniam alterum aliquod eſt, ex non ente autem, quoniam hoc non eſt id quod ſit, ſed eſt in materia generationis, ſit etiam ex ente ꝑ ſe, nequaq; vero ex non ente per ſe, quoniam priuatio non ſit pars oppoſiti vt materia. Verum in proxima generatione, vt quum fieret ex aere ignis, neq; ex ente per ſe ſit, neq; ex per ſe non ente, quoniam neq; priuatio ignis, neq; aer ſit pars ignis ſed ipſe producitur partim ex ente, & partim ex non ente, & per accidẽs ſit ex aere ignis, quanq; ex alio quodam ente per ſe ſcilicet materia fiat iuxta eum modum quem diximus. Is igitur eſt vnus modus diſſoluendi dubitationes ſcilicet ex diuiſione per ſe & per accidens, quam in ſermone de principijs ac in ratione complexus eſt. Dixit enim principiorum quædam per ſe eſſe materiam & formam, & quoddam per accidens priuationem, quare ex quo ſit nõ prorſus ex per ſe ente ſit, ſed ex eo quod eſt ens per accidens. Sublatæ ſunt itaq; dubitationes ex ſermone ac ratione quam fecerat de principijs. Eaſdem quoq; ſoluit ex diuiſione qua aliquid dici ſolet eſſe in actu vel in potentia, quoniam rerum quædam ſunt per ſe in actu, quædam vero in potentia, cum igitur dicimus aliquid ex ente fieri, illud ex ente in potentia & non in actu fieri dicimus. Eodẽ et modo quum dicimus ex nõ ente fieri aliquid non ex nihilo, ſed ex non ente in actu licet in potentia prodijſſe fateamur. Nam materia eſt in potentia omnes formæ naturales, actu vero nulla, quocirca tamẽ ſine formis aliquãdo eſſe non poſſet. Item neq; idem penitus ſunt id quod eſt in potẽtia & id quod eſt in actu, quorum vnumquodq; diuiditur in per ſe & per accidẽs. Nam quippiam eſt in potentia per ſe, & quippiam in potentia per accidẽs. Eodem etiam modo quippiam eſt in actu per ſe, & quidpiam in actu per accidens. Nam cum ipſe dixero medicum ſanare actum dico & per ſe, ſed cum dicerem medicus ſanabit, potẽtiam dicerem & per ſe. Rurſus cum dixero medicus ędificat actu dixi, & per accidens, quoniam non quatenus medicus ædificat, ſed quatenus accidit vt ſit ædificator & medicus. Ædificatorem igitur per ſe ædificare ſolemus dicere, & per accidens medicum ædificare domos, quoniam idem ſubiectum ꝙ homo eſt medicus & ædificator eſt ſimiliter cũ dixero medicus ædificabit, in potentia dixi et ꝑ accidens, quare ex materia quæ

Obiectio ad hoc reperit. Reſpõſum.

Alia quoque ſolutio.

ria quæ eſt per ſe ens ſiunt ea quę producuntur, ex ente ſcilicet in potentia & non in actu, quoniam materia nõ per ſe ſubſiſtit extra formam ſed ſuapte ratione eſt omnia in potentia, & in actu nihil eſt. Verum poſtq̃ formata eſt in actu exiſtere dicitur. Fieri cum aliquid fit ex priuatione, ex non ente in actu ſed in potentia fit.

Obiectio.

Sed quę differentia eſt inter materiam & priuationem, ſiquidem ex vtraq; cũ ſint in potentia & non in actu aliquid fit.

Solutio.

Dicimus igitur q̃ de materia ens per ſe dicitur, quippe quę per ſe ens ſit, & non ens per accidẽs, quoniam ei accidit priuationem habere, de priuatione autem econtra quoniam non ens per ſe de illa dicitur, & ens per accidens. Nam priuatio per ſe non ens eſt, per accidens vero ens, quoniam accidit ei eſſe in materia, quare ſi quod producendum eſt ex ente in potentia & non ente in actu ſit, non igitur id quod gignitur prius erat, q̃ producatur, quoniam nõ erat actu. Præterea quando dicimus ex non ente fieri ens, non aſſerimus ex nõ ente penitus fieri, ſed ex actu non ente quod eſt ens in potentia, quare ex hac diuiſione qua quippiam dicitur eſſe in actu vel in potentia dubitationes ſoluuntur. Et huiuſmodi ſolutionis cauſæ ſunt ea, quæ de principijs diſſeruimus. Nam cũ priuatio inſit materiæ efficit vt ipſa ſit in potentia, & non in actu. Nam q̃ habet facultatem ſuſcipiendi formam, id etiam ſuapte natura poteſt recipere priuationem, item neq; reciperet priuationem niſi idonea eſſet recipiendi formam, vt in libro prędicamentorum dictum eſt, ob id nanq; forma idonea eſt, vt ſit in materia, quoniam priuatio eſt in ea, quoniã igitur ſuapte natura forma in ea eſſe poteſt, iccirco nondum eſt. Nam fieri nõ poteſt, vt ſimul ſint in ea priuatio & forma, ob id igitur dicitur eſſe in potentia, & nõ in actu.

Hic & i libro prędicamentorum aliter de priuatione loquitur

Conſtat autem nos priuationem hoc in loco accipere ex qua aliquid tranſmutatur in formam, & non vt in prędicamentis dicitur habitum ſolum tranſmutari in priuationẽ & nõ ecõtra. Ibi enim ob id explicatũ eſt, quoniam habitum & priuationem vti ea quæ ſunt in re ipſa iam formata dicebamus. Hic autem contemplantur priuationem & formam quatenus ſunt in ſubiecto in formæ & primo.

Primi namq; philoſophi veritatem & naturam eorum que ſunt quærentes: exorbitarunt quaſi ad aliquam aliam viam ab ipſa imperitia depulſi. Et aiunt neq; fieri quicquam eorum que ſunt: propterea quod oportet quidem omne q̃ ſit aut ex ente: aut ex non ente fieri. At ex utriſq; his fieri aliquid non poteſt. Neq; enim fit id q̃ eſt iam enim eſt. Et ex non ente nihil fieri poteſt. Aliquid enim ſubijci oportet. Atq; hoc pacto id quod deinceps accidit augẽtes: neq; multa inquiunt eſſe: ſed ſolum id quod eſt. Illi ergo ob ea que diximus hanc opinionem acceperunt.

Prius multifariam dr i prędicamẽtis & 5. Meta. [illegible] de ordine [illegible] in [illegible] de dogmatibus philoſophorum Plotini

Primos philoſophos vocat & inquit eos, non qui dignitate primi fuere, ſed qui tempore pręceſſerunt. Dicit etiam veritatem & naturam, pro hoc ſcilicet ueritatem quæ eſt in natura. Exorbitarunt quaſi ad aliquam aliã viam ab ipſa imperitia depulſi, ſcilicet dialecticæ ignorantia a veritate deuiarunt. Nam ſi diuidere ſciuiſſent, quot modis ens & non ens dicatur. hoc id q̃ eſt per ſe & id quod eſt per accidens ſimiliter q̃d eſt in potentia & in actu, non putaſſent fieri non poſſe, vt aliquid ex ente & non ex non ente fieret. Ex nõ ente nihil enim fieri poteſt. Aliq̃d enim ſubijci oportet. Semper oportet ſubijci id ex quo fit. Non ens autem (inquit) ſubijci enti non poteſt, alioquin in eodẽ eſſent ens & non ens. Et ita quod accidit deinceps augentes. Dato (inquit) abſurdo accidẽtia aduenientiaq; multa alia augent adijciuntq;, quoniam dato vno abſurdo infinita ſequuntur, quorum vnum eſt quia tollunt multitudinem hæ quę ſunt dicentes ſolum vnum eſſe id quod eſt, ſicut fuere Parmenides & Melliſſus. Illi quidem ob ea quæ diximus hanc opinionem acceperunt, eam ſcilicet opinionem quę generationem & multitudinem a rebus aufert, quoniam exiſtimarunt id q̃ eſt funditus eſſe non poſſe. Nam propter hoc aſſerunt neq; quippiam generari ex nõ ente, neq; in rebus multitudinem eſſe, ne idem accidat eſſe ens & non ens.

i libro de materia.

Textus.

Nos autem uno quidem modo nihil inter hæc intereſſe dicimus: ex ente inquam aut ex non ente fieri: & id q̃ non eſt: aut ex eo quod eſt agere: aut pati quippiam: aut quodvis hoc fieri; vel medicum agere quippiam aut pati: vel e medico aliquid eſſe aut produci; quare cum id dicatur dupliciter: patet & ex ente fieri & id quod eſt: aut agere aliquid aut pati. Aedificat igitur medicus: non ut medicus: ſed ut ædificator. Et albus fit non hoc ſane quo medicus eſt: ſed quo niger. Medetur autem & medicine ignarus fit quo medicus eſt.

Nos (inquit) diſſoluentes dubitationem dicimus ens & non ens dupliciter dici, vel per ſe, & per accidens; vel actu & potentia, & primi modi tale exemplum ponit. Dicimus (inquit) medicum mederi, rurſus dicimus medicum ædificare, ſed medicum mederi per ſe dicimus, quoniam quo medicus medetur, at medicum ædificare dicimus per accidens, quoniam accidit medico eſſe ædificatorem. Non enim qua medicus ædificat, ſed quo ædificator. Vnde quemadmodũ dicimus medicum aliquid agere per ſe, aliquid vero per accidens. Ita dicimus illum pati. Nam dicimus medicum fieri ignarum medicinæ, dicimus etiam ecõtra medicum fieri album. At medicus fit ignarus medicinæ per ſe, quoniam quo medicus amittit medicinam, ſed albus fit non quo medicus, ſed quo niger eſt. Etenim quia accidit medico nigrum eſſe, ob id fit albus & dicitur p accidens medicus fieri albus. Quẽadmodũ igitur de medico diximus, ita de ente ac non ente dicimus. Nam dicimus fieri ex ente, atq; ex non ente, ſed non per ſe neq; ex ente, neq; ex non ente, ſed per accidens non eſt abſurdum aliquid ens fieri ex ente, ſcilicet ex alio ente aliud ens. Nam multipliciter ens eſt, ſed non quatenus ens ſit, ſed quatenus ens per accidens ens eſt. Similiter ex non ente aliquid fit non quatenus non ens eſt, ſed quatenus per accidens eſt nõ ens. Nam idem ens ex eodem ente penitus fieri neq; per accidens poteſt, ceu aqua ex aqua, verũtamen ex alio ente aliud ens per accidens produci poſſet. Verũ de his iam exactius diligentiuſq; diximus. Hęc eſt igitur ſententia textus iuxta verbum. Sed quoniam diximus in ſuperioribus vtraq; aduerbia dici de priuatione ſcilicet ex hoc atq; hoc, & de materia etiã vtraque dicimus, tamen non de eodem, ſed de alio quidẽ hoc aduerbium ex hoc. Nã ex ſpermate & fætu dicimus fieri hominem, minime autem ſperma & fætum

hominem fieri. Item & dicimus fieri ſtatuam,& non ex ære ſtatuam, quoniam igitur & de materia dicimus(hoc)& ex hoc,atq; de priuatione,ob id ipſe in præſentia,& de ente ac non ente,vtriſq; aduerbijs vtitur. Nunc autem dicimus (inquit) illud ex ente, vel ex non ente Ecce quomodo de ente ac non ente illud aduerbium ex dicat. Rurſus etiam illud hoc de eiſdẽ inducit, cum inquit vel non ens vel ens facere aliquid vel pati. Verum cum dicat ex ente vel ex nõ ente fieri ſermonem deducit ad aliquod magis vniuerſale, quoniam inquit ens vel non ens facere aliquid,vel pati. Nam amplior eſt generandi actione ipſa agendi & patiendi functio. Nam cum quippiam generatur etiã patitur,& non econtra, quippe mutationes quę in alijs prædicamentis ſunt, generationes quidem nõ ſunt,ſed duntaxat actiones & paſſiones quædam, quoniam ſola mutatio in ſubſtantiam eſt generatio,ſed quoniam communiter generatio dicitur de omni mutatione, quippe ſoleamus dicere album fit, vel ſuperius, vel inferius quippiam fieri,ob id rurſus procedens ad magis vniuerſale peruenit,cum dicit ens, vel non ens pati aliquid aut agere, mox induxit aut quoduis hoc fieri,ne ſolum de generatione ſecundum ſubſtantiam dixiſſe videatur,ſed etiam de ea quę eſt ſecundum quantitatem qualitatem,& locum. Quare poſteaq; hoc dupliciter dicitur ſcilicet medicum agere vel pati,fertur enim per ſe agere,vel per accidens,ſimiliter dicitur pati,vel per ſe vel per accidens. Vnde vtraq; exẽpla eiuſdem qui agit & patitur ſubiecit,dico inq; exẽpla quibus declaratur quippiam agere,vel pati per ſe & per accidens. Quemadmodum igitur de medico dici ſolet quod is agit vel patitur dupliciter, vel per ſe vel per accidens,ita cum ex ente,vel ex non ente aliquid fieri dicimus,hoc ens,vel non ens fieri dupliciter diceretur,vel per ſe, vel per accidens.

Cum autem dicimus ipſum medicum maxime proprie aliquid agere: aut pati: vel ex medico fieri: ſi illud agat: vel patiatur ut medicus: patet & hoc ex non ente nihil fieri id ſignificare quatenus non ens eſt.

Cum dixerit dupliciter dici ex non ente, vel ex ente fieri,quemadmodum & ex medico fieri aliquid dicitur, nunc diſtinguit qualis proſertim duorum ſignificatorum ad propoſitum attineat & inquit quemadmodum quo maxime dicitur medicus agere aliquid, vel pati quando quo medicus faceret aliquid vel pateretur,ceu quando mederetur, vel ignarus medicinę euaderet, ſic(inquit)ex ente, vel ex non ente aliquid fieri dicuntur,id eſt quãdo ens permaneret,& aliquid alterum fieret, tunc igitur ex nõ ente proprie aliquid fieret quando non ens cum permaneret ſic reciperet ens,quod quidem impoſſibile eſt. At minime ꝓprie aliquid ex non ente fit,ſed potius per accidens quando nõ ens cedit enti. Priores itaq; philoſophi hos duplices ſignificatus non diſtinguentes putauerunt (vt inquit) quod cum quippiam gigni ex non ente affirmaretur,illud proprie ex nõ ente gigneretur,atq; nullum alium ſignificatum entis eſſe q̃ ſignificatum ꝓprie. Ob id etiam inquit eos abſtinuiſſe abhoruiſſeq; generationem prorſus ponere, ſed potius affirmaruñt nihil gigni produciq;. At conſtat id ex quo, ex ente inq; fieri,vel ens ſignificare, vel non ens. Et proprie diceretur gigni ex ente, vel non ente quando quatenus

Error Antiquorum.

ens,vel quatenus nõ ens gigneretur. Non ſolum enim proprie non ens hoc ſignificat quatenus non ens, ſed etiam proprie ens, quatenus ens.

Quod quidem illi non diſtinguentes longe a veritate ſemoti ſunt: & ob ignorationem hanc adeo ignorarunt ut nihil fieri prorſus: neq; cæterorum quicq̃ eſſe arbitrarentur. ſed tollerent omnem generationem. Nos autem & ipſi dicimus nihil fieri ſimpliciter ex non ente. tamen ex non ente per accidens fieri. Ex priuatione enim que eſt per ſe non ens & que non ineſt: fieri dicimus: ſed hoc mirum videbatur ac impoſſibile ſic fieri ex nõ ente. Similiter autem neq; ex eo quod eſt: neq; id quod eſt fieri dicimus niſi per accidens. Sic autem ex hoc fieri hoc modo dicimus ceu ſi animal ex animali fieret: & aliquod animal ex quopiam animali: ceu ſi canis ex equo fieret. Canis enim non ſolum ex animali quodam: ſed etiam ex animali generaretur. Verum non ut animal: iam enim idipſum eſt.

Non diſtinguentes ens in per ſe & ꝑ accidens. Neque cæterorum quicq; eſſe,id eſt neq; aliquam multitudinem eſſe, ſed vnum ſolum ens, & neq; aliorum quicquam eſſe præter ens,dixerunt. Hæc autem ſunt quædam non entia quæ quidem non eſſe dixerunt. Ex priuatione enim quæ eſt per ſe non ens, & quæ non ineſt fieri aliquid dicimus. Inquit & nos dicimus ex non ente fieri aliquid, ſed non ex per ſe non ente, ſed ex non ente per accidens. Nam fit ex priuatione quæ ſane per ſe non ens eſt,ſed non per ſe ex priuatione fit, quoniam ipſa non ineſt ei q̃ fit,ſed per accidens, quoniam ſolum per ſe ex materia fit. Poteſt etiam id q̃ fit ex materia dici ex non eſſe fieri, quoniam materia eſt non ens per accidens propterea quod ei ineſt priuatio. Sic autem poteſt concedi non ens ineſſe his quę fiunt veluti pars eorum. Sed non per ſe non ens, ſed per accidens materia eſt non ens cui accidit non ens. Sed hoc mirum videbatur, ac impoſſibile ſic fieri ex non ente. Quoniam dixit & nos dicimus ex non ente quippiam fieri,ex non ente inq̃ non per ſe,ſed per accidẽs,hoc inquit mirum ac impoſſibile videri, vt hoc modo ex non ente aliquid fiat. Verum iuxta noſtras ſuppoſitiones non videretur amplius impoſſibile. Similiter autem neq; ex eo quod eſt, neq; id quod eſt, fieri dicimus niſi per accidens. Hoc autem continuum eſt & coniungitur cum his ſuperioribus verbis. Nos autem dicimus nihil fieri ſimpliciter ex non ente,aliud ex non ente per accidens fieri, deinde ſubiungit hæc Similiter autem neq; ex eo quod eſt,neq; id quod eſt fieri dicimus niſi per accidens. Quemadmodum inquit ex non ente dicimus, ſed non per ſe ex non ente, ſed per accidens,ita ex ente per accidens fiunt ea quę fiũt. Hoc autem dixit de proxima generatione. Nam fit ex ente quod eſt aer ipſe ignis,ſed per accidens,ex ente inquam fit, quoniam accidit aeri, vt tranſmutetur in ignem aliquomodo tamen per accidens tranſmutari dicimus ſiquidem aeris forma nihil conferat ad generationem ignis. Porro ex multis alijs fit, & eius pars aer non cadit, ſed cedit & corrumpitur. Ceu ſi animal ex animali fieret, & aliquod animal ex quopiam animali. Quoniam quãdo ens dicimus fieri ex ente non quatenus id ex quo fit ens eſt, ita dicimus ex eodem fieri ipſum,ſed per accidens ex ente. Nunc facit fidem exemplis. Nam dicimus animal ex animali

Textus. Textus. Q ſo nõ ens eſt pars entis. Textus. Textus. Textus. Textus.

fieri,

fieri, ex animali autem nunc dicimus velut ex materiali cauſa, quoniam modo de hac ſermo eſt. Neque enim velut ex homine hominem tanq̃ ex cauſa efficiẽte, ſed velut ex equo veſpe, & ex tauro apes. Equidem equi ſunt generationes ueſparum, & tauri apũ, quãdo igitur dicimus animal ex animali fieri, ceu ex equo veſpe, non certe hoc dicimus, quod equus quatenus animal tranſmutetur in veſpas quę ſunt animalia, neq; enim ſubijcitur veſpis, vt materia equus, ſed hoc dicimus quoniam ex quodam cui accidit animal eſſe aliquid aliud fit, cui & eidem animal eſſe competit. Hoc modo igitur & ſi fieret aqua ex aere ens ex ente fieri dicimus, non quia ens modo fiat, neq; quod iam factum ſit anteq̃ fiat, ſed id ex quo de quo etiam ens prædicatur, aliquid aliud fit per accidens quod tamen eſt per ſe ens. Dicens autem ceu ſi animal ex animali fieret, quoniã neq; ſimpliciter, vt animal fit, ſed id ꝙ factum eſt prorſus aliquod animal eſt, mox ſubiunxit, & aliquod animal ex quodam animali. Nã fieret canis non ſolum ex quodam animali, ſed etiam ex animali, verum non quatenus animal, quippe hoc iam exiſtat. Nam vti verũ eſt aſſerere ꝙ fit ex equo canis forte, vel veſpe vel alterum quippiam, ſic eſt verum dicere, vt ex animali fiat canis. Verum & ſi dicimus ex animali fieri animal, tamen non quatenus animal dicimus illud ex quo fit ſic fieri ex eodem animal. Non enim quatenus animal ex eo ente fit neq; fiebat. Nam animal ex quo fit aliud iam exiſtit. Patet igitur non quatenus animal ex quo fit ita fieri ex eodem animal, ſed per accidens ex animali vt diximus.

Si autem debet aliquid fieri animal non per accidens: nõ erit ex animali. Et ſi quid ens fiet non ex ente neq; ex non ente fiet. Nam diximus quid ſignificet ex nõ ente fieri: quoniam non quatenus non ens.

Inquit ſi gignitur ex quodam animali non per accidens ſed per ſe, non ex animali producetur, ſed ex non animali ceu ex ſpermate, vel ex materia. Quemadmodum igitur inquit hęc ſe habẽt, ita ſe habet ens, ſi fieret aliquod ſimpliciter ens non ex ente fiet, quippe illud iam ſit, ſed ex non ente penitus. Verum neq; quicq̃ produci poteſt ex non ente ſimpliciter. Nam proprię ex non ente ſignificare dicimus quatenus nõ ens, hoc autem dicitur per ſe quod ſit pars compoſiti, fieri ergo nequit ens ſimpliciter, ſed quoddam ens ꝓducitur ex quodam non ente non quatenus non ens,

Inquiſitio optima. quoniam neq; ens neq; non ens permanent, ſed per accidens ſolum. Quæres autem ſi recte diceretur animal ex animali fieri perinde ſi dixerimus ex equo canem fieri, vel veſpas, & ex tauro apes. Neq; enim animalibus exiſtentibus hæc fiunt, ſed veluti ex quadã alia materia. Corrupto enim animali atq; eiuſdem materia reſoluta quæ aliam formam animalis aſſumit ea producuntur. Vnde in his omnibus ita fit, vt animal non ex animali fiat, ſed potius ex non animali ꝓducitur animal, quare in his ſuperuacaneus eſt labor dicendi quod non quatenus animal fit, ſed quatenus quoddam animal, ceu equus. Dicimus enim quod vere & quatenus animal fit ex his non tamen ex animali. Si autem aliquis inquiat interdum animal fieri, cur magis de hoc animali dictis q̃ de quauis alia materia, ſiquidem vnumquodq; poteſt fieri materia animalis. Si ergo in his oportet vti accommodatioribus exẽplis, vtamur profecto quibuſdam animalibus allatis quę fiunt ex vermibus & bruchis. Nam bruchi prius cum ſint & vermes non corrupti ex forma in formã mutantur, & hæc eſt generatio ex animali in animal. Manens enim animal alterum fit. Et conſtat etiam hic nõ eſſe generationem quatenus ex animali, quoniam nullum animal tranſmutatur in ſubſtantiam animalis. Nam eandem definitionem animalis id ꝙ erat bruchus, vel vermis ſuſcipiebat, & id allatum ꝙ poſtea hoc fit non ex animali fit quatenus aĩal, ſed ex quodam animali quoddam aĩal fit, cum autẽ dico quoddam, formam dico, ceu ex tali forma animalis talis forma fiat. Si autem quatenus animal fiebat ex animali fiebat. Neq; enim eſt priuſq̃ fieret, ceu vermes & mures ex ſpermate orti. Nam fiunt quatenus animalia, ſed non ex animalibus.

Item neq; hoc eſſe omne: aut non eſſe tollimus.

Quoniam dixit neq; ex ente fieri, neq; ex nõ ente aliquid, quod videtur ſane dignitatem contradictionis de medio tollere. Iccirco inquit non tollimus. Nã cum dicimus ex ente atq; ex non ente quippiam fieri non incidimus in contradictionem, quoniam non iuxta eadem dicimus, vel ex ente, vel ex non ente, aut neq; ex ente, neq; ex nõ ente. Ex ente enim quoniam id ex quo aliquid fit quippiam alterum eſt, ex non ente autem, quoniam non eſt id quod fit. Sed vt breuiter dicamus propter priuationem neq; ex ente quatenus ens fit, quoniam ipſa eſt ſimul cum materia, qua etiam ratione dicitur fieri ex non ente, ſiquidem priuatio ſit non ens per ſe. Item neq; ex non ente quatenus non ens, quoniam priuatio non eſt conſubſtantialis materiæ, ſed cedit formæ aduenienti.

Is igitur eſt unus ſoluẽdi modus. Alius autem eſt quia eadem poſſunt dici ſecundum potentiam & actum.

Cum ex diuiſione per ſe & per accidens dubitationes quæ adducebantur reieciſſet ac perſoluiſſet, nunc eaſdem reiellit ex diuiſione alicuius ꝙ eſt potentia & actu. Nam aſſerimus ea quæ fiunt ex ente in potentia & non in actu fieri, huiuſmodi autem materia eſt, quare ſi dicimus ex ente fieri non dicimus eſſe id quod fit anteq̃ fieret, quippe ex ente in actu fieri ens in actu non dicimus, ſed ex ente in potentia actu non ente. Verum & ſi hoc modo ex non ente diximus non tamen ex non ente prorſus quippiam fieri dicimus, ſed ex eo quod actu non eſt, licet potentia ſit, quare his rerum ortum generationemq; non tollimus, & dubitationes quibus tolli videbatur generatio perſoluimus.

Hoc autem in alijs locis exacte magis determinatum eſt.

In nono libro metaphyſices. Nam totum illum librum in hæc diſſoluit, dicens quid ſit potentia, & quid in actu.

Quare ut dicebamus dubitationes illæ ſoluuntur ob quas compulſi ueteres tollunt quædam eorum quæ dicta ſunt: ob hoc enim tantum exorbitarunt ab ea uia qua ad generationem: corruptionẽ: & prorſus mutationem accedimus.

Rerum naturalium de quibus diximus quaſdam tollunt, generabiles inq̃ & corruptibiles.

Ipſa enim natura ſi uiſa fuiſſet omnem ipſorum ignorationem profectò diſſoluiſſet.

Ipſa natura, id eſt quę ipſum per ſe & per accidens, & id quod eſt potentia atq; actu indicat. Nam ſi cognouiſſent ac ſciuiſſent hanc diuiſionem rerum, ſoluiſſent dubitationes per quas generationem de medio tollebant.

Ipſam igitur & alij quidam: ſed non ſufficienter utiq; tetigere.

Cum tradidiſſet ſermonem de materia; & oſtendiſſet hac ratione ſolui veterum dubitationes de generatione rerum naturalium, nunc vult oſtendere ꝙ nemo ante ipſum determinate dearticulateq; de ipſa reuera ſermonem fecerit. Inquit ergo quoniam huius materiæ ſermonem attulimus fecimuſq;, tamen ante nos quidam eam tetigere, ſed non ſufficienter. Nam quicunq; poſuerunt vnum elementum eſſe poſuerunt, id formatum eſſe dixerũt, ſiue illud ſit vnum quatuor elementorum, ſiue aliquid aliud inter hæc medium, qui neq; in cognitionem materiæ prorſus peruenerunt. Plato autem venit in cognitionem materiæ. Nam ſi illam vocauit altricem, & receptaculum formarum ab omnibus formis alienum. plane ipſam cognouit atq; aſſeruit. Inquit enim Plato in illam cuncta recidere atq; formam, & nihil ingredientium ipſam haud quaq̃ refutat, quare Plato tetigit naturam materiæ, quam ſtatuit informem & omnibus ſubiectum eſſe. Verum nõ ſufficienter de ipſa ſermonem fecit, quippe qui non ſeparauit ipſam a priuatione, quemadmodum non ſeparamus. Nos enim dicimus ratione & noſtro dicendi vſu priuationem a materia ſeiungi, quanquam ſubiecto eadem ſint, atq; eo differre ꝙ materia permanet cum forma quæ aduenit, priuatio autem tollitur & non manet. Plato autẽ quanq̃ tria principia dicere videatur, magnum ſcilicet atq; paruum, & ipſum vnum quod quidem formam appellauit, attamen vtrunq; magnum & paruum ſubire rationem materiæ dixit. Nam duo nomina de eadem re prędicari voluit quippe qui magnum & paruum materiam appellauerit, quare trinitatem principiorum non ſimiliter poſuit ſicut nos poſuimus. Nam materiam & priuationem nos dicimus eſſe ſubiecto idem, ratione tamen differre. Ipſe autem magnum & paruum non ſolum ſubiecto vnũ eſſe dixit, ſed etiam ratione, & nomine ſolum differre, ceu ſe habẽt res multiuoce. At ſiquis dixerit apud Platonem nõ idem ſignificare magnum & paruum, ſed hæc nomina diuerſa ſignificare atq; de diuerſis prædicari, is tamen non demonſtrabit ꝙ alterum dicat de materia, & alterum de priuatione. Et quanq̃ concederemus apud Platonem aliud ſignificare magnum, & alterum paruum, attamen hæc duas materia penitus ſignificarent quare nihil minus non ſeparabitur a materia priuatio. Nam exiſtimare Platonem penitus priuationem non eſſe exiſtimaſſe. ſtultũ eſt. Hic nanq; vnus eſt qui dixit non ens eſſe aliquid quod non inferius ac minus eſt ente & ſi dixit materiam nullam formã habere, iam ergo cognouit priuationem formarum ei inexiſtentem, quare non ignorauit priuationem eſſe. Rurſus ipſe profecto inquit omnia eſſe propter formam & fieri ſecundum viciſſitudinem formarum & aſſumptionem, corrumpi vero ſecundum abiectionem quare cum eiecta ablataq; fuerit forma, materia habebit priuationem. Si ergo priuationem ſtatuit, & tamen nihil de ipſa dixit, vel quia exiſtimauit ipſam eandem eſſe formæ, vel eandem materiæ. At formæ illam eſſe eandem ratus non eſt, quippe ſimul eſſent contraria, quare non ſine ratione cenſuit illam eſſe eandem materiæ, quod ſi eadem materię eſt, vel ergo ſubiecto & ratione eadem vel alia ratione & ſubiecto eadem duntaxat, ſi ergo ipſe ſuſpicatus eſt ipſam alteram eſſe ratione vt nos aſſerimus oportuit ipſum hoc idem determinaſſe ac dearticulate dixiſſe, ſed cum hoc non videatur feciſſe, conſtat vtiq; illum ratum fuiſſe priuationem & materiam idem eſſe ſubiecto & ratione. Hęc igitur Ariſt. dicit. Sed ꝙ Plato non cenſuerit materiam eſſe eandẽ priuationi ſic plane ipſum dicentem inuenire non eſt. Quod vero ſciuerit ipſam a priuatione differre ex dictis manifeſtum eſt. Nam ſi materiam appellauit matrem, altricem, & receptaculum formarum, atq; nullam formarum ingredientium ipſam habere, patet etiam ipſam priuationem formarum habere, quãdo igitur ſuſciperet formas, amplius priuationem formarum quas recepit ſimul habere non poterit, alioquin accideret, vt idem ſimul eſſet & non eſſet, quare eo quod recipit formam abijcit earum priuationẽ, ſi hoc conceditur, materia altera erit præter priuationem. Item ſi inquit cuncta eſſe per formam & fieri per viciſſitudinem formarum, corrumpi vero per abiectionem earum. Materia nanq; abijcit formam, hæc autem abiectio formarum nihil aliud eſt q̃ priuatio earum, itaq; priuſq̃ forma abijceretur ab ipſa materia priuatio ſeparata erat, quare Plato putauit materiam a priuatione differre, & ſi non adeo aperte verbis id explicauerit vt Ariſto. qui aſſeruit priuationem a materia ratione differre, mirum non eſt. Nã ipſe Ariſto. dixit nos diſtinctam rerum cognitionem aſſequi non potuiſſe, niſi veterum principia ſeminaq; inquirendi accepiſſemus. Et certe nil mirum eſt cum alij nobis afferant occaſionem ac opem cognoſcendi res, nos quæ ab illis diſputata ſunt dilatare ac dearticulate diſtincteq; tractare.

Q̃ũo Plato poſuerit materiam lege Plotinũ in libro Eneadũ. Cętera q̃ dicunt de Platone ſunt fabulę.

Defenſio pro Platone.

Primum enim fatentur ſimpliciter aliquid fieri ex non ente ea ſane ratione: qua Parmenidem recte dicere arbitrantur.

Quod attigerint ſermonem de materia, licet non ſufficienter imprimis oſtendit eo quod receperunt rationes Parmenidis. Nam ſi concedebant ens vnum ſignificare, & hoc ingenitum eſſe, & dicebant etiam quædam fieri, neceſſe omnino eſt, vt hæc fiant ex nõ ente ſimpliciter. Nam quoduis ens vnum eſſe & ingenitum eſſe dicebant. Et rurſus ſi concedebant ꝙ eſt præter ens, non ens eſſe, & ens ingenitum eſſe, igitur quod fit ex ſimpliciter non ente fieri dicebant, quare cum dicant id ꝙ fit ex non ente fieri, & quoniam non ens appellabant materiam, quoniam communis opinio naturalium eſt nihil fieri penitus ex nihilo, in cognitionem materiæ venerunt, quæ nihil eſt tale eorũ quæ fiunt. Verum quia materiam non ens ſimpliciter dicebant non rectam & exactam eius intelligentiam habebant, quoniam ipſa non eſt ſimpliciter non ens, ſed partim non ens, quoniam per accidẽs eſt non

ens quia

ens quia habet priuationem, ac actu non ens potentia ens. At illam ſimpliciter non ens dicebant illi qui Parmenidis ꝓpoſitionibus conceſſerunt ac aſſenſerunt. Vni.ſ. dicentes ens ſignificare vnum, & alteri dicenti, quod eſt præter ens, eſt non ens. Nam ſi Parmenides dixit id quod eſt vnum eſſe, & quicquid eſſet præter hoc non eſſe ens, & non aliq̃d non ens, ſed ſimpliciter non ens, oportet eum penitus qui amplectitur & admittit hanc opinionem dicẽtem ens vnum eſſe & ingenitum, cum fateretur generationem eſſe, quoniã ex ente nihil produci poteſt, quippe hoc immutabile ſit, ex oppoſito dicere idẽ fieri, hoc autem eſt ſimpliciter non ens, quanquam plane hoc non dixerit, quare Plato non ſeruat naturam materiæ cum ipſam ſimpliciter non ens vocat ex qua fiunt ea quæ fiunt, quæ quidem partim eſt ens, & partim non eſt ens, potentia inq̃ eſt ens, actu vero minime. Item per ſe ens eſt, & per accidens non ens, quoniam habet priuationem quæ per ſe non ens eſt. At de his ſatis ſuperioribus diſſeruimus ac diximus Platonem ens intelligere intellectuale, atq; ipſum minime introduxiſſe illud nullo pacto ens, ſed non ens appellauit ſm diuerſitatem.

Cũ ex ente ñ pôt eſſe gña. tio ergo ex ñ ente ſimpliciter q̃m q̃ ẽ p̃ter ens eſt nõ ens ſimpliciter ſm Parme. vt uoluit Plato.

Deinde ſi eſt una numero: & una potentia ipſis ſolum eſſe uidetur.

Non.n. videntur hæc diſtinguere, ceu Ariſt. facit. Preterea ſi dicebant ex ſimpliciter non ente.ſ. ex materia eo modo quo diximus fieri ea quæ producuntur hoc ſane fit, quia materiam accipiebant vnum aliquid cum priuatione quæ ſimpliciter eſt non ens.

Hoc autem plurimum ſane differt. Nos enim materiam & priuationem diuerſa dicimus eſſe: atq; materiam quidem non ens eſſe per accidens: priuationem autem per ſe cenſemus. Et materiam quidem prope atq; quodammodo ſubſtantiã: priuationem uero nullo modo ſubſtantiã eſſe aſſerimus.

Forſitan quiſpiam dicet non differre hæc.ſ. aſſerere materiam eſſe vnã numero & ratione, atq; aſſerere illam eſſe vnam numero, ratione autem duo propter priuationem. Atqui non parua eſt differentia inter hæc, & quanta ſit Ariſt. infert, & inquit materiam eſſe prope ſubſtantiam aliquo pacto, priuationem autem nequaq̃. Inquit autem materiam prope ſubſtantiam quoniam ſit pars ſubſtantiæ, & quoniã ſubſtantia quemadmodum cæteris prædicamentis ſubijcitur, ita etiam materia ſubſtantijs, ob id materia eſt aliquo modo ſubſtantia, priuatio autem nullo pacto ſubijcitur, ſed fugit & cedit formis aduenientibus.

Quidam autem q̃ non eſt magnum paruumq; ſimiliter inquiunt eſſe: aut utrunq; ſimul: aut utrunq; ſeorſum. Quare hic modus trinitatis diuerſus ab illo eſt penitus.

Inquit nos ita priuationem a materia ſeiungimus. Illi aũt magnum & paruum materiam eſſe dicunt, ſiue aũt vnum aliquid vtraq; nomina apud eos ſignificant, ſiue diuerſa nihil ad rationem attinere vr̃. Nam ſi apud eos magnum & paruum materiam ſignificãt, ergo diuerſo modo nos ponimus principia tria, & illi ponunt. Nos enim tres res poſuimus materiam, formam, priuationem. Illi vero tria nomina duas autem res. Nam magnum & paruum apud eos materiam indicant, ſiue vna ſit materia apud illos ſiue duæ.

Hic p̃s q̃do Ariſt. vult diſſẽtire a Pla. Sed reuera dicit oia Pla. lege Plotinũ & ſã is interpre. ſuperi⁹ oſtẽdit.

Hucuſq; nãq; peruenerunt: ut aliquã naturam oportere ſubijci dicant hanc tamen unã faciunt. Nam & ſi quidã dualitatem facit magnum & paruum ipſam appellans: nihilominus tamen idem facit. Nam alteram deſpexit priuationẽ.

Inquit Hucuſq; cum ſupponerẽt naturam quandã ſubiectam omnibus formis ſermo eorũ recte puenit. Verũ deinceps nihil de ipſa ſcite pertiteq; dicunt. Nã eandem naturam nõ ſolum vnam numero eſſe dicũt, ſed etiam ratione, & minime potuere, vt nos duo ratione. Cæterum deinceps repetit demonſtrationes quibus alteram eſſe priuationem a materia oſtendit.

Etenim materies quidem permanens cum forma concauſa eſt eorum quæ fiunt perinde ac mater.

Recte & more Platonico materiã & formam cõcauſas appellauit. Nam eã quæ eſt ꝓprie cauſa oportet ſeparari ab effectu, ceu cauſa efficiens & exemplaris, ſed materia concauſa eſt cum ad ortũ rei conferat & fiat pars rei. Dixit autem perinde ac mater, propterea quod ſicut mater recipit ſemen & ſeruat ac fructificat, ita & materia recipit formas & ſeruat, atq; ſuapte facultate & diſpoſitione ducit ad perfectionem quippiã ſemper ſeſe adhibens adijciensq; formæ veluti ſcabellum facit præſentem rerum perfectionem.

Aut altera contrarietatis pars perſæpe ei uidebitur qui ad maleficium mente intuetur neq; omnino eſſe.

Quaſi pro Platone reſponſum hæc adiecit, afferẽs cauſam cur Plato nõ ſeiunxit materiam a priuatione. Nam (inquit) ſiquis reſpexerit ad maleficium priuationis, videbitur ei illam omnino non eſſe, ſed quod quis uidet non eſſe qũo poterit illud ſeparare ab ente. Nam oportet diſtinctionem ac ſeparationẽ eſſe in his quę ſunt, & non in his quæ non ſunt. Vocat aũt priuationẽ maleficium, q̃m ipſa eſt corruptionis cauſa, vt forma eſt generationis ac eſſentię cauſa. Vnicuiq; aũt bonum beneq; adeſt per eſſe atq; eſſentiam. Qm igitur cõe omnium principium eſt ipſum bonum, cõſtat ergo omne ꝙ eſt bonũ eſſe, quippe nihil ſit quod bono non participet. Itaq; vnicuiq; eſſe bonum eſt q̃m eſſe a principio primo emergit, & ipſum bonum eſt, ſi aũt eſſe bonum eſt, non eſſe ergo malũ erit, quod ſi erit malũ, cauſa igitur ipſius non eſſe erit maleficium. Cũ igitur nihil eſſe queat ꝙ non participet bono, priuatio igitur cũ ſit penitus malefica nihil penitus erit. ſiquidem omne ꝙ eſt bonũ ſit. Inquit itaq; ꝑꝑ hoc vr̃ debitur priuatio penitus nõ eſſe. Rurſus e cõtrario vr̃ ipſa neceſſario eſſe, q̃m ſine hac non habetur generatio. Nam reuera vt Themiſtius inquit mirũ quidẽ eſt ſi ſit & eſſentiam corrũpat, atq; mirũ eſt ſi non fuerit cum ipſius merito generatio fiat. Nihil enim fieret niſi quodam corrupto alioquin oĩa forẽt ſempiterna.

Nam cũ ſit quoddã diuinũ & bonũ ac appetibile: alterũ contrariũ ipſi eſt. Alterũ ſuapte natura affectat atq; appetit ipſum. Illis aũt euenit contrariũ: ſuum inq̃ appetere interitum: & tamẽ fieri nequit ut forma ſeipſam appetat: quippe non indigeat ſe: neq; contrarium: cum contraria mutuo ſeipſa corrũpant: ſed hoc eſt materia appetẽs illud perinde atq; ſi fœmina marẽ: & turpe pulchrũ appetat. Verũ nõ p ſe eſt: ſed p accidens turpe: nec per ſe fœmina: ſed p accidẽs.

Quõ priuatio ſit maleficium his ꝓbat. Nã cum ſit quoddã diuinũ, loq̃t aũt de forma materiali. Et ne qs ſuſpicari poſſit ipſum de primo bono diuino ac appetibile dixiſſe adiecit huic, alterũ cõtrarium ipſi eſt. Primo aũt nihil eſt cõtrariũ. Diuinũ igit̃ appellat formã materialẽ, diuinũ inq̃ qm̃ ab ipſo deo ꝓcedit, bonum quoq; qm̃ eſſe unicuiq; bonũ eſt. Priuationẽ aũt diximus contrariũ forme eſſe, qm̃ ipſa eſt cauſa cur aliqd nõ fit, ſed ſi bono aduerſatur priuatio, ergo ipſa mala eſt. Materia aũt formę nõ eſt contraria, qm̃ appetit ipſam vt turpe pulchrũ, & fœmina marẽ. Nã ſicut ipſa turpitudine participat dico. ſ. ipſa priuatione, ita appetit bonũ, qm̃ ab ipſo ornatur & decorat̃. Si ergo materia appetit formã. Ii ergo q̃ materiã & priuationẽ vnũ eſſe dicũt, priuationẽ igitur aiũt appetere formã ſiq̃dẽ materia & priuatio idẽ ſint, ergo cõtrariũ ipm̃ cõtrariũ cupit, ſed ꝙ cupit ſuũ cõtrariũ ſuũ interitũ auet ꝙ ſane ĩpoſſibile eſt, quippe nihil ſuã corruptionẽ appetat. Item ſi forma deſideratur, qm̃ eſt cauſa eſſentiæ atq; eſſe, & eſſe bonũ eſt, prorſus oportet, vel eãdem appetere ſeipſam, vel contrariũ ſuũ priuationẽ. ſ. dico ſui ĩ materia, ſed neq; eadẽ ſeipſam appetit, quippe ſe ipſa nõ egeat. Appetit aũt quis id ꝙ abeſt & minime habet. Itẽ neq; priuatio ſuã corruptionẽ appetit. Relinquitur ergo materiã appetere formã, quod ſi materia formã appetit, & materia eadẽ eſt cũ priuatione, ſuimet corruptionẽ appeteret. Pręterea ſi materia eſt eadẽ priuationi quõ tueremur ſucciſſiuis vicibus q̃dã formã recipe. Nã ſi hoĩs materia eadẽ foret cũ priuatiõe humana, atq; ſimpl'r ſi q̃dã materia alicui priuationi eadẽ foret, cũ ergo interiret priuatio hoĩs in gñatione eius corrũperetur & eiuſdẽ materia, ſed ſi corrũperet̃ q̃õ ſuſciperet formã, non igitur in materia hominis forma eſſet. Et ſi quædã materia alicui priuationi eadem eſſet, & ſimpl'r materia, ſimpl'r priuationi eadem erit, & econtra ſi ipſa ſimpl'r materia eadem eſt ſimpl'r priuationi, & quædam cuidam erit eadẽ. Quod ſi ſimpl'r materia eadem eſt priuationi, & cõſtat ipſam vicibus ſuis quandam formam recipere, quandã aũt minime, itaq; corrũperetur & non foret incorruptibilis, quare ſi materiæ eadem eſſet priuatio neq; ipſa incorruptibilis eſſet neq; formę in materia cõſtituerentur, qm̃ ipſa corruptibilis eſt. Vt enim priuatio formã fugit huicq; cedit, ita etiam materia cũ ſit eadem priuationi ipſam fugeret. Diuinam igitur appellat formam, qm̃ a deo proficiſcitur. Bonã vero quoniã eſſentia ac eſſe cuiq; bonũ eſt ob id etiã appetibilem inq̃t eſſe, quippe bonũ ab oĩbus expetendũ ſit. Verũ quo pacto inquit formã non egere aliquo, cũ materiæ inſit. Dicimus ipſam non egere aliquo non hoc modo, vt non egeat materia vt ſit, ſed qm̃ cum materia informis ſit & indeterminata eo indiget quod ipſam terminet & informet, forma aũt cum ſit quoddã pulchrũ, & terminus nõ eget aliquo, vt hoc ſit. Nã oportet id ꝙ nõ eget aliquo imprimis eſſe, deinde nõ egere aliquo, vel egere. Materia igit̃ & ſi non eget forma, vt ſit quoad ſuã rationẽ, tñ eget aliquo quo ipſa terminetur & ornetur, forma aũt amplius non eget aliquo, quod ipſam ducat trahatq; ad ordinẽ, vel ad terminũ. Inquit etiam materiã non p ſe turpẽ eſſe ſeu informem, ſed p accidens. Nam turpitudo quędã priuatio eſt, materia ergo turpis eſt, quoniã priuatione participat, turpis aũt per accidẽs eſt, qm̃ quoad ſuã rõnem non eſt turpis, licet priuatio ſuapte natura turpis ſit. Sed cum materię accidat habere formarũ priuationẽ, & ſi idonea ſit formas recipe, nõ erit p ſeipſam turpis, alioquin cõtrarium nunq̃ reciperet. Similiter aũt & fœmina eſt per accidens, quoniam fœmina patitur, & mas agit et format ſic etiam materia patitur, & fit in ipſa forma.

Ponderatio verborum.

Obiectio. Solutio.

An fœmina in gñatione patiat tm̃ lis eſt inter medicos & philoſophos. Vide tu quoq; o cucullate Egidi᷑ de formatione corporis humani. Tu vero peripatetice lege librũ Ariſt. de gñatione aĩaliũ & Pla. in Timeo cũ de hoĩe differit. Cõmentũ Ia[illegible]meta. Sed lege Timeum Platonis.

At uero tũ corrũpitur et gignitur: tũ neq; fit neq; corrũpitur. Nã ut eſt quidem id in quo per ſe corrũpitur. Id. n. quod corrũpitur in hoc eſt ipſa mq̃ priuatio. At ſuapte potẽtia nõ p ſe: ſed neceſſe ẽ nec occidat nec oriatur. Nã ſi fit: ſubijci aliqd primũ oportet: ex quo hoc pacto ĩexiſtẽte fiat. Hoc autẽ eſt ipſius natura: quare fit ut ſit antea quam fiat.

Oſtendit hic materiã eſſe ingenerabilẽ & incorruptibilẽ. Ingenerabilẽ aũt nõ ſm cauſam, ſed tpe, quod quidẽ conſtat argumentis q̃bus oſtẽdit ipſam eſſe ingenerabilẽ & incorruptibilẽ. Conſtat etiam ex dictis eius alias. Nã cũ de primo loquitur, ait illinc datũ cũctis eſſe atq; viuere, licet quibuſdã clarius, quibuſdã vero obſcurius, quare etiã materiæ eſſentia ex illo pẽdet. Rurſus dixit ex eodẽ principio igitur pendet cœlũ & mundus, quare & mũdi ſubiectum ex eodẽ ꝓficiſcet̃. Conſtat ergo ex eiſdẽ argumẽtis hic quod ipſe tollat generationẽ a materia quæ fit in tpe. Cur. n. inq̃t, quoniã ſi nõ eſſet ingenerabilis, ſed fieret, & oporteret aliquid ſubijci primũ ex quo fit p ſe & non ſm accidens, & ex hac ſuppoſitione oſtendens aliqd abſurdũ ſequi, deſtruit generationẽ ipſius & oppoſitũ inducit ſi aũt inquit quod ſi fieret materia oporteret aliqd eidẽ ſubijci prius, conſtat ipſum ſane tpe materiã ingenerabilẽ eſſe dicere, ſi quidem eidẽ neceſſe ſit aliquid prius ſubijci, ſed hãc ſuppoſitionẽ tollit, igit̃ tollit materiã eſſe generabilẽ ſm tẽpus, & non ſm cauſam. Generabili nanq; ſm tẽpus opponitur id ꝙ eſt gñabile ſm cauſam. Vult ergo materiã nõ eſſe gñabilẽ in tpe, ſed minime cõcludit ipſam non ꝓcedere a cauſa. Inq̃t igitur materia eſt ingenerabilis & incorruptibilis, licet gigni & corrũpi per accidẽs diceretur. Nã cũ priuatio ſit in materia, præſentia formæ corrũpitur p ſe, cuius cauſa materia diceretur corrũpi p accidẽs. Si. n. materia iformis eſt, & quod informe eſt formis priuatur, qm̃ formis aduenientibus perit informitas, materiæ, qm̃ hiſce formatur, igitur ipſa etiam p accidens corrũpi diceretur. Non. n. eſſentia eius & ut ita dicam neq; eius natura corrũpitur, ſed ſolũ tollitur informitas, quẽadmodũ in cera quæ p ſe informis eſt, cũ aũt formaret̃ eiuſdẽ informitas interiret abboleretur q;, q̃ ratione diceretur & ipſa cera corrũpi p accidẽs, licet ipſa ſubã ceræ non corrũpatur. Idẽ quoq; de materia dicendũ eſt. Nã priuatio cũ in ea ſit p ſe corrũpit̃, cuius ratione materia corrũpi p accidẽs diceret̃. Rurſus fieri affirmaretur qñ abijciens formã aſſumeret priuationẽ. Nã eo quod denuo in ea fit priuatio ipſa gigni p accidẽs diceretur, qm̃ ſuapte ratione informis eſt, ceu ſi quis amphorã diceret corrũpi qñ vinũ corrũperetur, vel equũ album corrũpi cũ albũ interiret, rurſus fieri cũ denuo albũ fieret, ita ſane dicẽdũ eſt ipſam materiã gñari & corrũpi, uerũ non p ſe, ſed p accidẽs, p ſe aũt inq̃t materia eſt ingñabilis & icorruptibilis. Et vt hoc demonſtret materię definitionẽ tradit ex q̃ oñdit ipſam non poſſe, vl' gñari, vl' corrũpi p ſe.

Dico enim materiam id q̃ eſt primum uniuſcuiuſq; ſubiectum, ex

ctum: ex quo quippiam ſit cum inſit nõ ſecundũ accidens. Si corrũpitur: ad hoc ultimum ſane proficiſcetur: quare erit corrupta anteq̃ ſit corrupta.

Dixit primũ ꝑꝑ trinam dimenſionem, qm̃ & ipſa eſt reliquis omnibus ſubiectũ. Verũ non primo. Et ſi ſet vnũ altero ſit magis particulare ſubiectũ, attamẽ non primũ. Subiectũ nanq; omnibus primũ eſt materia. Dixit etiã illud ex quo ſit cum inſit ꝑpter priuationem, qm̃ quæ producuntur etiam ex priuatione ſiunt. Verũ illa non ineſt, ſed per accñs eſt, ex materia aũt ꝑ ſe q̃ quidẽ inſit, quo in loco etiã habes quæcũq; producuntur fieri ex quo ꝑ ſe. Vnde cũ definitio materiæ hoc mõ ſe habeat, oſtendit tandẽ ipſam eſſe ingenerabilẽ & corruptibilẽ hoc mõ. Nã ſi fieret ex quodam ſubiecto fieret, quippe nihil ex nihilo fiat. Hæc enim eſt natura materiæ vt ſit primũ ſubiectũ, quare materia prius eſſet quam fieret. Præterea ſi corrũperetur, in aliqd interire neceſſe eſt, ſed id ĩ quod ultimũ extremũq; corrũpitur qcquid interijt, materia eſt, ergo corrupta erit anteq̃ corrũpat. Nã ſi id in quo res corrũpunt materia eſt, anteq̃ materia aũt ĩteriret ipſa erat, igit priuſq̃ corrũpatur corrupta erit, & poſtq̃ corrũpit rurſus erit. Vñ de illa materia ex qua rurſus ſit, & in quam corrũpit ꝑcunctandũ eſt ſi illa ſit ingenerabilis & ĩcorruptibilis, vel ne. Nã ſi illa gigneret, & interiret, & eidẽ oportet alterã prius ſubijci, vel ergo in infinitũ ſic procedere oportet, quod quidẽ abſurdũ eſt, vel ſtare oportet ad aliquid ingenitũ & incorruptibile, ſed hoc tale quicqd erit prima materia erit. Sed cur de prima hæc dicimus, qa de prima loqmur. Hoc mõ igitur oſtendit materia eſſe ingñabilis & corruptibilis, hac poſita conſtitutaq; dignitate, vt nihil ex nihilo fieri queat. Et ſiquis nõ cõcederet hãc dignitatẽ. Etenim apud Ariſt. formæ cũ ex cõplexionibus nõ ſint, ſed extrinſecus corpibus aduenĩãt, qppe ẽlmẽtorũ mixtio cõplexioq; nõ efficiat aiam rationalẽ, vel oĩno reliquorũ vitã, neq; ſane reliquas formas. ſ. carnis, oſſis & aliorũ id genus, ſed extrinſecus ex vniuerſo naturę opificio cõplexionibus aduenĩãt, quę tñ prius nõ erãt, cõſtat certe, vt ẽt apud Ari aliqd ex nihilo fiat, dico. ſ. ex nõ materiali cauſa. Nõ. n. prius ſubijcit aliq̃ materialis cauſa q̃ ita trãſmutata efficiat aiam rationalẽ. Cõplexio aũt duntaxat corpus efficit aptũ idoneũq; ad recipiendũ ipſam, attñ cõplexio non eſt ipſa aĩa. Nã vt is qui lyræ, vel cuiuſdã inſtrumẽti cordas cõderet, ipſas cõgruas idoneaſq; inſtitueret, vt cõcentus formã ſuſciperẽt attñ cordę nõ ſunt ipſi concẽtus, ſed extrinſecus ab eo qui pulſat cõcẽtus cordis aduenit, ita ſe habẽt corporũ aĩatorũ cõplexiones. Nam cõplexionibus optime diſpoſitis extrinſecus vitæ immittũtur ab ipſo opifice. Nã peius melioris eſſe cauſa nõ põt. Vnde neq; inaĩatũ poterit eſſe cauſa aĩæ, neq; vitæ expers cauſa vitę, q̃re ſi hę formę ſempiternę nõ ſunt, ſed fiũt & adueniũt igit nõ ex aliq̃ p̃ſuppoſita materia ſubãm, & exiſtẽtiam recipiũt qũo igit qs poſſet oſtẽdere nihil fieri ex nihilo, ſed fieri veluti ex pręſuppoſita cauſa materiali. Hæc aũt refero ad primã ſubſtantiã materiæ, qm̃ nihil vetat ipſam eſſe ex nihilo, ſi quidem oẽs formę mõ nõ ex quodã pręſuppoſito ſuã ſubãm capiant. Nã cõpoſitum eſt illud quod fit ex materia. Verũ de his paticularibus quæ fiunt modo dicimus conſtare, vt cuiuſcunq; materia nõ generetur neq; corrũpatur. Hæc hactenus quoad p̃ñtẽ rationẽ,

Sed vide oppoſitú ab Ariſto. p̃mo libro de gñatione aialiuʒ vbi ſolá mẽtẽ extrinſec⁹ venire dicit.

Vide Ioãnẽs qd pro religione dicat.

cum in hoc loco plura poſſint adduci argumẽta. Sed aliquis hoc in loco merito quęrere poteſt qũo materię definitio tradatur. Nã ſi perſpicuo clareq; ſubãm materię amplecti cognoſcereq; non poſſumus, & ob id cognitionẽ eius aſſequimur, ꝑ proportionẽ, reſpectũ, vel ꝑ negationem, qũo igitur affert definitionem materiæ. Nam definitiones affirmant aliquid de definito. At de materia nihil affirmari poteſt. Reſpondemus igitur definitionem eius quam nũc tradit Ariſt. non ſignificare eius ſubãm, quippe quæ de ipſa nihil affirmat, ſed habitũ reſpectũq; quẽ ipſa erga formas habet declarat. Et quẽadmodum generũ definitiones nõ aliud quippiã de ipſis affirmant, ſed duntaxat habitum reſpectũq; explicãt, quẽ habẽt erga ea q̃ ſub ipſis collocantur. Nã cũ dixero genus eſt illud q̃ prędicat de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid non quãdam ſubãm generis dixi, ſed quendã habitũ reſpectumq; ad ea quæ ſub illo collocantur, & hæc potius deſcriptio q̃ definitio appellanda eſt, ſic ẽt de materia dicimus, qm̃ hæc non eſt definitio eius quæ nunc traditur, ſed magis deſcriptio ſignificans qualẽ habitum ipſa obtinet ad res naturales. Cęterum ad quędã verba ſuperioris textus veniamus. At ſuapte potẽtia non per ſe. Ideſt ſecundum propriam potentiam per ſe incorruptibilis eſt. Nam ſemꝑ ipſa eſt potentia omnia. At in priuatione non ſemper eſt, ſed potentia omnia ſemper eſſe videtur. Hæc igitur eſt ipſius natura.

Dubitatio.

Reſpõſio.

De principio autem formali: utrum unum ſit: an plura: & quid nam ſit: aut quæ ſint primæ philoſophiæ diligenter exquiſiteq; munus eſt determinare. Quare hæc contemplatio in illo tempore reſeruetur. De naturalibus uero formis quæ oriuntur ac occidunt: in hiſce quæ poſterius oſtendentur dicemus ac pertractabimus. Hoc igitur pacto ſint hæc a nobis determinata principia & quæ: & quot numero ſint. Rurſus alio ſumpto principio dicamus.

De principio inquit ẽm formã. Dicit aũt de forma ſeparata & cauſa eſſentię aliarũ formarũ quę hic ſunt. Non. n. loquitur de illa quæ in multis eſt, de qua ad naturalẽ diſſerere attinet. Nunquid vnũ ſit vel plura, & ſi vnũ quid hoc ſit. Et ſi plura, q̃ & quot ſint diſſerere determinareq; primæ philoſophiæ munus eſt. Idcirco ĩ illis libris ſermonẽ de his facere diſtulit. Diſſerit aũt de eiſdẽ ĩ triceſimo textu metaphyſices. Nũquid vnũ ſit, vel plura, & ſi plura quot ſint hęc, et qũo multa ad vnũ ſe habeant. Itẽ q̃ oĩa inde pendent, quippe nõ expediat multa dominari præeſſe cũctis rebus, quãobrem ipſe ẽt nõ ignorauit apud Platonẽ ſeꝑabiles formas abiũctaſq; & cauſas earũ rerũ q̃ hic ſunt. Vnde nõ temere ſuꝑioribus cũ dicebamus principia ſemꝑ oportet manerę illũ de his formis forte dixiſſe aſſeruimus. De naturali aũt forma quę eſt gñabilis & corruptibilis ĩ ſequẽtibus libris diſputabit, atq; ĩ omnibus oꝑibus naturalibus, vt de formis aĩaliũ, vel earũ rerũ quę fiũt ĩ ſublimi, atq; ſimpliciter de alijs formis rerũ naturaliũ. Quod itaq; ſint principia rõne demõſtrauimus, qm̃ ſi ſunt res naturales cõpoſitæ, & cõpoſitiorũ ſimplicia principia, res naturales igit habẽt principia. Et q̃, & quot numero ſint, qm̃ materia, forma, & priuatio ſunt, & partim tria ſunt pricipia numerata, & parti duo, ꝑprie et ꝑ ſe materia & forma ſunt pricipia. Nã priuatio nõ ẽ ꝑ ſe pricipiũ ſed ꝑ accidẽs.

Duodecimũ librũ vocat methaphy.

FINIS.

PHYSICÆ AVSCVLTATIO-NIS LIBRI SECVNDI ANNOtationes Ioannis Grammatici. Interprete Guilelmo Dorotheo Veneto Theologo.

EORVM *quæ ſunt quedam ſunt natura: quedam ob alias cauſas.*

PRINCIPIO Ariſto. propoſitum erat rerum principia afferre, quocirca in primo libro diſputatum eſt de materia & forma. Verum de materia longiſſimis verbis cum falſas veterum opiniones de ipſa repurgaſſet, & ſuam poſuiſſet inquiens materiã eſſe primũ ſubiectum ſubſtantiarum, atq; ipſam numero vnam eſſe, ratione autem non vnam. Preterea dixit nos vtentes modo proportionis reſpectuſq; venire in cognitionem eius, ipſam quoq; appetere formam vt turpe pulchrum, & fœmina marem, quanq; ipſa non eſſet per ſe velut fœmina & turpe ſed per accidens. De forma autem cum diſſeruiſſet tractaſſetq; ipſam aſſeruit eſſe diuinum quodã per ſe appetibile & nullo egens, quamuis quid eſſet forma non explicas ſic ad calcem libri ſubiunxerit. De forma ſeparata & ſempiterna diſſerere primæ philoſophiæ munus eſt. De generabili autẽ & corruptibili in ſequentibus dicemus. Proponit itaq; Ariſto. in hoc libro agere de forma ſed quoniam forma eſt vniuſcuiuſq; natura, cuius eſt forma. Nam vniuſcuiuſq; natura nihil aliud eſt ꝗ forma vniuſcuiuſq;, & ecõtra forma vniuſcuiuſq; nihil aliud eſt, ꝗ natura vniuſcuiuſq;. Ob id cum de forma tractare velit ab exordio huius libri quærit quid ſit natura. Vnde differit de his quæ denominantur a natura, ſcilicet, quid ſit habens naturam, quid natura, & quid ſit ſecundum naturam. Verum quia natura non ſolum eſt formalis cauſa ſed etiam efficiens & finalis vt ipſe procedendo inquit hæc tria formam, efficiẽs, & finem in idem venire, ob id recurrit ad diuiſionem, principiorum, & diuidit, quot modis ſint principia, & affert hanc trinam principiorum diuiſionem. Principiorum quædam ſunt proxima & immediata, quędam vero per media. Item quædam ſunt per ſe, quędam per accidens. Rurſus quædam ſimplicia & quędam compoſita, & hæc cuncta vel actu, aut potentia, quo in loco denuo ſermonem de materia inuoluit, & de ipſa diſputat. Item hic differit de reliquis omnibus cauſis, ac de fortuna & caſu, & explicat quomodo ſint cauſæ quorum ſunt cauſæ, quoniam etiam nõnulla ſiunt a caſu, vel a fortuna. Et igitur vt breuiter dicamus horum duorum librorum intentio agere de materia & forma, ſed in primo libro potius de materia ꝗ de forma diſputatum eſt, in ſecundo autem magis de forma ꝗ de materia, ac de reliquis omnibus cauſis naturalibus quæ per ſe dicuntur cauſæ, vel per accidens. Et tandem principio huius libri de forma agere inſtitutum eſt, & quoniam (vt dicebam) forma eſt vniuſcuiuſq; natura imprimis differit quid ſit natura. Vt igitur inueniat quid ſit natura accipit id quo res naturales a non naturalibus differunt. Nam quatenus naturalia differunt a non naturalibus, hac ratione ſunt naturalia. Idem fecit in libro de anima, vbi cum voluiſſet accipere quid ſit anima prius quęſiuit quomodo animata ab inanimatis diſtarent, & id eſſe animam dixit quo differũt, quodam igitur differunt res naturales a rebus non naturalibus, quoniam naturalia videntur in ſeipſis ſui motus ac quietis habere principium. Nam animalia cum mouentur ab aliquo extrinſeco non mouentur, ſed in ſeipſis habent id quod mouet. Item inanimata ceu lapides cum demittuntur deorſum non ab eo qui dimittit deorſum feruntur, quippe qui duntaxat lapides præcipites dedit, ſed in eis clauditur vis naturalis & momentum quod ipſos deorſum defert. Ita ignis deorſum ſi dimittatur, ſuapte natura ſurſum ducitur & fertur. Vnde cum tandem elementa ad ſuam vniuerſitatem peruenerint ac illi reſtituta fuerint proprijs in locis ſuapte natura quieſcunt. Verum naturalia non modo in ſeipſis obtinent principium motus localis, ſed etiam alterationis & auctionis. Nam id quod intus auget eſt materia quæ vtitur nutrimento, & ſecundum qualitatem eſt tranſmutans ex nigro album, vel ex magis frigido magis calidum, vel humidum & ſiccum efficit. Quod enim non a quadam natura extrinſeca, ſed a natura materiæ quæ vtitur cibo & nutrimento alteremur & augeamur patet, quæ etiam cum cibum in ſanguinem conuertit & ad vnamquanq; partem illum mutet & diffundat alteratione vtitur. Sic igitur cuncta naturalia habent principium motus in ſeipſis. At non naturalia, ceu quæ ab arte fiunt cauſam motus externam obtinent. Nam lecti cauſa externa eſt faber lignarius, quippe in ligno non ſit cauſa quæ lectum ędificet & condat, ſed extrinſecus eſt. Eodem etiam modo qui domum extruit, ac ipſam ad talem formam deducit, ædificator eſt & opifex externus, ſi ergo hac ratione naturalia a rebus non naturalibus differunt eo quod ipſa naturalia habent in ſeipſis motus quietiſq; principium, & quæ arte fiunt extrinſecus principium habent, videtur igitur vt natura ſit hoc principium ſcilicet motus & ſtationis. Verum natura non eſt ſolum principium motus, ſed etiam quietis. Nam ipſa quippiam mouet vt ad formam redigat, firmat autem & manet vt conſeruetur in forma. Tradit igitur hic definitionẽ naturæ quod ipſa ſit principium motus & quietis in quo eſt primo per ſe & non ſecundum accidens. Quies autem apud me non ſolum modo intelligenda eſt ea quæ contra motum diuiditur ſed etiam ipſa ſtatio & immobilitas, quippe natura non ſolum ſit cauſa quietis quæ motui ſuccedit, ſed etiam cuiuſcunque quod ſemper manet atq; immobile eſt, vt dicere ſolemus de immobilitate centri, & cardinum polorumq;. Hæc igitur eſt definitio vt natura non ſolum ſit principium motus ſed etiam quietis, quoniam ipſa quendam finem intendit et coniectat. Non enim ſimpliciter ob id ipſum natura mouet vt moueantur mobilia, ſed etiam vt aliquem finem & formam attingant, quoniam ipſa ad hanc tendit idque animaduerterit, merito quamprimum ad hanc deducta fuerit, mobile quod iam finem aſſecutum eſt, quieſcet & ſtabit vt conſeruetur in eo propter quod etiã mouebatur. Adiecit etiam (primo) quoniam & anima rationalis mouet animal, & talis eſt principium motus non externum, ſed eodem mobili internum inſitumq;, quæ tamen primo non mouet, ſed p

In prologo idem.

Aduerte optimã declarationẽ quietis Duo ſunt cęli mundique poli artic⁹ & antarticus q diſtãt a polis zodiaci p. 23 grad⁹ de his ergo polis dicit, & non de alijs ceu de polis octang ſi nona ſphęra eſt aut 10. Nã hi mobiles ſunt, neq; de polis zodiaci quæ hęc ab aſtronomis.

animam irrationalem quæ etiam primo non mouet animal niſi eo quod natura eſt. Hæc igitur eſt quæ primo mouet. Nam ſenſus mouet ad aliquod, ſiue ille ſit viſus, ſiue auditus, ſiue aliquis alius ſenſus, quippe nos cum aliquid intuemur ad ipſum moueamur, ſed non primo viſus aſpectuſq; animal mouet, dico autem primo ideſt proxime immediateq;, quoniam viſus prius vim appetendi ciet, ipſaq; deinde naturales potentias excitat, quæ poſtremo animal mouent. Si ergo neq; anima irrationalis primo mouet animal, multo magis neq; rationalis, quare & ſi anima, tum rationalis, tum etiam irrationalis moueat, atque ſit cauſa mouens in ipſo mobile, tamen quia nõ primo mouet animali, ideſt proxime, ob id anima nõ eſt natura. Item nauis habet in ſeipſa id quod mouet ſcilicet gubernatorem, qui ipſam ciet. Verum eam remis temoneq; mouet qui extrinſecus mouet neque eſt in ipſo temone initium motus & cauſa, ſed in gubernatore, qui mouet temone veluti quodam inſtrumento nauem. Si ergo natura organo inſtrumentoue quippiam mouet, tamen ipſa ineſt eis quæ primo mouet. Gubernator aut non eſt in temone, ſed extrinſecus ipſam nauem mouet, ſiquidem ope temonis ipſam cieat qui externus eſt, aut ſaltem affirmari non poterit, vt anima animalium quo animalia ſunt, natura ſit. Nam ſi motus animalium quo animalia ſunt anima eſt cauſa primo & non ſecundum accidens, & eſt in eiſdem, & non ſolum in animata naturalia ſunt, ſed etiam animalia & ſimpliciter animata, igitur ipſa videtur eſſe natura, niſi animata quo animata minime naturalia appellare debeamus. Præterea videtur omnis anima præter rationalem eſſe natura, quippe quæ proxime ac immediate non moueat naturalia, neq; dici vnquam poſſit primo mouere. Nam intellectus viſq; cogitandi cum in mobili eſt, mouet ſed non primo, quanquam ſit in anima rationali. Adiecit quoque per ſe & non ſecundum accidens, quoniam medicus cum ægrotat, & ſibiipſi reſtituit ſanitatem, non quatenus ęgrotat in ſeipſo habet principium mouendi ſe ad ſanitatem, ſed per accidens, quatenus accidit vt medicus ſit qui ægrotat. Quod enim non quatenus ęgrotat, neq; quatenus ſanatur in ſe principium ſanitatis medicus habeat, ex his patet, quoniam non ſemper hæc inuicem conueniunt, & concurrunt quoniam non quicunq; ſanatur in ſe retinet principium ſanitatis, quare per accidens medicus ſeipſum curat. Similiter & ſi quis alter peritorum inueniens ſpeculationes & theoremata ſine præceptore ſeipſum moueret. Definitio igitur naturæ hæc eſt. Sed addubitatione dignum eſt, quoniam hæc definitio non explicat ſignificatq; quid ſit natura, ſed potius indicat actionem naturæ. Non enim quid eſt natura didicimus eo quod didicimus ipſam eſſe principium motus & quietis, ſed didicimus quid efficiat natura. Vt ergo eiuſdem ſubſtantiæ definitionem aſſignemus in hunc modum dicendum eſt. Natura eſt quædam vita ſiue vis quæ per corpora diffunditur eorum formatrix & gubernatrix principium motus & quietis in eo cui ineſt per ſe primo & non ſecundum accidens. Quod autem natura nõ modo ſit animatorum gubernatrix, ſed etiam inanimatorum patet. Nam vnumquodq; habet vim naturalem quæ coniungit conſeruatq; eſſe, quippe corrumpi ſoleat in non ens quoties non participaret aliquo connectente & coaptante ipſum. Sed patet vt quemadmodum forma in animatis, quædam clariſſima eſt, ita etiam eſt naturæ prouidentia. Patet igitur & hic, quoniam definitio comprehendit & ipſam naturam animatorum quæ anima eſt. Nam animatorum vita nihil aliud eſt q̃ anima. Dubitaret autem aliquis contra diffinitionem naturę, quomodo dicimus ipſam eſſe principium motus & quietis, ſiquidem cœleſtia ſint etiam corpora naturalia, & ipſa principiũ motus & quietis in ſeipſis habere minime videantur, quippe quæ ſemper moueantur, videtur igitur hæc definitio non cuiq; naturæ communis eſſe, immo etiam vniuerſitates elementorum ſunt immobiles. Nam ignis in proprio loco non mouetur ſed duntaxat quieſcit ac manet, quippe orbicularis ſit eius motus ac proximi aeris, qui ſupernaturalis eſt, & nõ naturalis, cum circum agatur corporum cœleſtium circunductu. Quod vero propria ratione vniuerſitates immobiles ſint, ex reliquis duobus elementis patet aqua ſcilicet & terra, quæ vt tota immobilia ſunt, quare ſi totalitates vniuerſitateſue immobiles ſunt, quomodo ergo dicimus naturam eſſe principium motus & quietis. Dicimus igitur ad hoc in cœleſtibus præſertim naturam non ſolum eſſe cauſam motus, ſed etiã quietis. Nam totalitates & centra ac cardines potiue manent, quorum ſtationis immobilitatiſq; cauſa eſt ipſa cœleſtium natura. Item quia natura aliquomodo finem reſpiciens mouet vt illum aſſequatur quẽ aſſecuta quieſcit. Cœleſtia autem ſemper in fine atq; in principio ſunt, quippe quodcunq; momentum ſit principium & finis reuolutionis. Sol enim modo exiſtat in ariete qui poſtea ſuo circuitu redeat ab eodem in idem, ac rurſus principium alterius circuitus faciat, certe hoc modo vnumquodq; punctum erit principium & finis, ſic etiam dicendum eſt de partibus totiſq; ſphęris & orbibus, quare ſi illa ſunt ſemp̃ i fine & nunq̃ deſinũt neq; recedũt exeũtq; ab illo, ſane hoc modo dicerentur quieſcere, & nunq̃ a fine recedere alienariq;, quare natura in his nõ ſolum eſt cauſa motus, ſed etiam eiuſmodi quietis qua ſemp̃ cœleſtia ſunt in fine, & in eo quieſcunt. Item de reliquis elementis dico. ſ. de vniuerſitate ignis terrę & reliquorum, quę & ſi vt tota ſm̃ locũ non mouẽtur a ſua natura, attamen mouentur motu alterationis, cum calida vel frigida fiunt. Terra quoq; germinat. Nam & ſi vniuerſitates vno alterationis motu definito certoq; ſimul tote non alterẽtur, tamen ſingulis partibus alia ſcilicet atq; alia aliter alterata tota vniuerſitas aliquando tranſmutata erit. At ſi quis diceret elementa extrinſecus habere cauſam alterationis videlicet Solem. Scito quod neq; animalia motibus naturalibus mouerentur ſine ſole, quoniam neq; ſine illo eſſe poſſunt, ſed vt in animalibus eſt quędam mouendi cauſa, licet a conuerſione ſolis in ſuo orbe extrinſecus adiuuetur, ſic etiam eſt in elementis. Nam ſi inſitus calor, atq; alij motus naturales alteri fiunt iuxta temporum circuitum, attamen naturam eſſe diuerſitatis motuum animatis cauſam facimus & alterationum eius. Et ſi aliquis non concederet cauſam motuum qui alterationes ſunt, in ipſis elementis eſſe, ſaltem perſpicuo eſt motus localis cauſa in ipſis. Non enim omnium motuum qui ſunt in vnoquoq; natura eſt cauſa. Poſſumus etiam definitionem hoc modo in-

Aduerte qd iſte dicit qm̃ inuenio Ariſt. in libro de hiſtoria aialium dicere aiam vegetalem nõ eſſe nãm vbi mouet gñe, ſed nõ aiam irrationalẽ imo oppoſitũ q ipſa ſit natura itẽ in libro de gña. tiõne aialium ſolũ intellectiuũ venire extrinſec° ſz alias educi ex ſemine cur ergo ñ naturę erunt. Tu conſide...

Addubitatio

Hęc diffinitio parti Platonica eſt. Vide Timęũ & expoſitorem Procũ & alios pręcipue Plotinũ, hoc nõ ẽt accepit naturam Ariſt. aut Nicola° pipateticus in ſuo libro de mũdo cũ dicit, iuxta interpretationẽ Budei. Mũdũ ẽ cõpages e cœlo terraq; coagmẽtata, atque ex iis naturis q̃ intra ea cõtinẽtur, ſi. cut nos etiã i cõmẽtario hui° libri diffuſe declarauimus.

Reſponſio.

Conſidera ẽt hoc qm̃ cuiuſlibet gradus in ariete vel in cęteris ſignis zodiaci & in quolibet ſol ſuũ paratellũ efficiat quo ab eodẽ iterũ ſe ſeparat.

Reſpõſio quo ad elementa.

Q̃uo elementa alterentur primo meth. vide.

Alia expoſitio definitionis particulę qua legit ipſius & pro vel & disiunctiue.

telligere, ſcilicet ꝙ ſit principium motus, vel quietis vel e conuerſo, quoniam in rebus naturalibus motus & quietis natura eſt cauſa, ſiue ſint vtraq; in eodem ſiue duntaxat alterum. Item aliter dicimus quoniam in vniuerſitatibus elemētorum natura eſt principium motus & quietis ſecundum partes. Nam omnes partes elementorum ſuapte natura idoneæ ſunt vt moueantur & quieſcant, vt ſolemus dicere totum cœlum moueri ſecundum partes. Quidam vero aiunt philoſophum definiuiſſe naturam generabilium & corruptibilium, & non omnem naturam ſimpliciter, quod quidem mihi videtur dici ſine ratione, quoniā hic liber eſt de his quæ communiter conſequuntur omnia. Quid igitur ſit natura diximus. Quæ autem habent naturam inquit ea eſſe quę in ſeſpiis huiuſmodi principium retinent, ideſt principium motus & quietis. Hæc autem vt inquit ſunt ſubſtantiæ, & præſertim corporeę, & materiales, quodquidem in hunc modum probant. Quæ habent naturam ſubijciuntur naturæ quippe natura ſit in ſubiecto, ſed accidentia nō poſſunt eſſe ſubiecta, quoniam nullum accidens primo ſubijci poteſt, & quæcunq; non ſunt accidentia ſubſtantiæ ſunt, igitur quæ habent naturam ſunt ſubſtantiæ. Secundum naturam autem ſunt (inquit) quę habent naturam. Nam dicimus ignem eſſe ſecundum naturam quia ab arte non fit, ſimiliter homo, equus, & omnia naturalia. Item dicuntur (vt inquit) ſecundum naturam actiones per ſe naturales perficientes ea quæ naturam obtinent, vt ignis ſurſum latio, & terræ deorſum delatio. Hæ (inquit) neq; natura ſunt, neq; habent naturam, natura nanq; nō ſunt quoniam ipſa natura eſt principium motus & quietis. Hæ autē ſunt motus, quare neq; motus erunt cauſæ. Item neq; naturam habent, ſiquidem quę naturam habent ſubiecta ſunt, & hęc potius in ſubiecto ſint q̃; ſubiecta, quare latius communius eſt ſecundum naturam, q̃; habens naturam. At id ꝙ conſtat natura dicitur de illo quod habet naturam, ac de eo quod eſt ſecundum naturam. Exordium itaq; ſumens inquit ea fatemur conſtare eſſeq; natura quæ ſunt animalia & partes ipſorum. Sic ſane dicit Ariſt. qua ratione in idem redigit id quod eſt ſecundum naturam, atq; id quod natura eſt, ſiquidem ambo de eiſdem dicatur. Verum exactius exploratiuſq; dicere poſſemus, quoniam quod eſt ſecundum naturam duntaxat de actionibus perficientibus dicitur, ſed id q̄d eſt natura dicitur de actionibus perficientibus perfectiſq; de his, ſcilicet dico, quæ a natura proficiſcuntur, in quibus inuenitur id ꝙ ſecundum naturā dicitur, ac de ſubſtantijs, & ſimpliciter habentibus naturam, & a natura emanantibus & non extrinſecus productis, quanq; præter naturę intentionem fierent, ſicut dicimus mortem naturalem, & natura corpus ægrum, ac ſenectutem mortem naturalem eſſe. Item dicimus ea eſſe natura quæ non ſecundum intentionem naturæ fiunt, ſed ob imbecillitatem corporum & præter naturam accidunt. Quærimus autem de illo ꝙ eſt communiter præter naturam, ceu de monſtris prodigijſq;, ac de leuibus corporibus quę præter naturam deorſum feruntur, nunquid ipſa eſſe natura dicere oporteat vel ne. Et ſi non natura ſunt quæcunq; fiunt præter naturam: an arte, vel caſu, vel ratione, vel mente, aut ſimpliciter alio modo præter naturam. Vnde multi quidem ac clari interpretes Ariſt. aiunt ea quæ ſunt præter naturam eſſe natura, quippe ars non efficiat monſtra, neq; ratio, aut mens, ſola igitur natura hæc fiunt. Nos igitur ad hoc dicimus, quoniam cum natura habeat finem ipſum bonum ad quod reſpicit, iccirco habet etiam certa definitaq; opera. Nam ſemper duos oculos in homine duaſq; manus, & aliorum vnumquodq; certum & definitum facere vult. Atqui ipſa præter naturam indefinita incertaq; habētur, quare quæ ſunt pręter naturam non ſunt natura, ſiquidem quæ natura ſunt certa determinataq; habeantur, & ea quæ præter naturam fiunt vllo termino ſint conſtituta & certa. Item quia ars naturam ſemper ꝓ viribus imitatur, & quum nos videamus in artificiarijs aliquid tum arte, tū etiam præter artem fieri aliquomodo, quid itaque aliud ſequitur, q̃; ſi hoc inuenimus in artificialibus, ita in naturalibus aſſeramus. Dicimus itaq; quod ſcientiam ipſam artem appellare conſueuimus, ceu ædificandi peritiam, vel quandam aliam, & opus artis elaboratum artem. Nam ſæpe dicimus aliquod ſimulachrum intuentes illud recte pulchreq; elaboratum & fictum magnam artem habere, quoniam igitur id quod eſt ſecundum artis principia recte elaboratum artem vocamus, igitur conſtat vt id ꝙ non ſecundum artem elaboratum erit ſed vt ſors tulit a quouis non opifice, præter artem appellandum ſit. Si ergo præter artem quippiam aliqua temeraria artis profeſſio efficit, ergo vt ſe habet ars ita ſe habebit natura. Igitur quod eſt præter naturam non erit natura, hoc igitur modo videtur conſentaneum rationi, vt quæ ſunt præter naturam non ſint natura. Verū neq; hæc ſimpliciter ſunt præter naturam, ſed in natura particulari hæc ſunt præter naturā & non natura. In vniuerſali autem ſunt natura & ſ̄m naturam. Nam particularis natura vnā formam intendit, & vnā priuationē fugit, iccirco in natura hac hominis mōſtrum neq; natura eſt neq; ſ̄m naturā, ſed i uniuerſali natura, q̄m nihil eſt vniuerſo pręter naturā, quinimo malum non ſit vniuerſo pręter naturā, ſed natura, & ſ̄m naturam eſt. Nam mōſtra fiunt a tota ipſa natura, quę materiam ſubiectā tranſmutat, quam ineptam rudēq; efficit ad recipiēdum particularis naturæ formā, verbi gratia ſi continens a circunductu cœleſtiū ita affectū atq; diſpoſitum ageret aliquid vltra in materia hominis gignendi vt fieret incōueniens indiſpoſitaq; ad ſuſcipiēdum formā, quam natura illi immittere ingereq; apta eſt, natura humana ſua intentione pariundi hoīem ob materiæ ineptitudinē fruſtraretur, & altera forma fieret, quę eſt pręter naturā particulari naturę, vniuerſali tn̄ naturæ eſt ſ̄m naturam, quippe ipſi nequeat aliquid eſſe pręter naturam. Itē neq; corruptio eſt præter naturā, ſiquidem generatio eſt ſecundū naturam. Nam cum ortus rerum eſt ſecundū naturam, interitus quoq; neceſſario erit ſecundum naturam, ſiquidē vnius generatio ſit alterius corruptio. Sed vtamur quodam exēplo quo perſpicuum ſit nobis id ꝙ accidit in his quæ fiunt præter naturā. Nam ponatur quis citharedus qui lyrā iuxta quendā concentum tēperet deinde aliq; cantilenam facere incipiat, & quidam extrinſecus quaſdā cordas vel omnes extenuet, ſiue vt proximiore exemplo vtamur, lyra humiditate vel ſiccitate continentis affecta in ea corde ex ſuo temperamento mutentur, & deinde citharedus digitis cordas

Solutio.

Vide quomō mōſtra & violēta ſint natura & pter naturam.

Malū nō ē pter naturā uniuerſo opio manikheorū.

tis cordas

tis cordas ſic temperet, vt quemlibet concentum & ſonum artificialem reddat atq; perficiat, ſiquidē corde iuxta congruam proportionem ordinate & coaptate fuerint. Quemadmodum igitur hic citharedus lyram percutit & ipſam pulſat vt apta idonea eſt ſonare, tamen materia cordis ſubiecta cantilenam quā citharedus propoſuit non perficit nec reddit, ſed quędam rudem incompoſitum non artificioſum ſed indefinitum efficit, ita dicendum eſt de natura. Nam cū materia formæ humanę ſubiecta vel cuidam aliæ formæ animalis a circunductu cœleſtium & coniunctione ſit inepta & non idonea, accidit vt actio quæ fit in ea peccatum ſit atq; error, & ſicut ſonum quem fecerat citharedus ex inordinata cithara dicimus non arte, neq; ſecundum artem fieri, & ſi ab artifice ſit factus, ſic etiam quæ fiunt præter naturam non eſſe natura, neq; ſecundum naturam aſſerimus, quoniam neque fiunt ſecundum certam definitamq; proportionem naturæ. Veruntamen ſi ea comparentur ad vniuerſi naturam ea produci natura affirmabimus, quoniam ſecundum naturam eſt vniuerſo vt quædam intereant & corrumpantur cum alia fiant, ſic igitur ob vniuerſi motum corrumpitur cōuenientia ſubiecta complexioni materiæ animalis, & alta ſit, quæ ob ineptitudinem eiuſdem non ſuſciperet formam naturalem, ſed quandam aliam incongruam ac indefinitā iuxta aptitudinem quam temere ſortiretur materia. Cæterum ad textum. Eorum quæ ſunt quædam natura ſunt, quædā ob alias cauſas. Non ſimpliciter omnium quæ ſunt ſed vel eorum quæ fiunt & corrumpuntur, vel omnium naturalium, & eorum quæ fiunt circa naturalia. Etenim quæ fiunt ab arte, & a caſu circa naturalia conſiſtunt. Vnde per alias cauſas intelligit artem, fortunam, voluntatem, caſum, rationem & mentem.

Natura quidem ſunt animalia parteſq; ipſorum: & plātæ & ſimplicia corpora: ut terra: ignis: aer & aqua. Hæc enim & huiuſmodi natura eſſe dicimus: omnia autem quæ dicta ſunt ab hiſce quæ non natura conſtant: differre uidentur. Nam ea quidem quæ natura conſtant: principium in ſeipſis motus & ſtatus habere uidentur partim eius qui eſt in loco: partim auctionis & diminutionis.

Quę ſint partes hoīs & aīalis ſimilares ac diſſimilares, organicę atq; nō organicę vide librū de hiſtoria aīaliū & de partibus.

Partes adiecit quoniam non vt ſe habent artificialia ita ſe habent naturalia. Nam naturalibus tota & partes eorum penitus natura ſunt, ceu totum animal natura eſt, & manus pedeſq; ſimiliter, & non ſolum partes diſſimilares, ſed etiā ſimilares. Atq; non ſolum hæ, ſed etiam elementa quibus ipſe conſtant. Et ſimpliciter ea quæ natura ſunt, cum ſunt ſiue pars, ſiue elemētum ſit prorſus natura ſunt. In artificialibus autem & ſi tota artificialia ſunt, vt domus lectica, abacus, attamen non quæcunq; partes ſeu elementa artificialia ſunt, quippe ligna & lapides quæ ſunt partes domus vel potius elementa artificialia dici nequeant, ſed naturalia. Nam vnumquodq; horum in ſeipſo retinet principium motus naturalis & ſtatus illius, motus inquam obtinent principium, quo ad formam tendunt ad quam mouentur, ſtatus autem quo permanent in forma ad quam ipſa mota erant. Et animalia quidem in ſeipſis omnis motus principium habent. Etenim generationis, & corruptionis, motuſq; ad locū principium habent, ſed plantæ carent priuanturq; motu locali, alios tamen motus habent. Econtra vero corpora ſimplicia in ſeipſis ſolum motum ad locum habent. Naturalia quoq; non modo principium motus in ſeipſis habent, ſed etiam quietis, excipimus autem cœleſtia. Nam hæc principium motus in ſeipſis habent, quietis autem minime, niſi eo modo quem paulo ante diximus.

At lectica: uestis: & quicquid ſit aliud ſimilis generis: quo quidem huiuſce nominibus appellantur: & quatenus ab arte ſunt nullum principium mutationis inſitum habent.

Genus rurſus vocat ipſam ſubſtantiam velut ſubiectum, & non velut prædicatum de pluribus. Omnes igitur artificiales formæ vt domus abaculus quatenus vnumquodq; aliquid huiuſmodi dicitur, ceu domus & lectica, quod quidem ſcilicet tale eſſe eis accidit ab arte & non a natura nullum inſitum principiū ſciendi & mutandi habent. Nam & ipſa habent cauſam mutationis ſed non inſitam, ſed externam ſcilicet ipſum opificem laborantem. In ſeipſis nanq; nullam habent cauſam motus quoad formam, quippe forma quam ars appoſuit ſemper quieſcat. Verum quatenus horum vnicuiq; accidit quoddam naturale ſubiectū habere, ceu lapides, ligna, uel aliquid tale in ſeipſis habent principium motus. Nam a cauſa naturali quæ in ipſis eſt deorſum ferrerentur & putreſcerent.

Quo uero ipſis accidit: ut ſint lapidea: uel terrea: uel ex his mixta eo motus quietiſue principium habent. Quo fit ut natura ſit principium & cauſa mouendi & quieſcendi in quo primo: per ſe: & non per accidens ineſt. Dico autem non per accidens: quia ſibiipſi quiſpiam medicus ſanitatis cauſa fieri poteſt. Attamen non per ſe ſanatur quo medicinam habet: ſed accidit ut idem medicus ſit & ſanetur ualeatq;: quapropter & ſeparantur nonnunquā a ſeſe mutuo.

Dixit vel ex his mixta ſcilicet ex ſimplicibus igne terra, & reliquis. Illud etiam cum ait. Eo motus habent, ſubintelligendum eſt communiter de his quæ habent principium motus inſitum. Quapropter & ſeparantur nonnunquam a ſeſe mutuo, per hęc nanq; breuiter probauit medicum ſuę ſanitatis eſſe cauſam per accidens. Nā ſi medicus ęgrotans per ſe ſanaret ſeipſum, nunquā ſepararetur ab ęgrotante quod ſanum eſt, quippe tale ſit per ſe. At nunc ſeparantur a ſeſe mutuo, quoniam non omnis qui ęgrotat ſeipſum ſanat & curat.

Similiter ſeſe habet & unumquodq; cæterorum: quæ efficiuntur. Nihil enim ipſorum principium motus in ſe habet: ſed quædam in alijs: extrinſecus habent: ceu domus & unumquodq; eorum quæ manu cōficiuntur. Quædam enim id quidem in ſeipſis habent: non tamen per ſe quæcunq; cauſæ per accidens ſibi fieri poſſunt. Id igitur eſt natura quod dictum eſt.

Inquit quæ efficiuntur pro hoc ſcilicet quæ ab arte conficiuntur.

Naturam autem habent quæcunq; tale principium habent: atq; hæc omnia ſubſtantia ſunt. Subiectum .n. quoddā: & in ſubiecto eſt ſemper natura: Secundum naturam autem ſunt & hæc ipſa: & etiam ea quæ hiſce per ſe competunt: ceu igni ferri ſurſum.

Cum dixerit quid ſit natura, etiam explicat quid ſit id quod habet naturam, & inquit ea habere naturam quæcunq; in ſeipſis habent tale principium quale diximus, dico ſcilicet motus & quietis. Quę autem hęc ſint ſubiunxit dicens ea eſſe ſubſtantias. Vnde autem ꝙ ſint ſubſtantiæ per id ꝙ adiungit meminit dicens eſſe vnumquodq; horum aliquod ſubiectum. At nullum accidens eſt ſubiectum ſed magis ſubſtantia. Vnde oſtendit deinceps ipſam eſſe aliquod ſubiectum dicens naturam eſſe in ſubiecto. Si ergo natura eſt in ſubiecto, & quod habet naturam ſubijcitur, & ſubiectum ſubſtantia eſt, igitur ꝙ habet naturam ſubſtantia eſt. Quod autem natura ſit in ſubiecto ex diffinitione oſtendit. Nã ipſa eſt principium motus & quietis in eo cui primo, & per ſe ineſt. Si ergo ipſa in quodã prorſus eſt cuius motus quietiſq; initium eſſe dicitur, conſtat ſane ipſam in ſubiecto eſſe. Verum nõ quemadmodum accidentia dicuntur eſſe in ſubiecto ſed vt forma in materia quæ complet & perficit vnã ſubſtantiam cum ſubiecto. Secundum naturam autẽ ſunt ea quęcunq; his inſunt per ſeipſa. Item ea ſecundũ naturam ſunt quæcunq; habent naturam, ideſt ſubſtãtiæ, & quicunq; ipſarum ſubſtantiarum actus per ſe, vt ignis ſurſum latio, atq; calefaciendi lucẽdiq; actus, ac de alijs ſimiliter.

Hoc enim natura non eſt neq; habet naturam: ſed eſt natura atq; ſecundum naturam. Quid igitur natura: & quid eſt id q natura: atq; ſecundum naturam dictum eſt.

Cum dixerit quid eſt ſecũdum naturam, vt ne quis dicat cur enim hoc non eſt natura, oſtendit id nõ eſſe naturam, neq; id quod habet naturam, quod profecto natura non ſit, hinc cõſtabit. Nam natura eſt principium motus & quietis. Hæc autem omnia ſecundũ naturam ſunt motus, & non principia motus & quietis, igitur hæc nõ ſunt natura. Præterea neq; naturam habent quoniam quæ habent naturam ſunt ſubiecta & ſubſtantiæ. Hæc autem ſunt in ſubiecto, igitur neq; naturam habent, ſed ſunt natura atq; ſecundum naturam. Vnde demõſtrat ꝙ id ꝙ eſt natura dicatur etiam de illo ꝙ eſt ſecũdum naturam. Nam dicimus ignem natura lucere Quod vero & id quod eſt natura dicat de illo quod eſt ſecundum naturam oſtendit in principio dicens. Eorum quæ ſunt quędam ſunt natura, loquens de rebus quæ ſubſiſtunt quæ quidem habent naturã. Et rurſus natura eſſe dicimus animalia & partes ipſorum. Verum proprie ea dicimus ſecundum naturam quæ dicuntur eſſe actiones actuſq; naturales. Id autem quod eſt natura de hiſce dicitur, atq; de his quæ habent naturam.

Eniti autem naturam eſſe oſtendere ridiculum eſt. Nam patet tales res eſſe complures. Oſtendere uero ea quæ ſunt manifeſta per ea quæ non ſunt manifeſta: hominis profecto eſt qui nequit id quod eſt per ſe notum: & id q non eſt per ſe notum diſcernere. Atq; id fieri poſſe non latet. Nam ratiocinabitur quidam de coloribus ortus cecus. Quare oportet tales homines de nominibus differere: nihil autem intelligere.

Ipſe dixit in libro de arte demonſtrandi cum quatuor ſint quæſtiones quibus de vnaquaq; re quærimus ſi eſt, quid eſt, quia eſt, & propter quid eſt præponendam cæteris eſſe quæſtionem ſi eſt. Quoniam ergo demonſtrauerat quid ſit natura, & non demonſtrauit ſi omnino natura ſit. Iccirco ad hoc ipſum hiſce reſpondet, quoniam eniti naturam eſſe oſtendere ridiculum eſt, cũ adeo pateat eſſe manifeſtaq; ſit ſubſtantia eius. At quæ manifeſta ſunt, non oportet eniti demonſtrare ipſa eſſe, ſed circa ꝙ quid eſt eorum & ea reliqua quæ inſunt ſermonem perſequi. Porro ſic et tempus eſſe ac locum cum omnibus manifeſta ſint, quid vero ſint opus eſt inquirere ac inuenirẽ. Vt igitur ſiquis eniteretur oſtendere ignem adurere ſenſu careret, ſic etiam qui vult oſtendere naturam eſſe caret ipſa vi ratiocinandi. Nam conſtat multa quæ in his ſunt ab ipſa natura eſſe diſpoſita atq; recta & digeſta. Vnde non opus eſt cuncta demonſtrare, neq; omnium demonſtrationem petere ac velle, ſed duntaxat eorum quæ ambigua in dubitationem veniunt. Nam vt ipſe oſtendit in libro de conficienda demonſtratione fieri non poſſe vt omnium ſit demõſtratio, alioquin ſi omnium eſſet demonſtratio nullius eſſet demõſtratio. Nam ſemper cum principia quibus demonſtramus, ſtudebimus demonſtrare in infinitum procedemus, & quoniam infinitum comprehendi nõ poteſt, neq; illud percurrere poſſumus nihil demonſtrabitur non demonſtratis primis principijs, ergo non cuiuſuis demonſtratio petenda quærendaq; eſt. Sunt enim multa quæ cum ſint omni demonſtratione meliora de ſeipſis fidem claram apertamq; præſtant, vt colores eſſe, & corpora, atq; talia quæ ſunt ſecundum naturam, & qui vult talium demonſtrationem afferre eidem vis cogitandi atq; iudicandi præbet errandi argumentũ, cum nequeat diſcernere iudicareq; quid occultius ſit quidq; manifeſtius apertiuſue, ac quid propriam fidem, & quid non propriam ſecum gerat, ſed demonſtrationem petit ex alijs principijs. Oportet enim talẽ per immanifeſta nota claraq; probare qualis extiterat Antiphon, qui nitebatur demonſtratione aſſequi quæcunq; eſſent ęqualia eidem, inter ſe æqualia eſſe, qui etiam quadrando circulum allucinatus eſt. Dicebat enim quæcunq; eidem ſunt æqualia eundem locum continent, ſed quæcunq; eundem locum continent etiam inter ſe ſunt æqualia, igitur quæ eidem ſunt æqualia inter ſe etiam æqualia ſunt, hoc enim modo rem manifeſtam per ea quæ longe occultiora ſunt oſtendere conatus eſt. Nam quid ſit locus, qualemq; habitum reſpectumq; habeat ad ea quæ ſunt in loco multis ac longis verbis narrationibuſq; opus eſt. Sunt igitur ij cecis ab ortu ſimiles qui nituntur oſtendere colores eſſe. Nam vt ij ſi videndi facultate potirentur, ſane non egerent demonſtratione quæ intellectu fit, cum ſenſu fidem longe meliorem haberent q̃ demonſtratione, quippe ſenſu & non ratione colores eſſe cognoſcitur, ita etiam qui manifeſta demonſtrare ſtudio contendunt, ſi obtinuiſſent vim iudicandi atq; dignoſcendi validam non niterentur manifeſta per occulta & ignota probare. Et quemadmodum vſuuenire cecis ab ortu ſolet verba colorum proferre, rem autem nullam intelligere, quippe eorũ cogitandi ratiocinandiq; vis nunq̃ ſciet naturam colorum, ita etiam peruerſos iudicio & ea animi parte diſcernendi inualidos homines ſi enitemur ſyllogiſmis perſuadere, eos ſane verba docebimus, res autem nequaq̃. Quare nos ſequentes naturã

Hoc idẽ Pla. i multis locis indicat i mẽnone & alibi

Quid Antiphon.

rerum

rerum oportet eam ponere ſtatuereq; ſine rationibus quippe longe melius ſit omni ratione ipſam naturam eſſe. Textus. Nam plane conſtat talia eſſe per naturam quæ ex ipſa conſtant. Atq; id fieri poſſe, ideſt aliquis poteſt eſſe ita ſenſibus uel ratione & vi ipſa diſcemēdi peruerſum ac inualidum qui nequeat cognoſcere quæ ſint res illę quæ de ſeipſis fidem faciunt, & non egent demonſtratione. Huius igitur exemplo ponit ipſum cęcum ab ortu enitentem oſtendere verbis colores eſſe. Nam talis de nominibus diſputabit, de rebus autem nihil intelliget, ſiquidē colores non idonei ſint rationibus verbiſq; cognoſci ſed ſenſu percipi.

Natura autem & ſubſtantia eorum quæ ſunt natura id quibuſdam eſſe uidetur: quod primum cuilibet ineſt informe per ſe. Veluti lectice quidē natura ſtatue autem æs. Signum autem inquit Antiphon. Nam ſi quiſpiam lecticam obruerit humo umq; putredo acceperit ut germen emittat non lectica: ſed lignum inde pullulabit.

Cum dixerit quid ſit natura, & diſſeruerit de his quæ denominantur a natura, ſcilicet quid eſt habens naturam, quid natura, quidq; ſecundum naturam hic quærit nunquid vno modo natura dicatur vel multipliciter. Inquit ergo naturam trifariam dici. Nam fertur natura eſſe id q͡ eſt primum vnicuiq; ſubiectum, ceu Antiphonti videtur, & antiquioribus naturalibus. Nam quidam aſſerebant materiam eſſe vniuſcuiuſq; naturam, ſed apud Ariſt. & forma reuera videtur eſſe natura, tertio generatio & via ad formam eſt natura. At quibuſdam videtur materia magis eſſe natura. Vnde hoc Antiphon in hūc modum probauit, quod eſt vniuſcuiuſq; ſubiectum & non mutatur in aliud atq; aliud, id cuiuſcunq; natura eſt. Omnia nāq; alia per quæ generabilia & corruptibilia mutantur, talia ſunt affectiones. Vnde natura ſtatuę non eſt figura ſed æs & lecticæ lignum quoniam figura eſt quędam affectio fit & corrumpitur, æs autem & lignum ſemper manent. Huius rei ſignum ſcilicet q͡ lignum ſit natura lecticæ Antiphon dedit, quoniam ſi quis lecticam humo obrueret & putreſceret, deinde vim gignendi putreſcens conciperet non germinaret p̄duceretq; lecticam ſed lignum perinde atq; ſit figura quædam affectio, lignum autem natura q͡ eſt materia lecticæ. Nam in quouis id eſt natura quod poteſt generare ac mouere vnumquodq;. Sed quod artificialibus accidit, idem etiam naturalibus vſuuenit, q̄m ars imitatur emulaturq; naturam, quare vt in artificialibus inuenimus naturam uniuſcuiuſq; non eſſe formam, ſed materiam eo quod ſemper permanet materia, forma vero non permanet, ſic ſane in naturalibus materia erit vniuſcuiuſq; natura, forma autem affectio, quare & ſi lecticæ materia lignum dico, non ſit aliqua res ſimplex ſed compoſita ex ſubiecto & forma, eandem tamen retinet ſubiti q; rationem quam lignum reſpectu lecticę ſubſt. Vnde ſubiectum & materia ligni erit natura eius, ſiue hoc fuerit aqua, ſiue terra, ſiue quoduis aliud. Ligni autem forma erit quędam affectio de numero eorum quæ generantur & corrumpuntur, quoniam ſubiectum lignum mutatur in alteram formam vt in terram, quare ſi ſubiectum permanet & formę viciſſim mutantur, ſubiectum erit magis natura q̄; id quod mutatur. Ob id igitur inquit, quod quidem videbatur vnicuiq; eſſe materialis cauſa rerum naturalium, ſiue vna, ſiue plures, id etiam rerum naturam eſſe ponebant, atq; hanc permanere, formarum autē aliam atq; aliam corrūpi & fieri, ſi ergo lignum cum vritur cinis permanet quæ terra eſt igitur terra videtur eſſe natura lignorum, & aqua metallorum quæ liqueſiunt quoniam cū liqueſiunt aqua permanet. Et ſi aqua non foret ſimplex ſed forte pro ſubiecto aerem habet, certe aer erit eius natura, quoniam in corruptione aquæ ipſe permanet, quare quicunq; materialem cauſam affirmant ſiue aerem, ſiue aquam, ſiue quoduis aliud, hanc etiam aliorum naturam eſſe autumabunt, quicunq; autem plures materias dant, plures etiam naturas affirmabunt. Quod quidem igitur materia ſit natura hunc in modum demonſtratum ſit. Sed quod forma ſit magis natura q̄; materia multis argumentis demonſtrat, ſed primum adducit exemplum eorum quæ fiunt ſecundum artē.

Primo meta: diſputa: an materia ſit magis ſubſtātia an forma vide ibi quę poſſunt cōferre ad hoc.

Tunc inquit vnumquodq; artificiale eſſe fertur, & habere ſuipſius artem quando actu fuerit tale quale eſſe dicitur, & non quum fuerit potētia huiuſmodi. Nam minime fertur materiam lecticæ habere artem, vel ſtatuæ, quando eſt potentia ſtatua, vel lectica, ceu æs materia ſtatuæ, vel lignum quod eſt materia lecticæ. Non enim quia lignum eſt potentia lecticæ idipſum dicimus habere lecticæ artem ſed quando acceperit formam lecticæ tunc dicetur habere lecticæ artem. Eodem etiam modo æs quando acceperit formam ſtatuæ tunc habebit artem ſtatuæ minime quando eſſet potentia ſtatua. Item is fertur callere artem grammatices qui non potentia ſed actu grammaticus literatuſq; eſt. Vt igitur in artificialibus ars non prædicatur de materia. Nam potentia eſt materia actus, & non formæ. Ita ſane in naturalibus natura non prędicabitur de materia ſed de forma. Si enim dicitur natura hominis, & equi natura, non vtiq; potentia homo vel equus haberet hominis uel equi naturam, ſed actu homo, & id q͡ iam accepit hominis formam, ſimiliter & de alijs dicendum eſt. Vnde ſi hoc conceditur forma erit vniuſcuiuſq; natura. Secundum tale argumentum adducit, & inquit tunc vnumquodq; tale eſſe fertur cum acceperit ſuipſius naturam. Nam homo appellatur is qui iam formam hominis accepit. Igitur forma videtur eſſe cuiuſcunq; natura. Et ſyllogiſmus conficitur in tertia figura hoc modo, tunc vnumquodq; dicitur eſſe cum habuerit ſuipſius formam, ſed vnumquodq; fertur eſſe cum obtinet ſuam naturam, igitur forma eſt natura, & hic particulare non per ſeipſum eſt verum ſed propter vniuerſale. Sed hoc modo etiam ſyllogiſmus confici poteſt. Cuius præſentia res naturales ſunt illud eſt natura, ſed pñtia formæ res naturales ſunt, igitur forma eſt natura. Verū hoc argumentū eſt idē cum primo. Nā & ſi ibi dixit artificiale quando acciperet ſuam formam tunc ſuā artem habere ita etiam naturale quando acciperet ſuam formam tunc habere naturam hic etiam idē dicitur cum fertur vnumquodq; tale eſſe quando receperit ſuam formam. Sed interpretes diuidunt argumenta, quanq; Ariſt. hæc plane diuiſiſſe nō videatur, ſed tanq; vnum argumentum deducit. Tertium argumentum autem quod affert, eſt reſponſio argumenti quo materiā eſſe naturā dicunt. Nā quibus p̄bauerūt materiam eſſe naturam eiſdem quoq; Ariſt. formam eſſe naturam probat. Nam quantum (inquit) ad argu

mentum quo ipſi demonſtrarunt materiam eſſe na-
turam oſtendetur nihil minus formam eſſe naturã.
Nam ſi ob id quia ex lectica non fit lectica, ſed lignũ
quod quidem eſt materia lecticæ, dicitis materiam
eſſe naturam, propterea quod materia permanet in
eo ꝙ gignitur ex lectica, cum ergo homo fit ex ho-
mine, & homo eſt forma, is ſane foret natura. Nam
ſi ob id quia ꝙ fit ex lectica non eſt lectica ſed mate-
ria eius lignum, idcirco materia eſt natura, cum etiã
homo fiat ex homine & non materia hominis, per-
ſpicuum igitur erit formam eſſe naturam, quippe for-
ma ſit id ꝙ gignitur, ceu materia lecticæ, quatenus
igitur accidit ex his rationibus vel vtræq; erunt natu
ræ materia & forma, vel neutra, quamobrem nobis
demonſtrantibus formã eſſe naturã concedant aſſen-
tianteq;, vel neq; ipſi affirmẽt materiam eſſe naturam.
Nam ex eiſdem argumentum confectum vtriſq; ſer
uit, ſed vtraq; eſſe natura non poteſt, quoniam non eſ
ſet. materia in alijs natura, & forma in alijs quippe
oportet eandem naturam in cunctis eſſe. Hoc enim
quoddam placitum dicentis eſſet aſſignare materiam
in his & formam in alijs. Videtur igitur quantum ad
hæc neutra eſſe natura, quippe vtraq; eſſe natura nõ
poſſit ob ea quæ diximus modo, neq; altera tantum
ob argumentum, quoniam vtraq; in eadem et unt ꝙ
impoſſibile eſt, igitur nihil horum eſt natura. Sed nos
reuera dicimus formam artificialem non eſſe naturã,
& ob id quia non eſt natura neq; fit ex lecto lectus,
lignum tamen cum ſit forma naturalis & non mate-
ria merito lignum efficit, quare ſi ex hoc coniectant
materiam eſſe naturam quoniam forma non fit ſed
materia ceu in artificialibus eſſe videtur, cum nos
itaq; oſtendimus formam gigni ex forma. Nam for-
ma ſunt homo, & equus, & omnes fructus, & fit ho-
mo ex homine, & granum ex grano, ſimiliter q; in cę
teris, igitur forma erit natura & non materia. Nam
hæc eſt quæ generandi habet facultatem & genita
eſt, quare hæc ſola erit natura, atq; ex quibus illi co-
nati ſunt probare materiam eſſe naturam, nos proba-
uimus formam eſſe naturam. Nam ob id lectica non
producit lecticam ſed lignum, quia lectica nõ eſt for-
ma naturalis ſed artificialis, lignum autem vt mate-
ria operis & lecticę vt artificiale eſt ꝙ per ſe eſt for-
ma naturalis quemadmodum homo, triticum, & re-
liqua id genus. Tertius ſignificatus naturæ eſt quo di
cimus generationem & viam in formam. Nam ger-
men & productionem fructuum ſolemus appellare
naturam, quo rurſus oſtẽditur formam eſſe naturam,
& non materiam. Nam omnis generatio denomina-
tur a forma ad quam tendit, quippe dealbationem di
camus viam in albedinem ex fine ad quẽ motus ver-
git viam nominantes, & non ex quo motus vt ex ni-
gritie principium ſumit, ſimiliter viam ad caliditatẽ
calefactionem appellamus. Item in generatione plan
tarum a fine generatio denominabitur. Quoniam igi
tur pergit tenditq; in naturam non poterit denomi-
nari vt ita dixerim, naturalitas, ob cacophoniam qui-
dem dicendi ſcilicet inconcinitatem, æquiuoce & ſub
appellatione quadam a fine appellabitur natura, igi-
tur patet etiam hic formam eſſe naturam. Nam ſi ad
formam mouentur, & motus a fine denominatur,
appellabitur itaque motus ipſa natura quia in natu-
ram pergit, ſed in formam tendit, ergo forma eſt
natura. Nam vniuerſaliter (vt dixi) omne ꝙ fit nomẽ
trahit ab eo ad quod generatio tendit, & non a quo
diſcedit. Scabellum enim dicitur a fabricatore fieri et
non lignum quãdo in ſcabellum formatur. Item quũ
aqua tranſmutatur in aerem dicimus fieri aerem, &
non aquam, & huiuſmodi aereum denominatur, hoc
modo etiam ſi appellamus generationem plãtarum
naturam, conſtabit vtiq; formam eſſe naturam, ſiqui-
dem omnes generationes denominationem trahant
a fine ſuo. Cum igitur tripliciter natura dicatur pri-
ma & maxime propria forma eſt natura, deinde ma-
teria, tertio generatio & via in formam, igitur pote-
rit definitio naturæ vnicuiq; horum accommodari.
Eſt enim materia principium motus & quietis hunc
in modum. Nam forma cum ſuapte ratione ſit indiui
ſibilis, materia eſt cauſa ipſius diuiſionis & diſtantiæ
diſtenſioniſq;. At diſtenſio quidam motus eſt, & quo-
niam ſi forma diſtenditur atq; diſtat, tamen in infinitũ
non diſtabit neq; extendetur, ſed vſque ad ſuum ter-
minum & vſq; quo poteſt ſtare in materia, idcirco
erit etiam principium quietis. Item & forma eſt prin
cipium motus & quietis. Nam cum omnia non om-
nibus motibus moueantur, ſed alia alijs, atq; nonnul-
la ſimilibus eiſdemq;, nonnulla vero alijs & diuerſis,
ſane huius rei cauſa non erit materia, quippe ipſa ſit
cunctis communis, itaq; perſpicuum eſt formam dif-
ferentiæ diſcriminiſq; motuum cauſam eſſe, ſi ergo
forma eſt cauſa motus, & quietis profecto erit, quip-
pe nullus motus vnus & idem numero ſit infinitus.
Cæterum & via in formam dici poteſt principium — Q̃uo vie i na tura diffinitio naturę accõmodatur.
motus & quietis, principium inq; non vt cauſa mo-
tus, quippe eadem ſit motus, ſed ſecundum partes ceu
cum habuerit in ſeipſa primam partem motus ipſam
dico primam germinationem & finem eiuſdem, qua
id ꝙ producitur & planta ſui formam perfectam ac-
cipit, deinceps quieſcet, & amplius non mouebitur
tanq; id ꝙ producendum eſt. Videtur autem natura — Textus.
& ſubſtantia eorum quæ natura ſunt, id eſſe ꝙ pri-
mum cuilibet ineſt informe per ſe, ideſt materia. Nã
hæc ſuapte ratione informis eſt, quippe quæ ſit vni-
uiq; ſubiectum & ſi proxima fuerit materia atq; for
mata, attamen reſpectu formæ educendæ procrean-
dæq; informis eſt, ceu ligna informia ſunt reſpectu
abaculi & lecticæ. Sed inquiſitione dignum eſt quo- — Dubitatio.
modo ſuperius dixerit illa habere naturam quæcũq;
huiuſmodi principium habent, atq; hæc omnia eſſe
ſubſtantias. Nam ob hæc ſubſtantias dixit ſubiecta
profecto naturæ eſſe, & naturam non eſſe ſubſtantiã,
ſed habere eſſe in ſubſtantia ueluti in ſubiecto. At nũc
inquit. Videtur autem natura & ſubſtantia eorum
quæ natura ſunt, perinde ac natura & ſubſtantia idem
ſint. Dico igitur ipſum paulo prius ſubſtantiam appel — Solutio.
laſſe corpus per ſe ſubſiſtens, nunc autem formam
vocat ſubſtantiam per quam vnaqueq; pars ſubſtan-
tiæ habet eſſe. Nam eſſentia aquæ non eſt quatenus
ipſa corpus eſt, ſed quatenus talem ideam videlicet
naturam tenet. Nam Ariſt. non ignorauit multiplex
eſſe nomen naturæ, quippe qui triplicem eſſe naturã
dixerit, imprimis materiam, ceu ſiquis dicat ſubſtan-
tiam lecticæ eſſe lignum, & æs ſtatuę, deinde formã,
ceu quum dixerimus lignum habere ſubſtãtiam per
calidum & ſiccũ, tertio illud ꝙ ex vtriſq; conſtat, ceu
quum dixerimus compoſitum hominis conſtitutum

ex anima

ex anima & corpore eſſe ſubſtantiam, hoc igitur in loco naturam quæ eſt forma ſubſtantiam appellauit per quam vnumquodq; eſt ſed paulo prius per ſe ſubſtans, ideſt corpus q́ reſpectu formarum elementorum habet rationem materiæ, vel etiam corpus formatum & compoſitum ſubſtantiam dixit, in hoc enim natura manet & firmatur.

Propterea quidem per accidens eſt diſpoſitio quæ lege arteq; conficitur. Subſtantia uero eſt illa quæ & continue diſpoſitiones haſce ſuſcipiens permanet.

Inquit figuram non eſſe naturam, quippe quæ inſit per accidens, & quędam affectio ſubiecti ſit & materiæ quæ fit & corrumpitur, & alia atq; alia alteri ineſt, materiam autem eſſe naturam aſſerebant, quoniã ipſa ſemper permanens hæc recipiebat patiebaturue, atq; aliam & aliam figuram recipiebat. Sed cum dicit propterea quidem per accidens eſt, quod hoc dicere velit ſubiunxit, diſpoſitio quæ lege arteq; conficitur, ideſt forma lecticæ, quoniam diſponitur velut

Alius textus. inſtitutis legibuſq; artis placet. Verum ſcribitur in alio codice diſpoſitio per rithmum ſcilicet modulationem & conuenientiam. Nam ſecundum quandam commenſurationem proportionis inter ſe forma pficit lecticam, ſed ſi textus ſcriberetur hoc modo (quæ lege) ſignificat nempe diſpoſitionem non natura, ſed poſitione. Nam pro arbitrio artifex diſponit figuras artificialium quæ natura non ſunt, ſed cogitatione, lege, arbitrioq; voluntatis fiunt.

Quod ſi cuilibet iſtorum ad aliud quippiam hoc idem accidit: ceu æri: & auro ad aquam: oſsibus atq; lignis ad terram: cæteriſq; ſimiliter patet & illa eſſe ſubſtantiam atq; naturam ipſorum. Quapropter quidam terram: quidam aquam: quidam horum aliqua: quidam hæc omnia eorum quæ ſunt naturam eſſe dixerant. Quod enim quiſq; putauit tale eſſe ſiue unum ſiue plura: id totq; uniuerſam ſubſtantiam eſſe dixit: cætera uero alia affectiones: habitus ac diſpoſitiones horum.

Id q́ aliquis dubitauit contra eos qui dixere materiam eſſe naturam, hoc ipſe dubitat, & ſoluit. Nam aliquis dixit, ſi hoc q́ permanet dicit materiam, & ob id ligna quoniam permanent, natura ſunt, & forma non eſt natura quia corrumpitur, profecto neq; ligna eſſent natura lecticæ neq; æs ſtatuæ, quoniam & ligna corrumpuntur & in terram forte reſoluuntur, & illud in quod reſoluũtur permanet, & forma ligni aboletur neq; apparet, ceu in accenſione combuſtioneq; ligni relinquitur cinis quæ terra eſt, ſimiliter etiam ęs corrumpitur & in aquam reſoluitur poſteaq̃ humor liquefit, quare neq; æs eſt ſtatuæ materia, neq; lecticę

Rñdet ad dubitationem. ligna. Inquit igitur hoc minime verum eſſe, quoniam æs & ligna ſunt materia ſtatuæ & lecticę, quarum rurſus ſunt quædam aliæ materiæ, quare lecticæ & ſtatuæ natura erit lignum, & æs, quorum iterum eſt quædam alia natura. Idcirco (inquit) quidam philoſophi exiſtimarunt terram eſſe naturam eorum quæ ſunt, quidam aquam, quidam aliud quoddam elementum ſiue vnum ſiue plura, quod quidem quiſq; putauit tanq̃ materiam ſubijci his quæ fiunt.

Et horum quoduis perpetuum eſſe. Non enim ex ſeſe ipſis mutationem competere: cætera autem infinities fieri atque corrumpi.

Quod quidem quiſq; putauit ſubijci tanq̃ materiam alijs, hoc etiam ſempiternum eſſe neceſſario ſtatuerunt. Nam oportet primum principium ſempiternum & immutabile eſſe, & alia omnia quæ ex eodem proficiſcuntur generabilia & corruptibilia eſſe. Item qui plures materias ſtatuerunt, ij etiam has ſempiternas eſſe poſuerunt, atq; tranſmutari affectiones & diſpoſitiones in compoſita eorum, ipſa tamen immutabilia eſſe inter ſe dixerunt. Nam nihil quatuor elemẽ- Vide in p̃mo de gñatione pro hoc. torum, quæ quidem ſtatuit Empedocles mutari dixit, quoniam inter ſe immutabilia ſunt, ideſt vnum in altero non mutatur.

Vno igitur modo natura ſic dicitur prima cuiq; ſubiecta materies eorum quæ motus in ſe mutationiſq; principium habent. Alio uero modo forma & ſpecies quæ rationi accommodatur.

Concluduntur dicta, quoniam vno modo dicitur natura prima materia vnicuiq; rei naturali ſubiecta. Cum vero dicit eorum quæ in ſeipſis motus mutationiſq; principium habent, ſignificat ipſa naturalia, quippe quæ habent principium motus & mutationis in ſeipſis. Cæterum ponit ſecundum ſignificatum naturæ, quo ſcilicet natura ſignificat formam, quæ quidem eſt propriè natura.

Vt enim ars dicitur id q̃ ſecundum artem extructum eſt: atq; artificioſum: ſic & natura dicitur q̃ eſt ſecundum naturã & naturale. Atq; neq; illud habere quicq̃ ſecundum artem. Vt artem eſſe dicimus ſi lectica tantum potentia eſt: nondum autem habet formam lecticæ. Neq; enim in hiſce quæ conſtant natura. Quod enim eſt potentia caro: uel os: id nondum habet ſuam naturam antequam accipiat formã quæ ad rationem accommodatur: quam definientes quid eſt os dicimus aut caro: neq; natura eſt.

Hoc eſt primum argumentum, quoniam vt in artificialibus tũc vnumquodq; dicitur habere ſuam artem quando accipit formam ſuam artificialem, ſic etiam in naturalibus tunc vnumquodq; habet ſuam naturam quando accepit ſuam formam naturalem. Non enim informe lignum & æs, quoniam potentia ſunt lectica, vel ſtatua habent aliquomodo ſtatuę, vel lecticæ formam, ſed figura & forma ſunt artificialia quippe quæ ſecundum artem fiant. Vt igitur hæc ſe habent, ita etiam naturalia, quippe potentia caro naturam carnis non habeat, ſed ea caro quæ actu eſt. Si ergo ſimul accipiendo formam vnumquodq; dicitur ſuam naturam accepiſſe, itaq; forma erit caro aut natura. Anteq; accipiat formam quæ ad rationem Textus. accommodatur. Quoniam dicimus formam de ipſa effigie per quam dicimus nonnulla pulchra turpiaq; eſſe, idcirco ſubiunxit & adiecit, quæ ad rationem accommodatur, per quam definientes aſſignamus quid vnumquodq; ſit.

Quare alio modo natura forma & ſpecies eſt eorum quæ in ſeipſis principium motus habent: quæ ſane ſeparabilis non eſt niſi ratione. Id autem q̃ eſt ex his compoſitum natura quidem non eſt: ſed eſt & conſtat natura: ut homo. Atq; natura magis hæc eſt: q̃ materies.

Hanc formam quam quidem naturam dicimus eſſe, non aſſerimus ipſam ſeparabilem ſubſiſtẽtia, ſed ſolum oratione definitiua, & conſideratione. Id autem quod eſt ex his natura quidem non eſt, ſed natura cõſtat ceu homo. Ideſt compoſitum ex materia & forma non amplius dicitur natura, vt vnumquodq; ſimplex, ſed ex natura. Et magis ipſa eſt natura quam materia. Textus.

Vnumquodq; enim tum magis dicitur cum actu eſt q̃ cum potentia.

Secundum argumentum. Nam vnumquodq; tunc dicitur eſſe quando acceperit ſuam formam. Et vnũquodq; dicitur eſſe cum acceperit ſuam naturam, igitur ꝙ accipit ſuam formam accipit ſuam naturam. Eſt autem is textus continuus & proximus ſuperiori. Nam cũ dixerit forma & ſpecies eſt natura ſubiũxit. Atq; natura magis eſt q̃ materies, ideſt forma, cætera vero alia ſunt propter medium, ceu id autem ꝙ ex his compoſitum eſt, non eſt natura, ſed natura conſtat vt homo.

Præterea ex homine fit homo: ſed non ex lectica lectica. Quapropter inquiunt non figuram eſſe naturam: ſed lignũ: quia fiet ſi pullulabit non lectica: ſed lignum. Quod ſi ita eſt: & ipſa forma profecto eſt ipſa natura: fit enim homo ex homine. Item generatio ea natura dicitur quæ eſt uia in naturam.

Tertium argumentum. Nam his probabant ipſi materiam eſſe naturam, quibus & ipſe probat formam magis eſſe naturam quam materiam quemadmodum diximus. Item generatio eſt ea natura quæ eſt via in naturam. Vnde ex tertio ſignificatu naturæ quo naturalitas, vt ita dixerim natura dicitur, formam eſſe magis proprie naturam quam materia oſtenditur.

Non enim ut medicatio non ad medicinam: ſed ad ſanitatem dicitur uia.

Non quẽadmodum inquit medicatio via quidem eſt in naturam. Equidem non appellatur a fine, ſed ab efficiente medicinam, ita & in generatione qua ad formam itur hoc ſe habet, ſed quemadmodum ſanatio ex fine nominatur, ita etiam natura nominatur ab ipſa via & deductione in natura, ſed ducit hæc in formam, igitur forma eſt natura. Verum neq; ſanationem appellari nomenq; trahere ab efficiente medicationem aduerſatur dictis Ariſt. immo magis cõuenit. Nam in his quæ per artem fiunt, quoniam aliud eſt id quod perficit, & aliud ꝙ perficitur, merito ex vtroq; appellari denominariq; poterit generatio & via in formam, vt via in ſanitatem poteſt denominari tum ab efficiente medicationem, tum etiam a fine qui eſt ipſa ſanitas. At in rebus naturalibus quia ſæpenumero idem eſt efficiens ei ꝙ fit, vt ipſe in ſequẽtibus dicet cauſam efficientem formalem finalemq; in idem venire. Nam homo ex homine gignitur, merito vnam denominationem natura obtinet, ſiue illa ſit ex efficiente, ſiue ex fine, cum idem ſit efficiens ei ꝙ fit. Excipimus autem ea quæ putredine fiunt & quæcunq; cogitatione hominum exiſtimantur adulterina & non germana, ceu muli. Et quanquam in his etiam id ꝙ gignitur eſſet idem aliquomodo his quæ generant nihil minus oſtenditur nomen naturæ aptius commodiuſq; formæ conuenire q̃ materiæ.

Nam medicationem a medicina non ad medicinam eſſe neceſſe eſt: non ſic ſe habet natura ad naturam.

Quod dicit tale eſt, quoniam generationes & viæ a ſuis finibus denominantur & ab eo a quo fiunt tanq̃ ab efficiente cauſa, ſiquidem appellare ſoleamus medicationem a medicina, & non viam in medicinam, quippe non ſignificent viam in artem, ſed deriuationem a principio. Vnde medicatio ſignificat viam a quodam in aliquid quæ denominatur a quo, vt etiam natura. Verum non eodem modo natura dico ſcilicet ipſam, vt ita dixerim naturalitatem, quippe quæ cum ſit via a quodam in aliquid non obtinet denominationem a quo, ſed dicitur ex quo in quod. At ſic ſe habet natura ad naturam, ideſt non quemadmodum ſe habet medicatio ad medicinam, ita ſe habet naturam ad natura dico ſcilicet productio & ipſa naturalitas. Nam medicatio non eſt via in medicinam, ſed originem a medicina ſignificat. Atqui natura non originem a natura, ſed via ad naturam indicat. Textus.

Sed id q. naſcitur ex quodam ad quoddam proficiſcitur qua naſcitur. Ad quod igitur proficiſcendo naſcitur. Equidem non ad id ex quo fit profectio: ſed in quod: itaq; forma eſt natura.

Illud (qua) poteſt eſſe particula diſiungendi, vt ſic textus legatur, ſed id ꝙ naſcitur ex quodam ad quoddam proficiſcitur, vel naſcitur. Nam idẽ vtroq; verba ſignificant, poteſt etiam aduerbium eſſe cum iota ſubſcripto ꝓ hoc (qua.) Nam qua naſcitur ad quoddam proficiſcitur. Ad quod igitur proficiſcendo naſcitur (inquit.) Nempe non in ipſum ex quo ideſt ad materiam ſed ad id quod ideſt ad formam. Si ergo qua producitur in formam proficiſcitur, igitur ex fine videtur denominari, ceu ſanatio & dealbatio, ſi ergo hoc conceditur, forma igitur erit natura, vt igitur in ſanationem ſanitas eſt finis, & dealbationis albedo ſic ſe habet forma generationis.

Forma autem & natura dupliciter dicitur: ipſa nanq; priuatio forma quodammodo eſt.

Cum oſtenderit formam magis eſſe naturam, vult modo oſtendere quot modis forma dicatur, & inquit eam dupliciter dici. Nam fertur aliquomodo & ipſa priuatio eſſe forma, ſiue priuationem modo vocet id ꝙ eſt contrariorum peius. Nam ſæpe in hoc libro id ꝙ eſt contrariorum melius appellat formam, quod vero deterius priuationem, ideo mutationem ex nigro in album ſimpliciter generationem vocat, & corruptionem quandam, e contra autem ex albo in nigrum ſimpliciter corruptionem & generationẽ quãdam, vel igitur hoc modo intelligit priuationem vel proprie priuationem appellauit formam & ſpeciem propterea quod ipſa eſt quædã diſpoſitio ſubiecti, ſiquidem non omnia ſint formæ, ſed quædam ſint ſine forma ſcilicet priuatio non eſt forma. Si autem omne quoduis formam appellamus redigentes in idẽ formam & ens, cum priuatio quidem non ſit nullo pacto non ens, ſed partim eſt eorum quæ ſunt & partim forma

Vide ſimpli. crũ q latiꝰ de hoc diſſerit quo.ſ. ꝑuatio ſit forma. Ve

tim forma

rū aduerte q hic Ariſt. vē nuchitur in ſceptorē diſ ait hoc mō, q a priuatione & mām idē ſoluit.

tim forma ſane erit. Nam ipſa ſubiectum efficitur, & aliquomodo formatur. Nam cecitas ſubiectum aliquomodo afficit atq; omnis priuatio. Quoniam igitur omnem diſpoſitionem ſubiecti formam & ſpeciē eius appellamus propter hoc Ariſto. id indicauit.

Si uero ſit priuatio: & contrarium aliquod circa generationem ſimplicem nec ne: poſterius conſiderare oportet.

Circa generationem ſimplicem inquit pro circa generationem ſubſtantialem. Nam in primo libro demonſtrauit generationem ſubſtantialem fieri oppoſitis. Ex incompoſitione inquit compoſitam ſubſtantiam, & e x inconuenientia fieri ſubſtantiam, quæ quidem ſunt priuationes & non contraria. Si ergo priuationes ex quibus fiunt ſubſtantiæ contrariæ ſunt his quæ fiunt poſterius conſiderabimus, & hoc differt & prorogat vſq; ad librum de generatione & corruptione, in quo oſtendit omnem generationem prorſus fieri ex contrarijs & ibi declarat quę & quot ſint contraria ex quibus generationes fiunt, quoniam igitur, vel non demonſtrans in his libris generationem fieri ex contrarijs, ſed ex oppoſitis ſolum, vel non ſufficienter oſtendens, ideo hoc diſtulit vſq; ad librum de generatione & corruptione.

Cum autem determinatū ſit quot modis natura dicitur. Poſt hæc contemplandum eſt quo mathematicus a naturali philoſopho differt.

Cum dixerit trifariam naturam dici materiam, formam, & viam generationemue in formam, atq; formam propriſſime naturam dici & alia dico ſcilicet materiā & generationem dici naturam quoniam habent formam, materia inquam ob ſuam aptitudinem recipiendi formas, generatio autem quia tendit ad eam, cum diſciplina naturalis ſit pars partis philoſophiæ ſpectatiuæ contemplatiueq; & ſpectatiua ſcientia diuiditur in naturalem diſciplinam, in mathematicam; & rerum diuinarum cognitionem, vult hic ſegregare diſciplina naturalem a mathematica, & theologia. Nam ſciēs eſt qui cum diſſerit de his rebus quæ ſubijciuntur ipſi & attinent ad eum, ſeparare ſecerneq; ea ſcit quæ videntur ſubijci & ponenda eſſe ab his quæ non ſubijciuntur neq; ad eum attinent. Cum igitur ſcientię ipſius ſint quædam cognitiones, cognitiones autem ſunt ſpecierum. Nam ſi eſt cognitio eorum quæ ſunt informia, hanc ſane cognitionem ex cognitione formarum & ſpecierum habemus, quippe vel ſecundum proportionem, vel per ablationem informe cognoſcamus, vt prius diximus, ob id igitur merito facit diuiſionem harum ſcientiarum. Verum non ſeiungit omnes inter ſe, ſed ſolum reliquas a diſciplina naturali, & minime alias a ſeſe. Et primo diſtinguit mathematicē ſcientiam a diſciplina naturali, & inquit non ea ratione diſtingui abiungiq; philoſophiam a mathematica eo modo quo multis videtur, quo in loco pate facit operæpretium eſſe de diuiſione diſtinctioneq; ſcienciarum diſſerere. Nam quidam arbitrati ſunt naturalem diſciplinam a mathematica differre quod naturalis ſcientia verſatur circa ſubſtantias rerum, mathematica autem circa affectiones & figuras, ſed hoc verum non eſt (inquit.) Etenim naturales non modo videntur diſſerere de ſubſtantijs, ſed etiam de figuris & affectionibus. Porro Ariſto. in libro de cœlo non modo de ſubſtantia cœlorum diſſeruit oſtendens ipſam eſſe alicuius alterius ſubſtātiæ præter quatuor e lementa, ſed etiam illa ſecūdum naturam obtinere figuram orbicularem, & eſſe orbicularia. Item ibi diſſeritur de elementis non ſolum qualis ſubſtantiæ vnumquodq; ſit, verum etiam omnia eſſe orbicularia demonſtrat, in quibus locis elegantiſſime per lineas & diſcriptiones oſtēdit aquam & terram orbicularia eſſe, quare ſi etiam philoſophi diſſerunt non modo de ſubſtantijs, ſed etiam de accidentibus ſubſtantiæ, non videtur hac ratione differre mathematicus a philoſopho. In quo igitur diſcrepāt? Dico non eo quod de rebus differentibus diſſerant ac tractent, ſed modo docendi, quoniam mathematicus diſſerit de figuris & accidentibus earum non excogitans animaduertenſque quali quantęq; materiæ inſint, ſed cum ratione cogitationeq; ſeparat ea ab omni materia, ſic accidentia earum contemplantur. At vero naturalis cum cōſideret figuram & reliquas affectiones eas nimirum in materia contemplatur. Nam ea ſunt in cœlo, vel in ſole, vel in terra, vel in quadam alia re naturali. Theodoſius igitur cum in ſuo libro de ſphæra docuiſſet affectiones quæ ſunt accidentia ſphærę, nullo pacto materia conſiderauit, ſed orbicularem figuram ſeiungit ab omni materia, & hoc modo eius accidentia conſiderat, ſeu ſi ſphæra moueretur in plano efficeret circulum & quæcunq; alia eiuſdem generis docet. Aphtolicus cum ſcripſiſſet de ſphæra mota, & de quibuſcunq; accidentibus ſphærę motę de rebus magis particularibus, ac de his quæ magis accedunt ad phyſicam contemplationem tractauit, q̃ Theodoſius, quippe motus ſit aliquomodo prope ſubſtantiam. Nam & ſi non conſiderauerit ſubſtantiam quandam in ſphæra mota, attamen quandam compoſitionem accipit ex figura & motu, qua ratione prorſus accedit aliquomodo ad ſubſtantiam, huius etiam placita et ſimpliciter tota aſtrologia ſunt magis particularia quam diſciplina Euclidis, quippe cum his ſimul etiam excogitetur conſidereturq; ſubſtantia. Nam cœli motum, ſolis, & aliorum ſyderum conſiderat. Non enim ſimpliciter motum ſphærę conſiderat, ſed etiam motum firmamenti, vel Saturni ſphærę, vel alicuius alterius. Præterea animaduertit aſpectus eorum interſe. Vnde nonnulla ſunt mathematices diſciplinæ prorſus extrema quæ facile abiungi queunt ab his quæ in philoſophia tractantur, qualia ſunt ea quæ a Theodoſio de ſphæris diſputantur, qualeſq; extant illi treſdecim libris de numeris. In his materiæ mentio nulla habita eſt, ſed extrema Aſtrologiæ aliquo modo prope accedunt ad philoſophiā. Etenim aſtronomus cōſiderat ceu figuram ſolis, atq; motum ſolis magnitudiniſq; ipſorum, naturalis autē ſimiliter conſiderat. Quæ igitur differentia eſt, cum de eiſdem atq; de his quæ inſunt eiſdem vterq; aſtronomus & naturalis diſſerant. Verum naturalis ſpeculatur huiuſmodi figuras & motus quæ ſunt propria innataq; tali ſubſtantiæ dico ſcilicet quintæ. Nam ob id cœleſtia eſſe orbicularia, & ſphærię figuræ inquit, quoniam ipſa neq; ex vno, neq; ex omnibus elementis conſtant, ſed alterius quinti corporis ſunt, quibus etiam talem figuram, & motum commodius meliuſque tribui dixit. Mathematicus autem motum ſolis ſimpliciter ſpeculatur, & ſecum nō reputat ne is mo-

Idē ſexto metaphyſices & in procmio huius

Vide pro hoc Simplicium.

Aſpect⁹ quoq; proprie.

tus innatus ſit, vel figura huic ſubſtantiæ congruat. Item neq; huiuſmodi hæc ſcire contendit, ſi hæc meliora ſint corporibus cœleſtibus vel ne. ſed duntaxat in eis contemplatur motus & figuras. Præterea neq; ratiocinatur ſi ignea ſint ea quæ mouentur, vel alicuius alterius ſubſtantiæ. Et iā ea profecto quæ tractantur in ſcientia magis vniuerſali mathematices hiſce adaptāt, ceu cum oſtendunt omnem ſphæram ſic diuiſim hæc pāti atq; hoc idem propoſitę ſphærę conueniret, tamen hæc extra materiam conſiderant, & ſi ipſa velut in cœlis eſſe ac facta eſſe ſpectarent. Item naturalis ſolam qualitatem motus conſiderat, mathematicus autem ſpectat etiam quantitatem, quemadmodum igitur & Ariſt. in libro de arte demonſtrandi cum oſtenderit demonſtrationem eſſe vniuerſaliū & nullum particulare demonſtrari poſſe, dubitauit nunquid aſtronomia poſſet vti demonſtrationibus. Nam quæcunq; de ſolis & lunæ deliquio, ac de aliorum aſtrorum dicuntur de quibuſdam particularibus aguntur, ceu de ſole, luna, aut aliquo alio aſtro, aut de hac ſphæra. Cum igitur ſoluit dubitationem inquit, quoniam & ſi de particularibus aſtronomus ſermonem facit, attamen non de his loquitur, vt particularia ſunt, ſed accidentia eorum tanq̄ nonnulla vniuerſalia inquirit. Nam cum oſtēdit verbi cauſa ſinodum & coitum ſolis & lunæ efficere deliquium ſolare, & talem eorum aſpectum efficere lunare, hæc profecto non ita oſtendit, quoniam vnus ſit ſol vnaq; luna, quoniam hæc hoc modo accidunt, ſed oſtendit hoc accidere perinde atq; ſi mille infinitiq; ſoles eſſent ac totidem lunæ. Vt igitur in his aſtronomus de particularibus efficit ſermonem, & vnum ſolem, vnamq; lunam inueſtigat de quibus non vti particularibus, ſed tanq̄ vniuerſalibus quibuſdam diſſerit. Item & ſi velut ſolarem ſphæram, vel motum inueſtiget, hæc tamen non tractabit, vt ſimpliciter inſunt ſubſtantię ſolari, ſed ſimpliciter accidentia tali ſphærę motæ inquirit & perſcrutatur cum cognitione animiq; ratione motum & figuram ſeiungendo a ſubſtantia. Et ij (vt ipſe inquit) cum conſideratione ac intelligentia affectiones a ſubſtantia ſeparant nullum incommodum abſurdumq; efficiunt, quippe quæ idoneæ ſint, vt per intelligentiam & conſiderationem a ſubſtantijs ſubiectiſq; ſeparentur. Nam ſi ſepararent ſubſtantiam ab eis falſum certe & impoſſibile illis accideret, ſed cum ſola cogitatione eorum diſcrimen differētiamq; afferant, quoniam idonea ſunt cogitatione abiungi nullum incommodum huiuſmodi ſeparatio atq; diuiſio ſuſcipiet. Ii ergo vt inquit nullum abſurdum aſſerunt. Verum econtra ij qui ponunt ſpecies formaſq; ſeparatas quæ cogitatione neq; idoneæ ſunt. ſeiungi abſtrahiq; immo eas ſentiunt non modo cogitatione ſeiungi, ſed etiam per ſe ſubſiſtere maxime aberrant impoſſibilia ſtatuentes. Nam affectiones quæ nihil conferunt ad ſubſtantiæ rationem, ſed propriam habent rationem eſſentiæ iſtę, ſi ſecūdum hoc cogitatione a ſubſtantijs ſepararentur nullum abſurdum ſequeretur etiam ſi a mathematicis ſepararentur non ſecundum ſubſiſtentiam, ſed conſideratione. At vero naturales formæ ceu forma hominis, equi, lapidis & reliquorum, neq; cogitatione queunt ab ipſa ſubiecta materia ſeparari. Nam cum ipſe vero cogito formā carnis, mox cogitabo poſt talem complexionem elementorum humiditatem eius, ſanguinem, molliciem & huiuſmodi alia. Sed diſcrimen earum etiam paret ex diffinitionibus inquit. Nam figuræ ſphæricę, vel motus, vel alicuius alterius affectionis ceu curuitatis, vel rectitudinis ſiquis diffinitionem attulerit, nullam de materia mentionem faciet. At ſiquis voluerit reddere diffinitionem oſſis, vel carnis, aut alicuius alterius rei naturalis prorſus commemorabit ſubiectam materiam quoniam ipſa participat tanta humiditate, vel caliditate, aut mollicie & his ſimilibus quæ indicant complexionem elementorū formæ carnis ſubiectam, itaq; intelligi accipiq; cogitatione formas ſubſtantiales eſſe ſine materia eſt impoſſibile, atq; ipſas ſtatuere per ſe ſubſiſtere ſine materia ocioſum eſt ac ſtultum.

Q ūo eclipſis fiat 4. capite de ſphęra vide.

Quid dicat is iterpres de id eis vide p̄ poſt, ſupra illo loco. valeant ideę q̄ a teterriſmata ſunt.

Sexto meta phy. idē & p̄ de aīa.

Etenim corpora naturalia ſuperficies habent ſolida: longitudines atq; puncta de quibus conſiderat mathematicus.

Naturalis inquit diſſerit de naturalibus corporibus. In corporibus aūt naturalibus ſunt ſuperficies, ſolida, lineę & puncta, & de ijs cōſiderat mathematicus, igitur vtrę q; ſcientiæ videntur verſari circa eadem.

Et inſuper ſi aſtrologia ſit altera: an pars ſcientiæ naturalis.

Aſtrologiam vocat quam ꝓprie vocamus aſtronomiam. Nam apud veteres nomina confundebantur, & viciſſim de ſeipſis ambo dicebantur. Sed cum dixerit vniuerſaliter de mathematica, ſpecialiter, præſertimq; mentionem de aſtronomia fecit, propterea quod non parua cognatio eius eſt ad naturalem, quippe prorſus ſine materia non videatur accidentia cœlorum conſiderare poſſe, vt diximus.

Aſtrologia. i. ſermo de aſtris aſtronomia. i. ſcītia de lege & mō curſus ſydeꝝ

Etenim ſi ad naturalem philoſophum ſpectet quid nam ſit ſol: aut quid luna ſit ſcire: & nullam earū affectionum quæ per ſe illis competunt ad eundem ſcire attineat: abſurdum profecto eſt. Præterea ij qui de natura dicunt de ſolis ac lunæ figura dicere uidētur: & utrum terra mundusue rotundus ſit nec ne.

Diſcrimen harum ſcientiarū quod videbatur nonnullis oſtendit non eſſe verum. Erat autem diſcrimen, quoniam naturalis ſcientia de ſubſtantijs agebat, mathematica autem de accidentibus per ſe. Vnde inquit exiſtimare nullo pacto ad naturalem attinere de accidentibus per ſe ſubſtantijs diſſerere primum hoc per ſe abſurdum eſt, ſi non diſputabit de grauitate & leuitate naturalis, vel de finita, vel infinita figura corporum naturalium. Nam ſi de nullo horum diſputabit, accidat ipſi agere diſſereq; de corpore mathematico. Sed quomodo cognoſceret vniuſcuiuſq; ſubſtātiam, & quo inter ſe differunt, ſubſtantiæ. Neq; enim ſimplicium vniuſcuiuſq; ſubſtātiam attingere poſſet cum non ſuppetat dicere illa ex materia & forma conſtare, neq; in compoſitis dicere ſimpliciter ꝙ ex quatuor elementis conſtent. Præterea omnes qui de natura dicunt, de figura mundi & ſingularium tractantes dicere videntur, quare abſurdum eſt exiſtimare tum ex ratione, tum etiam ex ipſa euidentia, nō ſpectare ad naturalem de accidentibus per ſe rerum naturalium diſſerere, ſed de ſolis ſubſtantijs, igitur hoc non erit diſcrimen naturalis & mathematici.

De ijs igitur & ipſe mathematicus tractat: ſed non ut eſt unumquodq; naturalis corporis finis. neq; accidētia cō tēplatur quatenus talibus accidūt. Quapropter et ſeparat.

Hinc verum diſcrimen harum ſcientiarum affert, qm̄ quanq; vtriq; de eiſdem agant, tn̄ naturalis in materia talia eſſe cōſiderat & contēplatur, mathematicus aūt ipſa ſeparans a ſubiectis ipſa per ſeipſa cōſiderat ſine omni ſubſtātia, nihil curās ſiue natura ſubiecta ipſis ſit ex eadē ſubſtantia cum his quę ortui ſubiacent, ſiue nunq̄. Itē ſiue figura ſit naturalis ſuis ſubiectis, ſiue nō.

Mente nanq; a motu ſeparabilia ſunt: nihilq; intereſt. Neq; cum ſeparant efficitur falſum.

Nullum impoſſibile facit geometer cum ſeparat tales affectiōes & figuras a ſubiectis, quippe apta ſint ſeparari ſecundum intelligentiam & conſideratione̅, igitur geometer facit id ꝙ ſane inſitum eis eſt. Dixit autem a motu pro hoc naturali materia ipſorum, ſiue ſubiecto. Nam in hoc eſt cauſa motus. Diximus autem prius quomodo non ſolum corpus naturale eſt cauſa motus, ſed ēt materia videtur eſſe cauſa motus.

...nte qd ꝙ intelligat Simplicíú

Latent autem id facientes: & ij qui dicunt ideas eſſe. Nā naturales formas ſeparant: quæ minus ſeparabiles ſunt q̄ mathematicæ formæ. Quod quidem eſſe patebit ſi quiſpiam utrorūq; diffinitiones: ipſarum inq̄ & accidētiū dicere enitatur. Etenim par q̄dē & impar: rectum & curuum erit.

Quod quidem mathematici faciunt id aptum eſt fieri. Quid autem faciunt? Separāt enim affectiones a ſubſtantijs ſecundum intelligentiam, quæ ſic abſtrahi ſepararíq; aptæ ſunt, hoc etiam faciunt ij qui ideas ponunt, latent autem ſeipſos, quoniam formæ ſubſtātiales non ſunt aptę ſeparari a ſuis ſubiectis quemadmodum figuræ & affectiones. Dixit autem quę minus ſeparabiles ſunt ꝓ hoc quę nullo pacto ſeparari queūt. Item augent abſurdum, qm̄ formas non ſolum intelligentia ſeparant ceu figuras, & affectiones mathematici ſeparant, ſed etiam dant exiſtētiam eis quæ ratione ac intelligentia nequeunt ſuapte natura abſtrahi. Quod vero formæ ſubſtantiales neq; intelligentia apte ſint ſeparari a ſuis ſubiectis & materia, veluti figuræ affectioneſq; patet (inquit) ex diffinitionibus vtrorumq;. Nam triangulus, circulus, ſphæra & oīa id genus poſſunt definiri nulla mentione habita de materia. Nam circulus eſt figura plana vna linea contenta, par eſt numerus diuiſus in duas partes, & omnia huiuſmodi poſſunt definiri ſine vlla mētione materię tanq̄ ſint apta ratione & intelligentia ſeparari, quanq; non ſubſiſtant. Caro autē, os, neruus, & omnis forma ſubſtantialis non poteſt definiri non cōmemorata materia ſubiecta, tanq̄ nequeant nec ratione, nec intelligētia ſeparari. Nam cum caro verbigratia eſt mollis, & humida atq; talem actum actionemq; habeat qm̄o cōcedunt talia omnia a materia ſeparata ipſa per ſe, vel cōcipi imaginatione vel intelligi, vel rationem ipſorum tradere aſſignareq;. Nam dicere ipſum humidū & calidum complexionem ſubiectorum elementorum quę quidem ſunt carnis materia, vel oſſis eſt dicere. Non enim quemadmodum figuram intelligo nō ſimul intelligens in qua materia talis ſit, ſic etiam carnis & oſſis formam poſſum intelligere. Nam quam primum ſiccum & album oſſis intelligo, & quæcūq; alia quæ ipſi inſunt intelligam. Et ſi voluero carnem aliter definire forte hoc modo caro eſt corpus calidum & humidum ſanguine plenum molle tales habens actiones ſtatim hoc dicendo ſubiectam materiā dixi, ſed neq; aliquod ſimplicium poteſt intelligi ſine materia. Nam mox intelligendo aquam forte humidum eius & frigidum intelligo, hoc autem intelligēs compoſitum intellexi & non eſt aliquod ſuſile per ſe intelligere vel humidum. Quantum igitur dīj boni abſurdum eſt quæ ſuapte natura nequeunt conſideratione, neq; intelligentia concipi ſeparata, ea ſeparare ſecundum ſubſiſtentiam. Hæc igitur ſunt Ariſto. & quomodo perſuaſionem habeant diximus, & ꝙ inne-ctus ſit in Platonem conſtat. Ego autem dico quod ſiquidem ipſi obiectum eſt quoniam ſecundum ſubſiſtentiam concedebat diuiſim ſeorſum formas naturales ſubſiſtere obiectio conſentanea eſt, quippe quæ ſunt in ſubiecto ipſa per ſe nequeant ſubſiſtere. Verū ſi hoc inquit ꝙ nequeat forma ratione, vel intelligentia ſeparari a materia, id mihi a ratione alienum eſſe videtur. Nā & ſi formę ſubſtantiales per ſe difficillime ſint imaginatione concipi, attamen ratio apta eſt & hæc ſeparare. Porro dicimus formam eſſe diuerſam a materia & materiam vnam & eādem manentē diuerſas formas diuiſim recipere, perinde atq; formę ſint diuerſæ ab ipſa, & quid dico de materia, immo ſecundum ſubiectum per ſe ꝙ eſt ipſa trina dimenſio diuerſum eſt a carne, oſſe, & reliquis omnibus formis, igitur erit aliquod quale per ſe, quomodo itaq; inquit formas neq; intelligentia poſſe ſeparari a ſubiecto. Ipſe nanq; in libro de generatione inquit carnes, os, & omnia naturalia tripliciter dici, equidem interdū de materia, interdum de forma, interdū de aggregato ex vtroq;, aliquomodo ſane ſeparans ſecūdum intelligentiam formas a materia. Nam cum hoc facit ſic inquit trifariam dici carnem, & aliorum vnumquodq;, aliquando enim nomen carnis dicitur de materia, aliquando de forma, aliquando autem de aggregato ex utroq; & ipſe deinceps ſupponit formas ſeparabiles eſſe a naturalibus, circa quas inq̄t verſari Theologum, quare vr̄ non pulchre dicere ꝙ formæ nō ſint ſeparabiles ratione & intelligentia niſi ſic formas & ſpecies vocet velut ſubſtantias, ſi autem formas ſubſtantias dicit, & naturales ſubſtantiæ ſunt compoſitæ ex ſubiecto & forma, ſic aliquando tales ſubſtantias intelligi ſine materia eſt īpoſſibile, hoc aūt videntur facere qui ideas ponunt. Nam aiunt ipſum per ſe hominem ſcilicet ideam, & ipſum per ſe equum, ideſt ideam equi per ſe ſubſiſtentem. At ſimul intelligendo hominem ſubſiſtere iam formam in materiam intellexi, & hoc eſt compoſitum ex vtriſq;, quare quoniam ideas ponentes non ſimpliciter hominis rationem, vel equi rationem poſuerant ſine materia, ſed ipſum per ſe hominem, & ipſum equum, pulchre dixit quod huiuſmodi formæ, ideſt ſubſtantiæ compoſitæ non ſunt ſeparatæ a materia neq; intelligentia, ſed ſiquis hæc intelligere voluerit & definire mox neceſſe eſt & materiam conijcere opinari atq; intelligere, ſic ergo intelligendum eſt ipſum dicere formas ſubſtantias, vt dicebam non vt ipſi hoc videbatur, ſed tāquam deductum ex his qui ponunt ideas. Nam dicentes ipſum per ſe hominem, & ipſum per ſe equū quid aliud quam ſubſtantiam hominis, & ſubſtātiam

Aduerte qd de Platone is dicat circa ideas ſed vide prio poſterioriū qd ipſe agat contra ideas.

e qui & reliquorũ ponunt. Dicunt nanq; tales ſubſtã tias eſſe in ꝓpria ſubſiſtẽtia ſeparatas, quas neq; intel ligẽtia ſine materia poſſumus intelligere, vt diximus, igitur quæ intelligentia non poſſunt ſeparari ſecundũ ſubſiſtentiam erunt ſeparata ꝗ quidem abſurdum eſt.

Inſup numerus: lineæ: & figuræ ſine motu nimirũ diffinientur. At carnis: oſſis: ac hominis definitio ſine ipſo non erit. ſed hæc veluti naſus ſimus: ſed non velut curuum concauumq; dicuntur.

Idest ſine materia. Nã dicimus cauſam motus eſſe materiã. Nã forma quæ ſuapte natura indiuiſibilis ca rẽs dimẽſione eſt in ipſa extẽditur atq; diuidit. At carnis, oſſis, ac hoĩs diffinitio ſine ipſo nõ erit, ſed hæc veluti naſus ſimus. Idest nõ quẽadmodũ definiẽtes rectũ vel curuũ vel cubũ non vtimur materia, ita & in definitio e carnis oſſis, et reliquorũ accidit, ſed quẽadmodum ſimitatẽ definiẽtes cõplectimur ſubiectũ naſum. Nam dicimus ꝙ ſimitas eſt cauitas in naſo, ſic ẽt carnẽ definimus, os, & reliqua ſubiectum cõplectentes in definitione, quẽadmodum aũt ſi non ſimitatẽ, ſed ſimpliciter cauitatem definimus nullam proſus faciẽtes mentionẽ de materia definimus, ita & accidentia definiẽtes in definitione non complectemur ſubiectum.

Logĩ de accidentibus mathematicis.

Hæc autem indicant & mathematicorũ facultatũ quæ magis ſunt naturales. Vt perſpectiua. muſica: et aſtrologia.

Inquit quod formas naturales neq; conſiderare, neq; definire ſine materia poſſimus indicãt inter mathematicas diſciplinas quæ ꝓprius ad philoſophiam accedũt, dico. ſ. aſtronomia, pſpectiua, & muſica. Nã perſpectiua conſiderant viſuales lineas rectas & quæ accidunt circa aſpectus, ac ea quę conſtãt ex his. Item eas lineas & refractiones q̃ a conis eminuntur, angulos quoq; & quęcũq; alia conſiderans mõ geometrico ea inquirit & tractat. Nã cũ geometria huiuſmodi affectiones cõſideret ſeorſum, pſpectiua aũt tales lineas ſubſiſtẽtes & affectiones quę cõſequuntur eas nõ ſine motu & materia accipit. Similiter aſtronomia figuras cœli & quęcũq; alia quę mõ mathematico demõſtrat a motu ſeiuncta non conſiderat, qm̃ ipſa hæc actu ſubſiſtentia accipit & cũ materia cõiuncta ſpeculatur. Rurſus cum geometria & arithmetices ſimpl duplã, ſexquialterã & huiuſmodi alia ſeparata cõſideret, muſica aũt tales ꝓportiones actu exiſtẽtes contẽplatur, quas neq; ſine materia cõſiderare põt. Si ergo quęcũq; ratione ſeparari poſſunt qñ actu ſubſiſtentia acciperentur neq; ratione ſeparantur, quãto magis ea quæ neq; cõſideratione & intelligentia abſtrahi poſſunt, cõſentaneũ erit nõ abiungi abſtrahiq; a ſubſiſtentia. Huiuſmodi ſunt formę ſubſtantiales. Cęterũ antiq aſtrologiã cõiter vocabãt quam nũc exquiſitius cõmodiuſq; appellamus aſtronomiã. Item dixit & mathematicarum facultatum quæ magis naturales ſunt, quoniã quæ modo geometrico demonſtrantur in illis ea cẽ in corporibus naturalibus ſpectantur ab illis.

Nam ecõtrario modo ſeſe habent atq; geometria. Geometria narq; de naturali quidem linea cõſiderat: ſed nõ ut naturalis. Perſpectiua vero mathematicam quidem conſiderat lineam: at non ut eſt mathematica: ſed ut eſt naturalis.

Quod inquit p hęc, hoc eſt, qm̃ geometria cũ accipiat lineas ex corporibus naturalibus: Nã lineæ ſunt termini corporũ naturalium nõ velut de corporibus naturalibus ac terminis eorũ ita cõſiderat de ipſis, ſed cum ipſas ſeparet ratione a corporibus naturalibus ſic de ipſis velut de mathematicis & nonnaturalibus cõſiderat & agit. At aſtronomia, muſica & pſpectiua ecõtrario mõ ſe habent cum geometria, quippe quæ cũ accipiant demonſtrata in geometria, non amplius iis quæ a mathematicis acceperunt velut mathematicis vtuntur, ſed velut naturalibus ipſa non ſeparata a materia intelligentes, quare ſi hæ ſcientiæ; quoniam ea quæ ſunt ratione intelligentiaq; ſeparabilia velut ſubſiſtentia accipiunt, mox & materiam intelligunt. Nam cœleſtia corpora, cordis, aſpectus ſpeculantur, igitur vanum erit naturales formas aliqñ ſeparari a ſubiectis quod quidem faciunt qui ideas ponunt.

Cum autem natura ſit duplex materia atq; forma: res naturales perinde contemplari oportet: atq; ſi de ſimitate quid nam ſit conſideremus. Quare neq; ſine materia: neq; ſine ratione materiæ res huiuſcemodi conſiderandæ ſunt.

Cum diſtinxerit ſeiunxeritq; mathematicũ a naturali & dixerit mathematicum conſiderare formas in naturalibus rebus, ſed non velut naturales, ſed velut mathematicas ſeparãtem ipſas a ſubiectis. Phyſicum ipſas inſeparabiles & cũ materia cõſiderare, de nceps hic conſiderat nunquid ſpectet ad naturalem diſſerere de vtraſq;, vel non. Nam cum prius demonſtrauerit naturam dici de materia, & de forma, inquit nunquid igitur de vtraſq; naturalis diſputabit, & aſſignans definitiones rerum naturalium ex altero tantum, vel ex vtroq; tradet definitionem, & inquit quod quis rerũ eſſentias per formas diſtinguendo deſignabunt, is maxime definitionem ex forma aſſignabit, neq; excipiet materiã ſed de ipſam quoq; cõprehendet. Quæſiuit etiam idipſum in libris de anima. Nam ibi dixit tripliciter definitiones cõſtituendas eſſe, vel ex forma, vel ex materia, vel ex vtraq; ſimul vt cũ irã ex materia definiuerimus eſſe aduſtionẽ ſanguinis circa præcordia, ex forma aũt cũ dixerimus ipſam eſſe iniuriã vlciſcendi appetitũ. Inquit igit cũ ſit triplex definitio, naturalis nõ ex ſola materia definiet, neq; ex ſola forma, ſed ex vtraq; ſimul. Verũ vt dicebã q eſſentiã rerũ p formã cõſtitui & differre affirmabit, is neq; materiã i definiendis rebus excipiet. Nã inqt quãtum ex philoſophia veterũ aſſequi poſſumus phyſici intereſt ſolũ de materia diſſerere. Nam antiqui oẽs multũ materię inuigilarũt, de forma vero quidam nullũ ſermonem fecere, qui aũt nonnihil de ipſa attigerant breui ſeſe expediſſe ac parum ei inſudaſſe videntur. Hi autem ſunt Demo. & Empedo. Nam cum Demo. aſſeruiſſet materiam eſſe ſubiectum atomis, formales cauſas atomorum. ſ. inſectilium dixit eſſe figuras. Ignem enim conſtitui figuris orbicularibus, aquam vero cubica figura, atq; alia aliis figuris formari dixit. Similiter Empedocles litem & amicitiam cauſas formales eorum quæ ſunt affirmauit. Nam & ſi litem & amicitiã cauſas efficientes aſſeruerit, attamen formari reliqua p ipſas dixit, ceu ſphęrũ mundum illum. ſ. intellectualem per amicitiam formari, & hũc noſtrum ſenſibilẽ p litem. Quare cũ cauſas efficientes dixerint nõ prorſus de cauſis formalibus dicere curarunt. Nam faciũt tales cauſas materiã & nõ formas. Item Anaxagoras, quanq; mentem cauſam formationis rerum eſſe ſenſuit

Primo de anima.

Vide prologum metaph.

ſuit, formalem tñ cauſam non cõmemorauit, forte ob ea quæ de ipſo dicta ſunt in Phædone ſtatuit cauſam productionis vniuerſi mentem ipſam. Verum gñationi rerum particularium illam nõ accõmodauit, ſed rurſus inciderat in materiales cauſas, quippe qui eorum cauſas carnis, & oſſis, & alterorũ ſimilaria poſuit, q̄ profecto vt materialem cauſam ſubiecit. Quantũ igitur antiquorum opinione aſſequi poſſumus, vr̄ phyſici munus eſſe de materia diſſerere.

Primũ argũ.

Verũ ꝙ de vtriſq; oporteat naturalem diſſerere multis argumẽtis demõſtrat, et imprimis ex proportione reſpectuq; artis ad naturam. Et qm̄ ipſa eſt ſimulacrum exemplarq; naturę, ſi ergo videmus ad eandem artem attinere vt ſciat materiam & formam. Nam ædificator non ſolũ ſciuit formam domus, ſed etiam materiam aptam idoneãq; efficit ad ſuſcipiendum formã domus. Item opifex cum ſciuerit formas vaſorum lecticæ, ſcabelli, & reliquorum, ſciet etiam qualis materia apta idoneaq; ſit ad talem formã, ſi ergo eiuſdem artificis eſt formã & materiam domus cognoſcere, igitur & ad naturalẽ cõſideratio de materia & forma attinet.

Secundum.

Secũdũ argumẽtũ qm̄ inquit eiuſdem artis eſſe vt finẽ ſciat, & q̄cunq; alia quę gratia finis fiunt. Nam cum ędificator ſcit qualis quæ domus forma eſſe debeat, quam ſtatuit intẽtionem & finem artis, ſciuit etiam viã iterq; quo in finem perueniet. Item medicus ſciens ſanitatẽ ſciuit etiam viam attingendi ſanitatem, alioquin ſi artifex cognouerit finem, & viam attingendi illũ ignorauerit nunq̄; in finem perueniet. Si ergo eiuſdem eſt ſcire id cuius gratia ideſt finem, & id quod fit gratia illius ideſt viam attingendi finem, cũ materia ſit illud ꝙ eſt gratia finis, ac via in forma ſit ipſa materiæ aptitudo, naturalis igitur cognoſcet finẽ, & id ꝙ eſt gratia eius. i. materiã, quare ad naturalem attinet vtranq; conſiderare materiam. ſ. & formam. Sed qm̄ finis duplex eſt, vnus quidem qui gratia cuius dici ſolet, alter vero cui, ceu ianuę forma, hęc profecto eſt finis cuius. Nam hunc artifex intendit ac aĩaduertit, quem ſcopũ ſcilicet intentionem vocant, alius autẽ eſt finis cui vt oſtiũ. Nam fit ianua non propter idipſum vt talis forma fieret ſed vt vſui cõmodoq; hominum ſufficeret ac veniret quare cum homo ſit aliquomodo finis, ianuæ fit vt obſeruet domum igitur ſciens & finem cuius gratia. i. formam ianuę, mox ſciuit etiam finẽ gratia huius qui quidem materia eſt. Item qui ſcit finẽ cui ceu homo ſciens ꝙ ianua fit ad vſum eius. Nã hic eſt abſolutiſſimus finis ianuę vſus hominum, ſciuit etiam ea quæ fiunt gratia huius. Nam qui ſcit oportere tutã firmãq; habere ſuppellectilem, ſciuit etiam illum egere quodam ſolido & corpore renitente ꝙ vetet inhibeatq; volẽtes impetum facere ac offendere qui hoc aſſequi vult. Quare cum finis dupliciter dicatur, ſciẽs quemuis finem, neq; ignorabit ea quæ ſunt ad finem de quorũ numero eſt materia, quare naturalis ĩtereſt non ſolum formas cognoſcere ſed etiam materiam. In his quoq; perſoluit dubitationem quandam tanq̄ ab aduerſarijs adductã. Nam dubitauit quidam ſi naturalia aſſimilantur dignis artificialibus, cum videamus nonnullas artes materiam præparare, nonnullas vero materiæ formam duntaxat apponere, igitur in naturalibus alterius ſcientiæ naturalis erit cognoſcere materiam, & alterius formam. Nam peritia gubernãdi nauem ſcit qualis eſſe debeat forma temonis vel remi & ordinat iubetq; fabricatori nauiũ vt ſibi inſtrumentum extruat & efficiat, quo ipſe nauem circunducere queat, & ob id oportet ipſum effici forte ad inſtar cilindre vt facile circũducatur. Item iubet ipſum oportere ſi contingerit inferius latum eſſe atq; expanſum vt aquarum multitudini occurrat atq; impingat & renitendo impellat nauem. Hanc igitur formam ordinat & iubet gubernator, at materiã ex qualibus lignis eſſe oporteat minime ſciuit, ſed nauis fabricatori cedit huius ſcientiam. Immo & nauis extructor cũ ſcit talem formã remi temonisue opificium materiæ alteri committit & ordinat. Nam ſimpliciter ars ſcindendi ligna præparat materiam arti ædificãdi, & idẽ opificium opuſq; vt accurate efficiatur peritia incidẽdi ligna facit, deinde formam naui apponit ars efficiẽdi condendiq; naues. Item ei qui domos condit alia quidem ars materiam ſimpliciter parat, ceu ars incidendi lapides, & alia illam accurate extruendam efficit, veluti ea quæ lapides aptos idoneoſq; poliendo dolandoq; vt recte ponantur præparat ad conficiendam domum. Item alia præparat æs vt ea quæ verſatur circa metalli cõgregationem & cõpreſſionem, alia autem apponit formam æri ceu ars ęraria, cur ergo & in diſciplina naturali ita dicendum non eſt, vt ad aliam attineat diſſerere de materia, & ad alterã de forma. Inquit igitur ſoluens hanc dubitationem in artificialibus materiam ipſorum non ineſſe eiſdem, ſed extrinſecus nos illam aſſumimus, quam etiam conſideramus, & cum ingenium noſtrum naturaq; omnia recte efficere nequeat, alia quidem ars verſatur circa materiam, alia autem circa ipſam formam. At in his quæ conſtant natura nihil extrinſecus ſuppeditat diſponitq; materiam naturę ſed ipſa materiã diſponit & formam introducit materiam autem dico proximam. Nam hominis natura quanq̄; ipſa nõ efficiat elementa, attamen ipſa cum nihil extrinſecus accipiat ſed in ſeipſam vim agendi obtinet eadem miſcet, hæc autem mixtio eſt proxima materia animalis & vniuſcuiuſq; particularis naturæ. Si ergo natura formam efficit & proximam formæ materiam qui ergo conſiderabit naturales formas, etiam ſpectabit materiam eiſdem ſubiectam ceu ipſum metallum, ſed cũ alia ſit quę hoc operetur ob id ærarius non cognoſcit illud, neq; ſciuit metalli naturam quando & quomodo extruenda pręparandaq; ſit, conſequens igitur eſt poſtq̄ natura proximam ſibi materiã & formam efficit, vt phyſicus vtranq; cognoſcat, quare naturalis ſimpliciter materiam & formam conſiderat, qm̄ natura ſimpliciter materiam, & ſimpliciter formam procreat, & quidam naturalis quandam materiam, & quãdam formam cum quædam natura quandam formam, & quandam materiam efficiat. Verum id ꝙ modo prolatum allegatumq; eſt, vr̄ dictis ſuperioribus contrarium eſſe. Nam ſi eadem ars etiam efficit materiam & formam, qm̄ paulo prius diximus eſſe eiuſdem artis vt materiam & formam ſciat quomodo igitur ars gubernandi nauem formam temonis remiue ſciuit, & materiam ex qualibus lignis eſſe oporteat, ignoret.

Dubitatio.

Solutio.

Dico igitur vtrũq; eſſe verum & primum & ſecundum qm̄ eiuſdem ſunt plures materiæ quædam proximiores, quædam autem remotiores ceu humani corporis materia maxime proxima eſt totius corporis diſſimilaria vt ipſe ait, ſed ante hęc præcedit alia

materia ipſa.ſ.ſimilaria, quippe quæ in ratione ordineq; materiæ ſubijciantur partibus organicis. Et ante hanc materiã ſunt humores, & ante humores elementa, & ante elementa eſt ipſa trina elementorum dimẽſio, & deniq; ante hanc eſt prima materia. Proximã igitur materiam neceſſe eſt penitus artificem ſcire. Nam ſi faber lignarius & opifex materiam maxime proximã vaſis quam ipſe poliendo dolãdoq; taliter ac taliter ligna, & ſecando ea in partes, atq; alia præparando ad ſuſcipiendam formam operatur, quæ quidem habent eam rationem materiæ reſpectu formæ quã partes animalis ad formam animalis, quippe horum cõpoſitioni immitatur forma, igitur & in alijs artibus ſimiliter erit. Etenim ars gubernandi nauẽ quia ſciuit formam temonis & remi ſciuit etiam hoc modo materiam, qm̃ ſciuit ſimpliciter illum oportere ex lignis conſtitui. Verum ex qualibus lignis conſtituẽdus ſit ad conditorem nauis & opificem ſcire attinet, qm̃ ad eum attinet formam operari, cum is qui formã efficit ſcire debeat qualis materia ſit capax illius. Proximam igitur materiam omnis artifex ſcit ſed remotiorem ei ſcire non opus eſt. Iccirco faber ęrarius naturam ferri & æris, ac quale eſſe debeat æs ad formam ſuſcipiendam ſciuit, licet ignoret quomodo metalium producatur, qm̃ hoc eſt materia remotior. At hoc eſt illius artis ſcire quę operatur circa metallum. Si ergo omnis ars proximam materiam ſciuit, & remotiorem minime, alterius artis erit eandem cognoſcere, quare quæ prius diximus veriſſima erant ſcilicet eiuſdem artis munus eſſe formam & materiam proximam cognoſcere, atq; veriſſima ſunt quæ poſtea ſubiunximus ſcilicet ꝙ alia ſit ars quæ circa formam agit, & alia quæ circa materiam non proximã ſed remotiorem. Vnde ipſe etiam Ariſt. cum dixiſſet eiuſdem ſcientiæ eſſe formam & materiam ſcire ſubiunxit vſq; ad terminum quendam. Nam medicus cũ ſciat corpora conſtare quatuor elementis, atq; hæc ipſa eorum eſſe materiã nõ tñ quatenus medicus ſciet ꝙ hæc non ſint prima materia ſed ante hæc eſſe alteram quæ in formis eſt. Sed poſtq; hæc dubitauit tertiũ argumentũ Ariſt. adducit quo concludit ad naturalem ſpectare vtranq; cognoſcere. Nam inquit materiã & formã eſſe de numero illorũ quę referuntur ad aliqd, quippe materia ſit formę materia, & nõ quęuis materia cuiuſuis formę temere eſt, ſed quędã certa ac definita materia eſt cuiuſdam definitę ac certę formę, ſi aũt materia & forma ſunt de numero eorũ quę ſunt ad aliqd, qui ergo ignorauerit alterũ eorũ quę referuntur, & reliquũ ignorabit, quippe quæ mutuo referantur ac ſimul cognoſcãtur, patet ergo ad naturalẽ ſpectare de materia & forma diſſerere, ſed cũ hæc inqt, diſtinguit & ſeparat naturalẽ a theologo, & inquit qm̃ vt medicus cũ aſpectus viſioneſq; cõſiderat, & de ipſis ſermonẽ facit, ſane non de quacunq; actione ipſorum quatenus medicus diſcepabit, ſed ſibi ſat eſt didiciſſe eas idoneas eſſe vt talibus coloribus diſgregentur, & ab alijs cõgregentur, & ſi aliquam aliã actionem habeãt vel affectionem quæ ſpectet ad medicum, de quibus nihil aliud conſiderat ceu quomodo ab oculis exeant, & quæ ſit actio earum circa viſibilia propterea quod eminus minora videntur & per aquam maiora, quæ etiam ſit actio eorum circa ſpecula, & nunquid ſuapte natura queant refrangi vel non, atq; ſi ad rectos angulos reflectantur vel non, & quæcunq; alia infinita fere quę de ipſis perſpectiui cõſiderant. Similiter faber ærarius aliquas actiones ęris hucuſq; conſiderat quod ad extruendum cimbalum oportet id ſumere ꝙ optimum ſonũ reddere poſſit, quod autem bonum ſonum reddere poteſt tale eſt, & vnicuiq; formę congruit. Verum an æs habeat aliquam vim ad curã alicuius ęgritudinis vel ſit adurens & ardens, & vnde ſit aſſecutum bonum ſonum cum participet ſpiritu, & aere, & quæcunq; alia quæ ſimpliciter non conferunt ad artem eius non conſiderat. Eodem igitur modo cum naturalis attulerit rerum naturalium cauſas, eas profecto aſſignabit quas peculiare naturali eſt tradere. Hæ autem ſunt quæcunq; ſine materia eſſe nequeunt. Nam & ſi proximas cauſas non ſolum tradiderit, ſed etiam primas & ſeparatas ab ijs quæ fiunt, attamen neq; hæc ſine materia ſunt. Aſſignabit nanq; hominis generandi cauſam non ſolum patrem illius atq; naturam, ſed etiam ſolis motũ orbicularem, qui etiam non eſt aliqua res a materia prorſus ſeparata, ſed in materia eſt. Verum ſi quædã aliæ cauſæ naturales ſunt quæ a materia ſeparantur ſiue formales, ſiue efficientes, aut finales fuerint, quę & quot quomodoq; hæc ſint & ſe habeant inter ſe non amplius phyſici munus eſt conſiderare, ſed theologi. Nam hac ratione differt theologus a naturali, quoniam ſpectat ad theologum diſſerere de his formis quæ prorſus a materia ſeiunguntur, cum tantum phyſici interſit de formis diſſerere quæ ſunt in materia. Cæterum ad textum. Cum autem natura ſit duplex forma & materia. Alterum ſignificatum omiſit quo generatio natura appellabatur, quoniam illa eſt via & mutatio in naturam denominata ab ipſa ſicut dealbatio ab albedine. Cum igitur ſit duplex, querit vtrũ naturalis definiat naturalia quẽadmodum definit ſimum, quippe qui aſſignet definitionem eſſentiamq; ſimitatis per concauitatem & mentionem faciemus interdum de ſubiecto quod quidem naſus eſt. Nam dicimus ſimitatem eſſe concauitatem naſi, quare non ꝑ materiam eſſentiam rerum aſſignabit, ſed per formã quemadmodum etiam eſſentiam ſimitatis per concauitatẽ tradimus, neq; mẽtionẽ faciet de materia veluti neq; hic de naſo cũ dicimus ſimitatem eſſe cauitatẽ.

Inter partes organicas man' ſũt organa organorum.

Proinde Auiscẽna' prio ſen recte dixit hoc mõ cũq; aliqs medicorũ loq inceperit & affirmare elemẽta & cõplexionẽ & q̃ iſta ſequũtur ex eis q̃ ſciarũ naturalis ſubiecta exiſtũt, egreſſus fuerit errabit, iõ ꝙ in ſciẽtia medicinæ nut ſit qd ei' nõ ẽ.

Motus ſolis in zodiaco cauſa gñationis & corruptiõis rerũ eſt vide ſecũdo de generatione hoc.

Nam & de hoc ipſo quiſpiam dubitauerit: cum duæ ſint naturæ de utra conſiderare ad naturalem ſpectet: an de eo q ex utriſq; cõponitur quod ſi de ipſo: & de utraq; contemplari ad eundem utiq; ſpectat. Vtrum igitur eiuſdem ſit facultatis: uel alterius utranq; cognoſcere.

Quoniam dixit naturalem de vtriſq; diſputaturũ, vult oſtendere ꝙ neceſſario ſermonem de his tractabit qui conſentaneas dubitationes habeat. Verũ illud an de eo ꝙ ex vtriſq; cõponitur ſubiunxit tanq̃ ex cõſequenti pro hoc vel profecto de eo ꝙ ex vtriſq; cõponitur, ſi autem de eo ꝙ ex vtriſq; cõponitur, naturalis diſputabit, patet ẽt ipſum diſputaturum fore de vtroq; ſimplici. Quod ſi de vtroq; naturalis diſputabit, igitur vnus & idem naturalis diſputabit de vtriſque, vel alius quidem de materia, & alius de forma.

Nam reſpicienti quidem aduerteres materiei cognitio ad ipſum pertinere uidebitur. Perparum enim Empedocles & Democritus formam & illud q quid erat tetigerunt.

Quantum

Quantū inquit ad veteres naturales, videbitur ꝓfecto ad naturalem ſcientiam ſpectare de materia diſſerere, quoniam & illi multa de eadē tractauerunt, ſed de forma aut nemo, aut ipſi breuibus agere curarūt.

At ſi ars imitatur naturam: eiuſdem autem ſcientiæ eſt formam atq; materiam uſq; ad terminum quendam cognoſcere: ueluti medici ſanitatem: bilem: & pituitam in quibus eſt ſanitas: & ædificatoris ſimiliter formam ipſius domus atq; materiam: lateres inquam ac ligna: & cæterorum ſimiliter. Eodem modo naturalis etiam facultatis erit profecto utraſq; naturas cognoſcere.

Hinc primum argumentum ex ſimilitudine artis ad naturam. Pulchre autem adiecit ꝙ ſciuit artifex non ſimpliciter materiam ſed vſq; ad aliquem terminum. Nam medicus procedens vſq; ad elementa, & hæc eſſe materiam corporū aſſeruerit non vltro ꝓcedit. Eodem ēt modo de alijs artibus dicendum eſt.

Præterea facultatis eiuſdem eſt id gratia cuius & finem: & ea quæ horum gratia ſunt cognoſcere. At natura finis eſt: & cuius gratia. Quorum nanq; motus continui eſt finis aliquis: eorum is ultimus eſt & id cuius gratia.

Secundum argumentum. Id cuius gratia & finis ex geminatione vocabulorum idem ſignificāt. Id ergo cuius gratia in naturalibus eſt forma, quippe huius gratia natura cuncta efficiat, ex principio quidem vt generetur deinde & conſeruetur. Id aūt ꝙ eſt gratia finis eſt materia, inſtrumenta, & ſiquid aliud eſt ꝑſimile. Nam quorum motus continui eſt aliquis finis, is eſt etiam extremum & cuius gratia. Verum oportet verba parum mutare. Quorū nanq; continui motus eſt aliquot extremum hoc eſt finis & id cuius gratia. Sed ſententia menſq; prædictorum hæc eſt, quoniam appellauit id cuius gratia finem hoc idem propoſuit oſtendere. Inquit igitur quando id ꝙ continue mouetur, deinde peruenit ad aliquod extremum & quieſcet eo itinere quod prius ceperat, hoc inq; finis eſt motus cuius gratia fiebat, quare id cuius gratia finis eſt, & ecōtra finis eſt cuius gratia. Intelligit autem apud me eum motum qui nulla interpollatione interceptus, nullaq; cauſa extrinſecus impeditus ſponte ad finem tendit peruenire, ſi vero interpollaretur non eſſet finis motus ſtatio illa per quam fit interpollatio, verbi gratia ſi aliquis medicus remedium adhibebit alicui & interea aliquod impedimentū fieret quo morbus peior euaderet deinde alterum remedium denuo adhibens ſanaret ipſum reſtitueretq; ſanitati huius motus & non præcedens dicimus ſanitatem eſſe, finem & id cuius gratia, immo neq; priorē diſpoſitionem præcedentis motus quem remedium operabatur finem, eſſe aſſerimus, quoniam ad eam non tēdebat intentio, neq; ex eadem, ſed ex quodam euentu extrinſecus peior diſpoſitio excitata eſt, quando igitur motus qui vergit ad ſanitatem interpollatus non erit, finis eiuſdem & extremum in quo quieuit, ideſt id cuius gratia omnis motus fiebat, hoc autem eſt ipſa bona valetudo. Nam ſi non interpollabitur actio medici nunq; ſtabit quouſq; ad ſanitatem peruenērit, quoniam igitur motus generationis niſi quippiam impedimento fiat, forma eſt finis ad quem ducitur. Hæc autem eſt id cuius gratia.

Textus.

Quapropter & Poeta ridicule compulſus eſt ad hanc ſententiam afferendam. Extremum ob quod natus erat factumq; petiuit. Nam uult non quoduis ultimum eſſe finem: ſed id ꝙ eſt optimum.

Poetam Euripidem dicit. Quoniam (inquit) recte definiemus finem & id cuius gratia atq; de motu non interpollato Euripides fide dignus eſt, qui communi conſenſu accipit continui motus extremum eſſe finem & id cuius gratia. Verum ridicule hanc vniuerſalem conceptionem adaptauit particularibus. Quoniam igitur continuæ vitæ finis eſt mors exiſtimauit eam eſſe finem & id cuius gratia. At omne cuius gratia eſt finis, econtra autem minime omnis finis eſt id cuius gratia, ſed optimus finis eſt id cuius gratia, & cum optimum ſit ipſum eſſe, ꝗ non eſſe, igitur mors non eſt id cuius gratia, immo neq; continui motus ab ortu mors eſt extremum aliquod & finis, quoniā mouetur natura vſq; ad naturam integram animalis atq; vſq; ad perfectam ætatem, quæ deducta ad perfectionem quieſcit & manet, hoc igitur ſummum ætatis incrementum eſt finis continui motus a generatione, poſtea vero quoniam forma ſuapte natura in materia ample magnificeq; firmata eſt, ſi animal vltra ꝓcedendo imbecillius fit non a natura id conſequi videtur, ſed cum ex contrarijs animal conſtet, & natura amplius non poſſit contraria in concentum & concordiam naturalem congregare & continere, alterū contrarium fit pollentius, & ita cum ipſe concentus parum diſſoluitur mortem fieri accidit. Nam vult non quoduis extremum eſſe finem, ſed id quod eſt optimum. Vult non poeta quidem, ſed rerum natura, quoniam igitur id ꝙ eſt optimum eſt finis & cuius gratia, igitur generationis optimum erit finis, ſed ipſe ætatis flos aut ſummum eius incrementum eſt optimum, quippe animal ea ætate conſtitutum oēs actiones naturales exerceat & maxime eas quibus generat. Nam hic eſt proprie finis naturæ deducere animal ad hoc ut ita generet alterum quale ipſum eſt, et quoniam cuncta bonum appetunt, & eſſe cuiq; bonum eſt. Quocirca quæ nequeunt manere eadem numero appetunt et amant ſempiterna fieri in ſpecie, quare cū hoc ſit optimum, natura ad tantum continuo vehit ducitq; animal quouſq; hoc attingat vt huiuſmodi actiones exerceat, de hinc cum prior motus ceſſat ea aſſecuta de quibus erat intentio, principium accipit præter naturam tendens ad corruptionem eo modo quem explicauimus & diximus.

Textus.

Idē ī calce primi libri. Vide Auicēnā primo ſen. ſi vis ſcire ætates hoīm vbi nō ætatis ē de cæteris aīalib9 nihil certi hē ga cue exiguæ ſt niſi quedā cōiectura.

Cum etiam artes materiam efficiant quædā ſimpliciter: quædam idoneam aptamq; ad opus. Et utimur quia omnia ſunt gratia noſtri. Sumus enim & nos quodammodo finis. Nā id cuius gratia cætera ſunt dupliciter dicitur ut in philoſophia diſtinximus. Duæ igitur ſunt dominæ materiei cognoſcenteſq; artes ea quæ utitur: & ea quæ præeſt facultati operandi ipſa inquam architectura. Quapropter & ea quæ utitur aliquomodo architectura eſt. Sed hoc intereſt: altera nāq; formam cognoſcit: altera uelut materiam facit.

Cum multa in cōſtructione præſentis loci interſerat, verba reddit obſcuriſſima. Nos igitur oportet vt textus ſeruetur continuatio ſingula verba diſcur-

rere & ponderare, & vnicuiq; loco ſuum ac propriũ afferre aſſignareq;. Illud itaq;. (Et vtimur quia omnia ſunt gratia noſtri) cum præcedentibus ſic conſtruendum eſt vbi ſic inquit. Præterea facultatis eiuſdem eſt id gratia cuius finemq; & ea quę horum gratia ſunt cognoſcere. At natura, finis eſt & cuius gratia, quibus deinde copulans hæc dicit. Et vtimur quia omnia ſunt gratia noſtri vſq; ad ea verba, vt in philoſophia diſtinximus. Hæc igitur eſt huius loci conſtructio, ſentẽtia autem eſt, quoniam duplex eſt finis, alter cuius, & alter cui, dicens autem finem velut cuius, quoniam dicit natura eſt finis & cuius gratia, adiecit & alterum ſignificatum finis dico ſcilicet finem cui, quia dicit. Et vtimur quia omnia ſunt gratia noſtri. Vnde apertius hoc faciens ſubiunxit. Sumus.n. & nos quodammodo finis. Nam dupliciter dicitur id cuius gratia cætera fiunt vt diſtinximus in philoſophia, dicit autem per philoſophiam librum de moribus aut philoſophiam moralem quam vocat philoſophiam, quoniam per ipſam philoſophum reddit moralem. Hæc igitur eſt conſtructio. Quæ autem interiecit partim probant finem eſſe cuius gratia, partim ad confutationem. Euripidis adducuntur ſed ea verba. (Cum etiam artes materiam efficiant. Quædam ſimpliciter. Quædam aptam idoneamque ad opus) coniungenda ſunt his verbis. Duæ igitur ſunt dominæ materiei cognoſcenteſq; artes & cætera. Hic autem eſt dubitatio quam diximus, quoniam nõ quemadmodum artium quædam verſantur circa materiam, quędam autem circa formam, ita ſcientiarum naturalium, alia quidem formam cognoſcit, alia vero materiam. Quod vero hæc tanq̃ dubitationem proferat deinceps oſtendit cum ſolutionem infert in quibus dicet. In his igitur quæ per artem conficimus nos operis extruendi cauſa materiam facimus. Cum igitur dicat cauſam differentiæ indicat hanc eſſe, quoniam eadem prorſus ars non verſatur circa vtranq; ſcilicet materiam & formam. At natura verſatur circa vtranq;. Eſt igitur tota ſententia textus talis. Artiũ quædam efficiunt materiam, quædam præſunt & dominantur eidem. Item earum artium quæ materiam efficiunt, alia materiam ſimpliciter efficit ceu peritia ſcindendi ligna, alia vero efficit illam idoneam aptãque, ſimiliter earum artium quæ ſunt dominæ materiei. Nam hæ artes præſunt materiæ quæ verſantur circa formam. quippe nauis opifex iubeat ordinetq; ei qui ligna incidit qualia ligna ſibi præparare aptareq; debeat, qualiaq; ſint idonea aptaq; ipſi ad hæc faciundum & qua ratione ſint apta. Artium igitur quæ præſunt materiæ quæ etiam architecturę appellantur ſcilicet dominę extruendi operis facultatis, alia formam apponit vt ars extruendi naues, alia autem vtitur eadem ceu ars gubernandi nauem, recte igitur appellauimus periciam gubernandi nauem architectonicam quippe quæ magis ſit architectonica quã ars extruendi naues. Nam ipſa iubet præeſtq; arti quæ naues condit qualem formam ſibi claui ipſa debeat facere. Verum differunt inter ſe artes quæ verſantur circa formam quæ etiam architecturę ſunt, quoniam alia efficit formam, ceu ars condendi naues, alia vero ſolum cognoſcit formam & non efficit, Item quædã vtitur forma, quædam minime, quare quatuor ſunt quæ circa idem verſantur, quarum duæ circa materiam, duæ vero circa formam, ſed cum hæc dicit reliquum dubitationis non adiecit, quod quidem erat, igitur nunq̃ in naturalibus eiuſdem ſcientiæ naturalis erit verſari circa materiam, & circa formam, ſed altera verſabitur circa formam, altera autem circa materiam, ob id ergo ſententiam obſcuram fecerat ꝙ hæc appoſuerit gratia dubitationis, ſed quia ſubiunxit ſolutionem (vt diximus) claram apertãq; ſuam ſententiã facit. Poſtremo dicens ars gubernandi architectura eſt non ſine aliqua determinatione dixit, quoniam inquit aliquomodo architectura eſt. Adiecit autem hoc (aliquomodo) quoniam ars gubernandi non ædificat non extruit. Nam potius imperat iubet ac præeſt arti extruendi naues, quã extruat. Itaq; adiecit hoc (aliquomodo) ob id quia ipſa nõ extruit, ſed non ob id quia imperat & pręſit.

Nam gubernator quidem qualis eſt forma claui cognoſcit ac iubet. At architectus ex quali ligno: & ex qualibus motibus erit nauis cognoſcit.

Vtræq; igitur artes verſantur circa formam, quæ etiam non ignorant materiam. Verum ars quidem gubernandi nauem magis formam cognoſcit q̃ materiam, & iubet hanc gubernatori, ſed ars extruendi naues potius ducit ab ipſo gubernatore formam & materiam callet, igitur ipſiſmet viciſſim aliquid mutuant. Nam ars extruendi naues diſcit formam a peritia gubernandi nauem, ars autem gubernandi materiam accipit ab ipſa arte extruendi naues. Cum autem dicit ex qualibus motibus, ponit pro hoc ex qualibus naturalibus momentis viribuſq;, quoniam non quoduis lignum temere aſſumetur ad extruendum nauigium vel clauum.

In his igitur quæ per artem conficimus nos operis extruendi cauſa materiam facimus: in naturalibus autem eſt.

Solutio dubitationis, quoniam in artificialibus materiam extrinſecus artifex ſuſcipiens eidem ſic formã apponit, quocirca ipſa ſpectat ad aliam artem, & forma ad aliam. At in naturalibus naturæ non traditur extrinſecus materia, ſed eidem ineſt, & ab eadem efficitur & procreatur. Quod ſi hoc conceditur, igitur qui huiuſmodi naturæ ſcientia peritus fuerit, materiã etiam cognoſcet. Nam vtriſq; natura operatrix eſt, & ei qui vtranq; ignorauerit non patet aditus ſcientiæ naturalis ſiquidem vtriuſq; natura ſit magiſtra.

Item materies eſt eorum quæ ſunt ad aliquid. Aduerte q hic deficit aliqd textus.

Tertium argumentum ꝙ ſpectet ad phyſicum naturalemue cognoſcere vtranq; materiam & formã.

At quouſq; naturalem philoſophum formam & ipſum q; quid eſt ſcire oportet. An ut medicum neruum: uel fabrum æs uſq; ad quendam terminum conſiderare oportet. Nam alicuius gratia eſt unaqueq; & circa res uerſari quæ ſeparabiles quidem ſunt ratione in materia autem ſunt. Homo nanque generat hominem atq; ſol. Quo uero modo ſeſe habeat ſeparabilis forma: & quid nam ſit: philoſophiæ primæ munus eſt pertractare ac determinare.

Aduerte hunc interpretẽ plura formas & materias in cõpoſitio ponere.

Hic ſeparat naturalem a theologo. Equidem de materia ita conſiderat naturalis quemadmodum diximus, ſed de forma iuxta quendam terminum conſiderabis,

derabit, ideſt quoniam eiuſdem rei plures formas accipere poſſumus. Nam ſocratis eſt vt hominis forma animal rationale mortale, & ante hanc ſubſtantia animata ſenſitiua. Nam quædam ſunt naturalium formę ſeparatę ceu numeri apud Pythagoreos ſiue illæ formæ quæ dicuntur ante multa, & hę ſiue ſint apud Platonem per ſe ſubſiſtentes dico ſcilicet illum idealem hominem per ſe, & idipſum animal per ſe, ſiue ſint rationes quas ipſe in opifice ſtatuit, iccirco inquit, vel naturalis de omni forma ſimpliciter diſputabit, vel vſq; ad aliquem terminum deducet doctrinam. Inquit igitur non eſſe munus naturalis de omni forma diſſerere ſed vſq; ad aliquem terminum procedit. Et quemadmodum faber ærarius non ſingulas actiones æris conſiderat, verbi gratia ſi quippiam conferat ad medendi peritiam, ſed ꝙ ſit liqualibe & fluxibile & quęcunq; conferunt ad res ſubiectas ei. Item medicus cũ cõſiderat de neruo ſpectabit etiam omnes actiones quæ ad ſuam artem conferunt, verbi gratia ꝙ fit motus eius aliqua cauſa, non tamen rimabitur ſi aliqua illius forma ſit ab opifice vel ſi ex forma & materia cõſtituatur, ſed ſpectabit quomodo accidat alijs ſiccius eſſe vel frigidius. Eodem etiam modo naturalis non de omni forma ſimpliciter diſputabit ſed procedet vſq; ad aliquem terminum, ideſt quatenus a materia non ſeparatur. Nam ſi forte quiſpiam interrogabit eum ſi contingit hominem eſſe, certe non reſpondebit formam hominis in opifice eſſe, oportet autem eam eſſe factam & naturalem. Iccirco hic forma ponitur & eſt, ſed ſufficere putabit aſſignare cauſas non ſine materia, quoniam homo & ſol generant hominem. Nam ſolis acceſſus atq; receſſus eſt cauſa generationis & corruptionis eorum quæ hic fiunt, hæc inq; generantur ex proximis & non quoduis a quouis, ſed ſimile ex ſimili, cum igitur hanc cauſam affert, hominem & ſolem generare hominẽ affirmabit, & vtriq; ſunt in materia. Et forte nõ affirmabit quaſdam formas medias eſſe in vniuerſo, atq; huiuſmodi eſſe animam noſtram quæ recedit & reuertitur, quocirca homo in mundo eſt, quoniam attinet ad theologos hęc & huiuſmodi iueſtigare vtq̃, & quot ſint formæ ſeparatæ, atq; quis ſit habitus reſpectuſq; ipſarũ, & quidam habitus eſt ad ſeipſas, & quidam ad hæc quæ hic ſunt, naturalis igitur interrogatus non oẽm cauſam aſſignabit neq; efficientem neq; formalem ſed ſolum eas quæ non ſunt ſine materia.

Proinde auicẽna primo fen. conſiderat de cõplexione ci⁹ & reliquorum membrorum.

Hic forte i Pytagoreos aut i Platonẽ de reditu animæ ad corpus.

Determinatis autem hiſce conſiderandum eſt de cauſis quales & quot ſint numero.

Cum diſſeruerit de concauſis quæ ſunt materia & forma, vult nunc de reliquis duabus agere ſcilicet efficiente & fine quæ propriæ ſunt cauſæ. Nam cum noſtra intentio ſit res naturales agnoſcere nihil prius cognoſcere poſſumus anteq̃ principia eiuſdem & cauſas omnes cognoſcamus, quare oportet omnes cauſas rerum naturalium pernoſcere ſi exactam earum cognitionem aſſequi volumus Quoniam igitur vult de reliquis cauſis agere ſcilicet efficiente & finali repetit ſummatim ſermonem de cauſis, & inquit eſſe quatuor cuiuſuis rei cauſas materiam, formam, efficientem, & finem, ceu domus cauſæ ſunt veluti materia lapides, & lateres, ac ligna, forma vero talis figura, efficiens ædificator, finis deniq; vſus hominis per quem domus extruitur quam definire ſolemus coopertimentum ꝙ nos ab imbribus procelliſq; protegit atq; defendit, ſimiliter de omnibus rebus dicendum eſt. Appellat autem materiam ex quo, formam autem ſecundum quod, efficientem vnde motus principium, finem vero propter quod. Sunt etiam eorum quæ fiunt aliæ duæ cauſæ vna inſtrumentalis, altera exemplaris quas Plato inter cauſas numerauit. Verũ Ariſt. tanq̃ naturalis his non vtitur, exemplarem inq̃ omiſit quoniam ipſa ſuperior præſtantiorq; eſt cauſis ſecundum naturam, quippe natura exemplaria nõ intueatur cum quippiam agit, quæ quanq̃ habeat rationes eorum quæ producuntur, tamen non cognoſcit vt faber & opifex, ſed duntaxat rationes animantes obtinet quibus agit & producit. Item cauſam inſtrumentalem ſimul comprehendit cum materiali ſiquidem ſit inſtrumẽtalis cauſa velut inſitus innatuſq; calor naturę. Verum hæc dixi comprehẽditur ſimul cum cauſis materialibus, quoniam ſtatuit omnino quatuor elementa in quibus ſunt quatuor qualitates, materiam omnium quæ fiunt, ſed quale eſſet inſtrumentum generationis eorum prætermiſit. Plato igitur theologus dixit omnium qui fiunt cauſam efficientem eſſe opificem inſtrumentalem autem materiam. At vero Ariſt. naturalis merito naturam & hanc vnde motus initiũ ſtatuit eſſe cauſam efficientem, inſtrumentalẽ aũt nõ habere proportionẽ & reſpectũ neq; ſimilitudinem. Etenim inſtrumenta vult prorſus eſſe ſeparata a cauſis efficientibus, & ab effectibus. Atqui calor inſitus innatuſq; non ſeiungitur ab ipſa opifice natura ſed eſt ſubiectum ipſi naturæ in quo firmata et fuſa animal procreat. Poſſumus etiam ipſam naturam in naturalibus exemplar appellare, ſiquidem ipſa ſimile ex ſimili producat, & intentio illius naturæ quæ in patre eſt atq; in matre ſit ſibi ſimile procreare, verum non cognoſcendo (vt diximus) in ſeipſam intuetur velut in exemplar & vult exemplar a cauſis efficientibus ſeparari ſecundum ſubſtantiã. Quæ cum Ariſt. dicat deinceps narrat quæ conſecuntur cauſas, & imprimis inquit. Cum multę ſint rerum cauſę accidit vt eiuſdem ſint plures cauſę per ſe. Nam illæ cauſę quatuor omnes ſunt per ſe cauſę, ſed non eodem modo quippe aliter ſit materia cauſa & aliter efficiẽs, ac de reliquis ſimiliter dicendum eſt. Item ait has eſſe inuicem viciſſimq; cauſas ceu labores bonę valetudinis cauſę ſunt, & econtra bona valetudo cauſa laborũ eſt. Verum non eodem modo, quoniam labores ſunt bonę valetudinis cauſæ efficientes. At bona valetudo eſt eorum cauſa finalis. Nam ſępe laboramus vt obtineamus bonam valetudinem. Etenim ſiquis me interrogaret cur ambulas? Reſponderem profecto, vt valeam. Præterea inquit fieri poſſe vt idem ſit cauſa contrariorum. Nam gubernator nauis ſi adſit naui fit cauſa ſalutis nauis, ſi vero abſit cauſa naufragij eſt, & inquit gubernatorem cum abſit, non eſſe cauſam per ſe naufragij ſed per accidẽs, quippe qui ſeruari poſſit abſente gubernatore. Idcirco inquit exemplum commodius verluſq; in ſole afferri poſſe qui præſens luminis cauſa eſt, abſens vero tenebrarum, & vtriuſq; per ſe cauſa ſol eſt. Nam ſi abſens foret cauſa per accidens tenebrarum & non per ſe, igitur quanq̃ abſens ſit non eſſet cauſa tenebrarum. Nam huiuſmodi ſunt cauſę per accidens. Dico itaq; quanq̃ gubernatoris

Idẽ i cõmẽtatiõ primi text⁹

Vide Platonẽ i Timeo cum agit de cauſa vniuerſali.

Q. ſio natura exemplar.

abſentia ſit cauſa naufragij, non tamen ob id exiſtimã dum eſt ipſum eſſe cauſam per accidens naufragij, cũ & præſentia eius non ſit omnino cauſa ſalutis, & tamen non propter quando ſeruaret nauem non per ſe ſed per accidens ſeruaret, ſic igitur quanq̃ abſente gubernatore nauis ſaluaretur, fortuna caſuq̃ illius ſalutẽ dicimus quo naufragium quod ſit præſentia gubernatoris impetu & violentia fieri dicimus. Nam artes verſantur circa ea quę plerunq̃ fieri ſolent. At qui naufragij ꝙ ſit abſentia gubernatoris cauſa per ſe erit abſentia eiuſdem, quare gubernator ſua abſentia & pręſentia eſt cauſa per ſe contrariorum dico ſcilicet ſalutis & naufragij.

Nam cum ſciendi gratia ſit naturalis pertractatio: ſcire autem unumquodq; nõ prius putemus q̃ circa unumquodq; propter quid eſt capiamus: idq; eſt primam accipere cauſam. Patet & a nobis hoc eſſe agendum: & de generatione corruptioneq;: ac de omni mutatione naturali: ut ipſarum ſcientes principia enitamur unumquodq; quod quærimus in ipſa reducere.

Inquit illud verbum propter quid pro hoc circa vnumquodq̃ cauſas quarum gratia eſt. Nam interrogati cur homo eſt, reſpondebimus afferrentes cauſam efficientem, vel finalem, aut aliquam aliam vel oẽs. Textus. Patet & a nobis hoc eſſe agendum, & de generatione corruptioneue ac de omni mutatione naturali, ideſt de cauſis generationis & corruptionis, & vniuerſaliter omnis mutationis naturalis, quare & hinc habes ipſum agere de his quę communiter conſecuntur generabilia & corruptibilia. Vt ſcientes ipſa- Textus. rum principia enitamur vnumquodq̃ quod quęrimus in ipſa reducere. Nam ſcientes omnium naturalium quatuor eſſe cauſas vnumquamq̃ redigemus in eadem principia, ceu cũ de lectica quęrimus, dicimus eius efficientem cauſam eſſe ędificandi artem, formam vero talem figuram, materialem ligna, & finalem hominis vſum.

Vno itaq; mõ cauſa dicitur id ex quo quippiã ſit eo pacto ut inſit: ut æs ſtatuæ: argentũq; phialæ: et horũ genera.

Materialem cauſam inquit quam nuncupat ex quo vt dicimus ex lignis abaculum, & ex materia & forma ęs conſtare. Verum ſi nos ſuperiore libro aſſeruimus illud (ex quo) magis proprium eſſe priuationi, & materię (hoc) tamen hic contrarium non dicimus. Nam ibi diuidentes ſeiungenteſq̃ ratione priuationẽ a materia eo ꝙ ipſa permanet iſtud aduerbiũ (hoc) eidem adaptauimus. Nunc autem quoniam volumus quatuor cauſis proprium aduerbium tribuere, nimirum inter omnia illud (ex quo) tanq̃ magis propriũ materię congruere videtur. Nam ipſa eſt quę mutatur, & alteratur & minime cauſa efficiens, finis, & forma mouentur. Dixit autem (vt inſit) perinde ac dicat cum cauſa materialis inſit eidem rei quę producitur ac eiuſdem fiat elementum, & non quemadmodum cauſa efficiens quę extrinſecus adeſt. Nam artificialium artifex extera cauſa eſt & pater filij, & cœleſtiũ orbicularis motus ſolis omnium quę producuntur. Textus. At materia in ipſis eſt. (Et horum genera) quoniam proximas materias tradidit, idcirco adiecit. Et horũ genera, ideſt & quę ſunt his communiora, vel quę ſunt generaliſſima ſubiecta. Nam ęs eſt proxima materia ſtatuę, & quoniam huic etiã altera materia ſubijcitur ceu aqua, igitur & aqua erit materię ſtatua. Itẽ erit trina dimenſio quę ſubijcitur aquę & prima materia quę ſubijcitur trinę dimenſioni, ſiue igitur ex aqua, quippiam ageretur ceu æris metallum, ſiue ex terra, cuius erit materia ęs eiuſdem etiam erunt materię quę ſubijciuntur ęri ſiue proxime, ſiue per multas intermedias materia fuerit.

Alio modo forma atq; exemplar: hæc autem eſt ratio illius q̃ quid rei appellatur: & huius genera.

Alio modo inquit principium eſt forma. Verum exemplar dixit non eo modo quo ij qui poſuerunt ideas, neq̃ quia putet ad naturalem ſpectare exemplarem cauſam afferre, quippe natura nullum exemplar intuatur cum quippiam agit, ac nihil cognoſcat eorum quæ ipſa operatur, ſed tenet rationes eorum quæ fiunt ſine cognitione. Sed quoniam qui aliquid iuxta exemplar efficiunt determinata certaq̃ agunt, cum neq̃ pauxillum quippiam eis vltra adijciant, neque mancum opus magis q̃ exemplar operentur. Et cum etiam quæ a natura producuntur certa definitaq̃ ſint, quippe determinata certaq̃ habeatur forma hominis, bouis, fici, vitis, & reliquorum, atq̃ in tantũ natura moueat materiam donec ad formam perueniat propter hoc formam exemplar vocauit. Hæc autem eſt ratio illius ꝙ quid rei appellatur, & huius genera, ceu ſtatuæ forma, & nõ æs quippe hoc ſit materia, ſed ſimulachrum hominis, huius autem genus imago ſimulachrumq̃ eſt. Nam omnis ſtatua ſimulachrum eſt, ſed non omne ſimulachrum ſtatua, igitur ſimulachrum exemplar & imago erit genus artificialium, & naturalium forma erit definitio rei, Item genera huius ſunt partes eiuſdem vt ipſe diuinitus dicit. Nam genus hominis definitionis eſt animal rationale mortale, quippe vnaquæq̃ pars communior latiorq̃ ſit ratione hominis. Genera autem ſolent dici materia definitionum.

Velut eius concentus diapaſon ratio eſt duorum ad unum proportio: atq; omnino numerus: itemq; partes in ratione ſumuntur.

Exemplum ponit de his quæ ſunt formales cauſæ, & non modo de forma proxima, ſed etiam de generibus earum quæ tum proxime tũ remotiores ſunt. Inquit igitur forma concentus qui diapaſon dicitur, erit reſponſum duorum ad vnum. Eſt enim diapaſon concentus quidam in quo corda vel vox inferior dupla eſt ad ſuperiorem ideſt duplum illius ſonum habet. Eſt igitur forma eiuſdem concentus duorum ad vnum ꝓportio. Quam enim proportionem habet duo ad vnum, eandem etiam habet corda vel vox inferior ad ſuperiorem. Item genus duorum ad vnũ quod duplum eſſe dicimus ſub ſe ſpeciem habet concentum diapaſon. Nam duplum eſt communius q̃ duo ad vnum ſiquidem duplum competat omnibus duplaris numeris, præterea dupli genus eſt numerus, quippe qui latior ampliorq̃ ſit ipſo duplo. Nam ſi aliquid eſt dupluni id etiam numerus eſt, econtra aũt non ſequitur aliquid numerus eſt, igitur id duplum eſt. Cæterum cum dicit hoc. Itemq̃ partes quæ in ratione ſumuntur, expoſitio eſt illius loci vbi dicit quędam eſſe

dam eſſe genera definitionis. Inquit igitur ipſa genera definitionis parts eiuſdem voco. Nam cum in exēplo de forma ac proximo genere eius accepiſſet ꝓportionem duorum ad vnum, & numerum velut genus in eodem propoſito transferens ſermonem ſubiūxit. Item partes quæ ſumuntur in ratione.

Præterea id unde primum motus principium uel quietis: qualis eſt cauſa his qui cōſuluit & pater filij: atq; prorſus q. efficit eius q. efficitur: & q. mutat eius q. mutatur. Itē ut finis: hic autem eſt cuius gratia cætera fiunt ceu ambulandi ſanitas. Cur enim ambulat interrogati: dicimus ut ualeat. Atq; ſi hoc pacto dixerimus reddidiſſe cauſam arbitramur. Et quæcunq; alio moueñtr inter ipſum & finem fiunt: ut inter medicum ſanitatemq; macies: aut purgatio: aut potiones: aut inſtrumenta. Nā uniuerſa hæc gratia finis fiunt.

Vide quō ex diffinitiōe cāæ efficiētis inſtim talē cāam eſſe negat.

Explicat efficientem cauſam. Nam cum interrogati fuerimus quis extitit cauſa belli? Reſpōdebimus eū eſſe qui conſilium dedit. Item quis gignit filium? Reſpondebimus patrem. Verum dixit (primum) quoniam inſtrumenta quoq; videntur mouere, tamen primo non mouent, quare hæc non erant cauſæ efficientes, quoniam efficiens cauſa eſt principium primum vnde motus, & quemadmodum cauſa efficiēs eſt principium motus, ita etiam eſt principium quietis. Nam qui de ineunda ſtatuendaq; pace conſilium affert is huiuſmodi quietis cauſa eſſe videtur. Et quæcunq; alio mouente inter ipſum & finem fiunt. Nam (inquit) vniuerſa hęc gratia finis fiunt & propter finem habent eſſe, ideſt quæcunq; fiunt alio mouente inter cauſam efficientem & finalem hęc omnia fiunt gratia finis, quanq̄ intermediorum aliud ex altero fieret ceu ex laboribus macies. Non ſolum enim labores fiunt propter ſanitatem ſed etiam macies attenuatione, quare horum omnium finis eſt ſalus, ſed forte fortuna ipſa ſalus propter exercitium legendi expetēda eſt. Nam iccirco cupimus incolumes eſſe ac valere vt legamus, ꝙ etiam alterius gratia eſt. Nam gratia adipiſcendi fœlicitatem legimus quæ eſt omnium maxime finis & alia omnia huius gratia fiunt.

Inter ſeſe autem differunt. Alia nanq; ſunt opera. Alia inſtrumentæ: cauſę igitur tot fere modis dicuntur ſit autem ut cum multipliciter cauſæ dicantur: multæ etiam eiusdem ſint non per accidens cauſæ ceu ſtatuæ ſtatuaria ars: et æs: non per aliud quicquam: ſed quo ſtatus eſt. At non eodem modo: ſed æs quidem uelut materia. Ars autem ut id a quo motus proficiſcitur. Sunt præterea quæ ſibi mutuo ſunt cauſæ ut exercitium & labor cauſa bonæ ualetudinis: & hec laboris. Verum non eodem modo: ſed hæc ut finis: ille autem ut principium motus. Item idem eſt cauſa contrariorum. Nam q. præſens eſt cauſa cuiuſpiam eſt: & id abſens nonnunq; cauſam contrarij eſſe dicimus. Vt gubernatoris abſentiam ſubuerſionis nauis: cuius præſentia erat cauſa ſalutis. Vniuerſæ autem nunc dictæ cauſæ quatuor in modos maniſeſtiſſimos cadunt. Elementa nanq; ſyllabarum: & materia eorum quæ arte conficiuntur. Ignis & talia corporum partes totius: & ſuppoſitiones concluſionis: ut id ex quo fit: cauſæ ſunt. Atq; horum quædam ſunt ueluti ſubiectum ut partes. Quædam ut quid rei. Totum quoq;: compoſitio: atq; forma.

Inquit ea quæ fiunt ante finem differunt quoniam nonnulla ſunt opera vt deambulatio & attenuatio purgatio nonnulla autem inſtrumenta & remedia phlebotomia. ſ. venę ſectio & reliqua, fit autem vt cum multipliciter cauſæ multæ dicantur, etiam eiuſdē ſint cauſę non per accidēs. Numerans cauſas deinceps (Textus.) vult afferre ea quæ conſequuntur cauſas, & imprimis inquit eiuſdem multas eſſe cauſas per ſe & nō per accidens. Verum non eadem ratione, ceu ſtatuæ cauſæ ſunt æs ſtatuarius & non alio modo q̄ per ſe, attamē alia eſt vt cauſa efficiens, alia vero vt materialis. Vniuerſæ (Textus.) autem nunc dictæ cauſæ in quatuor modos maniſeſtiſſimos cadunt. Redigit ad ſummam breuiter ea quæ dixit cum aſſerat quatuor eſſe modos cauſarum materialem, efficientem, formalem, & finalem. Deinceps adducit multa exempla materialis cauſæ, quoniā elementa ſunt ſyllabarum cauſæ vt materia & ſubiectum fictilium ceu Thuribuli & huiuſmodi aliorum atq; omnium artificialium. Item elementa ſunt materia corporum compoſitorum, & partes materiales cauſæ ſunt totius, & propoſitiones ſunt cauſæ concluſionis velut materia. Atq; horum quædam ſunt vt (Textus.) ſubiectum veluti partes. Hæc autem verba ſunt copulanda his ſuperioribus. Vniuerſæ autem nunc dictæ cauſę in quatuor modos maniſeſtiſſimos cadunt, quibus deinceps copulanda ſunt hæc. Atq; horum quædam vt ſubiectum & cætera. Quæ autem ipſe interſeruit exēpla ſunt materialis cauſę. Sed cum multa adiecit exempla, iccirco repetens ſermonem recēſet iterum quatuor modos cauſarum. Quædam vt (Textus.) quid rei, totum, compoſitio, & forma. Dixit vt quid rei loco huius vt forma. Nam per ipſam vnicuiq; eſſentia tribuitur ac vnumquodq; habet eſſe. Item forma hæc dicitur compoſitio partium, & vniuerſitas earum, atq; illud ipſum dicitur forma ꝙ eidem toti vniuerſoq; apponitur.

Semen autem genitale: & medicus: ac qui conſuluit: & omnino efficiens: omnia ſunt cauſæ unde mutationis: uel ſtationis: uel motus principium.

Semen genitale inquit eſſe cauſam efficientem, qm̄ in ſeipſo tenet rationes naturales, & fœtus ſubſternitur eidem velut materia, ſunt autem rationes formæ ex quibus procedunt in formam. At prius accepimus ſemen genitale vt materiam tanq̄ ad producendam prolem aptiſſimum quatenus ſperma & fœtus vt materia ſubijcerentur naturæ. Præterea ſi eſt natura velut efficiens in eo quod producitur, profecto erit ſemē genitale velut materia quo ad hanc rationem, quēadmodum & animal ipſi naturæ ſubijcitur in ordinem materiæ cum mutatur mutationibus naturalibus auctione ſcilicet, & alteratione, atq; cæteris alijs.

Quædam autem cauſæ ſunt ut finis bonumq; cæterorum. Nam id cuius gratia cætera fiunt: optimum eſſe ſolet ac finis aliorum uult eſſe. Interſit autem nihil bonum ipſum an apparens bonum dicatur.

Quædam autē ſunt cauſæ (inquit) velut finis aliorum, & velut bonum & cuius gratia cuncta fiunt. Nam finalis cauſa eſſe optimum & bonum vult eſſe. (Duplex finis bonū & apparens.) Nam omne ꝙ fit propter ipſum bonum fit. Deinde quoniam non omnia bonum finem habent, inquit. In-

terſit autem nihil, ſiue reuera finis bonum ſit, ſiue apparens. Nam hoc patet vt omne quod fit alicuius boni gratia fiat, & circa electionem boni exiſtentis aliquando error ſit, tamen omnia intentionem & finem ponunt hoc bonum eſſe atq; ſtatuunt.

Tales igitur atq; tot cauſæ ſpecie eſſe uidẽtur. Modi aũt cauſarum numero quidem ſunt multi. Si uero in capita redigantur: & ipſi pauciores euadunt.

Cum egreſſus ſit ſermonem de cauſis per ſe, quoniam cum cauſas aſſignamus non ſolum eas quæ ſunt per ſe afferre conſueuimus, ſed aliquãdo eas quæ ſunt per accidens. Nam dicimus caluum ædificare domũ, vel ſimum philoſophari. Iccirco explicaturus cauſas per accidens ſermonem de cauſis ſummarim repetit & diuiſionem earum uniuerſalem efficit. Nam inquit cauſarum quædam ſunt per ſe, quædam vero per accidens. Item quædam propinquæ, quædam remotę. Rurſus aliæ ſimplices, aliæ autem compoſitæ & coniunctę. Per ſe igitur cauſa ſtatuę eſt ſtatuarius, per accidens autem caluus vel muſicus. Item cauſa propinqua per ſe ſimiliter eſt hic ſtatuarius huius ſtatuæ, remota autem artifex. Præterea in cauſis per accidens propinqua eſt album, remota vero coloratum. Rurſus ſimplex eſt artifex, vel ſtatuarius, aut caluus, coniuncta autem vt ſtatuarius caluus vel artifex ſtatuarius, in quarum prima collegi coniunxiq; in vnum cauſam per ſe & per accidens, in ſecunda proximam & remotam. Cum igitur tres ſint oppoſitionis partes ſex oppoſita eſſe patet quorum vnicuiq; ſi adiunxerimus diuiſionem qua quiſpiam in actu, vel potentia dici ſolet numerus duplabitur & duodecim erunt omnes partes cauſarum. Nam cauſa per ſe in actu eſt, qñ ſtatuarius condit efficitq; ſtatuã, in potẽtia qñ ipſe efficiet ſtatuã. Rurſus cauſa per accñs i actu eſt vt caluus ędificat, potẽtia vero caluus ædificabit, & de alijs ſimiliter dicendum eſt. Cum igitur duodecim ſint mẽbra ſectionis particularis cauſæ, quoniam quatuor ſunt genera cauſarum videlicet, efficiens, formalis, finalis, & materialis, quibus igitur ſi coniunguntur illi duodecim modi cauſarum totus numerus earum erit

Dubitatio. quadraginta octo. Dubitaret autem quiſpiam contra collectum numerum cauſarum, quoniam ſi voluerimus particularium cauſarũ duodecim modos afferre non inueniemus nos recte ſupputaſſe. Sit enim de cauſa efficiente quęſtio. Nam cum ipſe dico ſtatuariũ eſſe cauſam ſtatue mox eundem dico cauſam per ſe ſimplicem, & propinquam, quare fieri nequeunt tres inter ſe abiunctę & ſeparatę, quin alia in aliam incidat aut alia cum alia conueniat. Rurſus cum dicitur cauſam ſimplicem, & coniunctam eſſe ſiquidem ſuſceperis per ſe ſolum ſignificatum cauſarum & non iuxta vocum collectionem, fieri non poſſet vt aliqua cauſa ſimplex ſit ſecundum ſignificatum. Nam cum ipſe ꝓfero ſtatuarium ſimul etiam dico per ſe cauſam & ꝓximam quomodo itaq; erit cauſa ſimplex ſimiliter de alijs dicendum eſt. At ſi ſolum ſecũdum prolationem vocum accipimus ſimplex & compoſitum, vt Ariſt. per exempla ſentire videtur. Nam coniungentes nos voces dicimus Policletum ſtatuarium, eadem rurſus cauſa per ſe & per accidens proxima & remota nihil minus in ſimplicibus & in compoſitis ſimul intelligetur. In ſimplicibus igitur demonſtrauimus, cæterum de compoſitis demonſtramus. Nam ſi dixero Policletum ſtatuarium, ſimul intelligo ſpectoq; ꝑ ſe & per accidens, quippe ſtatuarius ſit cauſa ſtatuæ ꝑ ſe, & Policletus per accidens. Item ſimul animaduerto cauſam proximam. Præterea ſimul cuncta inueniri poſſunt ceu ſi hoc modo proferam homo ſtatuarius. Nam in hac vocum complexione homo eſt cauſa remota & per accidens qui quatenus ſtatuarius eſt cauſa proxima & per ſe, quare hæc inuicem ſeparata inueniri nequeunt.

Solutio. Ad hanc igitur dubitationem reſpondemus Ariſtotelem hęc non ita adduxiſſe in medium ut partietur numerum trium oppoſitionũ eorũ qui modi cauſarum appellantur, quippe hoc reuera fieri nequeat, ſed voluit nobis afferre ꝓprietates cauſarum. Nam & ſi infinities vnumquodq; eorum diuiſim conſiderare nequiremus, attamen ratione a ſeſe viciſim abiungi queunt. Cum igitur dico ſtatuarium & ſi vnam aliquam rem ſubiecto dixi attamen ratione non eſt vna, quippe ſtatuario non ſint eadem hæc cauſa ſcilicet & proximum. Nam ſi hæc eadem eſſent cauſa, & proximum profecto omnis cauſa proxima foret, ſimplex autem & compoſita, ſiue vt iungamus per ſe & per accidens, ſiue propinquum & remotum, & vtraq;, vel per ſe, vel per accidens inſint, ſimiliter ratione differunt, quare per hæc proprietates cauſarum nobis tradidit Ariſt. & non ſimpliciter numerum cauſarum quæ poſſunt a ſeſe abiungi & ſeparari. Neq; magni intereſt ſi alijs tribus oppoſitionibus hãc adiecerimus qua aliquid in actu, vel in potẽtia dicitur, vel aliam quandam connectere oppoſitioni ſecundum potentiam & actum cum alijs. Nam ſimpliciter quærimus earum inter ſe coniugationes Ariſt. igitur cum reliquarum vnamquanq; per ſe & per accidens, propinquam & remotam, ſimplicem et compoſitam ratione ſeiũgat, inuenit ſex harum differentias eſſe quarum vnaquæq; coniuncta cum diuiſione qua aliquid in actu, vel in potentia dicitur duodenarium numemm efficit. Verum ſi quis non ſola ratione has differentias contemplari voluerit, ſed cõtenderit eas ita inuenire, vt queant in re ipſa ſubſiſtentiaq; afferri, ſic inuenire poterit. Nam cum ſint cauſæ per ſe proxime, remote, & per accidens quatuor partes ſimplices duntaxat nobis ſubijciendę ſtatuendęq; ſunt, ſtatuarius inq̃ per ſe & proxima cauſa eſt, artifex per ſe & remota. Vnde ſimplices modi longe plures q̃ hi haberi non poſſunt. Verum ſi hos modos inuicem coniungere voluerimus, orientur naſceturq; ex his omnibus iuxta regulam quam introduximus ſex coniugationes. Nam ſi accipiamus numerum ternarium qui vnitate deficit a quatuor & multiplicauerimus per quatuor numerus emerget duodenarius cuius medietatem ſi poſtea accipiamus ideſt ſex, tot coniugationes cauſarum duntaxat eſſe nanciſcemur.



Hæ autem ſint velut ante oculos ſubiectę. Prima artifex ſtatuarius quæ per ſe & remota ſimul eſt. Secunda ſtatuarius albus quę eſt per ſe, & per accidens, & proxima ſimul. Tertia ſtatuarius coloratus quæ proxima, remota, per accidens, & per ſe ſimul eſt.

Coniugationes cauſarum. Quarta artifex albus quæ etiam proxima, remota, per ſe & ꝑ accidens eſt, quare quarta & tertia ęędẽ eſſent tamen differunt, quoniam in tertia ſtatuarius erat cauſa per ſe & proxima, per accidens vero & remota erat coloratus, in quarta autem econtra artifex

per ſe

per ſe & remota cauſa eſt, albus vero proxima & p accidens. Quinta coniugatio eſt coloratus artifex p ſe & per accidens & remota ſimul. Sexta coloratus albus per accidens, proxima, & remota ſimul. Oportet igitur cum cauſam diuiſerimus in eam quæ per ſe & per accidens eſt, atq; in proximam & remotam, non amplius has partiri in ſimplicem & coniunctam, ſed mox in eam quæ in actu & in potentia eſt, quo fit vt nō eadem bis accipiamus atq; tuebimur & ſeruabimus numerum duodecim modorum: Sed quiſpiā

Addubitatio. forſitan addubitabit adhuc de ipſa diuiſione accipiēs occaſionem ex dictis, quoniam cauſa proxima per ſe cum diuiditur in ſimplicem & compoſitam nō oportet amplius per ſe remotam ſecari diuidiq; in compoſitam & ſimplicem, ſiquidem propinqua per ſe coniūgatur ei quæ eſt per accidens, vel ei quæ eſt remota.

Solutio. Reſpondeo igitur, immo hoc fieri debet, quemadmodum per accidens coniungitur ei quæ eſt per ſe, ita ei etiam quæ eſt remota per ſe copulatur ea quæ eſt per accidens, & oportet hanc per hęc diuidi. Item quando dicimus proximam per ſe coniungi cum remota, hoc non prorſus fatemur ꝙ per ſe remote copuletur, ſed ei quæ maxime per accidens eſt, vt ſic ſit ꝓxima & per ſe coniuncta connexaq; ei per accidens, vel remote coniungentur, vel proxime, ſed quando proxime copularetur non eſſet coniugatio cum proxima, quippe vtraq; ſint vnum & idem & ſecundum idem, ſed ſolum erit coniugatio quando coniungetur ei quæ eſt per accidens, quemadmodum igitur quando proxima per ſe remote per ſe coniungeretur coniugatio non foret cauſę per ſe, ſed remote & propinque, ſic etiam quando dicimus remotam per ſe coniūgi, vel ei quę p accidens eſt, vel proxime ei quæ eſt p accidens, vel proxime, vel remotę dicimus copulari & rurſus in hoc coniugatio quæ eſt cauſæ remotæ p accidens non eſt remote, ſed eius ſolum quæ eſt per accidens, ſi ergo proxime per ſe coniungitur vt ꝓxime, & non vt per ſe, conſentaneum eſt igitur vt ꝓximam per ſe & remotam diuidamus in ſimplicem & compoſitam, communis equidem eſt ea coniugatio ad ipſam per accidens in vtriſq;, ſeorſum autem proxime competit, coniugatio autem quæ eſt ad remotam, ſiue hæc remota ſit per ſe ſiue per accidens, & econtra remote competit ea quę eſt ad proximā ſiue hęc ſit per ſe ſiue per accidens. Nam diuiſio fit ſuſcipiturq; in ea quę ſunt magis vniuerſalia ac generalia, & minime in ea quę ſunt magis propria. Modi ergo cauſarum tot ſunt. Quot modis itaq; cauſarum dicuntur totidem etiam ſunt effectuum. Nam horum alij ſunt per ſe, alij vero per accidens. Item alij propinqui, alij remotiores Rurſus alij ſimplices, alij coniuncti facile inueniuntur, & hi omnes diuiduntur in potētiam & in actum. Verum appellat materiales & formales effectus. Nam perſpicuum eſt neq; efficientes, neq; finales eſſe effectus, ſed formalis eſt ceu ſtatua materialis autem cauſa ceu ęs, immo neq; materia eſt effectus, ſed potius ipſa forma ſolum, quippe omne ꝙ fit aliqua forma ſit, & nihil fiat vt materia. Nam materia proprie neq; fit a natura neq; corrumpitur. Verum & ſi nihil vt materia producitur, attamen quia propinquæ materię ſunt aliquę formę, & multæ fiūt preſertim materię artificialium quę non propter ſe fiunt illę, ſed vt ſint aliorum materię, ceu ęs cęteraq; metalla, idcirco materiam effectum appellat nō tanq̄ materia id ſit ꝙ producitur, ſed forma, quoniam ita accidit proximam materiam formam eſſe, ob id aſſerit materiam fieri. Inquit igitur ſunt hi omnes harum cauſarum modi. Nam cum dico Socr. ſimulachrum

Idē oſtēdit de effectibus.

effingi, per ſe dixi effectum & proximum, ſed cum ſimpliciter dico ſimulachrum per ſe dixi effectum & remotum. Item cum aio imaginem eſſe bicubitā, vel decem cubitorum, effectum dixi per accidens & proximum, quam ſi magnam adhuc, vel paruā affirmauero, per accidēs effectum & remotiorem appellabo. Rurſus quando decem cubitorum imaginem, vel magnam dixi, coniunctum effectum protuli. Poſtremo cum dixero imaginem effigiemq; extruendā eſſe, effectum in potentia exprimam, quando vero eā modo effici dixero, tunc profecto effectum in actu dicam. Similiter de materia dicendum eſt, ceu cum dico, æs fieri, metallum, vel æs flauum, vel æs aptum idoneumq; ad ſonum, & ſic de omnibus. Verum patet nos aliter accepiſſe formam vt cauſam, & aliter vt effectum, quippe forma appellanda ſit cauſa cum eā ſpectamus tanq̄ id ꝙ perficit & complet compoſitū, quę poſtea vt effectus opuſq; efficientis cauſæ appellatur res effecta. Cum ergo accipiat eo modo quem diximus cūctos cauſarū modos, deinceps multa theoremata quę cauſas cōſequuntur, affert, & hoc primū eſt vt cum ſint cauſę & effectus in actu & in potentia, non eodem modo ſe habeant cauſe in potentia reſpectu ſuorum effectuum in potentia, ſicut ſi habent cauſę in actu ad effectus in actu. Nam cauſę & effectus actu ſimul ſunt, & ſimul non ſunt, ceu actu ſimul vrens & id ꝙ vritur, atq; actu ſimul is qui ędificat & id ꝙ erat fabricandum. At in cauſis effectibuſq; in potentia non ita dicendum eſt, quippe non ſimul corrūpatur ędificator cū domo, ſed remanet domus poſtq̄ obijt ędificator. Itē opifex potentia non eſt, ſed id ꝙ extruendum eſt potentia eſſe dicitur. Sciēdum autem eſt id modo in potentia appellari vt conſuetudo valit, id ſcilicet dico ꝙ nondum ad actum uentum eſt, ſed duci poteſt, at id dicimus modo in potentia ꝙ ceſſauit a motu, & non amplius eſt in motu, ceu domus iam condita atq; abſoluta, ea nanq; vocat potētia ędificabilem quia nunc non ædificatur. Verum cum & ipſe ſciuit effectum qui eſt proprie in potentia ſimul eſſe, & non eſſe cum ſua cauſa, quemadmodum ſe habent cauſa in actu, & effectus in actu mox dixit oportere cauſas quæ ſunt in potentia tradere ac tribuere effectibus qui ſunt in potentia & poſſunt eſſe, & cauſas actu iis quæ ſunt in actu. Is ergo non ignorauit vt ſe habent cauſæ ita ſe habere effectus in actu, vel in potentia. Cęterū inquit eum oportere qui vult vniuſcuiuſq; rei cauſas reddere maxime proprias & propinquas afferre, atq; illam aſſignare in quam ceſſat q̄ſtio propter quid, ceu ſi quæratur. Vnde nam cauſa domus eſt reſpondere non oportet hominem eſſe, vel artificem, ſed maxime propinquā vt ædificatorē

Lege calcē ſecūdi poſterior. de cauſis circa finem et quo ſeſe habeant.

q etiā nō dr̄ cauſa eſſe quatenus aliqd aliud eſt, ſed quatenus artē ædificādi callet, verbi gratia nō qua caluus eſt, vel muſicus, vel penitus hō. Præterea ingt generales cauſas generalibus effectibus aſſignandas eſſe, & particulares particularibus, ceu ſi quis a me percūctaretur alicuius rei artificialis cauſam tibi reſpondendum non eſſet ędificatorem, neq; geometram, ſed ge

neralem cauſam afferre ſcilicet artificem, ſimiliter & domus particularis aliquam cauſam particularem mihi opus eſſet aſſignare, ceu ædificatorem, & tandem huius domus hunc artificem. Vnde ſi effectus fuerit maxime generalis, tradenda aſſignandaq; eſt cauſa generaliſſima, ſi vero maxime particularis, vel ſingularis, ſimiliter erit cauſa particularis, vel ſingularis. Præterea inquit effectibus in potentia cauſas in potētia aſſignādas eſſe, & effectibus in actu cauſas in actu, ceu domus in actu ędificator actu eſt cauſa, & domus in potentia ædificator in potentia. Hæc autem Theoremata ipſe affert quæ prorſus ad animum noſtrum erudiendum ſuppetunt vt queat cauſas maxime naturales & rationales attingere. Vnde ex his etiam ſoluitur dubitatio quæ in prædicamento eorum quæ ad aliquid dicuntur, adduci ſolet. Quæritur enim quomodo ea quæ ſunt ad aliquid, ſimul natura ſint, quippe circuli quadraturam ſcire poſſimus, & tamen eius ſcientia non eſt. Habes igitur hoc in loco ſolutionem, ſiquidem non oporteat quaſcunq; cauſas quibuſcūq; effectibus temere aſſignare, ſed ſunt eiuſdem ordinis & cog[illegible] ſuis effectibus. Nam circuli quadratura potentia ſcibilis eſt, & non actu, quare huius erit ſcientia in potentia & ſi actu ea cognoſci poſſet prorſus eius ſcientia actu haberetur. Verum dubitatio accidere poteſt ne eius rei quæ in potentia ſcibilis eſt actu ſcientia eius inueſtigare tractareq; valeamus.

Q. ſo ex dictis tollitur quędā dubitatio & ſi[illegible] conſimilis. ſed aduerte q[illegible] [illegible]ibile & ſciē[illegible] ia nō ſcie per [illegible]mit et ponūt [illegible]de 5. metap. [illegible]ed ablat[illegible] ſcis [illegible]i ſe tollit ſcia [illegible]tio poſterior[illegible] & nō econtra.

Modi autem cauſarum numero quidem ſunt multi: ſi uero in capita redigantur: & ipſi pauciores euadunt.

Inquit vnamquanq; cauſam multos habere modos vt efficientem, & vnamquāq; aliam, di. o ſcilicet materialem, formalem, & finalem. Verū inquit modos nunc multos eſſe vt ædificandi, vel geometriam tractādi vel circa architecturam verſandi modi ſunt, atq; in alijs particularibus artibus ſimiliter dicendum eſt, ſi tamen in capita redacti ad cauſas per ſe rediguntur. Rurſus dicere ſolemus albū eſſe cauſam, vel caluum, vel ſimum, & in omnibus huiuſmodi, ſed omnia hæc genera cauſarum rediguntur ad cauſas per accidens, ſimiliter & de alijs dicendum eſt.

Dicuntur enim cauſe multipliciter: & ipſarum que ſunt eiuſdem ſpeciei: alia prior alia: & poſterior.

Eiuſdem ſpeciei dixit ceu efficientes, vel materiales. Nam vnaquæq; harum multipliciter dicitur. Affert autem oppoſitionem per ſe, & per accidens, & proxime & remote coniunctam. Nam cum adducit cauſam per ſe, ſtatim eidem connectit proximam & remotam. Item cum affert cauſam per accidens, rurſus eidem copulat proxima & remotam.

Ceu ſanitatis medicus: artifex: & concentus diapaſon: duplum: & numerus: & ſemper ea que continent ad eas que ſunt ſingulares.

Cauſe per ſe exemplum adducit, & hoc de cauſa proxima & remota. Nam remota cauſa & per ſe medicus eſt, proxima vero & remota artifex & adhuc remotior agens. Item concentus diapaſon proxima cauſa eſt duorum ad vnum proportio, duplum vero remotior, qua longe remotior eſt numerus, & ſemper ea quæ continent ad eas quæ ſunt ſingulares, ideſt quæ ſunt proximæ cauſæ. Nam has proximas ſingulares appellauit, quoniam nequeunt diuidi in magis particulares.

Aduerte q[illegible] res[illegible] duarū ad vnū proportio diapaſon [illegible]

Præterea ut accidens & huius genera. Ceu ſtatue alio modo Policletus: alio ſtatuarius: quoniam accidit ſtatuario ut ſit Policletus. Et ea etiā que continent accidens: ut ſi homo ſit cauſa ſtatue: aut omnino animal.

[illegible] q[illegible] alia diapēte & dia teſſarō ſe hēt pete a muſico hoc & a bono in ſua muſica.

Cum oſtenderit exempla de cauſa per ſe, proxima, & remota, vult etiam idem oſtendere & de cauſa per accidens. Verum anteq̄ hoc indicet, prius diſcrimen inter cauſam per ſe & per accidens oſtēdit. Ceu ſtatuæ alius Policletus, & alius ſtatuarius. Nam ſtatuarius eſt cauſa per ſe ſtatuæ, Policletus autem per accidens, quippe accidat ſtatuarium Policletum eſſe. Hic patet Ariſt dixiſſe ſtatuario accidere vt ſit Policletus, ceu in prædicamentis dicitur accidere domino vt ſit homo. Et ea etiam quæ continent accidens. Cū dixerit diſcrimen inter cauſam per ſe & per accidēs, vult deinceps dicere cauſas proximam & remotam. Nam cauſa per accidens propinqua homo eſt, remotior autem eſt animal, vel animatum, homo enim nō eſt per ſe cauſa ſtatuæ, ſed per accidens, quia accidit ſtatuario, vt homo ſit.

Policletus fuit excellētiſſim' ſtatuarius de quo mentionē facit galenus in libro de cō[illegible]

Sunt aūt & accidentium alia remotiora alijs: atq; propinquiora: ceu ſi albus ac muſicus cauſa ſtatue dicerentur.

Ad probationem eius φ prius dixit hoc ſubiunxit. Quoniam cauſarum per accidens quædam ſunt propinquæ, quædam vero remote. Vnde illud (autem) loco huius (enim) intelligere debemus. Vel his oſtendere vult quaſdam cauſas in eodem ordine cauſarum per accidens magis proprias eſſe his quæ ſunt per ſe, quaſdam vero minus, vt intelligamus per remotiora, & proximiora magis propria & minus propria. Vnde etiam exempla poſuit huiuſmodi album & muſicum, quorum neutrum magis continet q̄ alterum, ſed muſicum magis proprium eſt, ſiquidem hoc nulli accidat q̄ homini, quemadmodum etiam nihil aliud muſico accidit q̄ homo, ſed minus propriū eſt album. Etenim pleriſq; ac multis alijs præter hominem inſit & competit.

Præter autem omnes que propriæ dicuntur & per accidens: aliæ ut potentes: aliæ ut operātes ſunt ceu ut extruatur domus ædificator cauſa dicitur: aut ædificās ædificator.

Hæc eſt tertia oppoſitio modorum cauſarum, quę fit per id φ poteſtate eſt vel actu, quæ differt ab ea oppoſitione qua dicitur cauſa per ſe, & per accidens. dixit.n. quę ꝓprię dicūtur loco huius, quę p ſe dicunt.

Similiter & in hiſce dicentur: quorum cauſe ſunt ipſe cauſe ut huius ſtatuæ: aut ſtatuæ: aut omnino imaginis: & æris huiuſce: aut æris aut omnino materie.

Inquit quæcunq; de cauſis diximus, eadem etiam afferere poſſumus de his quorum cauſæ ſunt cauſæ dico ſcilicet de effectibus. Illud vero ſimiliter & in his dicetur, quorum cauſæ ſunt ipſæ cauſæ, vt huius ſtatuæ, aut ſtatuæ, aut omnino imaginis velut gratia cauſaq; exempli poſuit, proxima propinquaue cauſa dicitur hęc ſtatua ceu Homeri ſimulachrum, remotior vero eſt ſtatua ſimpliciter, & hac remotior ipſa imago eſt.

go eſt. Cæterum ponit ars in exemplo cauſæ quæ materia vocatur tanq̄ ipſa ſit res effecta. At nos diximus nihil produci vt materia, ſed id ꝙ fit & producitur forma eſt.

Et in accidentibus ſimili modo.

Qm̄ dixit exēpla de effectis per ſe, inquit eundem modum aſſignabimus etiam de rebus effectis per accidens, vt cum ipſe dico ſimulachrū imaginemq́ eſſe trium cubitorum, aut magnam aut quippiam ſimile.

Præterea & hæc cōiuncta ac ille dicentur: ueluti non Policletus: nec ſtatuarius: ſed Policletus ſtatuarius.

Alteram oppoſitionem quę fit per ſimplex & coniunctū præterea adiecit. Inquit igitur cauſæ, quæ ſimpliciter proferuntur coniungi queunt, dico videlicet cauſam per ſe, & cauſam ꝑ accidens. Nā & hæ inter ſe & cum cauſis proximis & remotis coniungi queunt.

Attamen hæc omnia multitudine quidem ſunt ſex. Dupliciter autem dicuntur. Nam uel ut ſingulare, uel ut genus: uel ut accidens, uel ut genus accidentis, uel ut coniuncta hæc, uel ut ſeiuncta dicuntur: & inſup omnia aut potentia aut actu.

Rurſus numerat quæ dixit, quoniam ſex ſunt cauſarum modi ſecundum tres oppoſitiones. Dupliciter autem dicuntur, vel potentia, vel actu, quare accidit duodecim eſſe modos cauſarum ſingularium. Vel. n. vt ſingulare, vel vt genus, vel vt accidens, vel vt genus accidētis. Cum autem inquit, vel vt ſingulare, vel vt genus oppoſitionem propinquarum & remotarū cauſarum afferre videtur, ſed quia ſubiūxit (vel vt accidens) indicauit priorem oppoſitionem fuiſſe de cauſis per ſe quas diuidit contra eas quę ſunt, per accidēs, tamen vt ſupra dicebam oppoſitionem cauſæ proximæ & remotę vtriq́ coniunxit dico. ſ. ei quæ per ſe eſt, & ei quæ per accidens. Poſtremo addit oppoſitionem cauſæ ſimplicis & coniunctę, & earum quæ ſunt in potentia, vel in actu cauſæ.

Textus.

Intereſt autem tantum. Nam cauſe actu ſingulares: & ſingulares: atq; ea quorum ſunt cauſe ſimul ſunt & nō ſunt. Vt hic qui medetur: cum hoc qui ſanatur: & hic qui ædificat: cum hoc ꝗ ædificatur. Sed quæ ſunt potentia non ſemper. Non enim ſimul domus & ædificator corrumpitur.

Inquit cauſas quæ ſunt prorſus actu ſimiliter ſe habent cum rebus effectis, quippe ſimul ſint, vel nō ſint. Sed cauſæ in potentia non prorſus cum effectis ſimul ſunt & non ſunt, ſed alterum eorum eſſe poteſt cum alterum non fuerit, ſed de qua potentia Ariſt. dicat ſupra diximus. Dicit ergo intereſt autem tantum inter cauſam in potentiam & cauſam in actu, quoniam cauſæ in actu & propinque (Nam ſignificat apud eum ſingulare ipſum proximum) ſimul ſunt, vel non ſunt cum his quorum ſunt cauſæ.

Oportet autem ſemper cauſam querere prorſus extremam quemadmodum & in cæteris: ceu homo ædificat quia eſt ædificator. At ædificator eſt per artem ædificandi. Hæc igitur prior eſt cauſa & in omnibus ſimili modo.

His qui cauſam indagare contendunt, opus eſt extremam cauſam quęrere, ideſt maxime propinquam. Nam eū qui cauſam artificialem afferre vult, profecto oportet non quāuis cauſam temere aſſignare, ſed maxime propriā. At cauſa maxime propria eſt maxime propinqua, ceu ſi qs interrogaret cur hō ædificat cum non oportet hmōi afferre rn̄ſum, quia hō ſit artifex, ſed quia ędificator eſt, quod ſi vltro inſtabit ꝗ interrogat dicēs cur ædificator ędificat? rn̄dendum eſt, quia artē extruendi condendiq́ ædes callet. Vltro vero procedere verſari ac dementis hoīs eſt quippe prima & maxime ꝓpinqua ędiū cā ſit ars ipſa ædificādi.

Præterea generum quidem genera: ſingularium uero ſingulares dicēdæ ſunt cauſe: ceu ſtatuarius quidem ſtatue: hic autem huius.

Alteram theorema non ſine magna arte ponit, qm̄ cum rn̄debimus cauſam alicuius ꝙ quidem fuerit maxime generale, cauſam & generalē reddere afferreq́ oportebit, vt alicuius imaginis cām aliquā eſſe pictorem quendam dicentes, & ſimplr̄ imaginis pictorem non aliquem, ſed generalem & ſimplr̄ reſpōdebimus.

Et potentia quidem cauſe effectuum potentia & actu effectuum actu.

Alterū theorema ponit ꝙ ptāte cauſę affectibus in potētia ſunt referēde ac aſſignande, ceu extruende domui ædificaturus ædificator tribuēdus eſt. Itē actu affectibus actu cauſæ reddēdæ, vt domui quę modo extruitur aſſignandus eſt ædificator qui modo ædificat.

Quod igitur ſint cauſe: & quomodo ſint ſatis a nobis determinatum. Fortuna & caſus & numero cauſarum eſſe dicuntur: multaque eſſe & fieri ob fortunam & caſum.

Cū diſſeruerit de cauſis per ſe, & de cauſis per accidens & eaſdem dimiſerit a ſeſe inuicem atq́ accurate & diligenter de ipſis ſermonem abſoluerit, quoniam caſus & fortuna ſunt de numero cauſarum per accidens, vult etiam de ipſis diſſerere. Etenim multa eſſe venireque a caſu & fortuna dicere conſueuimus. Et quærit de ipſis vt econtrario ordine numerandi quæſtiones dicamus quemadmodum & ipſe, in quo genere cauſarum ponenda ſint caſus & fortuna, nūquid in genere cauſæ efficientis, vel formalis, vel aliarum, deinde quærit quomodo a ſeſe inuicem differant caſus & fortuna atq́ ſi aliquando penitus ſunt fortuna & caſus, deinde quid ſint hæc. Item cur differunt a ſeſe inuicem, & quarto in quo genere cauſarum hæc collocentur. Imprimis igitur quæret ne prorſus fortuna & caſus ſint. Equidem dubitabit contrarium adducens videlicet non eſſe omnino fortunam & caſum, ſed ipſa eſſe quædam nomina duntaxat futilia & inania vulgo dicta, quæ nullam rem ſignificant. Et enim ortus eorum quæ dici ſolent a fortuna euenire cauſas quaſdā definitas certaſq́ facile inuenire poſſumus, ceu ſi quis in forum exiuerit ob aliquod negotium, qui vltro procedens offendat ibi amicum ex itinere redeūtem, quem videre cupiebat ac volebat, tamen non exiſtimabat illum ſibi fieri obuium, vel ex itinere redire, vel in forum offendere, is ergo fertur amicū fortuna hic nactus fuiſſe, ſed vanū incaſſumque eſt tradere huius rei cauſam fortunā. Nam huius rei cauſam redigere poſſumus in certam perſcriptamq́ cauſam videlicet voluntatem qua ille mouebatur in forū exire. Nam & ſi non ob id in forum prodiuit attamen nulla alia cauſa eſt cur amicus compertus ſit q̄ voluntas illius qui ad forum proficiſci voluit, ſi ergo fortunā inſtabilem indefinitamq́ cauſam etiā ij aiunt,

qui eã cauſam ſtatuerunt, & eorum quę a fortuna eue
nire dicuntur aliqua cauſa certa definitaq; aſſignanda
eſt, igitur videtur vanum & ſine re vlla nomen fortu
næ inter cauſas collocari. Eodem etiam modo de ip-
ſo agendũ eſt. Nam in bello ſi quidam equus ſitis cau
ſa deiecerit equitẽ & aſcenſorem, & cucurrerit ad am
nem fluuiumq;, & cõfecta pugna dominus victus cõ
cidiſſet in prælio & perditus interfectuſq; eſſet, equus
igitur diceretur caſu ereptus ac liberatus. Itẽ ſi lapis a
quodam eminente loco laberetur ac caderet, & fran-
geret adeo circum eminẽtiam, vt fiat aptus idoneuſq;
alicui ad ſedendum, equidem caſu ita fieri diceretur,
ſed horum quoq; certę definitęq; cauſæ ſunt aſſignan-
dę, imprimis lapidis naturalem effectũ quo deorſum
tendit cauſam dicimus eſſe. Deinde equi ſitim qua ex
acie prælioq; fugerat, quare fortuna & caſus non ſunt
cauſæ aliquorum. Præterea inquit ſi caſus & fortuna
forent cauſæ, cur veterum ſapientũ nullus qui de cau-
ſis tractauerunt caſum & fortunam inter cauſas nume
rauit. Hæ igitur ſunt dubitationes quæ fortunã & ca-
ſum ex cauſis demere tollereq; videntur, quas perſol-
uit Ariſt. & priorem rationem ex eiſdem deniq; qui-
bus ipſi fortunam de medio adimunt ipſe efficiet. Nã
quæ illi veteres ad tollendam fortunam protulerunt
contrarium probant. ſ. fortunam eſſe aliquorum cau-
ſam. Nam ſi fieri poteſt vt omnia quæ procreantur
& fiunt ad quaſdam cauſas certas determinataſq; re-
digantur, ceu ſentiunt ĳ qui ambigunt, & veritas ad-
mittit, tamen cõi conſenſu omnes homines nonnulla
fieri a fortuna, & quædam non fieri aiunt, quanq; &
non dubitent ea quæ dñr fieri fortuna ad certas defi-
nitaſq; cauſas reducere, igitur videtur fortuna collo-
canda numerandaq; eſſe inter cauſas aliquorum præ-
ter definita & ſtatuta principia. Nam reuera ſi non a
cauſa definita reducebant homines quædam in indefi
nitam cauſam fortunam & caſum profecto viſi ſunt
aliquid dicere dubitantes, ſi aũt perſpicua eſt cauſa de-
finita eorum quæ dñr fieri a fortuna, & cuncti veluti
veritate & cõi conſenſu compulſi non definitam cau
ſam, ſed fortunam eorum quæ ita eueniunt cauſam ſta
tuere, qũo igitur dubitatio eorum non probat cõtra-
rium ei q; volebãt. Vnde omnes homines dignos ve
nia putant qui temere quicq; & fortuito committũt
ex his quæ prohibentur vt ſi quis palum in aerem lu-
dendo iaceret ita vt illud contra amicum iacere nolit,
ille tñ fortuito vulneratus intereat, certe homicidam
cuncti dignum venia putabant, qm̃ homicidium for-
tuna & non voluntaris arbitrio accidiſſe dicimus. Et
quanq; liceat in his etiam voluntatem cauſam homici
dĳ dicere, qm̃ niſi palum iacere aut telũ voluiſſet pro
fecto amicus vulnera non tuliſſet, attamen nemo vo-
lũtatem homicidĳ cauſam approbaret, qm̃ videt vo-
luntatem reame ſſe dignam ſupplicio, ſed voluntatem
cauſam iacendi, homicidĳ aũt non arbitrium fortunã
affirmabit, quare fortuna eſt aliquorum cauſa, hæc eſt
rñſio ad primam rationem. Ad ſecundam aũt dubita-
tionem rñdet non eo quod veterum nullus fortunam
cauſam aliquorũ dixit, ipſam tollere inficiariq; opor-
tet, ſed qm̃ fortuna eſt, idcirco veteres taxandi arguẽ-
diq; ſunt cum eandẽ cauſam ſtatuere, prætermiſerint,
& nihil de illa tractauerint, obĳciet veteribus qui de
natura agere ſtuduerunt, qm̃ ĳ quanq; nonnulla caſu,
& fortuna euenire aſſeruerint, nihil tñ de ipſa diſputa-

runt. ſ. quid eſſet, & quomodo foret cauſa eorum quę
ipſa duci eueniunt. Empedocles igitur inquit aerẽ for Quid Empedocles.
tuna ſuperiorem locum & regionẽ occupauiſſe, qm̃
cum in ſphęro ideſt in ipſo intellectuali mũdo omnia
confuſa concretaq; eſſent, quamprimum ſeiuncta ſe-
parataque ab odio liteq; fuerunt, vnumquodq; non
ſponte prouidentiaq;, ſed vtcunq; fors tulit locũ pe-
tĳt in quo cõtinetur quem profecto de motu aeris di-
xiſſe quo ipſe ſurſum peruenit eius verſus pandit. Sic
cecidit volitans aliter quoq; ſæpius aer. Hic .n. tulit a- Verſus Empe.
quam ſupra terram collocatam eſſe, alio tñ modo (ſi
acciderit) collocabitur & ordinem habebit ingenitu
ra mundi, cum denuo mundus a ſphęro producetur.
Is etiam partes animalium plurimas fieri factaſq; eſſe
a fortuna cecinit, perinde ac quadam prouidentia fa-
ctę fuiſſent. Equidem dentes ante poſitos acutos &
aptos ad ſcindendum cibum, & molares ad extenuan
dum a fortuna factos fieriq; dicebat, quare merito a
nobis accuſandi dãnandiq; ſunt veteres propterea q̃d
cum nonnulla fieri a fortuna aſſeruerint, nihil de for-
tuna determinarunt ac copioſe tractarunt. Verũ Em-
pedocles qui paucis quibuſdam fortunam cauſam cõ-
ſtituit ſi nullam mentionem de ipſa feciſſet minus a no
bis culpandus accuſanduſq; eſſet. Sunt aũt quidã (in-
quit) quos imitatores Demo. eſſe dicit, qui cœli ac re-
rum diuinarum cauſam eſſe cũ exiſtimarẽt, neq; pau-
ca ac per exigua de illa commenti ſunt ac tractauere.
Nam Democritus cum ſtatuiſſet infinitos mũdos, for Quid Demo.
tuna dixit in hac infiniti vacui parte hunc mundũ fie
ri, & in alia alium, immo eiuſdem rerum ordinis atq;
diſpoſitionis cauſam fortunã eſſe cauſam autumauit.
Nam inſectilia atomoſue cum fortura cierentur, in
vnum redigi conuenireq; dixit, quarũ ope fortuna ip
ſa extra hoc vniuerſum, cœlũ & reliqua deinceps iu-
xta eorum ordinem collocauit. Item fortuna tellus in
medio ſtare dixit, qm̃ cœli circũuolutio cum aerem
intra ſe circunducat, ipſe qui terræ proximus vndiq;
& attiguus veloci curſu ſuo non ſinit eam labi cade-
reque, ſed immobilem ſeruat, ceu ĳ qui phialas aqua
plenas circumagere ſolẽt nihil aquæ ob velocẽ phia-
læ reuolutionem effundentes. Nam cum ſit motus &
illa continẽtis reuolutio velocior motu eius quod in-
tus eſt, præuenit circũducẽdo ante q; illud propria ba
ſi ſedeq; deĳciatur. Vnde taxat accuſatq; Democritũ,
quoniã is nihil rerum particularium fortuna euenire
fieriq; dixit, quoniam non quoduis temere fit a quo-
uis, præterea cum vellet affirmare reddereq; cauſam
cur calida et alba diſgregarẽt, vel cur mel dulce eſſet,
cauſas ſtatuit, ordinem, poſitionem, & figuram inſe-
ctilium, qui etiam aſſeruit cauſam ortus generationiſ-
que totius caſum eſſe, quanq; cõtrarium (vt ait) eum
aſſerere oporteret, quoniam in cœleſtibus, atq; vni-
uerſitatibus elemẽtorum nihil a caſu & fortuna fie-
ri videtur, ſed potius rerum particularium caſum &
fortunam cauſas conſtituere debuit. Nam in cœleſti-
bus nihil fit contingenter, neq; aliquid eorum interdũ
eſt, interdumq; abeſt, ſed ipſa ſemper eodem modo ſe
habent & elementorum vniuerſitates. At res particu-
lares nihil neceſſarĳ tenent, qm̃ natura non ſemper qn
que digitos in manu efficit, ſed aliquando ab intentio-
ne longe abeſt, ſi ergo caſus & fortuna cauſæ ſunt eo-
rum quæ ex neceſſitate non eueniunt, ſed eorũ quæ ra
ro contingunt, conſentaneũ magis eſt, vt ea potius re-

rum

rum particulariũ cauſas eſſe ſtatuamus, quæ quidem neceſſitatem nõ habent, ꝗ̃ vniuerſitatem, quæ ſemper neceſſario ſunt. Verũtamen Democritus cum cauſas ſimilium caſum & fortunam conſtitueret, tñ deprehẽditur nullũ ſermonẽ nobis de fortuna & caſu reliqſſe.

Quoniam igitur modo ſunt in his cauſis fortuna & caſus: & utrum idẽ ſint an diuerſa: atque omnino quid ſit fortuna & caſus. Nam quidam & ſi ſint: necne dubitant. Nihil enim a fortuna fieri dicunt. Sed omnium definitam cauſam quandã eſſe que fieri a caſu dicimus, aut a fortuna: ceu profectionis a fortuna alicuius ad forum, & inuentionis eius quem uolebat: non putabat autem inuenire: cauſam hoc aiũt eſſe illum inquam profectum illuc emere quippiam uelle. Similiter & in cæteris que a fortuna prouenire dicũtur: ſemper cauſam quandam inquiunt eſſe quam ſumere licet: ſed nõ fortunam: quod ſi quippiam eſſet fortuna abſurdum ſane uidebitur, & dubitabit quiſpiam: cur nullus ueterum ſapientum cauſas generationis & corruptionis dicens: & de fortuna quicquam determinauit. Sed ut uidetur: nec illi quicquã eſſe a fortuna putabãt. Verum hoc mirabile eſt: quippe multa fiant: & ſint a caſu & fortuna.

Quę hiſce verbis numerat hæc ſunt, an fortuna & caſus collocentur in genere cauſæ efficientis, vel reliquorum trium. Verum recenſet prolemata aut quæ-
Textus. ſtiones econtrario vt diximus, deinceps inquit. Cauſam hoc aiũt eſſe illum inꝗ̃ profectũ illuc emere quippiam velle, emere quippiã ideſt in foro verſari. Vn-
Textus. de Ariſtophanes, vbi certe Cliſtenes verſabitur in foro & Srato. Quod ſi quippiam eſſet fortuna, videbitũ ſane dubitatio perſonarum non ignobilium in philoſophia habere rationem cur nullus veterũ ſapientum cauſas eorum quæ fiunt cum tradidiſſet, caſum & fortunã inter eas numerauit, ſed erat cauſa, vel lis, vel amicitia, vel ignis, vel mens, aut aliqua aliarum. Ve-
Textus. rum hoc mirabile eſt. Hinc ſolutio prædictarum dubitationum capit initium, & demum perſoluit primã dubitationem inquiẽs idipſum ex quo dubitationem probatis ac facilis mirabile erit, ſcilicet quomodo fieri poſſit, vt ea ꝗ̃ a fortuna fieri dicuntur in certas cauſas redigantur. Sed aiunt nonnulla eſſe quæ a fortuna fiunt quod ipſi non dicerent ſi adeo pateret cauſa determinata ad quam poſſent reduci omnia quæ fiunt fortuna tamen talium fortunam dixerũt eſſe cauſam, quod non feciſſet niſi foret ipſa fortuna præter definitam cauſam, quæ teſtimonium habet ex ipſa rerũ natura. Vnde (vt dixi) eos qui tali cauſa quippiam committunt dignos venia putamus.

Quæ etiam non ſcilicet ignorantes unumquodque eorum quæ fiunt ad aliquam cauſam reduci poſſe ut ille ſermo antiquus dixit qui fortunã tollit eorum tamen omnes alia a fortuna: alia non a fortuna fieri dicunt.

Cuncti homines non ignorantes ea quæ dicunt fieri a fortuna poſſe reduci ad aliquam cauſam determinatam, quemadmodum & ij qui tollunt fortunã aiũt, tamen ad cauſas definitas non referunt.

Quapropter & mentionem aliquam ipſius illos facere oportebat. At uero neque quicquam illorum ut litem aut amicitiam, aut ignem, aut mentem, aut aliquid aliud huiuſmodi fortunam eſſe arbitrabantur. Abſurdum igitur eſt: ſiue non eſſe putauerunt: ſiue putantes eſſe omiſerunt: præſertim cum interdum utantur. Vt Empedocles non ſemper aerem ſupra inquiens ſegregari: ſed forte ut accidit. Dicit enim cũ de mũdi loquitur extructione. Sic cecidit uolitãs aliter quoque ſæpius aer. item partes animalium plurimas ortas fuiſſe fortuna dicit.

Solutio ſecũdæ dubitationis his verbis adducitur, quoniam oportuit eos qui de naturalibus cauſis diſputarũt, ſaltem perparum, de his diſputaſſe & tractaſſe. Non enim quia ipſi de his non tractarunt, caſus & fortuna tollerentur, ſed cum omnes homines communi conſenſu hæc eſſe fateantur, oportuit etiam veteres, ſaltem parum de his diſſeruiſſe. At vero neq; quicq̃ Textus.
illorum fortunam eſſe putabant. Vt ne quis dicat eos diſſeruiſſe de fortuna & caſu hæc ſubiũxit. Nam Empedocles vel litem & amicitiã, vel ignem Heraclitus, vel mentem Anaxagoras cauſas dixere. Inquit igitur hæc non arbitrabantur eſſe fortunam & caſum. Imprimis quia idipſum apertiſſime non determinarunt, deinde cauſæ quas illi attulere aſſignauereq; ſunt definite & effectiue earum rerum quæ certo ordine conſtant. Nam amicitiæ munus eſt congregare conciliareq; ſimilaria & litis ſegregare, & mentis ſecundum Anaxagoram opus officiumue eſt velle ſeiungere ſimilaritates, fortuna autem & caſus indefinite ſunt & indefinita atq; incerta efficiunt. Abſurdum igitur eſt, Textus.
ſiue nõ eſſe putauerunt, ſiue putantes omiſerunt. Nam ſiue fortunam non eſſe putauerunt, idipſum tamen dicere oportuit eos cum viderẽt multos opinari ipſam eſſe ac non exiguam opinionem multos imbibiſſe de ipſa, ſiue putauerunt cum tamen de ipſa nihil diſſeruerint, non euadunt fugiũtue crimen & damnationem. Et quanq; in ſuis placitis ac ſermonibus de ipſa mentionem fecerint, tamen quid illa eſſet, quemq; ordinẽ teneret inter cauſas minime explicarunt.

Sunt etiam qui & huiuſce cœli cæterorumque cœlorum omnium caſum eſſe cauſam aſſerunt. Nam a caſu conuerſionem motionemue fieri dicunt: que quidem diſtinxit: & in hunc ordinem redegit atque conſtituit uniuerſum. Hoc etiã ipſum ualde dignum admiratione eſt: quippe dicant animalia: & plantas neque eſſe neque fieri a fortuna: ſed aut naturam: aut mentem: aut aliquid aliud tale cauſam ipſorum aſſerunt eſſe. Non enim ex cuiuſuis ſemine quoduis naſcitur: ſed ex tali quidem oliua: ex tali homo. Cœlum uero & diuiniſſima ſenſibilium caſu fieri aſſerunt: nullam autem cauſam talem ipſorum eſſe: qualem animalium atque plantarum inquiunt eſſe.

Non ſine admiratione ponit hoc ſcilicet (et huius) quoniam talium & ſimilium atq; magis diuinarũ rerum in ſenſibilibus poſuerunt abſurdam & indefinitã cauſam eſſe. Nam a caſu conuerſionem motionemue fieri dicunt quæ quidem diſtinxit & in hunc ordinem Textus.
redegit atq; conſtituit vniuerſum. Quoniam vnumquodq; elementorum proprium motum habet qui ipſum diſcernit ac ſeiungit ab alijs. Nam cum ſimul exiſtit ignis deorſum mox recipit ſeſe ad proprium locum, & ſeiũgitur ab etherogeneis, ſimiliter & ſi aqua ſurſum cõſtituta fuerit, vel terra, ſtatim in proprium ſecedit locum, & aqua apta eſt in concauitates terræ cõfluere, & tellus aquę ſubſtare, & vtręq; aeri, taliter,

go motum quo elementa a ſe ſe inuicem ſeparant, fortuna fieri aiunt, atq; reuolutionem quæ vniuerſum in hunc ordinem conſtituit quemadmodum nunc eſt. Vnde cum aer ſimul cum cœlo circũagatur propter velocem conuerſionem eius terra in medio ſeruatur, quæ ſimiliter fieri caſu & fortuna aiunt. Sed q̃d aiunt admiratione dignũ eſt, quomodo in animalibus quidem & in plantis, atq; in partibus eorum nihil aiunt fieri a fortuna, nec a caſu quæ ſane nõ ſemper eodem modo ſe habent. Et diuiniſſima ſenſibilium, & ea quæ ſemper eodem modo ſe habent caſui ſubijciunt, qui ſane neq; eſt cauſa eorum quæ plerunq; fiunt, ſed eorum duntaxat quæ raro eueniunt. Magni ergo delira menti ac dementie erit caſum eorum quæ ſemper eodem modo ſe habent, cauſam eſſe dicere, & eorũ quæ non ſemper eodem modo ſe habẽt, ſed ſunt de numero eorum quæ aliquando intentionem naturalem nõ conſequuntur, qualia ſunt ea quæ ortui ſubijciuntur. horum prudentiam quandam efficere & non caſum

Defenſio p veterum. aſſerere cauſam. Niſi quis ob demẽtiam opinionis & ſententiæ reſpõdens pro illis dixerit eos appellaſſe caſum materialẽ cauſam, quemadmodum nos dicimus qualitates ex caſu fieri, quoniam non eſt aliqua cauſa particularis generationis ipſarũ, ſed ex materiali cauſa generationem habent.

Atque ſi hoc ipſum ita ſeſe habeat conſideratione eſt dignum, & bene ſe habet ſi aliquid de hoc ipſo dicatur. Et alio nanque modo abſurdum eſt id q; dicitur. Item & abſurdum eſt hæc illos dicere: cũ uideãt in cœlo nihil a caſu fieri.

Si hæc ita ſe habent (inquit) id ipſum etiam dignũ eſt conſideratione ob rei abſurdum, & non oportet ipſos ita ſine inquiſitione procedere ſed dicere de ipſo caſu quid ſit qui eſt ſimilium ac talium cauſa.

In his autem e quibus fortunam de medio tollunt multa eueniunt ab ipſa quod tamen par erat contrarium fieri.

Non a fortuna inquit ea quæ obnoxia ſunt ortui interituiq;. Nam hæc illi dicebant non eſſe a fortuna. In quibus igitur illi dicunt nihil eſſe a fortuna multa fieri ab ipſa & a caſu videntur, ceu ſunt ea quę naſcuntur præter naturam. Nam quæ fiunt a fortuna raro eueniunt, hæc autem ſunt præter naturam, ſed in cœleſtibus nihil raro fit, quæ quidẽ illi a fortuna fieri dicunt.

Sunt autem quidam quibus fortuna cauſa eſſe uidetur: tamen ipſa obſcura eſt humanæ menti ceu diuinum quoddam & admirabilius. Quare ſpectandum eſt quidnam ſit utrunque: fortuna inquam & caſus, & ſi idem ſint, an diuerſa, & quomodo in eas cauſas quas definimus cadant.

Quidam autem alij (inquit) fortunam eſſe aliquid dicunt, diuinum quoddam inquam & rem admiratione dignam. Verum hæc eſt obſcura & immanifeſta menti noſtræ, & definiũt ipſam ab ignoratione & occultatione ſua dicentes fortunam eſſe occultam menti humanæ. At hoc non eſt dicere quid ſit fortuna, ſed quid non ſit. Quare ſpectãdum eſt, & q̃d vtrunq; ſit. Quoniam demonſtrauit fortunam eſſe, cæterũ opor

Textus. tet (inquit) ad reliquas quæſtiones proficiſci, & oſtẽdere quid ſit vtrunq;, & quo differant, & in quo genere cauſarum ſint collocanda.

Primum itaq; cum uidemus alia ſemper fieri eodem modo: alia plerunque: patet horum neutri fortunam cauſam dici. Neq; id q; a fortuna proficiſcitur: aut ex his eſſe quæ neceſſario et ſemper: aut ex hiſce quæ plerunque ſæpeq; fiunt. Sed cũ quædam ẽt præter hæc fiant: atq; hæc oẽs a fortuna proficiſci dicãt perſpicuũ eſt fortunã atq; caſum aliquid eẽ.

Cum oſtenderit fortunam eſſe tum quia ſoluit dubitationes quæ adducebantur contra eam, tum etiam quia rerum naturam, & communem omnium tanq̃ teſtimonia huius rei adhibuit, cæterum proficiſcitur ad reliquas quæſtiones, & quærit quid fortuna & caſus ſint. Verum prius docet quid eiſdem commune in ſit, deinde aperit, quo a ſeſe inuicem differant, & cũ ſit quoddam commune caſus nomen q; de fortuna, & de illo q; proprię appellatur caſus prædicatur, imprimis de illo differit, deinde de illo qui proprię ac reuera caſus eſt. Vt ergo nãciſcatur quid ſit fortuna & caſus, quoniam effectus ſæpe ſunt notiores ſuis cauſis, atque plerũq; ex effectibus cauſas cognoſcere ſolemus primum docet quæ a fortuna & a caſu eſſe euenireq; dicũtur. Nam patet, ſi cognouerimus quæ ſint hęc, vt eorum etiam ope poſſimus deduci ad cauſam eorum efficientem. Vt ergo cognoſcat quæ hæc ſint, eorum quæ producũtur, accipit plures diuiſiones, ex quibus inducit quid ſit vtrũq; & ipſorum definitiones affert. Inquit ergo eorum quæ fiunt alia ſemper eodẽ modo fiunt, alia autem plerunq; & ex maiori parte, alia quoq; raro & ex minori parte proueniunt. Quæ.n. ſemper eodem modo ſe habent cœleſtia ſunt. Nam ſemper ſol in ariete ſuis ſtatutis diebus inuenitur, ſimiliter in tauro cæteriſq; ſignis. Vnde ſimiliter de omnibus cœleſtibus dicendum eſt. Quæ autem plerunq; & ex maiori parte fiunt naturalia ſunt, quippe natura plerunq; manum quinq; digitis formet & procreet, quibus aduerſatur ea quæ raro fiunt. Nam cum ſint nonnulla quæ plerunq; eueniunt, & non habent ſemper neceſſarium euentum, quæ quidem ſunt naturalia & artificialia. Natura.n. & ars plerunq; & ex maiori parte intentionem aſſecuntur neceſſe eſt, vt quædam ſint quæ raro fiant, qualia ſunt quę neceſſarium illorũ ortum abrumpunt. Verum Ariſt. omittit quæ æquo euentu fieri ſolent, vt ea quæ in noſtro arbitrio nr̃aq; voluntate duntaxat conſiſtunt tanq̃ perſpicum ſit, vt ea quæ ęquo prouentu a nobis proueniunt non a nobis ſed a caſu fortunaq; procedant. Q̃m igitur alia neceſſario ſunt, alia plerunq;, alia vero raro & ex minori parte quæ a nobis non proficiſcuntur, & demũ alia quæ non a nobis ſed a fortuna æqualiter & equo euẽtu proueniunt. Idcirco explorat & inquirit in quo genere horũ fortuna & caſus collocanda ſint. Et ne quis ambigat cur nullã mentionẽ fecerit de his quæ haud quanq̃ fieri pñt. Dicimus manifeſtum eſſe vt ipſe efficiat diuiſionem eorũ quæ fiunt. At quæ fieri nequeũt nunq̃ fiunt, quare merito nullam mentionem fecit de materia eorũ quæ impoſſibilia ſint. Itaq; fortuna & caſus in his quæ ſemper & neceſſario fiunt locũ non habent, q̃m nemo diceret ſolem ad arietem fortuna acceſſiſſe, vel lunam fortuitũ lumen a ſole recipere, quæ etiam neq; ex caſu vlla ratione euenire dicendum eſt. Tollit dubitationem. Præterea fortuna & caſus non ſunt reponenda in his quæ plerunq; fiunt, quis nam aſſereret caſu Socratem cum quinq; digitis naſci, relinquitur ergo vt caſus & fortuna collocentur in his quæ raro fiunt & ex minori parte. Nam quæ fortuna & caſu accidunt raro vel

ex minori

ex minori parte accidunt, & econtra quæ raro & ex minori parte accidunt caſu & fortuna fiunt. Habemus igitur ex hac diuiſione fortunam & caſum in his collocari quæ raro fiunt. Rurſus eorum quæ producuntur alia alicuius gratia fiunt, alia autem (ſunt omnia naturalia & artificialia, alia autem nullius gratia exercetur, vt cum is qui diſputat manum mouet, vel caput, aut barbæ tricas trahit. Hæc enim quadam potius conſuetudine exercentur, q̃ alicuius gratia, caſus igitur & fortuna ponuntur in his quæ alicuius gratia fiunt, tamen in his talibus non tanq̃ primo collocantur, ſed in his quæ conſequuntur ea quæ alicuius gratia fiunt Habemus igitur fortunam & caſum in his eſſe quæ alicuius gratia fiunt per ſecundam diuiſionem, atq; in his collocari quæ raro accidunt per primam. Item diuidit ea quæ alicuius gratia fiũt in his quæ voluntate & arbitrio aguntur, & in his quæ voluntate non fiunt. Ea autem omnia aguntur imperio voluntatis quæ a nobis tractantur geruntur q̃, ea autem ſunt præter conſilium & volũtatem, quæ tum natura tum etiam arte producũtur, fortunam ergo reducet ad ea quæ ſponte noſtra & voluntate agũtur, caſum autem ad ea quæ non præelectione & conſilio eueniunt. Nã artificialia ratione induſtriaq; gerũtur, & minime ex præelectione & decreto. Nam præelectio eſt electio huius ante hoc, opifex autem non eligit id q̃ vult, ſed quod quidem ſortuna expoſtulat. Et quanq̃ interdũ ſeſe conſulerent opifices in extruendis rebus, tamen non quatenus opifices ſeſe conſulerent. Nam conſiliũ vt ipſe inquit, defectu prudentiæ requiritur, quare ſi præſens ars conſilio non eget, quare neq; ars quę verſatur circa ea quæ a nobis inuẽta ſunt. Nam quæ a nobis voluntate & conſulto fiũt, hæc verbi gratia ſunt lotio & nõlotio, & ſimilia. Vnde tertia diuiſione vtitur, vel magis ea quæ alicuius cauſa fiunt aliter diuidit. Nam eorum alia fiunt ratione, alia vero natura. Verum ſubijs quæ dixit fieri ratione & mente complectitur tum ea quæ fiunt arbitrio & voluntate, tum etiam ea quæ arte conſtruuntu r. Nam latior communior q; eſt ratio menſq; ipſa volũtate atq; præelectione, ſubijs etiam quæ dixit natura fieri comprehendit naturalia quippe omnia gratia alicuius fiant. Natura enim quippiam efficit alicuius gratia, quoniam ipſa cupit ac vult aſſequi naturalem formam, & ratio ſimiliter, quoniam tum ea quæ fiunt arte, tum etiã ea quæ voluntatis decreto aguntur alicuius gratia quoque fiunt, ceu ipſe volo lauari vt valeam, & lego vt eximius & elegantiam. Reduces igitur fortunam ad ea quæ ratione proueniunt, & caſum ad ea quæ natura producuntur. Nam cum ea quæ ratione aguntur, & ea quæ natura oriuntur alicuius gratia fiant, quando quidem hæc ſuã intentionem conſequuntur nihil caſu fortunaq; fieri accidit, ſed quum ipſam intentionem finemq; non aſſequuntur, vel etiam quum ea quæ voluntate vel naturali impetu accidunt, aliquid extrinſecus per accidens cõſequeretur quod nequaq̃ erat naturæ intentioni ac decreto propoſitum aſſequi, id dicitur vel fortuna accidiſſe ſi imperio voluntatis aſſequi finem propoſitum erat, vel caſu, ſi naturali impetu ac principio ducebatur quippiam naturale ſuum deſiderium implere. Ceu ſi quis lauaturus amnem accedere velit, qui priuſquam lauari incipiat, quempiam offendat quem antea ſe inuenturum non opinabatur qui ſibi oſtendat ſ editos libros quos alias emere diligenter inquiſiuit, quos etiam modo inuenire non ſperabat, is ergo lotionem negligens ad emendum libros reuertatur certe dicitur fortuna emptionem librorum fieri, quoniam principio & impetu voluntatis continua bat iter quo ad lotionẽ perueniret. Quocirca hic voluntas intentione fruſtrata & non aſſequuta eſt eã, impetus & principium tale aliquem alium finem per accidens aſſecutum eſt. Rurſus qui ſpiã ſi proceſſerit lue ritq; lotum, qui deuoluto demiſſoq; lapide in terram vulneretur, & non amplius lauetur. Item ſi quiſpiam egreſſus fuerit verſandi ac quippiam tractandi in forum cauſa, qui cum exeat ibi amicũ ex itinere redeuntem inueniat quẽ inuenire non ſperauit, hæc a ſane fortuna dicuntur intentionem & finem voluntatis conſecuta fuiſſe per accidens. Similiter & in naturalibus dicendum eſt, ceu cadat lapis ex aliqua altitudine non tuto, & firma ſede locatus in terram qui naturali principio ac impetu deferatur ad proprium & naturalẽ locum, & lapſus deorſum quibuſdã ſolidis corporibus adeo rumpatur vt fractis eminẽtioribus partibus fiat idoneus aptuſq; ad cathedram, hoc ſane factum fuiſſe a caſu dicitur conſequẽs naturalem impetum ac principium intentionem q; naturæ per accidens. Item naſci cum ſex digitis, & ſimpliciter cuncta monſtra prodigia ue caſu naſci dicũtur, quoniam naturalem impetum ac naturale principium conſequũtur & finem naturalem non conſecuta ſunt, ſed natura aberrantẽ illorum hæc accidit fieri, quare ex his habemus caſum & fortunam collocari in genere cauſarum per accidẽs. Vnde colligẽs ex his omnibus quæ oſtenderat fortunam definit eſſe cauſam per accidens in his quæ raro & volũtate fiunt alicuius gratia. Verum vt definitio aptior fiat ſic oportet tranſponere verba, fortuna eſt eorum quæ fiunt alicuius gratia in his quæ voluntate & raro fiunt cauſa per accidens, ſimiliter & caſus definitionem aſſignabit quem definit eſſe eorũ quæ fiũt alicuius gratia in his quæ natura & raro eueniũt cauſam per accidens. Nam vt ipſe dicebã cum in his quæ fiunt voluntate, alia quædam eueniant præter propoſitum quod a principio receptum erat, horum euẽtus fortuna fertur eſſe cauſa, ſed cũ in his quæ natura producuntur aliter eueniũt q̃ inſtitutum fuerat caſus dicitur. Adiecit etiã in definitione in his quæ alicuius grã tia fiunt, quoniam in his quę alicuius gratia prouenniſſet per accidens, ſi ſecus euenerint, hoc accidit naturæ & voluntati. Sed ſi abieceris abſtuleriſq; in definitione illorum hanc partem (in his quæ voluntate) atq; hãc, in his quæ natura, profecto conſtitues definitionem caſus cõmunis qui de fortuna & de illo qui eſt propriæ caſus prædicatur. Sed quomodo differãt caſus & fortuna cæteris cauſis per accidens, ceu a caluo vel albo. Nam caluus vel albus ædificare per accidens dicitur, & cauſa filij ſi pater is fuerit & ædificator. Dicimus quia vnaquæq; aliarum cauſarum per accidens cum ſit diuerſa a cauſa per ſe illi tamen accidit & vnius ac eiuſdem finis dicuntur eſſe cauſæ tum illa per ſe, tum etiam illa per accidens. Nam ædium cauſa per ſe ædificator eſt, & per accidens caluum. Nam ratione caluum alterum eſt ædificatore, & caluum accidit ædificatori. At fortuna & caſus econtrario ſe habẽt, quoniam vna et eadem cauſa alterius finis eſt cauſa per ſe, & alterius finis per accidens. Nam itio in forum cum

Alia diuiſio.

Quid fortuna.

Quid caſus.

vna & eadẽ ratione & numero ſit, verſandi aut quippiam in foro agendi eſt cauſa per ſe, inueniendi autem amicum eſt cauſa per accidens, & lapſus lapidis ac deuolutio deorſum vt in proprio loco cõſiderat eſt cauſa per ſe, ſed vt tranſeuntem vulneret, vel vt fiat aptus vt ſupra eum ſedeatur, cauſa per accidẽs eſt, quare hic duo ſunt fines & cauſa vna, ſed in alijs cauſis per accidens econtrario vnus adeſt finis & duæ cauſæ eiuſdẽ ſecundum naturam, quippe alia ſit ratio calui, & alia ędificatoris, quare dices tu generaliter fortunam eſſe cauſam per accidens quæ verſatur circa aliquid quod agere inſtitutum propoſitumque non erat, ſpecialiter vero & proxime quæ agit infinita incerta ac determinata. Etenim itio ad lauãdum eiuſdem poteſt eſſe cauſa, & viſendi templum ac aliorum infinitorum. Similiter de caſu aſſignabis eius naturam generaliorem eſſe quæ verſatur & agit circa aliquid quod naturalium rationum intentio & finis non eſt. Itẽ dicito caſum eſſe magis ſpecialem cauſam quæ agit infinita & incerta. Primum itaq; cum videmus alia fieri ſemper eodẽ modo. Prima diuiſio eſt in his quæ vel ſemper & ex neceſſitate ſunt, vel quæ ęquali prouentu accidunt, vel quæ raro fiunt. Sed cum quædam etiã præter hæc fiant. Quæ fiunt non neceſſario, neq; plerunq; ea ſunt quæ raro proueniunt.

Textus. (beside "incerta. Primum itaq;…")

Textus. (beside "ea ſunt quæ raro proueniunt.")

Nam & ea quæ talia ſunt a fortuna eſſe, & ea quæ a fortuna ſunt talia eſſe dicimus.

Inquit ea quę raro ſunt a fortuna & caſu eſſe. Nam hæc mutuo cõuertuntur quæ raro fiunt a caſu vel fortuna proficiſcuntur, & quæ fortuna & caſu proueniũt raro fiunt. Sciendum tamen eſt non prorſus quæ raro fiunt a fortuna eſſe & a caſu. Neq; enim ſi quis raro opſonium aliquod ob inopiam, vel etiam ſi nõ egeat talis opſonium fortuna comediſſe dicitur, qui etiam non inuitus cum emiſſet comedit. Præterea margaritę, lapides ſcilicet, pretioſi in ea numerantur quæ raro inueniuntur, attamen ipſi caſu non fiunt ſed natura. Itẽ neq; venator a fortuna venatur, quippe qui huiuſce rei cauſa venerat, vt venaretur & inueniret margaritas, & alia huiuſmodi multa ſunt.

Eorum autem quæ fiunt alia fiunt, alia non fiunt gratia huius. Et horum alia fiunt per electionem, alia non per electionem. Ambo autem in hiſce ſunt quæ alicuius gratia fiũt.

Secunda diuiſio eſt in ea quæ alicuius gratia producuntur, & in ea quæ nullius gratia exercentur. Vnde inquit vtrunq; ſcilicet caſum & fortunam collocari in his quæ alicuius gratia producuntur. Sed aduerte notaque quoniam diuidens ea quæ alicuius gratia fiunt in ea quæ voluntate proueniunt ac in ea quæ nõ ita ſuccedunt, caſum & fortunam ad hæc non reduxit, ſed ad genus eorum, quoniã inquit. Ambo autem in hiſce ſunt quæ alicuius gratia fiunt. Vel intelligamus cum dicit. Ambo autem in hiſce ſunt quæ alicuius gratia fiunt, ea quæ electione volũtateq; fiunt & illa quæ non voluntate geruntur, in quibus fortunam & caſum inquit collocari, fortuna nanq; reponitur in his quæ voluntate fiũt, caſus autẽ in alijs quę ita nõ fiunt, quę nõ proueniũt volũtate natura & arte ꝓducũtur & facta ſunt.

Quare patet et in hiſce quæ nõ neceſſario, neq; plerũq; fiunt eſſe aliqua circa quæ põt id eſſe q alicuius gratia fit.

Cum acceperit ex diuiſionibus fortunã & caſum eſſe tum in his quæ raro fiunt, tum etiã in his quæ alicuius gratia producuntur, id ꝙ eſt ex his oſtendendũ eſt ſyllogiſmo concludere vult, quod quidem eſt, vt aliqua eorum quæ fiunt raro & alicuius gratia fiant. Syllogiſmus autem in tertia figura ponitur, fortuna & caſus ſunt in his quæ raro aguntur, fortuna & caſus ſunt in his quæ alicuius gratia fiunt, igitur quæ alicuius gratia fiunt ſunt in his quæ raro eueniunt. Videtur tamen ſyllogiſmus idem per idẽ probare, quoniam in propoſitionibus habemus idem eſſe id cuius gratia, & id ꝙ ſit raro quare videbitur idem inæquale eſſe. Hoc tamen non ſumitur in propoſitionibus ſcilicet id ꝙ fit raro eſſe in eo ꝙ alicuius gratia fit, ſed fortuna & caſus ſunt quę raro & alicuius gratia fiunt, & hoc diuiſim & ſeorſum oſtenſum eſt. Syllogiſmus ergo concludit non ꝙ fortuna & caſus ſunt in his quę raro & alicuius gratia fiunt, ſed cõcludit ꝙ id ꝙ raro fit eſt in his quæ alicuius gratia fiunt.

Dubium. (beside "…raro eueniunt. Videtur")

Solutio in his. (beside "le eſſe. Hoc tamen…")

Sunt autem alicuius gratia quæ a mente, & a natura degerentur.

Tertia diuiſio, diuidens autem id ꝙ eſt alicuius gratia in his quæ electione fiunt ac non fiunt, ſecundum aliam ſubdiuiſionem magis proximam idem diuidit. Nam quæ ſunt alicuius gratia, alia a mente quidem fiunt, alia vero a natura. Deinde diuidas tu ſecundum primam diuiſionem ea quæ a mente fiunt, quoniam ea quæ a mente fiunt, alia ſecundum electionem ſunt, alia vero non ſecundum electionem.

Talia igitur cũ per accidẽs fiunt, a fortuna dicimus eſſe.

Inquit cum ea quæ mente, vel natura producuntur non ex mente vel ex natura fierent primo, ſed generationem haberent per accidens talia dicimus eſſe a fortuna, & a caſu, ceu inuenire amicum, vel argentum a debitore recipere exigereq; mentis opus eſt, quando igitur hoc quod quidem eſt opus mẽtis non fieret ex mente per ſe ſed per accidens haberet euentum, a fortuna diceretur factum eſſe. Rurſus naturæ opus eſt ſimile ex ſimili producere, ceu ex viti vitem & ex platano platanum, quando igitur aliquid horum ex ſimile non produceretur idem caſu produci dicimus. Ob id itaque dicere conſueuimus herbas caſu naſci quæ ex non ſimilibus iuxta naturæ legem naſcuntur. Non enim ſemina herbarum præcedentis anni temporiſue in terra prorſus relinquuntur vt herbas præſentis anni ſic producat, quæ quanq; ſemina omnino non habeant, tamen germinant ac pullulant, huius rei inditio ſunt loca & prata in quibus vites naſcuntur, quæ agricolę continuo ſuis vicibus purgant, & tamen in his ſemper herbę naſcuntur & pullulant, quæ etiam pedibus calcata multum tẽporis euolat, anteq; germinent, ſi autem non calcarentur germinarent herbas, quare ſi non fuerit id ꝙ perſpicitur naturale, ſed duntaxat cõſequens naturalem appetitum atq; impetum, & principium, id caſu fieri naſciq; diceretur, ceu cum deuoluitur in terra lapis qui aptus ſit ad cathedram. Non enim is finis naturalis. Itẽ ſi equus ſitim explendi cauſa deijciẽs in bello dominum & confecta pugna atq; domino interfecto ipſe liberatus eſſet, ſane diceretur caſu ereptus eſſe, non quod finem naturalem obtinuit a caſu, ſed ꝙ naturale principium ſequebatur.

Nam

Nam ut ens aliud per ſe, aliud per accidens eſt: ſic & cauſa eſſe poteſt, ceu domus per ſe quidem cauſa eſt ars ædificandi, & per accidens muſicum aut album. Ea igitur quæ eſt per ſe definita eſt: ea uero quæ per accidens indefinita. Vni nanque infinita accidere poſſunt. Vt igitur dictum eſt: cum in hiſce quæ alicuius gratia id fit: tunc dicitur a caſu fieri atque a fortuna. Horum autem ipſorum quam habent inter ſe differētiam poſterius aſsignabimus. Nunc autem hoc pateat, ambo inquam in his eſſe quæ alicuius gratia ſunt.

Quod ſint aliquę cauſæ per accidens hiſce probat. Nam (ſi inquit) eorum quæ ſunt aliqua per accidens habentur, patet etiam horum aliquas cauſas per accidēs eſſe. Nam per ſe profectus eſt aliquis ad forum qui poſtea per accidens amicum ab hoſpitio venientem inuenit. Si ergo quædam ſunt per accidens, horum etiam cauſæ per accidens erunt. Verum his quæ ſunt per ſe interdum cauſæ per accidens tribuūtur, videlicet ędium cauſa per ſe ædificator eſt, per accidēs autem caluus. Sunt autem (vt inquit) cauſæ per accidens indefinitę, & incertę, quoniam ędium poſſunt eſſe cauſæ album, ſimum, muſicum, & alia infinita, cauſę autem per ſe definitę certęq; habentur, quoniam ędiū cauſa ſemper affirmabitur ædificator eſſe, & nauigij qui naues condit, quando igitur (vt inquit) cauſæ per accidens conſequuntur comitāturq; ea atq; in his collocantur quæ alicuius gratia fiunt tunc aliud fortuna & aliud caſu fieri dicitur. Hinc itaq; habes cognitionem & ſententiam ſecundum quam paulo ante dicebamus fortunam & caſum collocari in his quæ alicuius gratia fiunt, quoniam dicuntur eſſe in his quæ alicuius gratia aguntur quoniam conſequuntur illa, dico ſcilicet ea quæ natura fiunt & ratione. Hæc igitur ipſis communiter inſunt ſcilicet id q̄ raro fit, & id q̄d alicuius gratia geritur, & ſecundum accidens. Quæ autem differentia ſit eorum inter ſe paulo poſt dicit, quam nos iam diximus eſſe, quoniam fortuna ſequitur comitaturq; ea quæ ratione fiunt videlicet, ea quę voluntatis decreto aguntur, caſus autem reperitur & collocatur in his quæ duce natura producuntur.

Tria ſunt quæ cōiter inſunt caſui & fortunæ.

Ceu argenti recipiendi gratia uenisset deferens ſi ſciuiſſet. Venit autem non huius gratia ſed accidit uenisse: idque feciſſe reportandi gratia, neque plerunque, neque neceſſario proficiſcentem ad locum.

Quod fortuna & caſus collocētur in his quæ alicuius gratia agūtur quanq; ipſa non ſint alicuius gratia oſtendit. Quod quidem igitur fortuna & caſus non ſint de numero eorum quæ alicuius gratia quippiam faciunt, patet. Nam ſi qui mutuo accepit & reportauerit ęs manuarium ſibi datum mutuo ſi huius rei conſcius fuiſſet fœnerator veniſſet. At ob id nō venit, igitur cauſa accipiendi argētum quam dicimus eſſe fortunam non eſt de numero eorum quæ fiunt propter finem ſed de numero cauſarum per accidens, quoniā venit lauandi gratia, & recepit argentum nactus eum qui reportabat ipſum mutuo datum, itio igitur ad lauandum quæ erat alicuius gratia dicitur eſſe cauſa recipiendi argentum licet per accidens, erat inq; & de numero eorum quæ alicuius gratia fiunt. Nam lauandi cauſa itio fiebat, cauſa igitur per accidens, eam quæ eſt per ſe & alicuius gratia ſequebatur & comitabatur. Verum in codicibus ſcribitur, deferens, & accepturus vt de creditore id dicatur. Magis tamen primo modo legatur. Illud autem ſed accidit veniſſe idque feciſſe reportandi cauſa neq; plerunque neq; ex neceſsitate proficiſcentem in locum dixit proficiſcens pro hoc proficiſcentem. Neque enim ſi conſuetudo erat debitori vel ſemper, vel plerūq; ad locum illum proficiſci, illic fœnerator inueniens illum accepit argentum. Nam a fortuna argenti receptio exactioq; fit, ſi ergo non ad propoſitum eius qui accepit, quoniam non hoc proponens accipere illic profectus eſt fortunam huius propriæ & eorum cauſam eſſe dicimus in quibus nihil conſuetum eſt fieri plerunque. Si autem erat conſuetum debitori proficiſci ad eum locum, non eſt aduentus fœneratoris recipiendis argentum incertus & improuiſus. At fortuna eſt incerta & de numero quæ temere fiunt. Verum poteſt & illud neq; plerunq; proficiſcentem ad locum intelligi & de illo qui accepit. Nam oportet eum qui inuenit debitorem non plerunq; proficiſci ad locum vbi illum inuenit alioquin ſi debitor inuenerit fœneratorem in aliquem locum in quo ipſam conſueuit inuenire, certe non erit præter ſpem & inconſulto debitorem cum illuc acceſſerit ſoluere tradereq; argentum. At fortunam oportet eſſe incertam pręter ſpem & rationem aliquid facere.

Pōderatio verborum textus.

Textus.

Finis uero ipſa acceptio ſcilicet non eſt ex his cauſis quæ ſunt in ipſo: ſed ex hiſce quæ eligibilia ſunt, et a mente fiunt, & dicitur tunc a fortuna uenisse. Quod ſi uenerit electione præmiſſa & huius gratia, aut ſemper proficiſcens, aut plerunque reportans recipienſque non dicitur a fortuna uenisſe. Patet ergo fortunā cauſam eſſe per accidens in hiſce quæ per electionem alicuius gratia fiunt.

Ideſt non eſt naturalium acceptio argēti. Nam naturalia ea ſunt quæ habent in ſeipſis cauſam, acceptio argenti extrinſecus habet cauſam, mentem inq; quæ mouet ad lauandum, acceptio inq; argenti eſt de numero eorum quæ fiunt a fortuna & non a caſu. Nam quæ fiunt a caſu in ſeipſis habent cauſam, licet per accidens eam habeant in ſeipſis, quoniam & natura eſt cauſa eorum quæ ſunt a caſu per accidens, quemadmodum etiam mens eſt cauſa eorum quæ fiunt a fortuna per accidens, quare quæ a fortuna dicuntur eſſe a mente per accidens fieri conſtat & non per ſe. Nam vt ſe habet cauſa ita effectus qui proficiſcitur ab ea & econtra. Hæc itaq; cum dicat, fortunam deinde definit colligens definitionem eius ex his quę demonſtrauit.

Quapropter circa idem mens & fortuna uerſatur: electio nanque ſine mente non eſt.

Circa idem dicit, ceu circa acceptionē argenti verſantur ratio & fortuna. Verum illa per ſe, fortuna autem per accidens.

Indefinitas igitur cauſas eſſe eas neceſſe eſt: a quibus id fiet quod proficiſcitur a fortuna.

Cum dixerit quid ſit fortuna, quod ipſa eſt cauſa per accidens in his quæ raro fiunt, conſequens ea quę alicuius gratia aguntur, nunc oſtendere vult omnia

quæ communi conſenſu fortunæ competunt, conſona eſſe, congruereq; definitioni eius quã demonſtrauit, Nam fertur fortuna in certa atq; indefinita eſſe hominibus, quoniam dicimus nobis occulta eſſe quæ a fortuna proficiſcuntur. Item dicitur ceca præter rationem inſtabilis & nullius eſſe cauſa, & quæcunq; alia quæ de ipſa feruntur definitioni eius quam demonſtrauimus congrue competunt. Dicitur ergo merito indefinita, quoniam eſſe cauſam eorum quæ fiunt per accidens definimus cauſę autem per accidens indefinitę incertę habentur. Nam cauſę per ſe definitę certęq; afferuntur, quoniam ędium cauſa definita certaq; eſt ædificator, & ipſius nauis ille qui condit naues. At vero cauſę per accidens indefinitę ſunt, quoniam ędium cauſę per accidens eſſe poſſunt caluum, ſimum, muſicum, iunior, & alia infinita. Item accipiendi argẽtum cuius cauſa non exiuit qui accipit, cauſę poſſunt eſſe itio ad lauandum, profecto ad templum & alia infinita. Pręterea inuentionis theſauri ab eo qui fodit, cauſę multę eſſe poſſunt, foſsio ipſa, iactio fundamentorum, & puteum fodere, atq; alia infinita, ob id etiam dicitur fortuna obſcura atq; immanifeſta, quia eſt incerta & indefinita cum ſit cauſa per accidens Nã domus cauſa certa manifeſtaq; per ſe ędificator eſt, ſed quę ſit cauſa eiuſdem per accidens occulta eſt, atq; incognita eſſe videtur, quia eſt indefinita. Item non ab re dicitur eſſe ceca & pręter rationem, (quippe ratio ſit eorum quę manent & neceſſario fiunt vel vt pluribus) fortuna autem eſt in his quę raro accidunt, ob id etiam inſtabilis appellatur, quoniam ſtabile eſt de numero eorum quę ſemper ſunt, vel plerunq; fiunt. At id quod raro accidit non ſtabile firmumq; habetur, fortuna autem in eorum numero collocatur quę raro fiunt. Hĩc fertur fortuna aliquando nullius eſſe cauſa, quoniam nihil fit a fortuna, & hoc conuenit definitioni eius quam diximus, ſiquidem cauſę per ſe ſint ſolę proprię cauſę, & ille quę per accidens equiuoce eſt cauſa vel falſo cauſa dicitur vel equiuoce, ſed fortuna eſt cauſa per accidens, igitur non proprie cauſa erit, igitur nullius fortuna cauſa eſt. Nam ob id dicimus ea quę fiunt fortuna ſine cauſa eſſe dicimus, quoniam nõ habent per ſe cauſam definitam & certam, ſi autem quę fortuna proueniunt ſine cauſa ſunt, iure ergo fortuna nullius eſt cauſa. Nã ſi foret cauſa pręſertim eorum eſt cauſa, prorſus nullius cauſę erit.

Vnde fortuna indefinita cauſa eſſe uidetur, & homini manifeſta. Atque aliquo modo nihil a fortuna uidebitur proficiſci.

Quoniam eorũ quę ſunt a fortuna nihil habet cauſam certam & definitam, patet etiam fortunam indefinitam eſſe, quocirca & homini immanifeſta eſt.

Nam hec omnia recte dicuntur: quia rationi conſentanea ſunt. Nam aliquod quidem ex parte fit a fortuna. Nam per accidens fit. Et fortuna eſt cauſa ut accidens.

Omnia (inquit) quęcunq; de fortuna dicuntur recte dicuntur, quoniam & rationi conſentanea ſunt, id eſt congruunt competuntq; definitioni de ipſa quam demonſtrauimus atq; ex vnoquoq; quod demõſtrauimus de ipſa diximus poſſumus reddere cauſam eorum quę feruntur de eadem. Hęc autem eſt optima definitio cui competunt omnia quę dicuntur communi conſenſu de ipſa.

Simpliciter autem nihil, uelut ædium ædificator quidem eſt cauſa: per accidens autem modulator. Et profectus argentum recipiendi cauſa non eſt profectus: cuius rei cauſæ poſſunt eſſe multitudine infinite. Nam & uidere aliquem uolens & perſequens, & ſpectaturus ludos & fugiens.

Inquit ſecundum aliquid fortunam eſſe cauſam aliquorum, & ſecundum aliquid nullius. Nam ſimpliciter eorum quę ſunt per ſe & proprię nullius fortuna eſt cauſa. At per accidens eſt cauſa eorum quę raro proueniunt.

Recte etiam fortuna præter rationem aliquid eſſe dicitur. Nam ratio aut eorum eſt quæ ſunt ſemper: aut eorum quæ ſunt plerunque. At fortuna in his eſt quæ præter hæc fiunt. Quare cum indefinita ſint ea quæ hoc pacto ſunt cauſæ: fortuna etiam indefinita nimirum eſt. Verum in quibuſdam quiſpiam dubitauerit.

Dixit pręter hęc ideſt pręter neceſſaria & ea que fiunt plerunq;, hęc autem ſunt ea quę fiunt in paucioribus, cum igitur cauſę per accidens ſint indefinite eorum quę fiũt, & fortuna nimirum indefinita erit. Verum in quibuſdam quiſpiam dubitauerit.

An quæuis fuerint cauſæ eius q̃ fit a fortuna necne.

Quod his dictis quęrit hoc eſt quoniam fortuna numeratur inter cauſas per accidẽs. (Et iam diximus cauſarum per accidẽs quaſdam eſſe propriores quaſdam vero remotiores & tamen omnes ſunt effectus cauſa, exempli gratia, ſi quis in forũ exeat & interea cuipiam occurrat cum quo colloquiũ habeat & colloquendę aliquod tẽporis ſpatium immoretur poſthac in forum deſcendens offendat eum qui argentum ſoluere tenebatur & recipiat. Quoniam ipſa itio & mora inter verſandum & colloquendum cauſę ſunt per accidens inueniendi debitorem etiam ſi non immoratus eſſet ocius ad forum profectus eſſet qui fortaſſis non offendiſſet debitorem & ille non conceſſiſſet ad forum. Cauſa proxima vtiq; & media nanciſcẽdi amicum eſt profectio in forum, remotior autem eſt ipſa itio. Similiter igitur quanuis harum cauſam dicimus eſſe quatenus igitur ad id cuius ſunt cauſę ſecundum formam nihil inter eſt, ſi quanuis eam proximam vel remotam appellemus. Nam ſimiliter hę ſunt cauſa ſecundum fortunam ſed quatenus ad euentum plurimum intereſt, quoniam magis cauſa eſt euẽtus ea quę proprior eſt (nam recipiendi argẽtum eſt etiam ipſa itio cauſa per accidens, ſi enim non exiſſet in forum non offendiſſet debitorem minimeq; argẽtum accepiſſet. Verum magis cauſa eſt ipſum interea cum amico colloquium. Si enim non collocutus eſſet amicum ocius veniens non inueniſſet) quibus etiam proprior cauſa eſt & magis acceſſus ad forum. Inquit igitur non ſine dubitatione de his dicendum eſſe. Si oporteat quęcunq; contingunt eſſe cauſę vt cauſas aſſignare, fortunam autem & id q̃ a fortuna oritur, rei euentum appellauit.

Vt ſanitatis, aut ſpiritus, aut æſtus, ſed non capillorum remotio.

In his

Vide Plinium de hiſtoria naturali quid dicat de fortuna primo libro.

In his cauſa proprior equidem eſt vel ſpiritus vel æſtus ideſt ſolis ardor. Sed remotior eſt ipſa capitis tonſio. Nam ſit quiſpiam qui morbo laborans capillos deponat, cum tamen hoc valetudinis cauſa nõ efficiet ſed potius deponendi capillum, deinceps. Autem flante ſpiritu vel ſole caput calefiat. Hæc enim geſta ſunt ab eo non valetudinis gratia ſed forte exuit ob aliquem alium vſum aut aliquid aliud negociandi cauſa, & interea ſolis calore vel ſpiritu relaxabatur caput eius qui ſudorem emittens bonam valetudinem recuperet, cum tamen horum nihil ſalutis gratia fecerit, valetudini cauſa itaq; propior erit æſtus non capitis tonſio, quatenus igitur ad euentum rei aliquid dici poteſt propior cauſa, ſed quatenus ad fortunam ſimpliciter vel ad id ꝙ oritur ex fortuna ſpectat, nihil intereſt ſi quippiam proximam vel remotam cauſam dixerimus.

Cauſarum .n. per accidens aliæ propinquiores alijs ſunt.

Diſſolutio dubitationis, perinde ac his dicat quoniam per accidens cauſarum aliæ alijs ſunt effectui proximiores. Verum quatenus ſunt cauſæ per accidens nihil intereſt ſi vna ſit propior altera vero remotior. Sed quatenus ad euentum rei proximior eſt magis cauſa.

Fortuna autem dicitur bona: cum bonum aliquod mala cum aduerſi quid euenit proſperitas uero fortunæ: cum illa ſunt magna.

Quum talis finis occurrerit ei, qui non ſperabat neque præeligebat vt præeligebat talis finis dicitur bona fortuna mala autem quotiens contrarium accidit, proſpera autem fortuna, & mala quando vel magnũ malum, vel magnum bonum per accidens alicui veluti finis occurrerit.

Quapropter & cum parum defuit: ut malum quiſpiam magnum aut bonum accipiat. Infortunatum tum illum: aut fortunatum dicimus eſſe: propterea q. mens perinde dicit de illo: ac ſi eſſet. Quod enim parum deeſt: id quaſi minime diſtare uidetur.

Quando quis caſurus in maximum periculũ prope fieret, vt periculum ſubiret & in magnum malum ceu naufragium vel aliud quippiam incideret deinde nonnihil parui deficiat intercidatue quo periculum euadet, talem appellamus bene fortunatum, quoniam cum prope periculum obiturus eſſet, euaſit. Similiter etiam qui prope foret vt magnum bonum obtineret poſſidereiq; quotiens non obtineret infortunatus dicitur, nam hoc modo dicimus mala fortuna quempiã vti quare ſi quis cauſa conſequendi hæc bona vel illa venerit deinde parum defuit quoniam enim propter illud parum nihil videtur a fine abfuiſſe atq; eo fruſtratus cum animus non animaduertat id parum quẽadmodum hæc quæ accidunt ſint, bene fortunatum, vel infortunatum appellat, nam qui in magnum diſcrimen prope verſabatur, tanquã in illud incidiſſe, cum mens ipſa conſideret, quoniam non animaduertit illud parum, quo liberatur. Deinde cum is eo periculo eripitur. Sic fortunatus appellatur. Similiter etiam infortunatus dicitur, qui prope fuit, vt maxima bona conſequeretur, quoniam animus iam illum conſecutum ea bona conſiderat, ſpectatq;, & non concipiens, cogitanſq; illud parum. Deinde his illum fruſtratum infœlicem, infortunatum appellat. Etenim eos conſueuimus appellare fortunatos, qui non parentum diuitijs, rerumq; copia late ampleq; perfruuntur. Sed eos, qui ex obſcuro genere, vel ignobile nati, repente ad vbertatem rerum fœlicitatemq; deuenere. Similiter eos infœliciſſimos nuncupamus, qui ex fauſta opulentiſſimaq; vita, inlachrymabilem inciderunt.

Inſuper fortunæ proſperitas inſtabilis non ſine ratione dicitur eſſe: nam ipſa fortuna incerta: inſtabiliſque eſt, nam neque poteſt aut ſemper: aut plerunque quicquam eorum eſſe quæ a fortuna proueniunt.

Quod ſecundum rationem diffinitionis fortunæ proſperitas ipſius, bonaq; fortuna inconſtans, ac incerta ſit, his oſtendit, nam eſt, quod firmum, ſtabileq; eſt vel in neceſſarijs rebus collocatur, vel in his quæ plerunq; fiunt, fortuna autem collocatur in numero eorum quæ raro, & ex minori parte fiunt, quare fortuna inconſtans, incertaq; eſt, ob id etiam bona fortuna, ſeu proſperitas inſtabilis incertaq; erit.

Sunt igitur ambo caſus inquam atque fortuna per accidens ut diximus cauſæ in hiſce quæ non ſimpliciter, neq; plerunque fieri poſſunt: atq; horum in hiſce quæ alicuius gratia fiunt.

Cum oſtenderit fortunam, & caſum eſſe, & quid ſint, & adaptauerit tradire diffinitioni fortunæ quæcunq; cõmuni exiſtimatione videntur illi ineſſe. Proficiſcitur ad reliqua problemata, ſeu quæſita, quę profecto erant, quo fortuna, & caſus a ſeſe mutuo differrent, & ad quem cauſarum modũ reducerentur. Verum ante hæc diſſerit de illo cõmuni, quem cum oſtẽdit fortuna ampliorem communioremq; eſſe, vtitur Syllogiſmo hoc in tertia figura. In pueris. Inanimatis, & brutis caſus ineſt: ſed in pueris, inanimatis, & brutis fortuna non ineſt. Igitur aliquis caſus non eſt fortuna, hic igitur eſt Syllogiſmus, Ariſt. autem probat vtraſq; propoſitiones, & affirmatiuam inductione. Nam dicimus temere, caſuq; equum liberatũ fuiſſe, quoniam deiecit dominum, & fugit deſiderio potus ex agmine peditum. Accidit autem, vt cõfecta pugna Dominus eius interfectus ſit, equus igitur caſu, temereq; dicitur liberatus, ereptuſq; fuiſſe. Item pueri aliquid a caſu ferre patiq; eodem modo dicuntur verbi gratia. Si quidem puer amiſerit nutricem, aberraueritq;, qui nullo ducente domũ propriam redeat, ignorans quo feratur, atq; eat, is profecto caſu domum rediſſe fertur. Sic etiam accidere ſolet in adultis & in ijs qui ſunt maturęq; ætatis cum non animaduertãt quo irent ipſos temere mouere pedes dicimus. Item qui pedibus vehiculi vehitur caſu mouetur. Sed negatiuam propoſitionem probat per Syllogiſmum in ſecunda figura, in quo accipit medium terminum bonam fortunã. (Et inquit) in pueris, inanimatis, & brutis bona fortuna non eſt, ſed in quibus eſt fortuna his etiam ineſſe poteſt bona fortuna, ergo pueris inanimatis & brutis fortuna non ineſt. Vnde bonam fortunã nulli puero neq; inanimato & bruto in eſſe rurſus oſtendit per hoc medium ꝙ eſt ipſa fœlicitas, in ſecũda figura, pueris, inanimatis, & brutis fœlicitas non

ineſt ſed quibus ineſt bona fortuna ibi fœlicitas eſt igitur pueris inanimatis & brutis fœlicitas non ineſt. Vnde oſtendit etiam in ſecunda figura hoc medio ꝙ pueris inanimatis & brutis non inſit fœlicitas. Pueris inanimatis & brutis non ineſt bona actio. Sed in quibus eſt bona actio fœlicitas inuenitur. In pueris ergo & inanimatis & brutis fœlicitas non eſt. Item ꝙ bona actio non inſit eiuſdem oñdit in eadem figura per medium ꝙ eſt ipſa actio. In pueris & inanimatis ac brutis actio non eſt. Sed in quibus inuenitur bona actio & mala, actio ineſt. Igitur in eiſdem non erit bona actio neq; mala. Vnde exercitij ac diligentiæ cauſa ſumere in ſyllogiſmus oportet oppoſita fœlicitati & bonæ fortunæ. In pueris inanimatiſq; & brutis bona malaq; fortuna non inuenitur. Sed in quibus collocat fortuna bona vel mala fortuna inuenitur, ſimiliter de fœlicitate ſyllogiſmus conficiatur hoc modo. In pueris inanimatiſq; & belluis fœlicitas & infœlicitas non collocãtur. Sed quibus ineſt proſperitas fortunæ vel aduerſitas in his fœlicitas & infœlicitas collocantur. Igitur in pueris inanimatis, ac belluis proſperitas fortunæ vel aduerſitas non collocantur. Eodem modo etiam de bona actione equidem Ariſtotelis Syllogiſmus proficiſcitur concludendo hæc vſq; ad id medium ꝙ eſt ipſa actio, cum accipiat tanquam omnibus conceſſum in pueris inanimatiſq; ac belluis actionem adminiſtrationemq; non eſſe. Tu tamen probabis etiam hoc per id medium quod eſt ipſa voluntas ſeu prælectio. In pueris inanimatiſq; ac feris voluntas & prælectio non eſt, quoniam horum nullum eligit vultq; hoc ante illud. Sed quibus ineſt actio etiam ineſt voluntas & prælectio, ergo pueris inanimatis & feris non eſt actio tribuenda. Conficies ergo totum Syllogiſmum hoc modo. In pueris rebuſq; inanimis & brutis voluntas prælectio eſt in quibus voluntas prælectio non eſt neq; actio inuenitur. In quibus aũt actio nõ eſt, neq; bona actio ſtatuẽda eſt. Præterea quibus bene agendi facultas non tribuitur neq; proſpera fortuna poteſt tribui. Item quibus non elargitur bona fortuna neq; proſperitas ipſa cõpetit. Deniq; quibus bona fortuna non conceditur neq; fortuna ineſt, igitur in pueris inanimatiſq; ac feris fortuna locum nõ habet. Verum pueris & inanimatis, & brutis caſus ineſt, vt demonſtrabimus per inductionem. Quibus igitur fit vt aliquis caſus non ſit fortuna ꝙ quidem a principio oſtendere propoſitum erat. Dicitur autem (inquit) caſus de rebuſq; fortuna accidunt, quod quidem deinceps ex vſu conſuetudineq; vulgi accidit. Quoniam ea quæ a fortuna accidunt ex caſu fieri dici ſolent, igitur caſus fortuna latior ampliorq; eſt. Verum ſi quis contendat inueſtigare demonſtrationem, qua ea quæ a fortuna proueniunt a caſu prouenire dicuntur, is ſciat animaduertetq;, non de ſignificatu rei demonſtrationem quærere ſed de vſu vulgi aut hominum conſuetudine. At vſus conſuetudiniſq; nulla eſt demonſtratio, ꝗ hominum mos, niſi vſus videatur non ſolum caſum accõmodare his (quæ fiunt fortuna, quippe qui dicere ſoleamus hunc caſu comperuiſſe amicum. Sed etiam conſueuimus dicere ea quæ caſu accidunt fortuna prouenire. Nam ſolemus dicere fortuna equum liberatum fuiſſe cum ex inſtructa acie peditum bibendi gratia fugeret. Atque fortuna accidiſſe vt lapis qui cecidit ad ſeſſum ꝗ commodus aptuſque fieret, nullum igitur opus eſt vt de vſu nominum contendatur, quoties ſignificatus rerum non aduerſatur neq; impedimento eſt. Poſt hæc caſum propriæ diſtinguit a fortuna. Et in medium adducẽs quæ ſæpenumero diximus ſcilicet fortunam conſequi ea quæ voluntate prælectioneque geruntur. Caſum autem proprie dictum, ea conſequi quæ natura producuntur, quæ cum a ſeſe mutuo diſtinguat, quærit præterea reliquum problema, ſcilicet in quo genere cauſarum conſtituenda ſint caſus & fortuna, quoniam in genere cauſarum efficientium poni debent. Nam ſi caſus & fortuna ſunt cauſæ per accidens eorumque fiunt a natura vel a mente. Certè mens & natura ſunt cauſæ efficientes, igitur fortuna & caſus collocantur in genere cauſarum efficiẽtium. Sunt igitur ambo caſus inquam & fortuna per accidens vt diximus cauſæ. Commune inquit hoc & caſui ineſt vt ſit cauſa per accidens in his quæ raro fiunt, licet non in omnibus ſed in his quæcunq; fiunt alicuius gratia. Sunt enim nonnulla eorum quæ raro fiunt quæ temere exercentur. Vt ſi quis pilos tricaſq; barbæ vero continuo moueat, quod quidem non fit alicuius gratia, licet, temere fiet & non conſequatur ea quę alicuius cauſa geruntur. Deinde dicit atq; horum in hiſce quę alicuius gratia fiunt, pro hoc atq; horum quæcunq; conſequerentur ea quę alicuius gratia fiũt. Non enim ea quæ fiunt a caſu alicuius gratia fiũt. Neque enim argenti reportatio alicuius gratia eſt ſed ſi igitur cuius gratia eſt, & hoc per accidens fieri arbitrandum eſt. Nam profectio lauationis cauſa facta. Hanc reportationem pecuniæ conſequebatur. Quare ipſa reportatio eſt finis per accidens & cuius gratia ipſius profectionis, & econtra. Profectio per accidens fiebat gratia reportationis etiam caſu temereq; haberi dicitur & cauſa reportationis per accidens.

Intereſt autem inter caſum & fortunam. Nam caſus ad plura ſeſe extendit. Etenim quod a fortuna proficiſcitur. a caſu etiam fit: hoc autem non omne prouenit a fortuna. Fortuna nanque atque id quod eſt a fortuna in his eſt quæ fortunata poſſunt euadere. Et omnino quibus actio competit. Quapropter & neceſſe eſt circa ea fortuna eſſe, quæ agi poſſunt.

Cum dixerit ſecundum quod conueniunt caſus & fortuna, dicit etiam quo differunt. Verum diſcrimen ipſorum nõ eſt de fortuna, & caſu proprie dicto qui diſtinguitur contra fortunam. Quoniam hoc deinceps facit. Sed differentiam affert de communi caſu & fortuna quemadmodum ſiquis dicat diſcrimen inter hominem & animal, qm eo differt animal ab homine quod prædicatur de pluribus. Hoc igitur modo & nunc facit, qm hac ratione differt caſus a fortuna. Qm de quibus fortuna prædicatur de eiſdẽ & caſus pdicatur. Sed de quibus caſus dicitur non omnino id quod eſt a fortuna prędicatur, quare patet, vt caſus ad plura ſeſe extendat & communior ſit ipſa fortuna. Quod quidem igitur caſus ſit in eiſdem in quibus collocatur fortuna accipit ex vſu vulgi conceſſum eſſe. Nam ſi caſu conſuetudine & a ratione proficiſcitur pendetq; harum demonſtratio ſed de quibus caſus prędicatur fortuna omnino non prędicetur probat Syllogiſmo quem iam expoſuimus qui talis eſt, in pueris inanima

tiſq;

tiſq; & brutis caſum cõſiderare licet, ſed in pueris inanimatiſq; ac brutis fortunam cõſiderare non licet igitur caſus fortuna non eſt. Harum igitur propoſitionum affirmatiuã poſtremo ponit & eam nobis perſuadet certamq; facit inductione vt ſuo loco commemorabimus. Sed negatiuam prius probat deinde exponit. Cum igitur probat de quibus fortuna prædicatur qualem naturam huiuſmodi habeãt, deinde dicta adaptat accõmodatq; pueris inanimatis & brutis q͞m fortuna his non ineſt propterea ꝙ eis inſunt circa quæ verſatur fortuna, fortuna enim & id ꝙ ab ea geritur quibus competit proſpera fortuna & prorſus ad eos pertinet actio quapropter neceſſe etiam eſt vt fortuna verſetur circa ea quæ agi queunt. Quoniam ſi fortuna diuideretur in bonam fortunam & malam diuideretur in quibus igitur non poteſt eſſe mala neq; bona fortuna, ab his etiam manifeſtum eſt tolli fortunã verum ipſe protulit alterum cõtrariorum ſcilicet bonam fortunam tanq̃ perſpicuum ſit vt quibus poteſt congruere alterum oppoſitorum etiam eiſdem reliquum competere queat, quamobrem in quibus non põt eſſe bona fortuna in his etiam mala inueniri negi. Quod vero in quibus bona collocatur fortuna in his quoq; verſetur fortuna perſpicuum eſt. Reſtat igitur vt diſcamus in quibus bona fortuna inueniatꝰ & proinde inquit in his bonam fortunam, verſari id quę pertinet actio. Nam bona actio eſt quædam bona fortuna, quod autem in quibus verſatur bona fortuna his etiam tribuenda ſit actio adminiſtratioq; oſtẽdit per medium ꝙ eſt ipſa fœlicitas itaque hoc modo infert inducitque.

Cuius hoc inditium eſt. Nam aut idẽ q. fœlicitas: aut prope eſſe uidetur: fœlicitas autem eſt quædam actio. Eſt enim actio bona. Quare quæ agere nequeũt ea nec a fortuna quicquam efficere poſſunt. Et propterea neque inanimatum ullum, neque bellua, neq; puer quicquam efficit a fortuna: quoniam electionem non habet.

Signum inquit huius rei quod fortuna verſetur circa ea quæ geri poſſunt, tanq̃ fortuna ſit quędam actio. Item bona fortuna ſit quædam bona actio mala fortuna ſit mala actio quoniam videtur nullo modo differre bona fortuna a fœlicitate vel proprie ipſam eſſe. Sed fœlicitas eſt quędam actio vt inquit. Verum q͞m pacto ſit actio probat per bonã actionem. Inquit fœlicitas.n. eſt quædã bona actio. Sed bona actio eſt quædam actio ergo bona fortuna eſt quædam actio, ſed bona fortuna eſt quædam fortuna igitur fortuna eſt quædam actio. Et Syllogiſmus conficitur in tertia figura, hoc modo bona fortuna eſt fortuna omnis bona fortuna eſt quædam actio igitur fortuna eſt quædam actio. Si ergo fortuna eſt quædã actio in quibus igitur non inuenitur actio in his neq; fortuna collocabitur. Verum ipſe Ariſt. vt paulo prius dixi deduxit, rationem vſq; ad hoc quod eſt actio. Sed ſi contenderis inuenire quibus tribuenda ſit actio, inquit illis tribuendam fore quibus ineſt & conſilium electioq;. Si ergo omnis fortuna quædam actio eſt & actio in his collocatur in quibus electio adeſt, igitur fortuna eſt, in his quibus electio adeſt. Si autem fortuna in his eſt in quibus electio inuenitur ergo in quibus electio nõ eſt neq; in his erit fortuna, cũ itaq; hoc modo demonſtretur in quibus fortuna collocatur in his actio ponitur, & in quibus actio non ponitur in his etiam fortuna non collocatur deinceps affert propoſitionem negatiuam & inquit ob id neq; inanimatum neque fera, neq; puer quicq̃ a fortuna efficiunt feram ponit pro bruto quoniam id quod maxime diuiſum & cõmunicatiuum maxime eſt rationis proprium, quare cõtrarium irrationalitati poſuit agreſte & ferinum quod quidem per feram appropriauit determinauitq;. Si igitur, neq; inanimatum, neq; brutum, neq; ferinum quicq̃ facit a fortuna. Et de eiſdem caſus prædicatur, vt deinceps indicabit. Videtur igitur aliquem caſum non eſſe fortunam. Signum autem quoniam videtur vel fœlicitatem & bonam fortunam idem eſſe vel prope. Ideſt ſignum eſt quod fortuna verſatur circa ea quæ geri poſſunt, quoniam fœlicitas quę vt pro comperto & omnibus cõceſſo habetur, eſt quædam bona actio vel eadem eſt bonæ fortunę vel prope eã actio autem eſt quædam fœlicitas, ergo bona fortuna etiam erit actio ſed bona fortuna eſt quędam fortuna ergo etiam fortuna erit quędam actio. Verum inquit vel idem vel prope, quoniam videtur bona fortuna circa hęc extrinſeca verſari. Si ergo bona fortuna verſatur circa extranea & multis quoq; ſolet videri fœlicitas circa extranea verſari, in hũc igitur modum bonæ fortunæ eadem erit fœlicitas, ſed cum fœlicitas circa bonam animi actionem verſetur. Siquis vero non definiuerit fœlicitatem illud eſſe ꝙ ſolum verſatur circa bonam animi actionem ſed etiam circa bonã actionem rerum quæ externæ ſunt, profecto bona fortuna erit prope fœlicitatem & non eadẽ alioquin proprie fortuna non ſimpliciter verſaretur circa bonam actionem extraneam ſed circa illam animiq; & in idem venit cum fœlicitate.

Neque proſperitas hiſce fortunæ: aut infortunium competit: niſi ad ſimilitudinem quandam: quemadmodum Protarchus eos fortunatos lapides dixit: e quibus extructa ſunt altaria quod honorantur. Et hi qui ſunt eiuſdem formæ calcantur: pati autem a fortuna & hiſce quodammodo inerit cum his qui agit aliquid circa ipſa fortuito aget: alio autem modo non eſt.

Inquit non inueniri bonam fortunam in pueris inanimatis & brutis niſi ſecũdum aliquam ſimilitudinem & proportionem. Illud autem quemadmodum inqt Protarchus, non huic parti copulandum eſt niſi ſecundum ſimilitudinem quoniam Protarchus nõ aſſeruit lapides etiam fortunatos ſecundum trãſlationem ſed ſimpliciter fortunatos appellauit. Quamobrem in hunc modum legendum eſt, neque vt inquit Protarchus bona fortuna & mala his ineſt, & deinde illud niſi ſecundum ſimilitudinem, eiuſdem eſt comparatio quomodo poſſimus in rebus inanimatis aſſerere bonam malamq; fortunam eſſe. Protarchum autem vel eum dicit de quo habita eſt mentio in Philebo apud Platonem, vel aliquem alterum. Hiſce autem pati inerit a fortuna aliquomodo non eſt quando aliquis circa hęc cum quippiam efficit a fortuna egerit aliter autem nõ. His indicat fortunam poſſe in rebus inanimatis inueniri ſecũdum ſimilitudinem & proportionem & non quemadmodum Protarchus dixit quoniam ſi quiſpiam cum agit aliquid circa inanimata a fortuna

illa efficeret tunc illa etiam a fortuna pati dicerentur vt cum quis lapides ſpargeret proijceretq; peſſundandi calcandiq; cauſa quos quidem non conculcaret ſed trigones ipſos efficeret, cum ita effici nolebat. Certe dicuntur fortuna ita conſtructi elaboratiq; fuiſſe etiā quia qui conſtruebat eos a fortuna ita faciebat, lapides etiam a fortuna trigoni facti fuerunt, in hunc modum igitur inquit duntaxat fieri poſſe vt in rebus inanimatis fortuna collocat. Quid ergo. Ignorauit vulgus conſuetudoq; in pueris collocandam eſſe fortunā quod quidem infanti modo genito euenire poſſit vt aliquis relinquat ei hæreditatem ſuam qui non eſt parens eius neq; affinis quem profecto fortunatum diceremus neq; a caſu hæredem inſtitutum fuiſſe quoniam neq; hoc impetum naturalem principiumq; cōſequebatur neq; puerum neq; illum qui ſuas opes ſuaque bona puero delegauit.

At caſus cæteris animalibus & multis inanimatis competit ceu. Dicimus equum caſu ueniſſe: propterea quod euaſit quidem profectus: non autem euadendi gratia uenit. Et tripoda etiam cecidiſſe a caſu: ſtetit enim hoc modo ut ſit ſedes: ſed non huiuſce gratia cecidit.

Hic ponit propoſitionem affirmatiuam quoniam caſus in rebus inanimatis pueris & brutis ineſt quod quidem exēplo ſuadet, quoniam dicimus equum ex acie fugientem vel tiri vel alio impetu naturali impulſum caſu liberari. Vt equum temere caſuq; dicimus veniſſe vt cum acceſſerit liberaretur nō.n. venerat vt liberaretur, oportet hæc verba curſim legere. Equus caſu veniens liberatus eſt. Verum ſi venerat. Nō ſuæ ſalutis cauſa venerat, quoniam ob aliud acceſſit quoniam vel hæc faciundi gratia vel aliquid aliud cui nēpe adidit vt liberaretur. Item tripoda caſu cecidit. latet enim vt ad ſeſſum accommodatus fiat verum non cecidit vt ſupra illum ſederetur. Si tripes pondus ceciderit & cum cecidit talem poſitionē obtineat vt quā commodus natura & q; aptus fiat ad ſeſſum certe caſu dicitur habuiſſe hanc poſitionem quoniam cecidit & deorſum ferebat proprio naturaliq; impetu, quoniam nō cecidit vt cathedra ſcānumq; fieret. Verum ſi lapis qui haberetur cubicam haberet figuram non caſu diceretur poni collocariq; ad ſeſſum accommodatus quoniam eiuſdem natura apta idoneaq; erat vt ſi caderet in hunc modum deſcenderet & collocaretur ob id etiam neq; ignis caſu ſupra ferri ducique dicitur ſed quoniam hæc eſt illius natura.

Quare conſtat cum eorum aliquid quæ ſimpliciter alicuius gratia fiunt: non eius q; euenit gratia factum eſt: cuius extra eſt cauſa: nos tunc caſu quippiam fieri dicimus. Horum autem eā fortuna fieri dicuntur quæ eligibilium caſu fiunt in hiſce quæ habent electionem.

Hæc eſt definitio cōmunis caſus, vt ſit cauſa in his quæ fiunt alicuius gratia ſecundum naturam & volūtatem. Quandoquidem fieret aliquid alicuius accidētis gratia, vt reportationis argenti. Nam ob id neq; venerat vt argentum referret. Neq; lapis cecidit vt aptus cōmoduſq; ad ſeſſum fieret, deinde dicit cuius cauſa extra eſt pro hoc in his quæ fiunt alicuius gratia cauſa illius qui cecidit extra ipſum eſt. Vnde illud extra ponendum loco huius.ſ. ad finem non confert ſed extra id ꝙ accidit, cauſa erat & alterius gratia. Vt conueniendi amicum cauſa per accidens eſt in forum profectio ſed eadem cauſa extra id ꝙ accidit ideſt ad id ꝙ accidit nihil confert & alterius gratia eſt, quoniā lauandi gratia vel verſandi in forum profectio fieri poterat. Hæc eſt igitur tota ſententia vt paucis abſoluam. Caſus eſt ſimplr id ꝙ conſequitur ea quæ fiunt gratia alicuius quando nō proueniunt eiuſdem quod accidit, gratia. Cuius cauſa eſt extra id quod accidit, quoniam in his non eſt cauſa per ſe illius ꝙ accidit, nam in illis non eſt cauſa extra id ꝙ accidit in quibus inueniur cauſa per ſe effectus vt cauſa domus nō eſt extra, ipſa peritiam ædificandi ſed in ipſa collocatur. Nam ad domum peritia ædificandi confert. Horum autem a fortuna fieri dicuntur quæ eligibilium caſu fiunt in hiſce quæ habēt electionem. Definiturus communem caſum, definit etiam id ꝙ proficiſcitur a fortuna quoniam ea dicit eſſe a fortuna quæcunq; a caſu fiunt eligibilium in his quis habent voluntatem vt exactio argenti eſt ex eligibilibus ſed quando ex caſu conſecutus eſt eos qui habent electionem, a fortuna dicitur euenire. Verum dixit eligibilium loco huius.ſ. ſecundum arbitrium eorum quæ fiunt vel eorū quæ conſequuntur ea quæ fiunt ſecundum voluntatē. Dixit igitur eligibilium quoniam quædam a caſu in his quæ habent voluntatem, & non ſunt de numero eligibilium vt ſi alicui conuiuium excipienti aliquid eorum quæ comedit ceciderit in arteriam vel ambulans vulneret pedem, nam impetum naturalem atque principium aliquid extrinſecus a caſu conſecutum eſt. Vel cadentis ſuperius apoſtema rumpatur & curetur. Hæc enim accidunt his qui habent electionē non ſequentes actiones eorum ſecundum electionem & volūtatem, adiecit autem quæ habent electionē quoniam multa inanimata quippiam pati a fortuna dicuntur quando aliquis faciēs aliqu id circa eadem aliquid a fortuna egerit verum non habentia electionem paterentur, ideo hæc non proprie a fortuna fieri dicuntur ſed ea quæ accidunt habentibus electionem, hæc proprie a fortuna dicuntur.

Signum aūt eſt ipſum fruſtra. Tunc enim dicitur: cum id quod eſt alicuius gratia non eſt factum illius gratia: ceu ſi deambulatio egeſtionis gratia eſt: ſi non euenit ei qui deambulauit fruſtra dicimus illum deambulaſſe: fruſtraque deambulationem fuiſſe. Eſt enim id fruſtra: quod aptum eſt eſſe ob aliud: cum non efficit illud gratia cuius erat ac aptum.

Inquit, ſignum eſt quod caſus huiuſmodi ſit quemadmodum diximus ꝙ conſequitur ea quæ fiunt alicuius gratia quando non eiuſdem vniuſcuiuſq; gratia cuius gratia fiebat. Quod etiam nominis ethimologia oſtendit. Nam caſus ab eo quod temere eſt. Nam authomatos componitur ex eodem & fruſtra. Vnde illa dicuntur temere accidere quibus finis non reſpondet neq; euenit cuius gratia fiebat. Nam cum q̄ſpiam deambularet cauſa laxandi purgandiq; vētrem & reuerteretur ventre non purgato fruſtra eundem dicimus deambulaſſe. Si ergo ideſt fruſtra quod idoneum aptumq; eſt vt cōſequatur finem a quo tamen longe abeſt igitur recte caſus deriuatur fortnaturque ab eodem & fruſtra, equidem dicimus lapidem caſu fieri ad ſeſſum commodum aptiſſimumq; tanq; cauſa

huius

huius inſtitutus ſit caſus eius. Quoniã delatio lapidis deorſum eſt cauſa per accidens huius figuræ ipſa appellatur caſus tanq̃ temere conferat ad conſequendũ finem per accidens. Nam quia alius erat finis naturalis delationis deorſum, videlicet tripodæ in propria vniuerſitate conſtitutio, conſequitur aliquis alius finis per accidens huiuſmodi effectum & impetum. Exempli gratia tecum cogitas delationem ſuum finem cuius etiam accipias alterum finem deinde diſces non huius finis gratia illam delationem fieri, cognoſces profecto id ꝙ huiuſmodi delatione deferebatur non huius gratia atq; ad hanc intentionem delatum eſſe cui accidebat eiuſdem finem eſſe. Siue igitur accidant ſiue non accidat naturalis vel inſtitutus ac propoſitus finis, quoniam accideret hunc motum alium finem habere ob hoc non ſit. merito temere quo ad hunc finem factus eſt. Vt ſi loquendi finis fuerit vt viciſſim mutuoque noſtras affectiones & conſilia ſignificaremus, & quis proferet ea quæ nihil indicant ſignificantque & ad hunc finem non aſpexerit, is fruſtra temereque loquitur. Hoc quoque modo quoniam motus quatenus ſequitur id quod caſu ſit quod ſane eſt finis eius per accidens cuius gratia non ſiebat fruſtra haberi dicitur tanquam ad hunc finem minime ſit inſtitutus & ſi quo ad ſuum finem fruſtra temere tanquam fieri non diceretur. Differt autem id ꝙ ſit a caſu ab ipſo temere vt finis differt ab efficiente & quemadmodum differt id quod ſit a fortuna ab ipſa fortuna. Nam cum prorſus aliquis finis huiuſmodi accidit qui ſane proprias cauſas efficientes habet. Et ex præcedentibus cauſis efficientibus non ſit, ſed ex quibuſdam alijs quas & eaſdem conſequitur ſuus alter ac proprie finis, tunc quæ præexiſtunt temere dicuntur quoniam propoſitum finem non ſunt conſecuta, ſed hæc ex caſu contingunt eſſe quoniam ex proprio principio præexiſtente non producebantur. Vt lapis ſi ceciderit vulnerauit prætereuntem. Hoc loco percutere finis eſt cadere autem diceremus cauſam efficientem. Veruntamen aliud principium proprium habuit & non caſum eius delationẽq; deorſum. Verbi gratia voluntatem alicuius qui forte deijcit demiſitq; lapidem vt vulneraretur qui exibat. Item neque cadere eius ſcilicet delatio deorſum habuit finem ipſum ſed recipi ad proprium locum, per accidens differriq; eſt vt autem inukem fierent per accidẽs aliud cauſa aliud autem finis. Quæres tamen nunquid caſu monſtra produci liceat dicere. Videtur enim vt ipſa quoque caſu producantur. Nam cum naturalis affectio proprium finem non conſequitur horum cauſa per accidens ſit. Verum ipſa nunquid a caſu appellanda ſint quippe quæ peculiarem cauſam præcedentem in ſeipſis habeant aut enim exuberantiam vel defectum vel copiam materiæ habent. Sed quiſpiam diceret nonne de lapide qui deuoluitur deorſum idem dici poſſet, qui molem inter ſe grauitatis & pondus habet quod deuolutionis eius deorſum cauſa efficiens eſt & non percuſſionis niſi per accidens præterea in lapide qui ad ſeſſum cõmodus aptuſq; efficitur prorſus eſt vel quædam eminentia, vel alter lapis ad quem percutitur & frangantur eminẽtes partes, vt idoneus aptiſſimuſq; fiat ad ſeſſum, quæ tamen caſu fieri dicimus quoniam non eſt cauſa efficiens determinata huiuſmodi figuræ lapidis, quo igitur modo de portentis dicere poſſumus quoniam vel frigidum vel materiæ exceſſus, vel defectus ſunt cauſæ materiales, ſed cauſam eorum efficieutem definitam certamque inuenire non poſſumus quamobrem hæc caſu proueniunt.

Nam ſi quiſpiam lauiſſe dixerit fruſtra quia ſol non defecit: ridiculus utique erit. Non enim hæc illius gratia erat. caſus nomine ſuo tunc dicitur: cum quippiam ſit fruſtra. Cecidit enim non percutiendi gratia lapis: caſu ergo: ac fruſtra cecidit lapis ipſe quia cadere & ab aliquo proijciente percutiendi cauſa poteſt. Maxime autem ſeparatur id quod a fortuna ſit in hiſce quæ natura fiunt. Cum enim quippiam eſt effectum præter naturam: tum non a fortuna illud: ſed a caſu potius effectum fuiſſe dicimus.

Quod id fruſtra temereq; ſit quod non conſequitur ſuum finem his oſtendit, quanq̃.n. vt inquit fortuna in alijs finibus, non ſibi proprijs non dicitur temere neque enim cum noſipſos lauaremus ſi non defecit ſol fruſtra non lauaſſe dicimus quoniam finis lauationis non erat deliquium ſolis, ſed ſanitas, vel aliquid huiuſmodi fruſtra igitur non ſuſcepimus lauationem non deficiente ſole ſed cum natura conſequitur proprium finem. Hinc nempe ethimologiam caſus traxit ſcilicet cum quippiam fruſtra ſit & peculiarem finem non obtinet. Hoc certe modo dicimus lapidem cecidiſſe caſu & percuſſiſſe prætereuntem quãdo cecidit non percutiendi gratia quoniam non habuit a principio ſuæ deuolutionis hanc intentionem, vt cadendo percuteret prætereuntem, fruſtra ergo quo ad hunc finem cecidit quoniam nihil eius deuolutio deorſum ad hunc finem contulit & annuit. Textus. Seiungitur autem maxime id quod a fortuna ſit in hiſce quæ natura fiunt. Separatio eſt illius quod fortuna ſit ab eo quod proprie dicitur caſu, quoniam id quo proprie caſus nuncupatur accidit his quæ natura producuntur, ſed quod a fortuna egreditur accidit his qui voluntate vel conſilio aliquid gerunt quando enim quippiam produceretur præter naturam tunc non a fortuna, ſed magis a caſu produci dicimus, dicit præter naturam pro hoc ſcilicet vltra naturam, ideſt vltra intentionem naturæ, quando ergo aliquid accidit præter intentionem naturæ tunc quia conſequitur naturalem affectionem, ſeu impetum per accidens non ſecundum intentionem naturalem, a caſu fieri aſſeritur.

Eſt autem & hoc aliud. Illius enim externa: huius interna cauſa eſt. Quid itaque eſt caſus: & quid fortuna: atq; quo pacto inter ſe differunt: ſatis iam dicimus.

Quoniam dixit caſum ſeiungi a fortuna eo quod caſus inuenitur in his quæ natura producuntur. Vult impræſenti a ſeparare diſtinguereque caſum a natura nequis opinetur illa eadem eſſe, inquit igitur ea inter ſe abiungi, eo quod finis naturalis qui euenit, intra ſe cauſam gerit & habet, ſed caſus externa gaudet cauſa naturalia nanq; intra ſeipſa cauſam retinent tum quia in ſeipſis mens habent, tum etiam quia conferunt ad finem. At ea quæ caſu producuntur neq; intra ſe cauſam motiuum ſed externam poſcũt neq; ad finem ſed ad altera alludunt & conferunt.

Vtrunque autem ipſorum ad modum eius reducitur cauſæ unde eſt principium motus. Etenim eorum aliquid quæ aut naturæ: aut mente aguntur: ſemper eſt cauſa: ſed horum multitudo indefinita eſt.

Reliquum quæſitum adijcit in quibus.ſ. cauſis collocāda ſint caſus & fortuna, et inquit ea reponēda eſſe in genere cauſæ efficientis q̄m conſequuntur comitanturq; cauſas efficientem naturam & mentem, quæ & ſi quibus accidūt definitę certęq; ſint attamen ipſa indefinita & incerta multitudine ſunt vt ſæpe diximus. Nā eiuſdem infinitę queunt eſſe cauſæ per accidens.

Quoniam autem caſus & fortuna cauſæ ſunt eorum quorum aut mens: aut natura fieri cauſæ poſſunt.

Q̄m paulo ſuperius cū voluiſſet oſtendere fortunā eſſe & caſum dixit eadem profecto eſſe q̄m nōnulli ēt caſum huius cœli & mundorū omnium caſum eſſe dicunt ob id impræſentia in eorū opinionē impiam profanam ex his quæ explicauit inuehitur. Nā ſi caſus & fortuna ſunt cauſæ per accidens q̄m in his videntē collocari quæ raro proueniunt. Vt demonſtratū eſt. Et cauſæ ꝑ accidēs ope cauſarū per ſe ſubſiſtunt, ob id.n. appellatur cauſæ per accidēs q̄m adijciuntur alijs atq; accidunt. Itaq; cauſæ per ſe præcedunt cauſas per accidens, quamobrem caſum & fortunā cauſæ per ſe præcedunt quæ ſunt (vt explicatū eſt) mens & natura, ergo fortunā & caſum mēs & natura præcedunt quarū aliæ ſunt cauſæ per ſe aliæ vero per accidens. Nā & ſi concederemus his qui Democritū imitātur atq; alijs vniuerſum caſu fieri tñ neceſſe eſt vt cauſa per ſe mēs & natura præcederent quamobrem ſi cœlum caſu factum eſt longe prius mente naturaq; conditum fuiſſe dicere oportet. Sed quis ad hæc dicet q̄m quanq; cauſæ per ſe præcedunt cauſas per accidens ob id mētem & naturam caſum & fortunā præcedere quibus hæc adueniunt adijciunturq; non attamen neceſſe eſt vt & eorum cauſæ ſint per ſe cauſæ dico.ſ. mens & natura quorum fortuna & caſus eſſent cauſæ per accidēs. Nā lauandi cauſa per ſe mens eſt attamen reportandi argentum quod quidem fit a fortuna, cauſa nō eſt. Item cauſa per ſe vt equus ex prælio diſcedat abeatq; bibēdi deſiderium eſt attamen ſalutis eius cum receſſit ab acie qui caſu euenit ipſa ſitis deſideriumq; bibēdi cauſa amplius non eſt, neq; enim ipſe diſceſſus eſt cauſa ꝑ ſe ſed per accidens, quamobrem cum mentem & naturam caſus eſſe aliorum per ſe vt demonſtrauimus cœli tamen cauſa cum ſit ipſe caſus, amplius non erit neceſſe vt mens vel natura ſint cauſæ niſi per accidēs. Nam mens ſolet eſſe eorum cauſam per accidens quę fortuna fiunt & natura eorum, quæ caſu producūtur. Ad hæc itaq; ipſe reſpondet q̄m illi dicebant oēs mūdos caſu fieri & in diuerſis partibus vacui collocari. Si ergo demonſtratū eſt ante caſum fortunamq; cauſas per ſe eſſe dico.ſ. mentem & fortunā, ab ijs percunctabimur cuiuſnam mens & natura erāt cauſæ per ſe. Si.n. omnium mundorum ſunt cauſæ per accidens, cuius erunt ergo per ſe, q̄n quidem nihil aliud ſit præter infinitos mundos, quapropter mens natura vel prorſus nullius erūt cauſæ per ſe quod quidē fieri non pōt, vel ſi ſunt profecto infinitorū mundorum erūt cauſę. Recte igr̄ conceditur iuxta eorum ſuppoſitiones mētem & naturam eſſe cauſam huius mundi & omnium per ſe. Si.n. demōſtratum fuerit a nobis fortunam & caſum neceſſario cauſis per ſe menti.ſ. & naturæ accidere atq; earū ope ſubſiſtere neceſſe etiā erit & ante has cauſas per accidēs ſint cauſæ per ſe. Cuius ergo mens & natura erunt cauſæ ꝑ ſe niſi fuerint cauſæ mūdorū? Quāobrem ex his q̄ demōſtrauimus & ex ſuppoſitionibus illorū deducit mentē & naturā eſſe cauſas vniuerſi & ſi cōcederemus cām eiuſdē caſum eſſe.

Quoniam autem caſus & fortuna cauſæ ſunt eorum quorum aut mens: aut natura fieri cauſæ poſſunt: cum per accidens quippiam horum ipſorum fuerit cauſa: atque nihil eorum quæ ſunt per accidens prius eſt hiſce quæ ſunt per ſe: quare neque per accidens eam per ſe cauſam antecedit: caſus nimirum atque fortuna poſterior & mente eſt & natura. Quare ſi quam maxime cœli caſus eſt cauſa neceſſe eſt priorem mentem atque naturam & aliorum multorum: & huius uniuerſi cauſam eſſe.

Fortuna inquit & caſus eorum dn̄r cauſæ quorum mens & natura ſunt cauſæ per accidēs. Nam reportationis argēti fortunam eſſe cām dr̄ multo prius mens mouit quæ eſt cā per accidēs. Nam ſi nō mouiſſet impuliſſetq; illū qui ad forū profitiſcebatur aut ad lauationē neq; reportatio argēti euenīſſet q̄ etiam fortuna & caſu fiunt quāobrem añ fortunā & caſum natura & mens ſunt cā eiuſdē per accidens. Vbiq;.n. ꝑ ſe pręcedit id q͏ eſt per accidens quapp ſi mens eſt cā mūdi per accidens multo prius eiuſdē & erit cā per ſe alioquin cuius alterius eſſet cā aūt. Verba habent quid inconſtans. Nam cū dicat mentem & naturam eſſe cauſas per accidēs, inquit deinceps q̄m cauſa per ſe prior eſt his quæ ſunt per accidens, mens igr̄ & natura præcedunt caſum & fortunā atqui ſi mentem & naturā dixit eſſe cauſas per accidēs & eadē ſunt per ſe cauſæ, eædem ergo erūt ipſimet priora & poſteriora. Siquidē eorundem ſint cā per ſe & per accidens, alioquin ſi aliquorum eſſent cauſę per ſe & aliorū per accidēs, nihil eorum cōcluderet quæ ipſe contendit vultq; inferre, q̄m non concluderet mentem eſſe mundi cām per ſe. Si aūt cum cā quædam per accidens fieret intelligamus.ſ. fortunā & caſum, ideſt cū fortuna & caſus fierent quædam eorūdem cā quorum mens vel natura fierent cā per ſe non amplius verū eſſet eorum mentē naturā cauſas eſſe quorum fortuna & caſus ſunt cauſę per accidens. Verū q͏ cauſæ per ſe.ſ. mente & naturę fortuna & caſus accidāt ex his quæ explicauimus demōſtratū eſſe habemus atqui mentē & naturā eorum eſſe cās quorū fortuna & caſus ſunt cauſę adhuc nō demonſtrari pñt, indicat.n. id verbum per accidens referendū eſſe ad fortunam & ad caſum. Nam cū dixiſſet id q͏ eſt per ſe prius eſſe eo quod eſt per accidēs, mox induxit, caſus & fortuna ergo ſunt mēte & natura poſteriores. Si.n. per ſe prius eſt eo quod eſt per accidēs, & mēs ac natura ſunt priora fortuna & caſu ergo fortuna & caſus ſunt cauſæ per accidēs. At ſi quis diceret immo eorū dabimus mentē & naturam eſſe cauſas ꝑ ſe quorū fortuna & caſus ſunt cauſæ reſpondemus immo quorūdam aliorum q̄m nihil eſt rebus naturalibus præter vniuerſum de quibus nos & illi ſermonē faciamus. Et multorū & huius vniuerſi multorū aliorum.i. particulariū nam particularibus effectibus particularem mētem & naturam & generalibus communibuſq;

nibuſq;

nibuſque generalem communemq́ rebus omnibus mentem & naturam aſſignare debemus.

Eſſe autẽ cauſas & tot numero quot diximus patet. Tot enim numero quæſtio propter quid ſane complectitur.

Cũ dixiſſet de cauſis per ſe, & de cauſis per accidẽs & de eiſdẽ ſermonẽ exacte expreſſiſſet, præſentia vtilitatẽ ſermonis affert, qm̃ non incaſſum de ipſis tam diligenter diſſeruit. Sed quia naturalis interrogatus de cauſis rerum naturalium ſolet vel oẽs vel quaſdam afferre idcirco de eiſdẽ ſermonẽ repetit quanq́ idipſum primo conſiderare agereq́ nolit. Sed id qđ dicebã. ſ. vt oſtendat neceſſario de eiſdem ſermonẽ feciſſet qm̃ interrogatus naturalis de cauſa vniuſcuiuſq́ rei naturalis, vel quatuor ipſas aſſignabit quam diximus naturã formam efficientem & finalẽ, aut ſi de quibuſdam oẽs aſſequi non põt aliquas profecto reddet, vel vnã vel plures vt etiã mathematici ſolent a quibus ſi percunctabimur eñim de vnoquoq́ quod rebus mathematicis ineſt vel formã vel diffinitionẽ alteri aſſignabunt vt ſi percunctabimur cur linea recta rectæ æqualis ſit. Rñdebunt qm̃ ex centro proueniunt ad circunferentiam ſunt æquales quod ſi vltro inſtabimus cur æque ſunt lineæ quæ a centro ad periferiam trahunt. Dicent qm̃ hoc eſt circuli definitio vt ſit figura plana vna linea contẽta ad quam oẽs lineæ rectæ quæ intra figuram ſunt conſtitutæ, a centro punctoq́ protractæ inter ſe ſunt æquales. Nam ſoli circulo id tribuitur peculiareq́ eſt habere. ſ. vnum punctum q́ profecto cẽtrum eſt a quo incidentes lineæ protractę ad peripheriam inter ſe ſint æquales, quo pacto ad vltimam definitionẽ definentes atq́ aſſignantes putant interrogationi ſatisfeciſſe. Hæc quidem circuli definitio eſt eñi forma quapropter interrogatur propter quid, eñi afferat aſſignatq́ formam, interrogationi ſatisfiet. Rurſus ſi interrogabitur cur triãguli tres anguli ſunt vno recto maiores. Reſpondebit qm̃ duobus extrinſecis ſunt æquales & duo extrinſeci ſunt duobus rectis. Itẽ interrogatus cur duo extrinſeci ſunt æquales duobus rectis. Reſpõdebit quia cum linea recta ſuper rectam ſteterit vel duos rectos angulos vel æquales duobus rectis efficiet. Vnde cum peruenerit finiueritq́ ad diffinitionem, interrogationi ſatisfecit. Verum hoc non aſſero q́ operæpretium ſit definire quoduis interrogatum neq́ ſiſtere finireq́ definitionem eius, qm̃ nõ tradidit definitionem anguli vel angulorũ ſed vt ad definitionem quandam id quod phyſici appellant qđ quid reducamus. Ariſt. autem hæc dixit gratia exẽpli huius quod quid eſt cum fuerimus interrogati, cũ aliquando formam reddere debeamus quemadmodum fieri ſolet in cunctis rebus mathematicis, quippe qui interroganti propter quid hoc eſt non ſatisfaciamus anteq̃ idipſum propter quid reduxerimus ad definitionem. Definitio autem forma eſt, proinde qui ipſum propter quid in mathematicis redegerint ad formam ſolum ideſt ad definitionem ſatis illud dediſſẽ videntur, quoniam mathematicus materiam non ſpectat neq́ cauſam efficientem neq́ finem ſed duntaxat formas mathematicas. Atqui naturalis omnes cauſas tradet, vt ſi ab eo percunctamur cur Socrates eſt homo reſpondebit per formam dicens quia eſt animal rationale mortale item per cauſam efficientem quia



ſimile ſimilis eſt cauſa homo enim ab homine producitur præterea materiam affert vt ſiquis cum interrogat propter quid gladius ſcindit. Reſpondebit quoniam ferreus eſt vel ex forma quia acutus eſt vel ex fine quia ita cõſtitutum vt in hominum vſum veniat quo pacto igitur per omnes cauſas reſpondebit qui ſi fieri poteſt vt alicuius omnes cauſarum reddantur aſſignabit. Si vero non poterunt omnes afferri, quoniã veriſimile non eſt vt vniuſcuiuſq́ materiam proximam nanciſcatur, quædam enim propria eſt mixtioni elementorum quę Socrati ſubijcitur, Platoni & de cæteris alijs ſimiliter quaſdam igitur vel vnam reddet cauſam. Verum de quibuſdam omnes cauſas tradere licet, vt ſi interrogetur naturalis propter quid Socrates obijt, per formam. Reſpondebit quoniam eſt animal rationale mortale. Deinde per materiam. quia hoc conſtitutum compoſitumq́ ex cõtrarijs eſt. Item per cauſam efficientem quoniam qui illum generauit adeſt abeſt ſeu migrat ex vita, demum per finem quando longe melius commodiuſq́ animæ extra corpus eſſe q̃ in corpore collocari ob corporis moleſtias & perturbationes. Si igitur naturalis has cauſas reddiderit rediget eas ad antedictas. Recte igitur ſi de ipſis admodum diligenter diſſerendo ſtatuimus quatuor duntaxat eſſe formam naturam efficientem & finem quarum tres in vnum idemq́ incidunt forma efficiens & finis dico autem idem non numero ſed ratione. Nam homo ex homine fit & equus ex equo & idem eſt generans genito nõ numero ſed forma & ſpecie. Similiter cauſa efficiens forma, eadem eſt fini & numero diuerſa. Nam quatenus nondum extitit id q́ a natura producẽdum eſt ſed ſolum apud intentionem naturæ eſt quippe quæ illud intendat aduertatq́ finis appellatur ſed poſtq̃ productum genitumq́ eſt & in compoſito collocatur forma eſt. Cæterum cauſarum efficientium quædam moueri non poteſt, quædam vero mouetur, & huius quæ mouetur, alia ſemper mouetur, alia vero eſt ortui interituique obnoxia quocirca tres ſunt vniuerſæ philoſophiæ facultates. Tum propter inquit nobis ſunt tres facultates componendę conſcribendęq́ de cauſis efficientibus, vna de cauſa efficiente immobili quæ metaphyſices appellatur alia de cauſa efficiente quæ cum mouet continuo mouetur, vt liber de cœlo, alia eſt de his quæ ortui interituiq́ ſunt obnoxia, in quo genere omnia opera naturalis philoſophiæ collocãtur. Tot enim numero quæſtio propter quid cõplectitur, hoc in loco idipſum propter quid finem non appellat, ſed generaliter omnem cauſam. Nam cum ſint quatuor quæſita, ſi eſt quid eſt quale quid eſt & propter quid eſt in tot etiam cauſas propter quid reducimus materiam. ſ. formam efficientem & finem. Nam quoties interrogabimus de vnoquoque propter quid ſit has quatuor cauſas afferre conabimur.

Nam ipſum propter quid: aut ad ipſum quid eſt reducitur ultimum in immobilibus: ceu in mathematicis. Ad recti enim diffinitionem ut commenſurabilis aut ad ceterorum ſimilium alicuius ultimum reducitur.

Inquit ipſum propter qđ reduci ad ipſum quid vltimum loco huius ad definitionem quæ quidẽ eſt forma definiti ſeu ſubiecti vocat autẽ mathematica im-

mobilia, propterea quod naturalia cum motu contẽplamur quoniam natura motus quietiſque initium, at mathematica quia in noſtra animi conceptione cogitationeque verſantur ac ſunt immobilia eſſe videntur non alterantur neq; prorſus mutantur, neq; in materia ſunt. Dixit autem vltimum quoniam cum de mathematicis interrogat quamobrem hoc fit, & voluerimus afferre cauſam, interroganti affatim ſatiſq; facere nõ poterimus priuſq̃ ad vltimã definitionem quę quidem forma eſt occurremus hoc modo omnia mathematica ſe habent, vt ſi interrogabimus Geometrã quamobrem duæ rectæ lineæ æquales ſunt. Reſpondebit quoniam a centro proficiſcuntur. Si vltra inſtabimus cur lineæ quæ a centro egrediuntur æquales ſunt. Reſpondebit quoniam hæc eſt circuli definitio, vt omnes lineæ quæ a centro ducuntur ad periferiam vſq; inter ſe ſint æquales, quo pacto intelligentes definitionem conquieſcimus & nobis ſatis factum eſt. Qđ igitur ipſe inquit hoc eſt quoniam interrogati quamobrem hoc ſit ad ꝙ quid eſt confugiemus ꝙ ſane forma appellamus vt in mathematicis videre licet. Nam in his deſinit cauſæ aſſignatio in definitionem vltimã quæ eſt forma. Verum exempli cauſa ipſe adducit in medium mathematica. Sed verborum conſtructio hoc modo habenda eſt, propter quid enim vel vt in rebus immobilibus, quod quid eſt vltimum redigitur. Subintelligẽdum tamen eſt, quemadmodum ad vltimam enim recti vel commenſurabilis definitionem. Siquidem duo pũcta in circulo acceperimus deinde dixerimus hæc duo puncta inter ſe diſtare forſitan quinq; digitorum interuallo, deinde interrogatus. Vnde nam ipſi cognoſcimus tantum inter ea cõprehendi interſtitium. Reſpondebimus quia linea recta quam a puncto ad punctum duximus tantũ longitudinis capit. Sed ſi vltro interrogaret aliquis cur non metiti ſumus hanc intercapedinem iuxta deſcriptam circulorum periferiam, vel iuxta elicem. Reſpõdebimus quia oportet menſuram eſſe definitã, & certam & quod eſt definitum ac certum minimum eſt, et lineam rectam minimum eſſe quippe quæ omnium linearum habentium terminos ſit minima. Vnde hanc definitionẽ intelligentes, non vltro procedimus. Rurſus dicere ſolemus hoc latus alteri cõmenſurari poſſe. Si interrogabimur. Quamobrem latera ſunt cõmenſurabilia. Reſpondebimus quoniam quam proportionem inter ſe habet numerus ad numerum exẽpli gratia duo ad octo, eandem retinent latera inter ſe. Et ſi inſtabit qui interrogat dicens cur latera eam proportionem habẽt inter ſe quam habet numerus ad numerum. Reſpondebimus quoniam hæc eſt definitio eorum quæ poſſunt inuicem menſurari. Nam ea ſunt cõmenſurabilia quæ eadem menſura dimetiri queunt. Quemadmodum igitur quater duo metitur numerũ octonarium, ita etiam vnum latus metitur alterũ. Vnde cum adducta fuerit definitio ceſſabit tolleturq; dubitatio & ſummatim omnis mathematica methodus ſeu docendi via cauſas ad definitionem vltimam aut ad communes conceptiones redigit.

Aut ad id q. primum mouit: ueluti propter quid bellum geſſerunt quia templum ſpoliarunt. Aut gratia cuius ceu ut imperium conſequantur.

Cum dixerit cauſam formalẽ deſcendit ad cauſam efficientem. Inquit. Nam interrogati quamobrẽ Phocenſibus Thebani bellum intulerunt. Reſpondebimus cauſam efficientem, quia Phocenſes templa ſpoliauerunt. Aut ad id cuius gratia & finem reſpondebimus, vt quamobrem Græcis rex Perſarum indixit bellum dicemus. Vt Græciæ imperaret.

Aut in hiſce quæ fiunt ad materiam. Quod quidem igitur hæ ſint cauſæ & tot ſint manifeſtum eſt.

Cum dixerit formalẽ efficiẽtem & finalẽ cauſas & materiã inquit. Verũ ait in hiſce quæ fiunt ad diſtinctionẽ horũ contra diuina & ea quæ vndequaq; ſunt immobilia dico. ſ. incorporea. Hæc. n. Plato vocauit ſemper exiſtentia corporea aũt non exiſtentia, ſed facta in his igitur quæ fiunt naturalis adducet materiã, qm̃ illa diuina ſunt materiæ expertia & de hi ſolã formã munus eſt Theologi tradere & minime materiã. Vel qm̃ de alijs cauſis ſubiecit exẽpla quæ animi ope cogitantur & mathematica ſunt, quorũ nihil exiſtit ꝑ generationẽ. Nam mathematicæ res immobiles ſunt vt ipſe dixit quocirca neq; generatio in eis ſpectat, at in his quæ ſunt naturalia omnino generatio & motus inueniuntur, ſed ea quæ fiunt operæ tũ intellectus tum voluntatis ſine generatione, vel non ſunt aut ſi ſunt in habitu intellectus verſantur & ſunt. Cum ergo in his materiam non ſpectamus qm̃ neq; generationem, idcirco inquit ad diſtinctionẽ contra hæc, naturalẽ allaturũ redditurumq; materiã in his quæ fiunt. Quo in loco tum artificialia tum & naturalia facta aut q̃ fiunt appellat. In his. n. materia prorſus aſſignanda eſt.

Quoniam autem cauſæ quatuor ſunt: omnes cognoſcere nimirum ad naturalem philoſophum attinet: atque ad omnes ipſum pp quid redigens ipſe materiã, formã: id quod mouit: & id cuius gratia naturaliter reddet ac aſſignabit.

Quod repetat ſermonem de cauſis ob id hoc in loco plane indicauit inquit. n. cũ quatuor ſint cauſæ omniũ quæ fiunt cauſas in has quatuor naturalis rediget & cum attulerit de vnoquoq; propter quid has profecto aſſignabit cauſas. Et cum redegerit ipſum propter quid ad omnes. ſ. materiam formam id ꝙ mouit & cuius gratia naturaliter aſſignabit ideſt cauſam vniuſcuiuſq; cum tradiderit naturaliter in has quatuor rediget, recte dixit naturaliter, quoniam poteſt reducere in eaſdem cauſas non naturaliter nã de cauſa immobili diſſerere nõ amplius ſpectat ad naturalem, ſed munus eſt Theologi quãq̃ & de ſeparatis formis phyſicus aliquando diſputet. Verum ſi Ariſt. in operibus naturalis philoſophiæ aliquando de cauſa immobili diſſerit vt in octauo huius operis libro atq; ĩ libro de anima cum de mente ſeparata quæ omnino ſeſũgitur a corporibus præterea in libro de ortu interituq; rerum vbi & de cauſa immobili agit. Dicimus reuera perfectum naturales in calce & ad extremum poſſe commemorare cauſas immobiles & ſupra naturam.

Tres autem cauſæ in unum plerunque ueniunt. Nam ipſum quid eſt & cuius gratia unum ſunt.

Tres cauſę forma efficiens & finis. Recte dixit (plerunq;) quoniã hæ cauſæ non ſemper in idem incidũt, cum neq; omne quod efficit ſimile ſit illi ꝙ gignitur.

Neq;

Neq; enim Sol quia agit in aerem ſimili aeri eſt. Item oēs prorſus immobiles & diuinæ cauſæ in nos agunt quæ a nobis actione & ſubſtantia differūt, immo neq; in his quę fiūt omne ꝙ efficit ſimile eſt rebus genitis. Nā motus cum non ſit calefacio calefacit & frigiditas denſet cum ipſa denſa non ſit. Item aqua calida euaporans efficit aerem, vt ea quæ ab igne calefit quę tñ aer non eſt & alia infinita. Cæterū artificialia perſpicuo differunt a ſuis cauſis efficientibus. Nam quid eſt & id cuius gratia vnum ſunt, qm̄ forma eadem eſt fini vt diximus, qm̄ cum duplex ſit finis vt ſuperioribus explicauimus finis gratia cuius & cui, non cuilibet fini forma eadem eſt qm̄ non eadem eſt finis cui, ſed potius fini gratia cuius, cum finem dico quem cōſiderat intenditque natura, quæ conlectat & intendit vnumquodq; reducere ad ſuam perfectionem & naturaliter formam. Quamobrem finis huiuſmodi & forma ſunt idem numero & ſolo habitu rationeq; diſcrepāt vt diximus. Nam cum natura formā ſpeculatur tanq̄ producendam & nondum exiſtentem finis eſt cū vero iam factam contemplatur forma eſt.

Ea uero unde motus primum effluit: ſpecie cum hiſce concurrit: homo nanque hominem gignit.

Primum proximū inquit cauſa igitur efficiens propinqua eadē eſt formæ & fini eandē dico non numero, ſed ſpecie. Nam Sophroniſcus idē Socrati eſt ſpecie. Vtriq; n. hoīes ſunt quanq̄ numero differant.

Et prorſus quecunque motum ſubeuntes mouent: quæcunque autem non ſunt tales hæ naturalis conſiderationis non ſunt. Nō enim in ſeipſis habētes motum aut principium motus mouent: ſed ſunt immobiles.

Hic contextus ſiue ad proximum coniungatur vt hæc ſit ſententia, qm̄ cauſa efficiens proxima eadem eſt formæ & fini & ſummatim dicimus quæcūq; cauſæ efficientes proxime quæ motę mouent eadem ſunt formæ & fini. Nam anima quanquam proxime moueat animal attamen quia non mota mouet idcirco mobili eadem non erit, ſiue is contextus quod magis approbandum eſt, continuus ſit ſuperioribus verbis, vbi inquit. Et cum redegerit propter quid ad omnes ſcilicet ad materiam formam id ꝙ mouit & cuius gratia naturaliter aſſignabit, quibus deinceps hæc copulat & quæcunq; mota mouent ideſt naturalis eaſdem cauſas aſſignabit quæcunq; eo quod mouentur etiam mouent & quod hoc verum ſit conſtat ex his quæ ipſe inducit. Quæcunq; autem non, non amplius ſpectat ad naturalem contemplationē, ideſt quæcunq; mouent cum ſint ipſa immobilia non amplius ad naturalem diſciplinam attinent. Nam ſi de natura phyſici intereſt diſſerere & natura eſt principium motus & quietis in quo primo ineſt per ſe & non ſecundum accidens, quæcunq; igitur naturalia quæ mouent in ſeipſis motus quietiſq; initium habent, ergo quæ tanq; non habent principium motus & quietis naturalia nō ſunt, huiuſmodi autem ſunt quæcunq; ſecundum naturam mouent & ſunt immobilia. Si ergo ad phyſicum ſpectat de principijs naturalibus diſſerere & huiuſmodi non ſunt naturalia de his profecto phyſicus non diſputabit ergo de ſolis principijs diſceptabit in eo ꝙ mouent mouentur.

Quapropter tres ſunt tractationes. Vna circa immobile. Alia circa id quod quidem mouetur eſt autem expers corruptionis. Tertia circa ea quæ corruptibilia ſunt. Quare propter quid in materiam quod quid eſt & quod primo mouet reducente aſsignatur.

Quoniam eorum quę mouent aliud immobile eſt aliud vero mobile & eorum quæ mouētur aliud ſemper mobile aliud vero mobile et interitui obnoxium tres idcirco de ijs facultates facturi ſumus, in ea quæ appellatur metaphyſices diſputātes de immobilibus, in libro autem de cœlo de ijs quæ ſemper cientur in cæteris aūt libris naturalibus philoſophiæ de his quæ mouentur. & ſunt ortui interituiq; obnoxia cætera q̄ in contextu dñr ſunt epilogus cauſarum. Verū ſi omnis ſit cauſam finalē nullum nobis faceſſit negotium. Nā deinceps ante vniuerſa ipſa adnumeratur.

Nam de generatione maxime cauſas hoc modo conſiderat quid poſt quid ſit: & primum fecit, aut quid paſſum eſt & ſic ſemper q. eſt deinceps.

Quoniam dixit ipſum propter quid ſeu quamobrem interrogatum reduci oportere in quatuor antedictas cauſas huius ſententiæ rationem affert. Inquit. Nam de his quæ ortui ſubijciuntur præſertim in hūc modum conſiderare cōſueuerunt de quibus ſane philoſophi præſertim munus eſt. ſ. de his quæ producuntur, negotium ſuſcipere ac tractare circa hæc porro phyſici omnes verſantur & de ijs ſermones multos aggreſſi ſunt has quatuor cauſas quęrunt quas denuo numerat quid poſt, quidq;, quæ ſunt forma & cuius gratia. Nam his enim conſiderar id cuius gratia natura operatur vt hominis natura cum ſemen efficiat & tradidit quoniam gratia formæ humanæ vt permaneat ſperma ſemenq; & omnia deinceps natura procreat quæ ſtatuit horum omnium finem formam humanam ſempiternam efficere quandoquidem cuncta eſſe appetant. Sed cum nequeant hic ſempiterna eſſe & eadem numero permanere ſucceſſione quadā machinantur ſempiterno. Et quid primum efficit, ideſt efficientem cauſam quoniam quærit naturalis quid ſit, vnumquodq; naturale mouens proximū & quid paſſum, ideſt quæ ſit materia quæ patitur ab efficiente & alteratur ac in formam ducitur. Quærit inq; nūquid ſit ſpermā, vel fœtus aut aliquid ante hæc, vt elemēta quatuor, & ſi eſt ante hæc elementa ſit aliquid quod patiatur & cōiter omnibus ſit ſubiectum vel non.

Duplicia autem ſunt principia quæ naturaliter mouent: quorum alterum naturale non eſt: quippe cum non habeat in ſe principium motus. Atque tale eſt ſi quid moueat & non moueatur, ut id quod eſt penitus immobile: & quod eſt omnium primum.

Qm̄ tulit naturalē ita inueſtigare cām efficientem quēadmodū alias cauſas generationis nā quærit quid ſit id ꝙ primū mouit et cū non interſit naturalis de oī cauſa efficiēte agere. Idcirco inquit cum ſint duplicia principia mouentia & id ꝙ prorſus imobile eſt & id quod in ſeipſo habet principiū motus & quietis, illud principium oīno imobile nō eſt naturale alterū vero naturale. Quāobrē non ſpectabit ad phyſicū de omni principio diſſerere. Sed de ſolo naturali principio & qūo aūt vtraq; principia mouent naturalr & vtraq;

non ſunt naturalia. Verum non dixit hoc ꝙ ita principium mouens moueat vt naturalia moueri apta ſunt, ſed ꝙ mouetur ab eodē naturaliter mouetur, ſed non neceſſe eſt ita mouens mouet ſicut mobile mouetur. Sol profecto nos alterat ipſe tamen non alteratur motus calefacit ipſe tamen non calefit flagellum cicatrices vulneraque efficit & tamen ipſum non eſt vulnus neq; vulneratur. Hoc igitur modo in his eſſet quia naturaliter mouent & tamen naturale non eſſet. Huiuſmodi autem eſt anima noſtra quæ cum mouet nullo motu mouetur eſt mouens ipſum animal & adhuc ipſum corpus diuinum. Nam mouet nos & ipſum non mouetur omnium autem primum vocat id ꝙ circunducit ſphæram ſtellarum fixarum quod etiam primū in duodecimo metaphyſices volumine appellauit. Poteſt quoq; intelligi primum omne id quod ſurum cœlum mouet, & illud ſummum eſſet maxime omnium mouentium primum immobiliter.

Et ipſum quid eſt, & forma, eſt enim finis & id gratia cuius cætera fiunt.

Cum dixerit alterum mouentium quod etiam immobile appellauit, adiecit reliquum ꝙ in ſeipſo initiū motus & quietis habet quod ſane forma eſt. Nā hoc principium eſt id quod mouet alterat & ad generationem materiam ducit, mouet autem nō modo vt cauſa efficiens, ſed etiam vt finis, quoniam hunc natura appetit huncq; aſſequi vult diximus autem ſæpenumero tres cauſas in idem incidere. Quamobrem ſpecies & forma cum eſt in patre vt cauſa efficiēs mouet materiam atq; vt finis & id quod appetitur. Item in cæteris motibus qui ſunt ad aliquod accidens, forma & mouet quod in ſeipſo tenet principiū motus & quietis. Nam homo per formam ad ꝗ̄tam creſcit molem & taliter alteratur, ſimiliter animalia diuerſos motus in loco habent & non per materiam quippe quæ & mouetur, ſed per formam.

Quare cum natura alicuius gratia faciat & hanc ſcire oportet: ac ipſum propter quid omnino aſſignandum eſt.

Quoniam natura inquit alicuius gratia agit (vt demonſtrabitur, oportet naturalem ſcire naturam ac ei operæpretium eſt cum interrogatus fuerit de rebus naturalibus quamobrem hæc ſint cauſas dictas afferre. Niſi enim natura omnia ageret alicuius gratia non opportunus eſſet ſermo de quatuor cauſis quo complerentur omnes rerum naturalium cauſæ ſufficit.n. ſcire duntaxat cauſam efficientem & materialem. Sed denuo repetit numero cauſarum.

Velut ex hoc neceſſe eſt hoc fieri. Ex hoc autem hoc: aut ſimpliciter eſt aut plerunque.

Ex homine enim homo naſcitur (vel ſimpliciter, vel plerunq;.) Simpliciter quidem ex hoc fit in hoc in ſempiternis quoniam ſecundum neceſſario ſequitur primum plerunq; autem in his quæ generantur, nam plerunq; homo fit ex homine. Verum hoc dicit propter monſtra.

Et ſi hoc eſſe debet: ut ex propoſitionibus ipſa concluſio.

Finalem inquit cauſam. Nam velut ſi futura ſit forma oportet prorſus præexiſtere materiā. Ita ſi hæc cōcluſio fieri debet opus eſt vt præexiſtāt ꝓpoſitiones.

Et quia hoc erat quidditas ipſa. Et quia melius eſt hoc modo non ſimpliciter. ſed ad ſubſtantiam uniuſcuiuſque.

Formam inquit. Nam interrogatus naturalis cur Socrates ſit rationalis. Reſpondebit quoniam hæc eſt forma atq; definitio hominis, animal rationale mortale diximus autem ſæpenumero hanc cauſam incidere ſimul cum fine. Et quoniam hoc modo melius eſt exempli gratia expedit homini magis vti manibus ſane inſtrumēto rationis & equo vti quatuor pedibus. Inquit ergo vniuſcuiuſq; melius aſſignādum eſſe. Verum non promiſcue & generaliter vt hoc bonum ſit, vel non ſit, ſed id ꝙ maxime ad cuiuſcunq; ſubſtantiam conducit. In naturalibus itaq; quatuor cauſæ inueſtigandæ perquirendæq; ſunt. In mathematicis vt ſæpe diximus vna duntaxat formalis. Quoniam mathematicus neq; materiam, neq; efficientem perridiculum enim dictu eſſet. Si hoc tale bonum circulo adeſſe diceremus. ſ. habere lineas quæ a centro proficiſcuntur æquales tum etiam magis, quia mathematica non ſubſiſtunt propriè neq; propriam habent ſubſtātiam, ſed cum ope aliorum ſint animus ea abiungit & ſeparat, de illis igitur omnes cauſæ perquirendæ inueſtigandæq; ſunt quibus ipſe inſunt.

Dicendum eſt igitur primo quidem naturam ex his eſſe cauſis que alicuius gratia faciunt. Deinde de neceſſario quo modo ſeſe habeat in naturalibus rebus. In hanc enim cauſam omnes redigunt. Nam calidum & frigidum & unumquodque talium ſuapte natura ſit tale: hæc neceſſario & fiunt ac apta ſunt.

Cum dixiſſet in ſermonem de caſu & fortuna, naturam agere alicuius gratia, ſecundum autem eſt quomodo ſit in rebus naturalibus neceſſarium, quoniam cum primum ineſt oportet vt etiam ſecūdum ſit, vel econtra cum ſecundum fuerit neceſſe etiam eſt vt primum ſit, vt cum materia fuerit talis nunquid neceſſe ſit vt forma ſit talis, vel ecōtra quia forma talis eſt an neceſſe ſit vt materia talis habeatur: Et nunquid ſi forma eſt ex neceſſitate ſequatur materiam eſſe. Hæc igitur ſunt ea quæſita quæ explicaturus eſt Ariſt. Verū imprimis quærit ꝙ natura agat alicuius gratia. Et vt oſtendat hanc quæſtionem opportunam eſſe in primis cōtrarium oſtendere periclitatur & ambigit quoniam videtur natura nihil agere alicuius gratia probat autem exemplo. Inquit enim quēadmodum Iupiter pluit non vt triticum huiuſmodi creſcat neq; vt alicuius alterius id ꝙ eſt in area diſſipetur, ſed decidat ꝙ ex materiæ neceſſitate propterea quod oportet vaporē ſubeuntem calori refrigerari. congelariq; hieme & congelatum in aquam verti & denuo in aqua concurſum in imbrem decidere quod quidem ſit ex neceſſitate adeo vt accidit huius triticum adoleſcere, vel id quod in area collocatur interire quoniā non ob id aqua defferetur deciditq; ita quid vetat in his quæ natura conſtant vt partes animalium alicuius gratia fiant & nihil natura operetur neq; gerat, velut dētes anteriores acuti qui apti idoneiq; ſunt ad ſcidendum cibū & maxillares latiores validiſſimi vt eundem molant & extenuant qui ſane non aliqua intentione aliquoq; fine ita natura conſtituti ſunt vt priores ſecent & maxillares

ſillares attenuent, ſed ita idonei aptiq; natura inſtituti
ſunt neceſſitate materiæ accideret etiam vt huiuſmo-
di dentium collocatio ſit & ita illi ſe habeant tanq̃ hu
ius rei cauſa facti ſunt vt.ſ. anteriores aptiſſimi ſint ad
ſcindendum cibum & maſillares ad extenuandum eo
dem etiam modo in alijs partibus videre licet quæcũ
que videntur eſſe alicuius gratia factæ vt Epar ad di-
gerendum & tranſmutandum cibum, nerui ad coniũ-
genda connectendaq; membra & venæ ad deducen-
dum vndiq; ſanguinem vt ſingulę partes ſimiliter nu
triantur. Vnde in omnibus ita dicendum eſt. Idcirco
inquit quæcũq; hoc modo fiunt perinde alicuius gra
tia fierent ita ſeruantur, alia vero interire quæcunque
non ita facta ſunt ac conſtituta vt monſtra. Dubitatio
igitur hactenus pergit. Cæterum ipſe pluribus argu-
mentis oſtendit naturã alicuius inſtituto & gratia age
re, & primum oſtendit in ſecũda figura, hæc quæ ipſi
veteres dicunt dico.ſ. pluuia animalium partes & id
genus neq; a fortuna neq; a caſu produci deinde per
ſyllogiſmum hippoteticum demonſtrat eſſe alicuius
gratia omnia. Item in tertia figura oſtendit quædam
eorum quę natura cõſtant alicuius gratia gigni quod
quidem demonſtrare proponebat, talis ergo eſt pri-
mus ſyllogiſmus, pluuia ſingulæ partes animaliũ vel
ſemper eundem tenorem eundem curſum ſeruãt, vel
plerunq; ſeu ex maiori parte illum tenent. Sed caſus
& fortuna ideſt quæ fiunt caſu & fortuna neq; ſem-
per eũdem tenorem curſumq; & ex maiori parte ne-
que plerunq; obſeruant Nam demonſtrauimus hæc
raro accidere igitur pluuia & cuncta quæ natura ſub
ſiſtunt neq; a caſu neque a fortuna fiunt. Quod vero
pluuia & cuncta quæ natura ſubſiſtunt alicuius natu-
ra ſint oſtẽdit ſyllogiſmo hippotetico in quo deſtruit
vnum & reliquum confirmat, pluuia enim & cuncta
quæ natura conſtant, vel ex quodam accidente ſunt
appello accidens caſum & fortunam, vel alicuius gra
tia. Sed ex accidente non ſunt, vt demonſtrabatur ſu-
periore ſyllogiſmo, igitur inſtituta ſunt alicuius gra-
tia. Quod etiam quæ natura exiſtunt alicuius gratia
facta ſint hoc modo in tertia figura demonſtrat plu-
uia & ſingulæ partes animalium & illius generis om
nia natura producuntur & ſunt, adeo quod ſi illis da-
tur licentia dicendi & ipſi ſatebũtur hæc profecto na
tura produci atq; eſſe quanq; negarent naturam hæc
alicuius gratia efficere, ſed idipſum eſt quod in quæ-
ſtione propoſuimus ſi qđ natura agit id alicuius gra-
tia efficit. Vnde imbres & partes animalium natura
ſunt ac ſubſiſtũt imbres & partes animalium alicuius
gratia ſunt & ſubſiſtũt, nam idipſum ſyllogiſmo hip-
potetico ſuperiore demonſtratum eſt ergo quædam
eorum quæ natura ſunt ac ſubſiſtunt alicuius gratia
ſunt Hoc igitur modo ſyllogiſmus iuxta primam in-
uaſionem oſtendit naturam agere alicuius gratia ſe-
cundo impetu congreſſuq; idem oſtendit hoc modo
Imprimis accipit duas dignitates primã accipit quo-
niam in quibus inuenitur aliquis finis in quem deſinit
motus qui cum continue tendat in illum finitur & ſi-
ſtit, in his etiam omnia quæ ante finem ſuſcipiuntur
alicuius gratia facta eſſe videntur, vt artis ædificandi
finis eſt domum ædificare, ante quem omnia quæ a-
guntur alicuius gratia aguntur vt lapides contũdere,
intritumq; reddere, ligna cædere polireq; & tegulas
fingere & omnia alia quæ ad cõdendam domum re-

quiruntur. Secunda dignitas eſt vt ſi quæ fiũt arte na
tura produci poſſent neq; ipſa natura ſecus artificia-
lia conderet quam aptiſſime ædificanda ſunt, vt ſi na-
tura nauigium condere poſſet ligna caua efficiens ita
eadem componeret & fingeret vt modo ab arte fie-
ri ſolent, quo ſane nihil ſapiẽtius clariuſq; conijcere &
excogitare poſſumus. Rurſus ſi quæ a natura facta
ſunt poſſent etiam ab arte effici dubio procul eadem
ſic ars conderet velut natura efficit vt homo quod ſi,
vt ea quæ natura efficit ita ars conſtrueret & natura
artificialia efficeret vt modo ab arte fiunt neq; omni-
no diſcrepant. Hæ igitur ſunt dignitates ex quibus
oſtẽdit hoc modo naturam alicuius gratia aliqua affi
cere. Si.n. artificialia natura fierent ita conſtitueban-
tur vt impræſentia conſtituuntur. Et in artificialibus
omnia quæ ante finem aguntur finis gratia fiunt igi-
tur & in naturalibus cuncta quæ præcedunt finẽ gra-
tia ipſius a natura fiunt, rurſus ſi naturalia ab arte fie-
rent ita gignerentur quemadmodum impræſentia
producuntur. Sed ars omnia quæ ante finem exercet
alicuius finis gratia efficit ergo & natura hoc modo
impræſentia cum aliquid ageret vt ars condidit & æ-
dificauit certe omnia quæ præcedunt finem illius gra
tia afficeret, ergo natura alicuius gratia agit. Verum
Ariſt. non videtur mihi ſane recteq; hoc argumẽtum
feciſſe. Imprimis quia prima dignitas non videtur re-
cte accipi in qua ſic dicitur in quibus eſt aliquis finis
in his etiam omnia quæ præcedunt finem gratia eiuſ-
dem aguntur quo in loco de quo enim fine loquitur?
Nam ſi omne extremum ſimpliciter & id in quod re-
cidunt motus finem appellatur ratio falſa eſt. Nam ip-
ſe teſtis eſt qui prius dixit ſe non appellare quodcun-
que extremũ finem. Sed id q; melius eſt, quapropter
accuſabat arguebatq; Euripidem dicentem mortem
eſſe finem cuius gratia aliquid naſcebatur. Non enim
quia vnus quidam eſt & continuus vitæ motus vſq;
ad mortem neq; quoniam mors eſt huius motus ex-
tremum idcirco cuncta quæ exercẽtur ante mortem
gratia mortis tractantur. Neq; nauis quoniam nimio
pondere ſepta eſt in naufragium inciderat ob id one-
rabatur, vt in naufragium incideret. Item neq; portẽ-
ta quia ſunt quiddam extremum præter naturam &
finis idcirco omnia quæ præcedunt hunc finem gra-
tia huius finis fiunt quippe natura non intendat finem
præter naturam neq; habeat propoſitum & intentio-
nem procreandi monſtra. Vnde alia infinita hoc mo-
do ſe habent. Verum ſi finem non ſimpliciter extre-
mum appellauerit, ſed bonũ & id cuius vocatur gra-
tia ipſummet quæſitum velut conceſſum accepit. Nã
quærimus ſi huiuſmodi ſit finis in his quæ natura pro
ducuntur quod gratia cuius appellatur & iam hunc
ſi natura intendens omnia ante ipſum efficiat eiuſdem
gratia. Verum nunq; generaliter erit vera hæc digni
tas quoad ſecundum ſignificatum quo proprie finis
accipitur neq; prorſus ea quæ ab Ariſt. dicuntur con
gruunt his quæ natura conſtant, ſed his quæ arte gerũ
tur, in quibus etiam dignitas vera eſt. Nam cum qui-
dam in rebus artificialibus conſtituitur finis quem ars
intendit atq; concipit ipſa profecto omnia quæ hunc
finem præcedunt eiuſdem gratia efficit. Hæc igitur
hoc modo ſequuntur & vera habẽtur cætera autem
minime vera ſunt quoniam & ſi artificialia fierent a
natura & eo modo fierẽt ab ea quemadmodum im-

tia, ſed ex neceſſitate fieri. Siquidem oporteat vaporem ſurſum eleuatum ſimpliciter refrigerari. Item ſi penitus aliquid fit per accidens ab ipſa prouidentia, nunquid funditus id a prouidentia cognoſcatur quæſtione dignum eſt. Dicimus ergo cum prouidētia vniuerſum regat nihil fortuna neq; vt ſors tulit produci euenireq;. Sed cuncta alicuius boni gratia fieri præterea neq; prouidentia agere aliquid per accidens. Eſt igitur in pluuia quoddam etiam mūdi bonum. Nam ob mundi permanentiam conſtitutionem motus elementorum in girum orbemq; fit. Etenim quæcunq; manſionem habent & perdurant hæc ſane in orbem circunducuntur dico ſcilicet ipſa cœleſtia. Vt igitur & ipſa elementa permaneant in orbem mouentur, quocirca ex terra aqua & ex aqua aer & ex his ignis ex quo rurſus aer ex aere aqua & ex aqua terra viciſſim mutuoq; generantur, & in idem ex quo initium traxere reuertuntur. Quod quidem orbiculari motu circumuehitur id ab eodem in idem redit. Pręterea q̄dam particulare bonum perpendendum conſiderandumq; eſt, ſi quidem iuxta vniuſcuiuſq; rei meritum quædam taliter ac taliter a prouidentia extrinſecus afficiantur & decorentur. Verum prouidentia per ſe cunctis benefacit, accidit autem iuxta noſtra merita taliter atq; taliter affici et pati, per accidēs igitur factum eſt in his quæ patiuntur minime autem in his quæ agunt. Quod quidem fieri non poteſt ſiquidē id quod efficit per ſe agat & id q̄ patitur nō p̄ ſe patiatur. Sed interdum per accidens. Vt ſi Plato in concionem cætumq; vtiles orationes facturus eſſet quo animo propoſitoq; cunctis auditoribus plurimū conducere ſperaſſet quidam vero concioni præſens qui alterius negocij cauſa huc aduenerat nulla intentione nulloque propoſito, ſed fortuna adductus vt auditurus emolumentum aſſequeretur is ſane per accidens vtilitatem cōſequitur Plato tamen per ſe illi prodeſſet, quoniam ille non adhibita intentione, ſed fortuna vtilitatem nactus eſt. Plato autem ex intentione ac de induſtria nō nihil auditoribus contulit quippe qui decreuerat cunctis prodeſſe qui cōcionem audituri eſſent. Hoc quoque modo cum ſol oriretur vt cuncta illuſtraret. Si quis autem ad forum nō vt illuſtretur illuminaturq;, ſed alterius negocij cauſa proficiſceretur per accidens enim luceret & ſole illuſtrante ac illuminante per ſe. Hoc modo igitur mirum non eſt cum fuerit aliqua ſimpliciter prouidentia quæ omnibus per ſe & non per accidens benefacere velit, ſi per accidens triticum corrumpatur, vel augeatur quoniam hoc illi nō erat propoſitum vt ſimpliciter creſceret, vel in area diſſiparetur, ſed iuxta meritum eorum quibus ipſa benefacit per accidēs hæc fiunt. Vbi igitur acciderit vt om-

Text. nia fiant perinde atq; alicuius gratia fierent ea quidē conſeruarentur a caſu aptiſſime conſtituta. Inquit ſi natura nihil alicuius gratia ageret, ſed aliquo modo fortuna. Hic quidem accidit ita aliquid ab eadem fieri quemadmodum ſi hoc ipſorum de induſtria alicuius gratia efficeret. Vbi omnia quæ ad ſalutem conſeruationemq; ſe habent conſeruarentur eadem etiam (inquiunt) conſeruantur caſu ad conſeruationem aptiſſima, ſed quæcunq; ita fieri non poſſunt aboleri perireque neceſſe eſt qualia ſunt portenta vt Empedocles dixit Bouigena & prora viri, Empedocles cum dixiſſet omnes ſpecies in ſphæro miſceri qui in prima illa ſeparatione rerum a ſphæro & principio genituræ mundi anteq; omnia perfecte a ſeſe mutuo diſſociaret atq; abiungeret nonnulla mixta animalia fieri dixit qualia fabulæ narrant centauros fuiſſe qui ab vmbilico vētreq; vſq; ad imas corporis partes equi formam retinēt, & ab eodem vſq; ad ſuperiores ſcilicet ad caput effigiem hominis habēt. Hoc modo & Empedocles, priuſquam rerum ſpecies a ſeſe mutuo lis perfectæ ſeiungeret aſſeruit quædam animalia commixta produci, quorum nonnulla Bouigena & prora viri appellauit. Verum prora viri inquit id eſt ea quorum partes ſuperiores quæ .ſ. vergūt ad caput hominis effigiem habent. Nam prora eſt interior nauigij pars, reliqua vero partes formam bouis habent. Vnde in ſphæro non ſolum mixtura elementorum inuicem collocatur, ſed etiam partium animalium igitur omnia cū abiungerentur ita diuiſa ſuis vt ſors concedebat locis recipiebantur. Et cum ſæpe ad caput bouis hominis effigies aut ad alias partes conueniret exiſteret ac in cūctis vt ſors tulit ſic fieri cōtingebat. Quęcunq; igitur partes inquit ita coniunctę erant adeo cōiungebantur perinde alicuius gratia conuenerint in vnum & connexęq; fuerint velut in præſentia hominis ac vniuſcuiuſq; animalis partes inter ſe conueniūt connectuntur & quoniam ſimul concurrunt ad mutuam conſeruationem idcirco conſeruatur eorū conſtitutio & coagmentum. Verum quæcunq; ita in vnū conuenerint concreta fuerint vt ſeſe mutuo iuuare nequeant ad conſeruationē hæc intereunt atq; accidunt qualia ſunt Bouigena & prora viri cum huiuſmodi non ſimul ad mutuam conſeruationem cōueniant. Vt ergo ipſe inquit partes animalium alicuius gratia non ita conſtitutę ordinateq; ſunt tamen accidit in vnum fortuna coniungi ac ſi alicuius gratia coniunctę factęque fuiſſent. Inquit ergo hoc modo veteres negaſſe naturam alicuius gratia agere, quoniam quæcunque quidē ita efficit perinde atq; alicuius gratia efficeret, hæc ſeruantur, quæcunq; autē non ita conſtituta ſunt hæc ipſa intereunt vt Empedocles Bouigena & prora viri dixit. Hæc enim cum non ita fiant perinde alicuius boni gratia facta ſint intereunt neq; ſeruantur. Exēpla igitur de portentis quæ Empedocles dixit, indicant ipſum aſſeruiſſe portenta quæ ab exordio cōſtitutionis facta fuerunt nō conſeruari neq; p̄manere.

Hęc enim & omnia quę natura conſtant aut ſemper, aut plerunque ſic fiunt.

Primus ſyllogiſmus quoniam imbres & dentes ac generaliter partes animalium vel ſemper eodem modo ſe habent vel vt plerunq;.

At nihil eorum hoc pacto fit quę a fortuna caſuq; proficiſcuntur. Neque enim hieme crebro pluere fortuito caſuq; uidetur: ſed ſi id fiat cum ſol eſt ſub cane. Neq; cauma ſub cane: ſed ſi in hieme fiat.

Neq; ſemper eodem modo ſe habent neq; vt plerunq; igitur fiunt a caſu.

Si ergo ea quę fiunt aut a caſu aut alicuius gratia fiūt: ſi impoſſibile eſt hęc aut a fortuna eſſe, aut a caſu alicuius profecto gratia erunt.

Secundus ſyllogiſmus hippoteticus ſecundum diui

ſionem imbres enim & partes animalium vel a fortuna vel alicuius gratia fiunt atq; cū demōſtratum ſit ea non fieri a fortuna ergo alicuius gratia fiūt. Vocat autem caſum, vel accidens idq;, vel caſu, vel fortuna aduenit acciditq; quamobrem accidens in urſuſque ſiue caſus promiſcue de fortuna & caſu prædicatur.

At uniuerſa talia natura ſunt & ut ipſe dixerint qui hæc dicunt. Eſt igitur in hiſce quæ natura fiunt & ſunt id ꝙ alicuius gratia fit.

Tertius ſyllogiſmus in ſecunda figura. Hæc omnia ſunt natura. Hæc omnia alicuius gratia quædam igitur eorum quæ natura fiunt alicuius gratia fiunt.

Præterea in quibus eſt aliquis finis: in his & id ꝙ prius & in quod deinceps agitur huiuſce gratia agitur.

Secundum argumētum adducere vult vnam aſſumit prius earum dignitatum quas diximus, In quibus (inquit) finis eſt eorum quæ fiunt in quem motus finitur, & abſoluitur, cum continue fit; in his etiam cuncta quæ ante finem habentur gratia finis aguntur.

Vt igitur agitur ita eſt aptum agi: & ut eſt aptum agi ſic unumquodq; niſi quid obſtet agitur. At alicuius gratia agitur: igitur aptum eſt illius gratia agi ueluti ſi domus ex his eſſet quæ natura fiunt ſic utiq; fieret ut nunc ab arte conficitur. Quod ſi ea quæ natura fiūt non ſolum natura: ſed ēt arte fierent eodem modo conficerentur quo apta ſunt cōfici.

Secundam dignitatē adducit, qm̄ ſi artificiale a natura fieret ita aptum eſſet confici. Velut ab arte conficeretur. Et econtra quæ natura fiunt ſi etiam arte fierent ita conſtituerentur quēadmodum ſi natura producerentur alioquin ſi ita non fierent neq; conſeruantur. Verum id (niſi aliquid obeſt agitur) adiecit ob ea errata & peccata quæ tum in artificialibus tum etiam in naturalibus, vel ex ipſa materia, vel ex aliquo extrinſecus accidente fiūt. Si ergo ars & natura ſua opera alternati efficiunt ſeu opera ſibi viciſſim mutant ergo ſi ars alicuius gratia omnia efficit natura quoq; & ſi artificialia egerit eodem modo aget rurſus ſi ars naturalia fecerit manifeſtū & vt alicuius gratia omnia efficiat. Ars.n. generaliter omnia alicuius gratia facit. Cum igitur eadem natura modo efficit tanq̃ ars conderet nimirum & ipſa omnia alicuius gratia efficit.

Alterum igitur alterius gratia conficitur.

Ideſt ea quæ fiunt ante finem gratia finis aguntur: Nam hoc modo ars omnia operatur.

Atq; ars omnino alia perficit quæ natura nequit perficere: alia imitando naturam facit. Si ergo ea quæ arte conficiuntur alicuius cauſa fiūt: & ea profecto quæ natura fiūt alicuius gratia fieri conſtat: priora nanq; poſterior aut ſimiliter inter ſeſe habent in hiſce quæ arte: & in hiſce quæ natura conficiuntur.

Alterum argumentum adducit. Nam medicina bonam valetudinem deiectionem alui & carnis reſtitutionem operatur quæ natura agere non poteſt, imitātur autem naturam fingendi & pingēdi artes. Si ergo ars adiutrix naturæ eſt, & eiuſdē ſimulachrum aliq̃d alicuius gratia efficit ergo multo magis exemplar.

Maxime autem id patet in animalibus alijs quæ neq; arte, neq; diſcurſu, neq; deliberatione faciunt. Quapropter & ſunt qui dubitant utrum mente uel alio quodam principio araneæ, formicæ cæteraq; huiuſmodi animalia operent. Procedenti etiam ulterius: & in plantis ea quæ conferunt ad finem fieri hoc pacto uidentur: ueluti frondes fructus tegendi cauſa. Quare ſi natura gratiaq; alicuius hirundo nidulū extruit: araneus araneam texit: plantæ deniq; frondes gratia tegendorum fructuum explicant: radiceſq; non ſurſum: ſed deorſum emittunt ſumendi cauſam nutrimenti patet eſſe cauſam talem in hiſce quæ natura gratia fiunt & conſtant: Atq; cum natura ſit duplex: altera quidem ut materies: altera autem ut forma: & hæc ſit finis: gratia uero finis cætera fiant: hæc ea eſt profecto cauſa: cuius cætera fiunt.

Procedendo accedit ad efficaciora argumenta. Inquit, quid n. dico de animalibus rationalibus quæ arte aliquid efficiunt quorum argumento diximus naturam alicuius gratia agere cum manifeſtiſſime natura in animalibus irrationalibus omnia alicuius gratia agat huius inditio ſignoq; ſunt Aranea hyrundo & ſimilia quæ cum natura & non rōne operentur nihil tamen temere incaſſumq; efficiunt. Quapropter nonnulli ambigunt nunquid hæc natura operentur an ratione quadam. Et inquit, quid ipſe aio de animalibus quandoquidem in plantis etiam ſpectemur naturam omnia alicuius gratia facere nam ipſa radices immo loco conſtituit alimenti cauſa, cum os altrici adaptauerit folia autem ſupremo collocauit ad tegendum et conſeruandum fructus. Ex his omnibus igitur q̃ꝫ perſpicuum non eſt vt ea omnia quæ natura fiunt alicuius gratia producantur. Sed etiam vlterius procedēti. Nam cum prius rationem fecerit in hominibus deinceps deſcendit ad animalia irrationalia & poſtremo hac via proficiſcitur ad plātas. Et cum natura duplex ſit alia vt materia alia vero vt forma. Poſteaq; oſtendit naturam alicuius gratia agere vult modo explicare quid illud ſit cuius gratia omnia efficit quidq; illud ſit quod ipſa intendit, & inquit naturam agere omnia gratiæ formæ naturalis quæ etiam ac eadem eſt naturæ. Dixit autem efficientem cauſam, finalē & formalem plerūq; in idem venire. Quamobrem natura cū agit & cuncta efficit alicuius gratia certe egit gratia naturæ non illius tamen quę materia eſt ſed illius quā formam appellamus. Verum cum principio fere naturam duplicem eſſe dixit formam. ſ. & materiam, in pręſentia indicat pateſacitq; de qua natura ſermo ipſi habendus erat quoniam non de natura quæ materia dicitur ſed de ſpecie erat & forma dicturus.

Fit autem & in hiſce peccatum quæ per artes conficiuntur. Scripſit n. grammaticus nō recte: & potionem medicus non recte porrexit. Quare patet & in hiſce fieri poſſe quæ natura conficiuntur. Quod ſi aliqua ſunt in arte in quibus iam quod recte fit alicuius efficitur gratia: in his autē quæ peccantur: gratia quidem alicuius ars aggreditur facere: ſed non aſſequitur illud: ſimiliter & in naturalibus erit et monſtra peccata erunt illius quod alicuius gratia fiunt.

Cum oſtēdiſſet naturam omnia alicuius gratia efficere eo argumēto quo natura eſt in his quę plerunq; fiunt & eo quo multa quæ naturam emulantur, alicuius gratia omnia agunt, atq; ex reliquis. Impræſentia

dubitationes

dubitationes quæ adducebantur contra antedictum Theorema perſoluere vult. Nam ambigebat ſi natura cuncta efficeret alicuius gratia qua de re q ſæpenumero aberrat & non ſemper aſſequitur propoſitū. Reſpondet igitur ad hoc, non ob id exiſtimandū eſſe naturam non agere omnia alicuius gratia ſed vt ſors tulit, quia fallitur & peccat, cum aliquādo & ars quæ perſpicuo omnia efficit alicuius gratia ſæpenumero aberret ob prauam ſubiectę materię aptitudinem. Et enim qui ſcribit eum belle recteq; ſcribere debeat ſæpe ob cartam quæ denſa eſt vel propter auaritiā vel propter prauam diſpoſitionem atramenti ab intentione abeſt & peccat. Similiter & pictor eadem fert vel ob malam colorum vel tabulæ aptitudinem in qua depingit. Item medicus cum ſtudeat iuuare & alicuius boni gratia videatur purgationem inſtituere, vel ob proprietatem ſubiecti corporis quam ſcire nō poteſt, vel ob intemperati aeris iniuriam, aberrat aliquādo, qui tamen tradidit purgationem alicuius boni gratia eodem igitur modo, ſi etiam natura interdum non aſſequitur ſuam intentionem, non ob id eximenda excipiendaq; eſt vt ipſa nihil alicuius gratia efficere aſſeratur. Sed cum plerunque intentionem aſſequatur & quam rariſſima ſint ipſius peccata, ob id credendū eſt ipſam agere alicuius gratia. Nam cum ęque accuſandæ ſint ars & natura cum aberrent & peccent, nefas eſſet naturæ adimere facultatem agendi alicuius gratia, ob peccatum & arti non auferre. Vel ergo ea facultas vtriſq; demenda eſt vel nulli earum detrahenda. Si ergo arti non eripimus, id cuius gratia, igitur neque naturæ. Sed qui naturæ adimunt id cuius gratia dicitur exemplo Empedoclis vtuntur quo ille dixit ab exordio mundi, Bouigena & prora viri collocari in illis primis conſtitutionibus rerum, at earundem, argumento rationem probauit. Inquit veluti.n. natura omnia alicuius gratia agit quemadmodum & quando ab intentione aberrauerit non longe abeſt a ſua intentione ſed quo ad fieri poteſt illam attingit. Si quidem nunq̃ ex homine Platanum generet vel lapidē vel ficum. Sed ſemper homo ex homine prodijt quæ ſi aliquando ob prauam materiæ diſpoſitionem aptitudinemq; hominem procreādo aberrat animal profecto producit & nō plantam vt dicebam vel lapidem, quæ ſi etiam animal procreare poterit animali affinem proximamq; efficit carnem ipſam. Rurſus ficus ficum efficit. Si autem non aſſequitur intentionē caprificum producit & non quercum neq; piceam.i. arborem conniferam. Item olea producit oleam. Si autem aberrauerit, oleaſtrum producet & non pyrū neq; populum. Vndiq; igitur perſpicuum eſt ipſam naturam non operari vt ſors tulit. Sed ea quæ ſunt cōſiderata propter finem quem ſi non aſſequitur, cōtenta eſt aſſequi, id q genere affine proximumq; eſt quā obrem inquit. Et ſi fabulæ Empedoclis acquieſceremus vt quædā animalia fierent a principio cōſtitutionis Bouigena.ſ. & prora viri, ea vtiq; ratione fierent qua in præſentia monſtra etiam fiunt, cū ipſum principium materiale dico.ſ. ſperma corrumpitur, quo pacto ille etiam non ignorauit naturam efficere alicuius gratia, cum peccatum & errorem eius vt iam dicebā aſſerat non longe ab intentione incidere quippe qui non Bouigena prora oleæ, ſed Bouigena prora viri fieri aſſeruit. Hoc modo itaq; & ipſe ſciuit naturā habere quandam intentionem definitam ac certam, qua hominem vel bouem producit & cum eam non aſſequitur, proximo genere & affine; dico.ſ. animali ſimpliciter producto contentam eſſe. Deinceps huic opinioni etiam aduerſatur. Inquit.n. cur in illis primis ab exordio conſtitutionibus cum aſſerat in animalibus Bouigena prora viri fieri non hoc modo etiā in plantis & quidem magis in his q̃ in animalibus produci dixerit quoniam minus in plantis inuenitur id q alicuius gratia dicitur q̃ in animalibus propterea quod et in animalibus forma & ſpecies magis compoſita eſt & ordinata, oportet autem in quibus minus alicuius gratia apparet in his maxime aberrare. Sed hoc non fit in plantis cū idipſum dixiſſe non videtur ergo neque in animalibus aberrare contingit. Quamobrem ij qui ex his naturæ adimūt id cuius gratia appellatur, ſeipſos magis redarguunt quam naturam inficiantur. Quod etiam alijs argumentis deinde cōfirmat. Si autem natura omnia non efficit alicuius gratia cur mox non producit hominem ſed primum ſperma deinde carnem ac deinceps aliud atq; aliud quouſq; præcogitum finem adepta fuerit. Qua.n. de cauſa non prius embrionem deinde ſperma ſemenq; producit. Ordo enim alicuius gratia iſtitutus eſt. Quapropter ſi aliud ante aliud ordine quodam ſuſcipit atq; complectitur & nunq̃ tranſmutat ordinem anteq̃ id q fit intereat perſpicuum eſt, ſane vt & ipſa cuncta alicui gratia efficiat. Verum ipſe Empedocles, totigenum primum fieri dixit, quod quidem apud ipſum nihil aliud ſignificaret q̃ ſperma ſemenq; genitale cum generaliter habeat in ſeipſo rationē eius in q conuertitur & q producitur. Nam apud ipſum totigenū appellabatur qđ omnium ac vniuerſi naturam continebat Si autem totigenum primum animalium & plantarum ſit, igitur gratia animalis & plantarum fit. Quod ſi hoc conceditur natura ergo alicuius gratia agit. Siquidem priora ſunt gratia poſteriorum. Quod quidem igitur dicebam verum eſſe quis non fateretur, quod quanq̃ dabimus fabulam Empedoclis veram eſſe & in illa prima conſtitutione quædam animalia Bouigena prora viri conſtituerētur, & in totigeno hoc corrupto profecto conſtarent quemadmodum etiam portenta fiūt ex ſemine genitale vel abundantia vel defectu corrupto, quapropter natura boni gratia totigeni actionē ac munus inſtituit, quod natura fruſtrari accideret cū ipſum corrumperetur. Item inquit qui eripiunt naturæ id cuius gratia vocatur, cum longe prius naturam ac naturalia funditus euertant, ſeipſos fallunt. Quoniā ea natura conſtare communi conceptione conſenſuq; omnes exiſtimant quæcunq; a quodam principio qđ in ſeipſas retinet, cōtinue ſeruatimq; mota ad aliquem finem perueniunt verum non ad quencunque finem a quouis principio temere ducuntur mouenturq; ſi quidē hæc quæ hoc modo ducuntur fortuna caſuq; moueri dicere conſueuimus, quæ aūt a natura proficiſcūtur vel ſemper vel vt plerunq; ab eodem principio per eandem viam ad ſuum perueniunt finem. Nunq̃ enim ex ſemine hoīs genitale canis oritur vel equus. Quod ſi natura non ageret alicuius gratia, oporteret quoduis temere a quouis naſci atq; proficiſci. Quod modo fieri non videtur. Quapp ſi negant naturā agere alicuius gratia, ſed id quod natura fit fortuna produci inuulgant. Temere naturæ nomen circunferunt,

cum fortunam naturamq; in idem incidere, ac connectere illa velint quæ cõiungi nequeunt. Quamobrẽ? Si natura & fortuna non eadem ſunt ſed longo interuallo diſcriminecq; diſtant, cum fortuna a quouis principio quoduis temere efficiat & natura ex determinato initio ad definitum certumq; finem res ſuas deducat, fieri non poteſt vt natura cuncta non efficiat alicuius gratia, cum præſertim in idem hoc modo naturã conueniat cum fortuna. Poſtremo affert cauſam omnium qua commoti cenſuerunt naturam nihil agere alicuius gratia. Nam hĳ videntur, vt inquit, eo quod non percipiunt, naturam conſilio voluntatiſq; decreto efficere procreareq; omnia, idem alicuius gratia faciundi prãtem eripere tanq̃ decens & congruens omnino ei ſit, qui vult alicuius gratia agere cõſilio decretoq; agere. Quod quidem (vt inquit) ridiculum erit, qm̄ ipſis operæpretiũ erat vt ſimul perſpicerent neq; artes quicq̃ ex conſilio efficere qm̄ conſiliũ egẽt prudentia, & cum artifex conſulit ſe aut quempiam alium non vt artifex conſilium ſuſcipit ſed velut ignarus artis, quoniam ex ignoratione proficiſcitur petitq; ad conſulendum. Artifex enim non eget conſilio neque decreto non enim aliquem conſulit faber lignarius ſi ligna cedere polire adaptareq; voluerit, neque ædificator. Si prius fundamenta iacienda ſint, neq; ſcriptores quomodo oporteat elementa a vel .b. ſcribere. Præterea neq; Socrates cum ſcripſerit aliquod nomen alterius conſilium ſuſcipiet quale elementum primum quale ſecundum, qualeq; tertium ſcribendum eſt. Sed vniuſcuiuſq; artis quemadmodum naturæ finis principium & via qua ex principio proficiſcitur ad finem, certa perſcriptaq; habentur, definita autem ac certa conſilio non egent, nam ſi conſuleremus vel de principĳs, vel de fine, vel de via quæ ducit ad finem quando hæc incognita occulta & indefinita aſſerat nobis conſulendum foret quamobrem, ſi veteres adimunt naturæ munus agendi alicuius gratia propter quod conſilio non regitur, etiam idem artibus eripiant. Si autem ob id arti non auferunt id cuius gratia vocatur, par eſt vt neque naturæ hoc negent. Sed quid aio de artibus quandoquidem neque diuinus opifex quicquam conſilio agat ſed ſua eſſentia quando voluerit, omnia producit nullo egens conſilio. Si quidem conſilium vt dicebam ob egeſtatem prudentiæ ſuſcipiatur. Minime igitur naturæ quoniam non regitur conſilio eripiendum eſt id q̄ cuius gratia vocatur, quoniam idipſum neque arti, neque diuino artifici tollitur. Peccatum vero fit & in his quæ arte conficiuntur, cum dubitatio ſit velut perſpicua ac manifeſta ſilentio exorditur ſolutionem. Si ergo quædam in artibus ſunt in quibus recte alicuius gratia inuenitur. Inquit ſi in artificialibus eſt id q̄ cuius gratia nuncuparur & in multis videmus artes recte agere & aſſequi id cuius gratia & in quibuſdam quæ etiam agere alicuius gratia contendunt. Verum ſi ab intentione aberrauit vtique ob aliquam cauſam falluntur. Verum non ob id quia ita efficere non propoſuerint, quare ſi aliquem finem bonum attingunt quid vetat vt idem de natura aſſeramus, nec exiſtimamus eiuſdem peccata fieri non q̄a ipſa fortuito agat. Sed quia principio vel propter materiam, vel propter aliquod extrinſecus accidens ab intentione depellitur atq; errat.

Et in primis igitur compoſitionibus ea que partim ex hominis partibus partim ex bouis conſtabant: ſi non ad aliquẽ terminũ finẽue poterant p̄uenire: aliquo ſane principio perinde atque nunc ſemine labefactato corruptoue fiebant

Ex his igitur (inquit) manifeſtũ eſt huiuſmodi Bouigena prora viri apud Empedoclem, ſi quis cõcederet fabulam & ſi ad aliquem terminum finemq; peruenire non poterunt .i. ad formam aliquam perfectã quocirca deficere ceſſareq; aliquando opus erat, ex principio ipſorum & ſemine corrupto fieri. Vnde neq; durare permanereq; poterant. Quodquidem etiam nunc in ortu portentorum accidit.

Præterea primũ ſemen neceſſe eſt oriatur: ſed non animalia ſtatim. Atque ipſum cõgeſtum quod primum oriebatur: ſemen nimirum erat.

Niſi alicuius gratia cuncta natura faceret cur eius procreatio ordinata eſt cum ſeriatim alia ante ſuſcipiat, alioquin eam ſine ſemine animalia ſtatim producere oporteret. Si ergo primum aſſumit ſemen genitale ex quo deinceps carnem efficit & deinceps hoc ordine vſq; ad formam perfectam, ad quam cum ipſa peruenerit, cæterum motus ceſſat ac deficit, perſpicuum igitur eſt vt ipſa omnia in finem gratia finis ſuſceperit, alioquin cur ceſſat quieſcitq; forte in formã humanam vel equinam & non cõtinue ex eo aliquid aliud mouens id efficiat quod conſequi debet.

Præterea in plantis etiam ipſis id ineſt quod alicuius eſt gratia. Minus autem eſt diſtinctum ac manifeſtum: fiebantne igitur ex bouis partibus ac hominis animalia: ſic & ex vitis: oleæque partibus plantæ: ac non fiebãt: eſt n. abſurdum, at oportebat tamen ſi in animalium genere illa fiebant. Præterea & in ſeminibus quoduis ſine ullo diſcrimine fieri oportere. Omnino autẽ qui ita dicit ea quæ natura conſtant: quæ a quodam principio quod eſt ipſis continue mouentur: atque ad quendam perueniunt finem.

Hic quodquidẽ dixit, aduerſatur opinioni & obĳcit. Qm̄ ſi minus in plantis alicuius gratia inuenitur q̃ in aĩalibus, & in quibus minus inuenitur id cuius gratia vocat̃ in his magis oportet monſtra fieri. Cur ergo nõ aſſeruit Empedocles vt in animalibus Bouigena prora viri fiunt etiam hoc modo in plantis viti gene priora oleæ naſci? Si autem hmõi portenta in plantis non fiunt, qm̄ hoc aſſeruiſſe non vr̃, igitur neq; in animalibus hæc fieri naſciq; debent. Neq; mirum eſt quemadmodum in animalibus quædam portẽta naſcuntur ita fieri in plantis. Verum minus apparet id q̄ eſt præter naturam in plantis quã in animalibus cum non ita ſint diſtinctę dearticulatęq; ac ſecundę ſpecies in illis quẽadmodum in animalibus. Nã in quibus eſt tenaciſſime forma in his & parum perſpicua eſt mutatio. Et quemadmodum alibi ipſe inquit, mortui manũ nemo diceret manum eſſe niſi equiuoce vt lapideam vel depictã, quoniã plane interĳt forma & actio eius. Veruntamen quiſpiam mortui carnẽ nihil minus vitã habere exiſtimabit propterea q̄d nõ plane videt formam eius ac vſum quẽ vniuerſo alimali præbuit poſt mortẽ corruptum quod quidem vſuuenit qm̄ ſimiliaria cum ſint magis materialia puram ſinceramque

formam

formam non habent. Eodem etiam modo plantę qm̄ materiæ viciniores ſunt q̄ animalia idcirco formam obſcuriorem occultioremq; habent, & in tranſmutationibus earum diſcrimen non apparet vt neq; in carne mortua ob id ergo non videntur fieri monſtra in plantis. Verū hoc argumentū minime ad rem ipſam attinet potiſſimum tn̄ eſt aduerſus perſonā Empedoclis & in his quę narrat ſibi non conſtat cū portēta naſci in animalibus aſſerat in plantis vero nequaq̄, ea fieri explicauit. Atqui rationi magis conſentaneum erat vt ea naſci in plantis aſſereret. Quod ſi naſcunt̄ in plantis cur obticuit. Si vero ſiluit qm̄ non in eis naſcuntur equidē abſurdū eſt, qm̄ in his formis q̄ magis ſyncere pureq; hn̄t & in quibus magis apparent alicuius gratia ac naturæ prouidētia in his, vt ſors tulit, ea fieri dixit in plantis aūt minime in quibus minus apparet naturam omnia agere alicuius gratia, ſed ſermo ille verus eſt quo in vtriſq; id ꝙ pręter naturam appellatur fieri dicimus. Verum hoc illius cauſa ꝙ cuius gratia vocatur raro & caſu committitur vt etiam in artibus committi ſolet id ꝙ præter artem appellatur.

Ab uno quoque autem non ad eundem: neque ad quemuis: attamen ad eundem ſemper niſi quid impedierit.

Neq; ipſa natura plures fines efficere poteſt neque plures naturæ vnā eandemq; formā operantur & pficiūt, ſed in vnaquaq; forma definita certaq; hr̄ niſi qs extrinſecus īpediat. Sæpe.n. diuerſa aīalia copulamus vt equum & aſinā ad producendū vnū quę procreāt ex duabus ſpeciebus vnam attn̄ & in his prouidentia naturæ admiratione digniſſima eſt cum hmōi aīalia ad procreandū ſibi ſimilia, infœcunda orbataq; producat vt diſcas & intelligas quęcunq; ad ipſa procreatur nullo externo vrgente vel impediente hæc ipſa optatiſſimū finem aſſequi, qui ſane eſt ipſa ſpecierum ſucceſſio. Sed quæcunq; hoc modo non fiunt mutilata mancaq; ſunt & neq; omnino permanēt vel ſi permanēt, naturaliſſimum finem non aſſequuntur, quanq̄ ſynodus & copulatio eorū ſint quę affinia proximaq; genere ſunt & non eorum quæ longe diſtant.

Atqui id cuius gratia fieri a fortuna etiam poſſunt.

Quoniam demonſtrauit in natura inueniri id ꝙ cuius gratia vocatur & ipſum finem habere cuius gratia omnia efficit, igitur inquit in ſola natura vel fortuna inuenitur id ꝙ eſt gratia alicuius & id cuius gratia omnia agit. Vnde aſſerit etiam in fortuna illa inueniri verum non per ſe, ſed per accidens. Nam ſiquis ex hoſpitio proficiſcens ſe abluerit non huius gratia profectus eſt vt lauaret̄, attamen fiebat lauatio alicuius gratia per accidens, id ergo quod appellatur alicuius gratia per accidens, & non per ſe in fortuna inuenitur, vt etiam ſuperioribus explicauimus.

Veluti dicimus hoſpitem forte fortuna ueniſſe: lotumque abijſſe: cum id egerit: quaſi gratia huiuſce profectus: non huiuſce autem gratia uenerit. Hoc autem & per accidens. Fortuna nanq; cā per accidens eſt: ut antea diximus. Sed cū hoc ſemper fit: aut plerunque: non per accidens nec fortuna dicimus eſſe. At in naturalibus ſit ſemp ſi nihil impedierit fiunt.

Scribitur & redēpturus loco huius lotū abiſſe vt ſi quis ad ciuitatē acceſſerit qui aliquē vinctū inueniat, quē ſoluat liberetq;, dicimus profecto ipm̄ acceſſiſſe, vt illū e vinculis eriperet quanq̄ huius rei gratia non venerit verū ita euenit pinde ac huius rei cā veniſſet. Nam cū exiret ad certandū in olimpijs certaminibus. Et inueniſſet Platonē vinctum in foro quem cum ibi verſaretur liberauit dicens non eiuſdē factionis multis in olimpijs certaminibus victorias amiſiſſe.

Abſurdum aūt eſt alicuius gratia fieri nō putare: ſi id qđ mouet nō uiderint deliberatione præmiſſa mouere. Nam & ars non deliberat. Etenim ſi in lignis extruendarū nauiū ars ineſſet: pinde atq; natura faceret nauim. Quare ſi id qđ alicuius ſit gratia ſit in arte: & in natura profecto ineſt.

Abſurdum inquit eſſe ſi aliquis exiſtimat naturā nō agere alicuius gr̄a quod illam non vident deliberare conſilioq; agere, qm̄ neq; ars deliberat. Si ergo cogitaueris artē condendi naues ligno infertā inditamq; eē quid plus ipſa efficeret quā natura facit quæ abſq; cōſilio agit. Non.n. ars conſiderat quia in hoie eſt. Sed ſi quis ipſam ligno inſertā ſine hoie contēplatur eā nihil plus intueberis facientem quā modo extrinſecus operatur. Vt igr̄ modo cū extrinſecus ſit oīa alicuius gr̄a efficit, profecto cū fuerit ligno indita inſertaq; eodē modo operabitur, perinde ac natura oīa in naturalib. efficit alicuius, gr̄a cur ergo naturā cū inſit rebus naturalibus eodem mō impræſentia agere non aſſerimus.

Maxime autem hoc patet cum quiſpiam ſibijpſi medetur: huic.n. perſimilis eſt natura. Quæ cum ita ſint: patet naturam cauſam eſſe atque adeo: ut alicuius gratia faciat. Nunc conſiderandum eſt utrum neceſſarium ipſum ex ſuppoſitione: an & ſimpliciter ſit in ipſis rebus naturæ.

Qm̄ ſtatuit artē ligno ineſſe vt ipſam naturæ ſimilem redderet proximum eius ſimulachrū adducēs vtitur eo exemplo quo etiam prius vſus eſt, in artificialibus.n. medicus qui ſeipſum curat eſt naturę perſimilis quippe qui principiū ſanitatis in ſeipſo habeat. Verum accidit eundē qui curatur ſimul medicum eſſe. Nunc conſiderandum eſt. Vtrum ſit neceſſarium ſimpl̄r vel ex ſuppoſitione. Cū duo eſſent quæſita quæ ipſe propoſuit & alterum explicaſſet hoc autē eſt natura oīa agere alicuius gratia, impræſentia ad reliquum proficiſcitur quod ſane erat qūo in rebus naturalibus neceſſarium collocaretur. Nunquid ſimpl̄r & quodam ordine neceſſario prius ſequatur ſecundū poſteriuſq; ac tertium & ita deinceps, vt in cœleſtibus videre licet. Nam neceſſe eſt planetam ex ariete ſenſim ſuccedere in tauro & ex eodē in geminis, & ita deinceps aliquo & neceſſario ordine cum poſteriora prioribus ſuccedant. Vel non hoc modo aſſerendū eſt neceſſarium in naturalibus eſſe ſed ex ſuppōne, vt cum ſupponat̄ poſteriora eſſe ex neceſſitate ſequat̄ vt priora ſint. Verbi gratia ex neceſſitate forma ſequit̄ materiam quod quidem eſſet ſimpl̄r neceſſarium. Nam cum materia habet talem ptātem oportet etiam prorſus & funditus ſequi formā vel nō hoc modo. Sed ſi oportet formā fieri neceſſe eſt vt talis materia p̄ſupponat̄ philoſophi ergo neceſſariū ſimpl̄r ſtatuebāt in his quę ſiūt. Nam cuncti aſſerunt iuxta ptātes materiæ neceſſario ſequi formas, vt ſi domum talem eſſe dicerent ob naturales ptātes materiæ ex qua componitur, vt quia lapides graues etiam his lateres leuiores, quibus etiam

leuiora ſunt ligna, idcirco domus cōficitur, cū habeat fundamēta deorſum deinde ſupra his lateres & ſupra omnia ligna & tectum, qm̄ ſunt leuiora. Si ergo ſtatuūt domum talem figuram habere ob materię poteſtates perridiculi ſunt, quoniam non oportet idcirco talem materiam præparari, quia talem domum eſſe oportet. Nam ſi talis forma ſequeretur ſimpliciter poteſtates materię oporteret domū fieri temere & caſu cū ipſa materia hoc modo eſſet & nihil ordinantis ędificatoriſq; ſibi opus eſſet, quo etiam modo fatebātur veteres philoſophi neceſſarium eſſe in his quæ fiunt. Nam aſſerebant ob tale frigidum taleq; calidum oſſa carneſq; & quęcūq; alia fieri videlicet propterea qđ atomi ſphericæ orbiculareſq; eſſent ignē vrere igni, req; dicebāt vel aquā refrigerare qm̄ cubicis atomis conſtabat & vnuſquiſq; cauſas ſimplr̄ ortus ſpecierū redigebat ad materiā quā ipſe ponebat. Verū nō modo neceſſarium in naturalibus collocandum eſt, qm̄ nihil eſt ꝙ natura operante non egeat. Neq;.n. natura agit materiam ſed iam exiſtēte vtitur ad generationē formarū. Nam cum iam elementa ſunt ea colligit miſcetq; taliter ac taliter adeo vt aliā, atq; aliam formā eis ingerat. Quod ſi, formæ ſimplr̄ ſequerentur poteſtatem materiæ, quid opus eſſet cauſa efficiente, natura.ſ. dico quare neceſſarium ex ſuppoſitione, nam cū oporteat talem formam eſſe idcirco ſuſcipitur materia atq; aſſumitur. Et deniq; vt dicebā ſi aſſumeretur materia & recte præpararetur ac formæ quæ prius educendæ gignendęq; eſſent non prorſus forma conſiderata & intenta produceretur. Igr̄ neq; neceſſario formæ ſequuntur poteſtates materiæ. Sed econtra vt dicebā, & foret neceſſarium ex ſuppoſitione, vt ſi forma talis eſt oportet neceſſeq; eſt vt talis aſſumat̄ materia exempli gratia tm̄ caloris tantumq; frigidi & de alījs ſilr̄. Si igitur modo vt inquit neceſſariū in rebus naturalibus collocatur quemadmodū in mathematicis, qm̄ in mathematicis neceſſariū ex ſuppoſitiōe ponitur. Vocat aūt mathematica demonſtrationes mathematicas ſylli formam obtinentes quamobrem generalius dicamus ſi per mathematicas exemplum in ſyllis adduxerimus quoniam vt in illis ſe habet neceſſariū ita ſe habet in naturalibus. Nam in ſyllis neceſſariū ex ſuppoſitione inuenitur, quoniam ſuppoſitis propoſitionibus ex neceſſitate ſequitur concluſio, vt etiam in naturalib. ſuppoſita forma neceſſario materia erit. Neceſſarium igr̄ ex ſuppoſitione in vtriſq; ſilr̄ ſe habebit in his tm̄ ordo conſequentis tm̄ & contrario vertitur, quia in ſyllis ſi propōnes ſunt & concluſio erit.i. ſi primum eſt & ſecundum eſſe oportet, attm̄ minime conuertitur. Sic concluſio eſt & propōnes ſtatuendæ ſunt. Nam ſi vere ſunt propōnes, neceſſario concluſio vera erit non econtrario ſi concluſio vera eſt propōnes ēt vere habebuntur quippe eadē concluſio poſſit diuerſis propōnibus inferri ac deduci & nō ſolum ex veris ſed ēt ex falſis verū concluditur. Nam ſi quinq; & quinq; ponant̄ decem prorſus eſſe ſequit̄, & ſi decē ponantur nō prorſus ſequuntur quinq; & quinq;. Poterāt.n. eſſe tria & ſeptē aut quatuor & ſex idē quoq; exemplum in ſyllis adhibeatur vt homo animal, aīal ſubſtantia, igitur homo ſubſtantia cuius ſylli concluſionem etiā ex falſis concludes homo lapis. Lapis ſubſtantia, igitur homo ſubſtātia eſt. Quamobrem tales propoſitiones ſequitur etiā talis concluſio econtra minime talem poſitam cōcluſionem omnino ſequuntur tales propōnes. Nā ſi quis diceret ex falſis propoſitionibus verā concluſionem deduci poſſe, vt hō aīal eſt animal triſillabū eſt igr̄ hō triſillabus eſt. Sciat itaque hmōi ſyllm̄ canones quibus formari cōſtituiq; debēt propoſitiones non ſeruare qm̄ medius terminus non eſt cōis ſiquidem aliud ſit prædicatū in minori propoſitione & aliud ſubiectum in maiori. Nam in minori propōne animal ſubſtantiale de ſubiecto prædicatur. in maiori aūt, vox ipſa & nomen animalis ſubijcitur. Quāobrem eędem propōnes nō ſunt ſylli propōnes neq;.n. earū extrema cōi termino coniunguntur connectunturq;. Sed ſolū duæ propōnes abiūctę. Verūtm̄ in hoc præcedenti ſyllo homo lapis eſt ſubſtātia & ſi falſa ſit propoſitio minor, attm̄ coniugatio ſylli bona eſt cū medius terminus cōis tum etiam figura ex coniugatione propōnum perfecta eſt. In ſyllis itaq; vt dixi primo poſito dico.ſ. poſitis propōnibus quæ ſunt materia ſylli ſm̄ neceſſario ſequitur dico.ſ. ipſa cōcluſio, econtra vero poſito conſtitutoq; ſecundo non ſequitur primū &c. In naturalibus aūt & ſummatim in cunctis quæ agunt̄ ſiue ſint artificialia, ſiue ea quæ cōſulto deliberatione tractantur econtrario modo ſe habent. Nā ſecundo poſito poſteriore q; dico videlicet forma ſuppoſita, prorſus neceſſe materiā quæ ē prior ſequi, econtra tm̄ non ſequitur ſi materia ineſt prorſus ſequitur & formā eſſe vt olim dixi. Hoc igr̄ eſt diſcrimen inter naturalia vlr̄ ea quæ aguntur, ad doctrinas. Sed conueniunt omnia qm̄ neceſſariū ex ſuppōne habent. Nam vno ſuppoſito conſtitutoq; alterum ſequitur, in his quidem quæ aguntur ſuppoſita forma materia neceſſario ſequitur. Et qm̄ aliquo modo in naturalibus poſito primo ſequitur ſm̄ vt in doctrinis fit. Nam forma quę quidem eſt finis actionis principium eſt ſpeculationis. Si ergo ſpeculatio initiū capit a forma & definit in materiā, materia igitur ſequit̄ formā, in naturalibus igitur aliquo modo principiū ex neceſſitate finis ſequit̄ quemadmodū & in doctrinis, deinde cām huius affert, qm̄ inquit in doctrinis actio non eſt ſed ſola ſpeculatio, alioquin ſi eſſet ī doctrinis actio ſilr̄ in illis econtrario ſe haberent actio contēplationis & actionis principiū finis contēplationis eſſet, & quia impræſentia ſola in doctrinis ſpeculatio inuenitur & propōnes in illis ſunt principiū quibus propoſitis neceſſario ſequitur concluſio. Silr̄ etiam in contemplatione naturalium primum quidē forma eſt extremū & vltimum ipſa materia. Et neceſſario materia ſequitur formā qua ratione etiam in naturalibus poſterius neceſſario ſequitur prius. Verum & ſi oīno forma nō ſequitur materiam attm̄ fieri nō poteſt vt forma producat̄ ſine materia vt etiam in doctrinis videre licet, qm̄ ſi propoſitiones non penitus concluſionē ſequuntur attamen ſi non eſſet concluſio neq; propoſitiones eſſent, fieri.n. non poteſt, vt cum vera non fuerit concluſio propoſitiones ſint verę quæ cum explicat inducit phyſico vtraq; principia dicēda eſſe. Diſputabit.n. de forma & de materia. Verum formā accipit ex diffinitione, ex qua poſtea ſyllo de materia multa concludere poteſt veluti artifex facit qui ædium formam accipit ex diffinitione eiuſdē dicens domum eſſe integumentum quod vetat interitū & mortē quæ imbribus & caumatibus caloribus prouenire pōt, ex qua definitione ſyllo concluſit ēt de ipſius materia ꝙ añ conſti-

tuendam

tuendam ædium formam non opus eſt quãuis materiam ſumere qm̃ domus non eſt conficienda ex calamis vel papiro ſed de ſolida materia quæ pluuiã tolerare ſufferreq́ poſſit. Hoc igr̃ modo & naturalis accipiet formã ex diffinitiõe vt homo eſt aĩal rationale mortale ex hac deinde ſyllõ cõcludet illi opus eſt qui futurus eſe animal rationale nõ ſimplr̃ ex quauis materia procreari, ſed cum proprium ſit rationi nõ eſſe accliue ſed vergere magis, ad ſuperiorem partem oportet & idem corpus non inflexum procliueq́ fieri ſed rectum eſſe, ad huius itaq́ corporis generationẽ oportet non quãuis materiã temere cõplecti ſed eã in qua tenuior calor eſt & magis vergens ad ſuperiorẽ partem vt hæc modo ſorte ſurſum in rectum corpus extendat. Item cum forma æris ſit fuſilis & inſtabilis huiõi materia non erit terrea, ſed aquea magis & ſpiritalis, quoniã in his fuſile & ſonũ efficiens eſt, ꝙ quidẽ maxime in aere ſit & ita de oĩbus dicendũ eſt. Ars aũt ſi perfectam rei definitionem acceperit inde etiã habebit materiã. Nã diximus in lib. de demonſtratione triplicem eſſe definitionem aliam ex materia, aliã ex forma tertiam vero ex vtriſq́ quemadmodũ irã, definire ſolemus. Ipſam al qñ definimus per materiã, quia ex ſanguinis aduſtio circa cor aliqñ ex forma quoniam eſt appetitus vlciſcendi iniuriam aliqñ autẽ ex vtraq́ quoniam eſt aduſtio ſanguinis circa cor ob appetitum iniuriam vlciſcendi, cum igitur triplex ſit definitio perfecta abſolutaq́ definitio quæ etiã phyſico magis congruat eſt illa quæ cõplectitur vtranq́ materiam & formam, qui ergo acceperit huiõi definitionem inquit ei opus nõ erit vt ex eadẽ materiam ſyllõ comprobat, ſed in ſeipſa per ſe complectitur materiam. Vnde in definitione hoĩs mortale, materiam indicat. Definitionem aũt rerum naturalium nemo aſſignabit niſi ipſe naturalis qui vtitur methodo diuidẽdi & diffiniendi tanq́ inſtro. Diuiſionem aũt rerum naturaliũ efficiet cũ acceperit in ratione ea quæ actu rebus naturalibus inſunt quoniam aliæ res naturales vitã participãt aliæ minime. Item eorũ quæ vita participãt aliæ ſenſu participãt alia vero nequaq́. Vnde de cæteris oĩbus quæ inſunt eiſdem, diuiſionẽ faciet q deinceps colligẽs vnicuiq́ genera vel ſpecies cõesq́ et proprias aſſignabit vniuſcuiuſq́ definitionem.

Nunc enim ipſum neceſſarium in generatione perinde eſſe arbitrantur: atque ſi quiſpiam neceſſario domum extructam eſſe putaret: quia grauia quidem deorſum: leuia uero ſurſum ſuapte natura feruntur: Idcirco lapides quidem ac fundamenta ſunt infra.

Naturales (inquit) introducunt neceſſarium in ortu rerum qui aſſerunt ea quæ fiunt ob neceſſitatẽ materiæ, neceſſario fieri. Eſt quidem neceſſarium ſimplr̃, quod ſine ſuppõne neceſſarium eſt vt dicimus ſolem neceſſario in ariete collocari. Ex ſuppõne aũt cum id ꝙ non eſt perinde ac eſſet ſupponentibus aliquid alterum ſequitur neceſſario, vt ſiquis in luce ambularet. Sequitur omnino vt vmbram efficiat.

Terra autem ſupra ſuam ob leuitatem, et ligna maxime ſupra quippe cum ſint leuiſſima.

Niſi forte dicat terrã quæ ſupra fundamẽta collocat. ħ̃ id ꝙ dicit exẽpli gr̃a dictũ eſt, quapp non admodũ diligẽter locus diſcutiendus explicanduſq́ eſt.

At quanquam non ſine his: non tamen propter hæc niſi ut ob materiam: ſed celandi quædam conſeruandique cauſa extructa eſt domus.

Inquit non ſine materia formam fieri quanq́ non propter materiam fiat. Non.n. quia lapides & ligna ſunt ideo domus efficitur, ſed quia domus ædificãda eſt idcirco oportet ligna lapideſq́ hr̃i ſine qbus certe domus non ædificaretur quæ in domus extruẽdæ vt materia ponuntur. Eſt.n. materia in numero cauſarũ per ſe cã, ſed forma non eſt pp̃ illã, alioquin ſi poteſtates materiæ eſſent cauſæ formæ his oportet ædificatorẽ domũ condere, at contrarium eſt, quia materia complectitur pp̃ formam; nam quædam celandi & conſeruandi cã extruitur quod quidem eſt domus, ratio & forma ſed quæ domus celat & cõſeruat ſunt corpora nr̃a & opes quorum cã domo egemus, qm̃ igitur domus ob hæc nobis opportuna neceſſariaq́ eſt, non igitur ex quauis materia conficienda eſt, ſed ex hac vel illa, materia igitur eſt gratia formę, ſed cũ materia contineat rõnem eorum quæ ſine illa eſſe nequeunt, cum non fuerit materia neq́ forma erit.

Similiter & in cæteris uniuerſis in quibus eſt id quod alicuius gratia fit: non ſunt quidem ſine hiſce quæ neceſſariam habent naturam: non tamen ſunt ob hæc ipſa: niſi ut ob materiam, ſed alicuius ſunt gratia.

In oĩbus alijs artificialibus & naturalibus. Adiecit aũt in quibus eſt id ꝙ cuius gratia ſit, pp̃ mõſtra quæ in naturalibus naſcunt̃ & quæcunq́ fundicus accidũt, præter naturam hac pp̃ oĩa alia quę a natura quidem non fiunt ſed rõne & cõſilio, quæ fruſtra temere q́ naſcitur nullo fine conſtituto conficitur inquit ſerra nõ vt quidem ferrũ ſit, ſed quia oportuit ſecare ligna & lapides, quod quidẽ fieri non poterãt niſi materia formæ ſerræ ſubijceret̃, quæ eſt ferrũ ob id profecto ferrũ acuere effodereq́ ſolemus qm̃ volumus ſerrã ſecurim & aratrũ facere, minime vero quia ferrem eſt hæc facimus, ſed quia his opus eſt. Hæc aũt ſine ferro cũ recte confici nequeant ferrũ acuendũ fodiendũq́ eſt ergo materia pp̃ formam ponitur & non econtra forma pp̃ materiam igitur ex ſuppõne aliquod neceſſariũ eſt in rebus naturalibus, eadem.n. videmus in naturalibus q̃ ſane pſpicimus in artificialibus fieri nõ.n. homo eſt propter ſemen genitale & fetum, quoniam oportet ex his ſemper hoĩem perduci ſed ecõtra qm̃ oportet hominem oriri naſciq́ ſine autem non eſſet idcirco natura hæc præparat & efficit.

Veluti pp̃ quod ſerra eſt talis. Vt hoc et huiuſce gratia ſit. Hoc tñ gratia cuius eſt fieri non põt ſi non ferrea ſit: neceſſe eſt ergo ferream eſſe: ſi ſerra atq́; opus ipſius erit.

Ideſt ſerra cur ferrea eſt & dẽtibus cõfecta. Rñdemus vt ſecet. Secat aũt ſilr̃ alicuius gr̃a, vt ianua fiat. Itaq́ ſerra eſt ianuę gr̃a & non ianua gratia ſerræ.

Eſt igitur neceſſarium ipſum ex ſuppoſitione: ſed non ut finis. Nam neceſſarium quidem in materia: id uero gratia cuius eſt in ratione conſiſtit.

Si.n. penitus forma ſequeretur materiam neceſſariũ ſimpliciter in naturalibus collocaretur vt qm̃ ſubſtãtia cœleſtium orbicularis motus omnino ſequitur

in illis. Neceſſarium ſimpliciter inuenitur & non ex ſuppoſitione. Sed qm̃ in his quæ generantur aliter accidit exempli gratia neq; ſi fuerit ferrũ erit ſerra neq; ſi fuerit ſemen genitale & fetus homo erit. Vnde liquet naturalia habere neceſſariũ licet non ſimpliciter.

Nam ſi materia eſt hmõi neceſſarium, cuius autem in ratione. Quæ ſane inquit non quia cum fuerit materia neceſſario ſit forma. Sed econtra, qm̃ cum ſuppoſuerimus formam eſſe neceſſe oĩno eſt vt materia ſequatur. Quãobrem neceſſario ſequitur materiã eſſe, ſuppoſita cõſtitutaq; forma, forma aũt nõ eſt alicuius gr̃a & ob id nõ ſequit̃ neceſſario materiã Nã id ꝙ eſt gr̃a alicuius ſequit̃ illud cuius gr̃a & non econtra.

Eſt autem ipſum neceſſarium & in doctrinis: & in hiſce que fiunt ſecundum naturam aliqua ex parte ſimili modo.

Inquit neceſſariũ ex ſuppoſitione eſſe in doctrinis quẽadmodum & in naturalibus. Verũ nõ vndequaq; ſile. Sed aliquo cõueniũt & aliquo differũt. Sed cũ dicat neceſſariũ conſtitui aliq̃ũo ꝑ ſile in doctrinis & naturalibus, anteq̃ explicet quo cõueniant iuxta neceſſariũ quod in ipſis ſile eſt prius eorũ diſcrimen adducit, diſcrepãt.n. quatenus in doctrinis poſito conſtitutoq; principio ſequit̃ ſm̃. Sed in naturalibus ſuppoſito fine priora ſequunt̃. Nã principiũ ſylloꝝ ſunt propõnes, eorũ aũt quæ fiunt materia initiũ eſt, præterea ſylloꝝ finis eſt cõcluſio, naturaliũ aũt forma. Neq; in naturalib. prorſus forma ſequit̃ materiã neq; in ſyllis ꝓpõnes ipſam cõcluſionẽ. Vt.n. dixi vera cõcluſio ex alijs atq; alijs propõnibus deducit̃ cum & ex falſis eadẽ cõcludi queat. Hæc igr̃ eſt dr̃ia, dixit aũt in doctrinis, & in mathematicis.i. mathematica demonſtrationes quas oportet vtiq; eſſe ſyllis. Quo fit vt primũ adducat afferatq; diſcrimen eorum deinceps conuenientiam.

Nam cum rectum hoc ſit neceſſe eſt triangulum tres angulos æquales duobus rectis habere.

Hoc inqt exẽpli cã. Accipit ergo rectũ ꝓ ipſis ꝓpõnibus, & duobus rectis æquales hr̃e ꝓ cõcluſionẽ. Nã ꝑ diffinitionẽ rectorũ oñdit̃ tres angulos triãguli eſſe ęquales duobus rectis, dicimus.n. tres duobus extrinſecis æquales eſſe. Sed duo extrinſeci duobus rectis æquales, ſunt ergo tres, ſũt duobus rectis ęquales. Sed ſiqs iterroget cur duo extrinſeci ſint ęquales duobus rectis. Rñdendũ eſt qm̃ hæc eſt definitio recti vt cũ linea recta ſupra rectam ſteterit, effeceritq; vtrinq; duos angulos æquales. Vnuſquiſq; eorũ rectus erit. Quãobrẽ reſoluẽdo ꝓpõnes ex definitioni recti labi poſſumus i cõcluſione hãc vt ſint tres anguli æquales duobus rectis. Nã quia diximus definitionẽ recti, formemus mõ ſyllm̃. Duo extrinſeci ſũt æquales duobus rectis. Sed duobus extrĩſecis tres anguli triãguli ęquales ſunt igitur trianguli ſunt duobus rectis æquales.

Sed non ſi hoc eſt neceſſe eſt illud eſſe: ſed ſi hoc non eſt: neque rectum hoc eſt.

Neq; ſi cõcluſio fuerit oportet eſſe ꝓpõnes. Nã diximus eandẽ concluſionẽ pluribus modis demõſtrari poſſe demõſtratione recta q̃ oñdendi demõſtratio appellat̃ & demonſtratione q̃ ducit ad impoſſe & falſis veriſq; propõnibus. Sed ſi hoc nõ eſt rectũ eſt. Inqt ſi quidẽ igr̃ fuerit cõcluſio nõ prorſus ꝓpõnes erunt vt ſuꝑiori cõtextu diximus, tñ ſublata cõcluſiõe ex neceſſitate tollunt̃ & ꝓpõnes ſi nõ.n. erit cõcluſio vera neq; ꝓpõnes vere erũt, fieri.n. non põt vt ex veris ꝓpõnibus aliqd falſum cõcludat̃ vt ſupra demonſtrauimus. Verũ ex falſis ꝓpõnibus falſum aliquod deduci pt̃ vt ſupra quoq; explicauimus. Nã ex falſis cõcludere t̃ verum ſi non eſſet per eaſdẽ propõnes, attñ ſm̃ naturam rei ex veris fieri non poteſt vt falſum concludatur.

At in hiſce: quæ alicuius gratia fiunt contra.

Cũ dixerit qũo neceſſarium ſe hẽt in mathematicis dicit qũo ſe hẽt et in naturalibus qm̃ e cõtrario cõcludendi ordo ſe habet vt dixi diſcrimen imprimis adducens inquit. At in hiſce, quæ alicuius gr̃a dixit in naturalibus & vlr in his omnibus quæ aguntur & adminiſtrantur. Nam mathematica neq; fiunt neq; alicuius gratia ſunt in naturalibus autem econtrario ſe habent ad ſeſe conſequendi ordinem vt diximus.

Si finis erit: aut eſt: & id quod eſt ante erit aut eſt.

Finem vocat formam qm̃ ipſa etiã eſt id quod cuius gratia appellare ſolemus, id vero quod ante eſſe inquit materiam vocat. Nam ipſa eſt gratia alicuius ſemper enim prima ſunt gratia poſteriorum.

Si uero hoc non erit: aut non eſt ut ibi: ſi non eſt concluſio: principium non erit: ſic & hic finis: & id gratia cuius eſt: non erit: aut non eſt.

Cum dixerit ſi forma eſt neceſſario materiam eſſe vult explicare qũo hæc viciſſim conuertantur, qm̃ ſi materia nõ erit, neq; forma erit, quod quidẽ dictu cõſequẽs eſſet ſi materia nõ eſt neq; finis erit & id cuius gr̃a. Sed cũ velit vti exẽplo in doctrinis inquit ſi autẽ non eſſet.i. materia, quemadmodum ibi.i. in doctrinis cũ non fuerit cõcluſio neq; propoſitiones erunt, ita in his cum non fuerit materia non ſupererit forma.

Eſt enim & hoc principium non actionis: ſed cogitationis: ibi autem eſt cognitionis. Non enim ſunt actiones. Quare ſi erit domus: hæc neceſſe eſt fieri: uel eſſe uel etiam fore: aut omnino materiam: quæ quidem alicuius eſt gratia. Veluti lateres atque lapides: ſi extruenda eſt domus: nõ tamen eſt propter hæc ipſe finis: niſi ut ob materiam: omnino tamen ſi non ſint: neque domus fuerit: neque ſerra illa ſi non ſint lapides: hæc ſi ferrum non ſit. Neque enim ibi principia ſunt: ſi non triãgulus tres habeat angulos duobus rectis æquales.

Quoniam explicauit eorum dr̃iam inter ſe nunc cõionem & conuenientiam aperit qm̃ vtriſq; cõe eſt poſito cõſtitutoq; principio ſequi reliquum, fertur.n. ab ipſo in libro de moribus actionem ecõtrario ſe habere ad ſpeculationẽ. Nã ſpeculatio ſumit principium a fine actionis actio aũt principium capit a fine contẽplationis. Nam finis condendæ ædificandæq; domus eſt integumẽtũ efficere quod nos proteget tueaturq; ab interitu qui ab imbribus ſeu procellis a ſummis caloribus prouenire põt, qui ſane eſt ſpeculationis principiũ quæ ſibi finẽ ponit terrã fodere quod ſane actionis eſt initiũ. Sed de his ſæpe diximus. Verũ hoc modo ſe hñt non ſolũ artificialia ſed etiã naturalia. Nam phyſicus quoties cõtemplat̃ naturalia exordiũ facit a formis deinde ex his proficiſcitur ad vuluſcuiuſq; materias natura aũt econtrario opus aggreditur ex materia & definit in formam. Hoc igitur in loco inquit

quod quanq̃ diuerſus ſit ſeſe conſequendi ordo in naturalibus & in diſciplinis, q̃m in naturalibus ſuppoſito fine ſequitur primum & principiũ, & in his forma eſt. In diſciplinis aũt principia q̃dẽ ſunt propõnes finis vero eſt ipſa concluſio in naturalibus ergo ſuppoſito cõſtitutoq; fine dico.ſ. forma ſeq̃t materia, qua rõne neceſſarius eſt ordo inferẽdi. Et i diſciplinis ſuppoſito principio dico.ſ. propoſitis propõnibus ſequit finis q eſt concluſio attñ aliq̃ñ in naturalibus etiã ſuppoſito principio ſequit finis. Nã forma eſt quidẽ actionis finis, & ſpeculationis principiũ. Nam cũ ſecũ conſiderat ædificator domũ ædificandã fore primũ illius integumentũ quod nos ꝓtegat ab imbribus ſummiſq; caloribus intẽdit qua via procedẽs vt ſæpenumero diximus ꝑuenit ad finẽ, in naturalibus itaq; finis ſequitur queadmodũ etiã in diſciplinis. His igr̃ cõueniũt inter ſe quã ẽt rõne neq; diuerſum diſtinctũq; principiũ ſumũt naturalis & mathematicus. Nam cũ ſit in naturalibus actio & contẽplatio neq; ſuppoſito actionis initio quod eſt materia ſequit deinde forma, ſed ſuppoſito ſpeculationis principio quod quidẽ eſt forma ſeq̃t materia. Sed cũ in diſciplinis nõ ſit actio, ſed ſola contẽplatio principiũ ſpeculationis ſupponit ac cõſtituit, quod quidẽ eſt ipſa propõ. Quãobrẽ ſi acceperimus in vtriſq; principiũ ſpeculationis inter ſe cõueniẽt mathematica & naturalis quatenus vtraq; idẽ principiũ ſpeculationis accipiũt. Quod vero ꝓpõnes ſint principia ſpeculationis ſyllĩ manifeſtũ eſt. Nã ſi nobis oblatũ ac propoſitũ eſſet vt demonſtraremus aium eſſe imortalẽ ob id exiſtimandũ non eſt hãc propoſitionẽ (aĩus eſt immortalis) eſſe cõcluſionẽ. Equidẽ diximus in cõmentariis logices cõcluſionẽ propõnem problema q̃nẽmue enunciationẽ eadẽ eſſe ſubiecto rõne habituq; differre ſiue cõſiderabimus aliq̃ñ oñderemus aium eſſe immortalẽ tunc hanc propõnem non vt cõcluſionẽ conſiderabimus ſed velut problema, q̃m tũc velut concluſio habetur q̃ñ inuẽtis poſitiſq; propõnibus ſequit. Quare prius ꝓpoſitionũ conſideratio fit deinde ex his concluſionẽ deducimus, quod quidẽ maxime liquet in antedictis cõmẽtariis quædã nanq; ſunt quæ añ demonſtrationẽ a nobis proponi nequeũt ſed ex quibuſdã propõnibus datis aliorũ gratia ſequunt. Hoc igr̃ modo principiũ ſpeculationis ſyllorum ſunt propões. Eſt.n. principiũ hoc non actionis ſed cogitationis rõcinii cũ dixit q̃ũ ſe hñt ſcd̃m conuertendi ordinẽ, q̃m quemadmodũ in mathematicis cũ nõ extiterit finis neq; principiũ erit fieri.n. nunq̃ põt vt ex propõnibus veris aliqua cõcluſio falſa cõcludat ita in phyſicis cũ non fuerit materia neq; forma erit. Cũ igr̃ vellet aſſimilare mathematicis naturalia induxit. Etenim principiũ hoc. Nã hæc coniunctio.n. reddit cãm principiũ.n. hoc.i. forma naturalis quã finẽ et cuius gratia dixit, principiũ aũt non actionis. Nã actio exordiũ ſumit a materia nõ contẽplationis. Nã ipſa ſpeculatio cũ inceperit a forma definit in principiũ actionis. Quãobrẽ ſi domus extiterit hæc fieri vel eſſe vel fore neceſſe eſt, hic repetit ea prorſus quæ dixit. Verũ inquit vel eſſe, q̃m artium aliæ iam exiſtentibus materiis vtũtur, aliæ in eis quoq; producunt & efficiunt vt æs & ſimilia, quippe nos elaboremus ipſum æs.

Patet igitur neceſſarium in rebus eſſe naturæ: quod ut materia dicitur: & huius etiam motiones.

Inquit perſpicuũ eſſe ex oĩbus quæ dixit formam nõ ſequi materiã neceſſario, ſed quoties forma ſuppoſita cõſtitutaue fuerit neceſſe eſt ſeq materiã quappe id quod neceſſario ſequitur materia eſt & nõ forma motiones vocat impꝛ genua alterationes & mutatiões q̃ ſũt viæ ad formã & eadẽ fiũt gr̃a formę vti materia.

Atque ambæ quidem cauſæ dicendæ ſunt a naturali philoſopho. Magis autem ea gratia cuius cetera fiunt. Hæc eſt enim materiæ cauſa: ſed non hæc cauſa finis.

Inquit naturalem diſſerere de vtriſq; principiis de materiali & formali, magis tñ de formali q̃m vnaquæque res naturalis eſt per ipſam atq; eſſentiã hẽt ac eadẽ eſt materiæ cã, ſed non econtra materia eſt cã formæ. Igitur forma eſt magis cauſa q̃ materia q̃m hęc etiã eſt finalis cã & ante eam omnia fiunt gratia eius tanq̃ ea quæ præcedunt finem gerũ ſolẽt gratia finis.

Atq; finis ipſe gratia cuius quiq; principium eſt: a diffinitione rationeq; ſumitur: ut in hiſce patet quæ per artem conficiuntur. Nam cum domus ſit tale: hæc fieri neceſſario & eſſe oportet. Et cum ſanitas ſit hoc: hæc neceſſario fieri oportet ac eſſe. Pari modo ſi homo eſt hoc: hæc fieri neceſſe eſt atq; eſſe. Et ſi hæc ſint hec: ſint hæc neceſſario uel fiant oportet. Fortaſſe autem neceſſarium ipſum in ratione etiã ineſt. Serræ nanq; ſi diffinieris opus talem ipſam diuiſionem eſſe dicis. At hæc non erit niſi ſerra tales erit habuerit dentes & hi rurſus non erunt: niſi ferrea fuerit ipſa. Sunt enim & in ratione nonnullæ partes ut materia rationis.

Q̃m ſumetur forma in definitione ex qua poſtea multa de materia ſyllo oñdunt inquit ergo ſumetur a definitione finis qui ſane eſt id cuius gratia nuncupat. Et principiũ maxime proprie a definitione ſumendũ eſt. Et cũ fuerit ſanitas talis hæc neceſſario fieri oportet, q̃m ſanitas eſt quędã menſurata ſicci, humidi, calidi, & frigidi mediocritas cũ plus fuerit calidi adhibendũ erit frigidũ materia igr̃ ſanitatis eſt hoc frigidũ ſil'r in oĩbus fieri ſolet fortaſſe ipſum neceſſariũ quoq; erit in rõne.i. in definitione materia ẽt apparebit. Ipſa.n. eſt id q neceſſario ſequit. Nã ſi diffiniuero ſerræ formã q̃m ipſa eſt diuiſio lignorũ & lapidũ ſil' ipſe complectar materiã cũ aliter ſecare diuidereq; non poſſet niſi id q ſecat ferreũ ſit taliter formatũ q̃m alia materia talia hmõi diuidere non poſſet. Quare ſi ꝓprie tradidero definitionẽ ſecandi, cõmemorabo ẽt materiam q̃m diuiſio lignorũ & lapidũ fit ab eo ferro quod dẽtes habet. Sũt igr̃ quædã partes in rõne materia rõnis. hęc curſim legẽda ſunt. Sunt igr̃ quædã partes in rõne ideſt definitiõe quæ ſunt rõnis partes vt materia. Qđ vero inquit q̃m ſunt quædã definitionis partes vt materia queadmodum ẽt aliæ ſunt quæ formã inſinuant. Nã in definitione iræ hæc pars aduſtio ſanguinis circa præcordia, ſignificat materiã illa vero ob iniuriã vlciſcẽdi deſideriũ, formam indicat. Itẽ in definitione hoĩs mortale ſignificat materiã quapp in ꝑfecta definitione materia cõprehẽdit atq; ſumit. Quare q̃cũq; voluerint ſolã formã in definitiõibus collocare earũdẽ rõcinio naturalis cõſiderans materiã inuenire poterit. Verũ in quibus eſt ꝑfecta abſolutaq; definitio aſſignanda, eadem ẽt ipſammet materiã complectetur.

SECVNDI LIBRI FINIS.

PHYSICÆ AVSCVLTATIONIS LIBRI TERTII ANNOtationes Ioannis Grammatici.

INTERPRETE GVLIELMO Dorotheo Veneto Theologo.

CVM autem ipſa quidem natura motus quietis mutationiſue principium ſit: noſtra autem doctrina ſit de natura non lateat nos oportet quid nam ſit motus. Nā ſi ignoretur ipſe naturam etiam ignorari neceſſe eſt.

CVM QVINQVE ea ſint quę res naturales conſequuntur de quibus Ariſtotelis in hoc libro agere diximus materia, forma, motus, locus & tempus de materia quidē & forma in pcedentibus voluminibus diſſeruit. Verum in primo magis de materia tractauit, in ſecundo autem magis de forma. Reliquum ergo eſt vt ipſe de reliquis tribus diſſerat. Et tādem proponit hoc in loco diſputare, agereq́ de motu. Et opportunum eſſe phyſico de motu diſſerere hunc in modum ſyllogiſmo declarat. Inquit quoniam ſuperiore libro definiuimus naturam eſſe principium motus, operæpretium ei quidem eſt qui cognoſciturus eſt quid ſit natura & definitionē eius multo prius ſcire quid eſt motus, quoniam oportet ea q̄ cōprehenduntur in definitione alicuius prius manifeſta claraq́ haberi. Nam qui motum ignorauerit definitionē callere ſcireq́ non poterit ſi quidem in definitione naturæ collocetur motus, itaq́ operæpretium eſt naturali de motu ſermonem facere præterea cum omnis motus ſit continuus vt oſtendit in poſtremis huius tractationis voluminibus. Nam omnis motus eſt in magnitudine, & omnis magnitudo continua eſt igitur omnis motus etiam continuus erit. Item cum in definitione continui aliquando complectatur infinitum. Nam qui definire voluerit continuum dicet cōtinuum eſſe quod poteſt in infinitum ſecari. Neceſſe eſt ergo vt cum quid ſit motus cognouerimus, etiam quid ſit infinitum pernoſcamus, itaq́ naturali opus erit etiam de infinito agere rurſus cum omnis motus ſit in loco atque in tempore. Nam omne mobile corpus eſt, ſed omne corpus in loco ponitur ergo motus etiā in loco ponendus erit. Item oſtenditur in extremis voluminibus de tempore diſſerendum eſſe. Verum cum quidam philoſophi arbitrabātur per vacuū fieri motum, quippe qui non poſſet per plenum fieri alioquin duo corpora eundem locū occuparent idcirco oportebit phyſicū de vacuo quoq́ diſſerere. Verum ſiue per vacuum motus fiat ſiue non intercapedine vacui agatur efficiaturq́ prorſus opportunus eſt ſermo de illo præcipue ad probationem loci & cōfutationem vacui. Item de loco diſſerendum eſt quoniā definiunt eum eſſe vacuum priuatum corpore. Intentio igitur huius libri & ſequētis eſt agere de motu infinito tempore loco & vacuo, in hoc autē libro diſſerit de motu & infinito, in ſequenti autem de tēpore loco & vacuo de quibus profecto diſſerit non ſolum quia conferunt ad tractatum de motu, ſed etiam de illis tanq́ de his quæ omnes res naturales conſequuntur. Hoc quidem erat a principio propoſitum dicere. ſ. de communibus quæ omnes res naturales conſequuntur. Imprimis ergo de motu diſputat & quærit quid eſt motus deinde in quibus ſit, tertio quot ſint motus ſpecies. Verum antequam hæc explicat quatuor dignitates aſſumit quæ ſibi conferunt ad hæc ipſa demonſtrandum. Et prima eſt quoniam cum ſint rerum earum quæ ſunt aliæ ſolum actu, alię vero actu & poteſtate. Quatuor dignitates. Nam aliquid eſſe ſolum poteſtate nequit ſi ſubſtat & exiſtat. Nunq́ enim materia formis nudatur ſpoliaturq́, res ergo quæ duntaxat actu ſunt, diuinæ & incorporeæ vocātur de quibus etiam in libro de interpretatione dixit, quod actus ſunt ſine poteſtate, res autem quæ ſunt actu & poteſtate omnia naturalia ſunt, actu enim ſunt quia habēt aliquam formam vel actū potētia autem quoniam aliam formam per ſucceſſionem poſſunt induere, ſed hoc quidē tribuitur his quæ ortui interituiq́ ſubijciuntur. Ethereum autem corpus ſecundum ſubſtantiam actu duntaxat eſt quippe hoc nunq́ tranſmutatur vl ſuæ naturæ participat tamen ad quendam modum poteſtate quo ad motum localem cum vbiq́ non ſimul ſit, immo neq́ ſecundū ſubſtantiam omnia cœleſtia a potentia liberantur & abſunt ſiquidem conſtant materia & forma, materia autem eſt id q̧ in potentia, videlicet neq́ omnia cœleſtia prorſus potentia vacant. Nam & ſi materia corū non habet formam poteſtate attamen cum materia iuxta ſuam rationem prorſus generaliter q̧ ſit in potētia idcirco penitus non ſunt poteſtatis expertia quemadmodum ſunt res quæ prorſus a materia alienę ſunt quæ haudquaq́ poteſtatem habent. Quocirca Plato illa vere entia appellat. Sed ſenſilia omnia nō ſemper entia ſed ſemper facta ac fienda. Primam ergo dignitatem aſſumit quod eorum quæ ſunt alia actu duntaxat & primo actu extant alia vero actu & potentia. Secunda autem dignitas eſt quoniam eorum quæ ad aliqd referuntur, alia ſunt ſecūdum exceſſum & defectum, alia ſecundum mouens & motum exempli gratia ſecundum exceſſum & defectum ſunt maius & minus. Nam maius eſt alicuius parui exiguiq́ ſeu minoris maius. Quorum maius exceſſus eſt alterum vero eſt defectus. Item mouens mouet mobile & econtra mobile a mouente cietur. Verum reliquas relationis & eorū quæ ſunt ad aliquid ſpecies omiſit vt eas quibus aliquid dicitur æquale, vel inæquale, ſimile ac diſſimile cauſa & id quod a cauſa naſcitur, quoniam primis duabus ſpeciebus ſolum opus eſt. Eam enim quæ dicitur eſſe ſecundum exceſſum & defectum accipit quoniam nonnulli rati ſunt in his motum verſari, alia vero mouentis ad motum eget vt in his duntaxat motum haberi eſſeq́ oſtendat. Tertium aſſumptum eſt quoniam nullus motus eſſe poteſt ſine ijs rebus quæ mouentꝰ, & mobilia ipſa vel ſunt ſubſtantiæ, vel quantitas vel aliquod aliorum prædicamentorum atq́ qđ nequeat eſſe aliquod mobile per ſe quod non ſit ſubſtantia vel quantitas, aut aliquid cæterorum prædicamentorum. Vnde neq́ motus eſt præter hæc, ſed omnis motus vel vergit ad ſubſtantiam, vel ad quantitatem, vel ad reliqua prædicamēta. Sed duplex eſt motus alter quidem quo a deteriore quippiam in melius peruenit alter econtrario a meliore ad deterius. Exēpli cauſa in ſubſtantia, alter eſt a non ente ad ens, alter

econtrario

econtrario ab ente in non ens. Item in quantitate vel
a perfecto ad imperfectum & ſimpliciter a maiore ad
minus vel econtra. Præterea in qualitate aut ab albo
in nigrum aut a nigro, in album atq; in alijs contrarijs
ſimiliter item in loco aut ab infimo loco ad ſupernũ
vel econtra. Quod fit vt in omnibus contrarijs alte-
rum ſit melius & alterum peius. Nam ens in ſubſtan-
tia potius meliuſq; eſt ipſo non ente & per ſe perfe-
ctum imperfecto & album nigro atq; ſuperior locus
inferiori præſtantior eſt & demum in omnibus ſimi-
liter ſecundum proportionem. Hæ igitur quatuor di
gnitates conferunt ei non modo ad tradendam defini
tionem motus, ſed etiam vt oſtendat aliqua mouere
contraq; moueri, & nonnulla mouere tantum & non
moueri, de quibus deinceps diſputabit. Has ergo di-
gnitates cum prius petat ſibiq; concedendas accipit,
cæterum quid motus ſit aperiet quem hoc modo de-
finire contendit. Motus eſt rei in potentia actus quate-
nus talis eſt. ſ. in potentia. Sed hoc nomen actus apud
Ariſt. ſignificat actum & perfectionem ſiquidem cõ-
ſtat his tribus vno perfecto & habere, cum igitur v-
numquodq; habuerit ſuã perfectionẽ in actu eſſe fer-
tur. Adiecit præterea quatenus talis eſt pro quatenus
eſt hoc aliquid in potentia perinde dicat motum eſſe
actum cum manet potentia & conſeruatur cuius erit
actus. Et. n. duplex eſt vniuſcuiuſq; alter quidem iam
rei perfecte & abſolute & qui omne quod eſt in po-
tentia abijcit alter autem mouentis aliquid ex poten-
tia & ſecundum ipſum alterantis ac ducẽtis ad actum
& formam vt cum ex ære in potentia ſtatua fit, cu-
ius enim actus eſt motus cum fieret ſtatua taliter for-
manda ab ipſo ſtatuæ magiſtro. Sed cum iam ſtatua
elaborata perfectaq; eſt & formam ſtatuæ abſolutã
accipit tunc idem actus non amplius eſt ſeruata manẽ
teq; potentia, quæ fieri ſtatua poterat. Item enim ſta-
tua eſt & non eſt in potentia vt ſit quapropter neque
idem actus perfectio potentiæ, alioquin quomodo eã
corrumperẽ ſed his actus eſt perfectio rei in qua potẽ
tia erat, actus autem quem prius diximus eſſe ſecundũ
quem fiebat ſtatua & adhuc potentiam conſeruat ta-
lem igitur actum motum appellat perfectionem po-
tentiæ, quippe omnis perfectio ſeruat id quod perficit.
Nam donec potentia durat ſeruatur etiam motus po-
tentiæ perfectiuus ceſſante autem potentia tolletur &
motus, ceſſat tunc potentia quãdo forma ſpecieſq; in-
troducitur. Motus igitur eſt perfectio rei in potentia
quatenus in potentia eſt. Quod vero motus ſit rei in
potentia perfectio quatenus in potentia eſt etiam quo
dam exemplo declarat. Nam inquit cum res ædifica-
tilis actu fuerit talis dico. ſ. cum ædificatur tunc moue
tur quoniam ducitur ad formam domus, & ipſa ædi-
ficatio motus appellatur. Sed res ędificatilis adhuc re
tinet potentiam, quippe aliquid ſit res ædificatilis, ſed
cum penitus fuerit ædificata & abſoluta potentiam
deinceps non ſeruabit neq; mouebitur. Si ergo ipſa
ædificatio eſt motus & ædificatio & ſuperſtite poten
tia recte igitur definitur motus vt ſit rei ptãte actus
quatenus poteſtate eſt. Cæterum prima dignitas ſeu
primum aſſumptum iuuat ad reddẽdam definitionem
motus in qua dicebatur quod rerũ quæ ſunt aliæ actu
duntaxat extant aliæ autem actu & potentia. Hinc. n.
inuenit motum eſſe actum eorum quæ ſunt in poten-
tia & non in actu. Secunda quoq; dignitas in qua di-
cebatur quod eorum quæ ſunt ad aliquid alia dicũtur
ſecundum exceſſum & defectum alia autem ſecũdum
mouens & mobile conducit Ariſt. ad probandũ mo-
tum non eſſe in his quæ ſecundum exceſſum & defe-
ctum dicuntur vt quibuſdam videbatur, ſed in ijs mo
tum verſari quæ dicuntur referri ſecundum mouens
& motum, motus in quam trahit initium a mouente
& eſt in mobile. Nam idipſum in ſequentibus demõ-
ſtrabit. ſ. non eſſe in mouente motum ſed in mobile cõ
ſtitui. Tertia dignitas in qua petebatur motum non eſ
ſe præter res ſed omnem motum vel in ſubſtãtia vel
in quantitate, vel in qualitate, vel in eo quod ſub hoc
aduerbio vbi deſignari ſolet, confert etiam Ariſt. ad
explicãdum quot ſint motus ſpecies immo potius ad
oſtendendum motui non eſſe aliquod commune ge-
nus, ſed motum quandam vocem multiplicẽ eſſe quã
equiuocam appellare ſolent quæ prius de vno & po
ſtea de alijs prædicatur. Nam oſtenſurus eſt motum
ſecũdum locum primum eſſe cæteros vero poſterio-
res atq; oſtendet eo ſublato vna cæteros tolli, ſed nõ
econtra cęteris ſublatis ſimul illum demi eripiq;, qua-
propter cæteris erit natura prior. In quibus igitur eſt
prius & poſterius commune prædicatum de ijs non
poteſt eſſe genus quamobrem neq; proprie defini-
tionem motus aſſignabit, ſed quandam orationem de-
ſcribentem illum quæ cuiq; motui ſecundum propor-
tionem conueniat, vt etiam in libro de anima fecerat,
quanq; ibi oſtendiſſet non eſſe vnum commune ge-
nus animarum quoniam nomen animæ inter ea collo
catur in quibus prius & poſterius inueniuntur tamen
inquit aſſignabimus quandam communem animi de-
finitionem ſi quidpiam commune de anima dicere li
ceat. Hoc igitur modo nunc de motu facit. Quarta di
gnitas iuuat ad declarandum duplicem eſſe motum in
vnoquoq; mobili. Quoniam natura eſt principium
motus & mutationis Equidem natura eſt principium
motus & quietis. Verum cum impræſentia ſibi opus
ſit agere de motu ſolo, idcirco de motu duntaxat mẽ
tionem facit.

*Poſt motus uero determinationem: enitendum eſt hunc
in modum de his etiam: que deinceps ſequuntur determina-
re. Motus autem de genere continuorum eſſe uidetur.*

Quæ deinceps ſe habent ſunt infinitum locus tem-
pus & vacuum. Verum dixit deinceps ſiue ea ſint de-
inceps quæcunq; in definitione motus continentur.
Nam cum ſit ſermo de motu ſequuntur equidem de-
finitionem de motu infinitum tẽpus & vacuũ, opor-
tet itaq; & de his dicere, ſiue dixit ea quæ deinceps ſe
habent poſt motum communiter ſequuntur omnes
res naturales. Hunc autem in modum, ideſt huiuſmo-
di via inueſtigantes quid vnumquodq; ſit & ſi pror-
ſus aliquid ſit vel non & quomodo ſit vel non ſit mo
tus autem videtur de genere continuorum eſſe. Vide
tur inquam vel multis vel vniuerſaliter omnibus &
ipſi ideſt apparet. Cæterum videtur Ariſt. non collo
caſſe motum ſub continuo quoniam neq; illum repo
ſuit in prædicamento quantitatis neq; prorſus in ali-
quo prædicamento. Quamobrem ſi duæ ſint ſpecies
quantitatis vna diſcreta, altera vero continua & non
redigitur motus ad prædicamentum quantitatis mul-
to minus ad continuam quantitatem. Nam prædica-

menta continẽt perfectas ſpecies ac ſpecialiſſimas res motus autem eſt actus imperfectus quamobrem quã tum ex prædicamentorum dictis conſequi poſſumus. Hæc particula videtur motus de genere cõtinuorum eſſe ſic exponenda eſſe ideſt multis videtur. Sed cum Ariſt. longiſſimis verbis in hoc libro probat motum eſſe continuum inditium eſt vt illud videtur ſumendũ ſit loco huius apparet & placet. Nam & ſi motum in prędicamentis ad ſpeciem quantitatis continuę Ariſt. non redegit ob id illum non omiſit quia continuus nõ ſit ſed veluti dicebam, quia ipſe eſt actus imperfectus, at ibi duntaxat de perfectis ſpeciebus agit.

Et infinitum in ipſo continuo primum apparet.

Primũ dixit ſiue pro eo quod appellatur per ſe iuxta ſecundum ſignificatum illius ꝙ per ſe nuncupant, qui dicitur eſſe illius rei quæ complectitur in definitione ſubiecti quo pacto etiam ſe habet infinitum, quippe illud cõplectatur in definitione continui quod eius ſubiectũ eſt. Nam definire ſolemus continuum eſſe id ꝙ poteſt ſecari in infinitum ſiue dixit primum, pro eo ꝙ dici ſolet principaliter, & ſecundum primam rationem. Nam cum ſit infinitum etiam in quãtitate diſcreta vt in numero quoniam numerus augetur in infinitum, tamen imprimis continuę quantitati ineſt & per illam ineſt quantitati diſcretę. Nam eo quod continuum diuidi poteſt in infinitum hac nempe ratione numerus adoleſcit in infinitum ſi quidem continui diuiſio in infinitum producat cumulum augmentationemque numeri in infinitum. Quamobrem imprimis infinitum continuæ quantitati ineſt & per illum quantitati diſcretæ.

Quocirca fit: ut qui continuum ipſum diffiniunt: infiniti ratione ſæpe utantur: continuum id eſſe dicentes quod in infinitum eſt diuiſibile.

Recte dixit (ſæpe) quoniam non ſemper cum definiuerimus cõtinuum aſſumemus complectemurq; in definitione ipſius infinitum. Nam plures poſſumus de ipſo afferre definitiones. Nam cum ipſe in prædicamentis definit continuum inquit continuum eſſe cuius partes ad aliquem terminum communem copulãtur, vnde in hac definitione non vtitur infinito.

Inſuper impoßibile eſt ſine loco, uacuo, atque tempore motum eſſe.

Ipſi & veritati videtur motum citra locum & tempus conſiſtere non poſſe. Nam motus alicuius mobilis eſt motus. Quod vero ſolum mouetur eſt corpus & omne corpus locũ occupat igitur motus citra locum non erit. Quod vero motus ſecundum locum ſine loco eſſe non queat per ſe perſpicuum eſt. Nam id ipſum hoc nomen habet quia in loco fit. Sed quod neque cęteri motus eſſe queant ſine eo motu in loco qui fit deinceps oſtẽdit, ſiquidẽ motum localem omnium motuum caput ac principem eſſe demõſtret. Itẽ neq; motus ſine tẽpore fit vt in poſtremis huius operis voluminibus oſtendit cum omnis motus habeat id vnde originẽ initiumq; ſumit, deniq; motus ſine vacuo eſſe non poterit quod quidem inquit potius iuxta placitũ aliorum ꝗ̃ ſuum.

Patet igitur partim ob hec ipſa: partim eſt quia cunctis hec communia ſunt: uniuerſiſque competunt unumquodque iſtorum proponendum eſſe atque conſiderandum. Propriorum enim cõtemplatio communium contemplatio poſterior eſt. Atque primum ut diximus de motu conſideremus.

Duabus de cauſis inquit de his differendum eſſe imprimis quidem, quoniam oportunus eſt naturalis ſermo de motu ſi quidem natura ſit principium motus. Hæc enim vna cum motu apparent, ac motum pandere promereq; videntur. Deinde quia nobis inſtitutum propoſitumq; eſt differere de his quæ conſequũtur omnes res naturales. Hoc enim principio libri explicauimus & merito ſi quidem ſemper ſpeculatio cõmunium præcedere debet contemplationem de proprijs. Nam fieri non poteſt vt quis diſcat quid ſit ſyllogiſmus demonſtratiuus niſi prius didicerit quid ſit ſyllogiſmus ſimpliciter, hoc igitur modo naturam animalium principiumq; diſcere non poterimus niſi cognouerimus quid ſit natura ſimpliciter. Vel igitur hoc modo intelligimus cum dicit ꝙ ſpeculatio proprij poſtponenda eſt. Nam propriorum contemplatio poſterior eſt doctrina de communibus vt hic & in proœmio propoſiti operis vna voce ſibiipſi conſtat. Etenim principio huius inſtituti operis aſſeruit ex nobis apertioribus ſumẽdum eſſe initium. atq; nobis notiora eſſe magis confuſa, ac eadem eſſe magis vniuerſalia. Hoc modo igitur impræſentia dicere oportet quid ſit ſimpliciter motus deinceps diſtinguere explicareq; ſeriatim quid ſit motus in locum & qd ſit vnuſquiſq; aliorum. Vel igitur ita intelligit cum dicit poſtponendam eſſe ſpeculationem propriorum vt dixi, vel potius, communia nunc vocat non confuſa & ea quæ pluribus competunt, ſed quæ plura conſequuntur, oportet igitur (inquit) imprimis agere de his quæ communiter conſequuntur omnes res naturales, deinde perſequi ea quæ ſunt aliquibus propria & quod hoc explicet, ex cõtextibus liquet cum dicit itaq; perſpicuũ igitur eſt partim ob hæc ipſa partim quia omnibus ſunt communia vniuerſiſq; competũt communia profecto vocat ea quæ omnia conſequuntur. Et cum adhibet cauſam cur modo de his differere velit, ſubdit propriorum enim contemplatio communium contemplatione poſterior eſt prætereanuſquam differit in libro de particulari tempore, neq; de loco, ſed cum dicit omnibus ſunt communia, & eadẽ vniuerſis competunt pro his dicit. Hæc communia omnibus ſunt & conſequuntur omnes res naturales. Nam omne corpus continuum occupat locum & in tempore eſt, vacuum autem iuxta opinionem ſententiãq; veterum naturalium omnes res naturales conſequitur, quippe qui inane nihil aliud eſſe putent ꝗ̃ locum corpore priuatum.

Eorum igitur que ſunt: quedam actu tantum: quedam potentia ſunt. At que actu: horum autem aliud eſt hoc aliquid: aliud tantum: aliud tale: & in ceteris ſimili modo que predicamenta eius quod eſt appellantur.

Hoc in loco dignitates prius accipit. Et prima eſt, quoniam eorum quæ ſunt, aliqua actu duntaxat ſunt aliqua actu & poteſtate. Et hæc non ſolum in ſubſtantia inueniuntur, ſed & in cæteris prædicamentis. At ea quæ actu duntaxat ſunt in ſubſtantia comperiuntur.

Vt enim

Vt enim prius diximus nihil aliud potentiæ prorſus immune eſt præter ea quæ ſunt penitus expertiæ materiæ ac diuinæ ſubſtantiæ ſunt, quandoquidem omne corpus prorſus ac funditus iuxta aliquem modum eorum quos paulo prius explicauimus, ſit poteſtatis capax. Siquis autem putabit dicendam eſſe cœleſtium ſubſtantiam ſolo actu conſiſtere propterea quod non idonea aptaq; ſunt de ſua natura in aliud transmutari, non ſolum is videbitur ea quæ duntaxat actu conſiſtunt hoc modo in ſubſtantia ponere, ſed etiam in quãlitate cæteriſq; prædicamentis. Etenim cœleſtium numerus & congenite inditeq; illis qualitates duntaxat actu ſunt, & quæ nullum ſecũdum ipſum cœleſte corpus ſuſcipiunt transmutationem ac viciſſitudinem ſeu reciprocationem.

Eorum præterea quæ ſunt ad aliquid: aliud extenſione defectione dicitur: aliud actiui paſſiuique: atque omnino motiui ac mobilis ratione.

Secunda dignitas.

Motiuum nanque mobilis: & mobile a motiuo mobile dicitur.

Quoniam dixit motiuum & mobile eſſe de numero eorum quæ ad aliquid referuntur, hoc ipſum per hæc probare voluit. Nam inquit motiuum mobilis eſt motiuum, & econtra mobile eſt mobile a motiuo quapropter hæc ſunt ad aliquid.

Non eſt autẽ ullius motus præter res ipſas. Id enim quod mutatur aut in ſubſtantia. aut in quantitate. aut in qualitate: aut in loco ſemper mutatur.

Tertia dignitas motus collocatur in mouentibus et motis & nõ ſit ens quod citra illa ſeparari queat quãobrem totidem erunt motus quot ea quæ mouentur at ea quæ mouentur quatuor modis cientur ſubſtantia quantitate qualitate, vel loco itaque in his erit motus ac totidem.

Commune autem in his nihil accipere poſſumus: uti diximus: quod quidem neque hoc: neque quantum, neque quale, neque cæterorum quicquam ſit prædicamentorum. Quare neque motus, neque mutatio cuiuſpiam præter ea quæ diximus erit: cum nihil ſit præter ea quæ diximus.

Quod motus non ſit præter res probat. Si enim duntaxat in eiſdem prædicamentis motus reponitur & non eſt aliquid ens ſubſiſtens commune prædicamentis ꝙ citra ipſa atq; diuerſum ab ipſis & veluti genus ſit vt ſimpliciter animal eſt commune particularibus animalibus quod quidem eſt ſubſtantia animata ſenſibilis & diuerſum ab vno quoq; particulari animali, licet in vnoquoq; illud concipimus contemplemurq;. Nam ens multipliciter vel vt aiunt equiuoce prædicatur de prædicamentis profecto motus neque erit præter eadem prædicamenta. Ex hoc autem loco interpretes acceperunt occaſionem aſſerendi motum non eſſe genus, ſed vocem equiuocam multiplicemq;. Si enim motus conſiſtere nequit citra prædicamenta & prædicamentis non tribuitur commune genus certe conſtat neq; motum genus eſſe. Nam ſi affirmaretur eſt commune genus prædicamẽtis in quibus motus reponitur id quod primum in illo genere conſtitueretur neceſſario motus eſſet, & motus multipliciter non diceretur. Sed velut illud genus prædicamentis in quibus collocatur motus ineſſet ita etiam in illo motus genus eſſet eorum motuum qui in eiſdẽ prædicamentis ſub illo genere ponuntur. At modo ita ſe habet motus vti res ſe habent cum igitur antedictorum generum definitiones differant profecto & diffinitiones motuum qui in eiſdem firmantur diſcrepant, quamobrem ſi vnam definitionem motus afferre voluerimus hæc erit multiplex & equiuoca. Quãcirca Alexander longiſſimis verbis probat motum non eſſe genus, ſed vocem multiplicem eſt igitur motum nunquam conſiſtere citra res aſſerere poſſimus ex hoc conceſſo nititur probare motum non eſſe genus, ſed quemadmodum id quod ſcientia comprehendi poteſt quod ſcibile dicunt quatenus ſcibile ſub genere qualitatis redigitur quod tamen non ſolum eſt in genere qualitatis, ſed etiam in aliis prædicamentis. Etenim ſubſtantia ſcibilis cognituq; haberi poteſt & vna quæq;, alia res, eodem etiam modo de motu dicimus. Nam & ipſe collocatur in prædicamento quantitatis quippe qui ſit continuus & vbiq; Ariſt. aſſeueret illum eſſe de numero cõtinuorum videtur tamen eſſe etiam in aliis prædicamentis. Quamobrem cum motus redigetur ad prædicamentum quantitatis quãtitas erit genus, & motus ipſe erit genus eorum quæ ſub illo collocarentur & merito hoc vſuuenire ſolet dico. ſ. motum non eſſe in vno prædicamento quemadmodum neq; id ꝙ ſcibile vocant, ſed cum prædicamenta neq; inter ſe abiũcta ſeparataq; ſint, ſed omnia ſimul atq; in vnum coniuncta connexa alioquin ſi ſepararẽtur inter ſe motus inueniri nequiret niſi in quãtitate. Sed cum ſint iuncta colligataq; in eodem ſubiecto merito eſt inuenire motum in pluribus quod quidem abſonum & ab re dictum non eſt. Verum quiſpiam ambigere poteſt quoniam ſi motus numeratur inter continua quo fit vt ſub quantitate redigatur cur ipſe Ariſt. in prædicamentis non reduxit illum ad ſpecies quantitatis continuæ. Reſpondemus itaq; prædicamenta complecti ſpecies perfectas & res ſpecialiſſimas ac determinatas. At motus aſſeritur eſſe actus imperfectus & via perueniendi ex potentia ad actũ. Quocirca non potuit illum cõnumerare inter ſpecies quantitatis continuæ.

Vnumquodq; autem dupliciter cuius ineſt. Vt hoc aliud enim eſt ipſius forma: aliud eſt priuatio. Et quale: aliud enim eſt album: aliud nigrum. Et quantum: aliud enim eſt perfectum: aliud imperfectum. Et in loci mutatione ſimili modo. Aliud enim eſt ſupra: aliud infra: aut aliud leue: aliud graue. Quare quot ſunt ipſius ſpecies quod eſt: tot motus mutationeſue ſpecies ſunt.

Quartum aſſumptum & poſtulatum quoniam in vnoquoq; prædicamẽto in quo eſt motus non eſt vnus ſimplex motus, ſed duplex eſt. Nã vt inqt in vnoquoq; prædicamento cõtemplari poſſumus formam aliquam & priuationẽ & viam vel a forma in priuationem vel econtra a priuatione in formam Diximus autem illum appellare priuationẽ id ꝙ eſt contrariorum deterius, & formam id quod eſt melius.

Cum autem eorum quæ in unoquoque genere collocan-

tur: aliud actu: potentia ſit: actus eius quod eſt potentia ut eſt tale motus nimirum eſt.

Cum adduxiſſet quas diximus dignitates caeterum vult afferre tradereq; diffinitionem motus, quoniam primum aſſumptum poſtulatumue confert ad tradendam & aſſignandam definitionem motus idem repetit, quoniam vnumquodque genus entis diuiditur in actu & potentia. Inquit ergo motus erit actus eius q eſt potentia quatenus tale eſt ideſt quatenus vnumquodque eſt potentia & non actu manente ſuperſtiteque adhuc potentia.

Velut alterabilis quidem ut alterabile eſt alteratio.

Definiturus generaliter motum definitionem adaptat particularibus motibus recte igitur inquit alterationem motum in qualitate, quoniam alteratio eſt perfectio alterabilis quatenus alteratile eſt. Nam alterabile priuſquam alterari ceperit exempli gratia cū candidum albumq; fit vel nigreſcit imperfectam potentiam habet, ſed tunc perficitur alteratile cum mouebitur ſecundum ſuam potentiam.

Accreſcibilis autem atque oppoſiti decreſcibilis: nullum eſt enim his commune poſitum nomen accretio ac decretio: generabilis item & corruptibilis: generatio atque corruptio: & eius quod fertur: latio.

Inquit non quemadmodum cum quippiam albus fit vel niger & cum frigeſcit & caleſcit atq; in omni mutatione quę fit ſecundum contrarietatem in qualitate, habemus commune nomen tributum ipſis alterationem ita tenemus in augumentatione & diminutione quę ſunt mutationes ſecundum quantitatē. Sed hi motus ſuis proprijſq; intercontraria nominibus gaudent quorum alter vocatur auctio alter autem diminutio, qui nullum commune nomen habent.

Atque hoc motum eſſe inde perſpici poteſt. Nam cum ædificabile tale eſt: cum ipſum ut ædificatur dicimus eſſe: atque hoc eſt ædificatio. Similiter & medicatio, & uolutio, & ſaltatio, & huiuſmodi cætera.

Exemplis fidem facit vt recte tradita ſit motus definitio, lapides qui potentia ſunt ædificatiles quū actu ædificantur & ad ædificium conſtituendum ſumuntur tunc obtinent eam perfectionem quam in potentia retinent, cum ſint actu ædificatiles & actus perfectioq; appellatur huiuſmodi ædificatio, quæ quidem motus eſt quamobrem & auctilis in quatenus auctilis actus ille motus erit qui vocatur auctio & diminutilis quatenus diminutile ipſa diminutio, ac ſimiliter de alijs omnibus dicendum eſt. Verum Themiſtius definit motum paucis mutatis qui fert motum eſſe actū rei quatenus talis eſt poteſtate primum. Nam motus eſt ille actus qui durat vſq; ad formam quæ cum adeſt motus, deinde quieſcit & abeſt vnde primam in illam formam itionem vocat motū, & prior actus eſt actus imperfectus quoniam petit migratq; ad formam & ad eum actum qui proprie ſimpliciter actus eſt, & poſterior actus eſt perfectus. Nam mobile cum illum attigerit in eo quieſcit & omnino potentiam perdit.

Quoniam autem aliqua potentia ſunt: atque actu. At nō ſimul: aut non eodem: ſed ut quippiam calidum eſt quidem potentia: frigidum autem actu cōplura iam uiciſſim agent & patientur.

Cum dixerit quid ſit motus impręſentia vult oſtēdere quædam eſſe quę eo quod mouentur etiam mouent. Et ſimul perſoluit quandam dubitationem quę adduci poteſt ex his quæ in definitionem motus collocabantur. Quoniam ſi idem ſimul mouet & mouetur. Et mouens quatenus mouet actu eſt aliquod igitur mobile actu erit. Sed contrarium diximus quoniam motus dicebatur eſſe actus eius potentia quatenus in potentia eſt. Quamobrem vel definitio motus falſa eſt vel dici non poteſt ut quædam mobilia eo quod mouentur mouere, alioquin ſi hoc verū fuerit motus igitur definitio non erit vera, talis igitur eſt dubitatio quam his modo dictis perſoluit, quoniam oſtendit quomodo quædam mouentia econtra moueantur. Et prius patefacit nulla ſimul mouētia & mota eſſe, hoc autem oſtendit, iam antedicta dignitate vtens. Nam ſuperioribus ſibi concedi voluit eorum quæ ſunt alia actu duntaxat eſſe alia vero actu & potentia, & huiuſmodi omnia inquit cū mouent neceſſe eſt etiam moueri. Verum non eodem reſpectu eodemue modo mouent & mouentur, quoniam mouetur quatenus poteſtate quidem eſt mouet autem quatenus in actu exiſtit ut ignis actu quidem calidus eſt poteſtate vero frigidus. Quapropter mouet quatenus actu calefacit aquam, repatitur quatenus eſt potentia frigidum, quoties migrat & tranſmutatur in terram vel in aerem, & aqua ſimiliter quatenus actu frigida & frigefacit, caleſit autem quatenus potētia eſt calida quare his tollitur dubitatio. Nam erat dubitatio quoniā ſi q mouetur mouet & omne quod mouet actu eſt igitur mobile actu erit. Nam illud appellamus mobile quandiu eſt in potentia. Hęc igitur dubitatio perſoluitur ex his dictis quia & ſi mobile motumq; prorſus moueret attamen non quatenus mouetur ipſe eodem modo mouet. Sed mouetur quidem quatenus potentia participat dico. ſ. materia, mouet autem quatenus actus eſt dico videlicet ſecundū formam. Non ergo quatenus mobile mouet. Sed quum hęc explicat repetit definitionem motus, cum ipſam clarius apertiuſq; interpretari explicareq; vellit, perficit autē ipſam ac magis determinat. Vnaq; demonſtrat ſubiectum & potentia eius eadem non eſſe, ſed aliud quippiā erit vniuſcuiuſq; eſſe quatenus hoc aliquid dicitur, aliud. n. eſt quatenus eſt tale in potentia exempli cauſa non eedem ſunt æs & potentia ſtatuę, quod itaq; diuerſa ſit differatq; potentia a ſubiecto multis etiam alijs exemplis indicat. Vt eadem non ſunt color ac coloris ratio & potentia viſile, quoniam color actu eſt & ſi non videatur ut in nocte accidere ſolet quo tempore color eſt ſolum potentia viſilis. Et color ſiue aſpectu intuituq; luſtretur ſiue non, actu eſt. At viſile id. ſ. quod ferire oculos pōt non eodem modo ſemper ſe habet ut color quamobrem potentia non eſt eadem cum ſuo ſubiecto, quoniam ſubiectum ſimiliter ſemper ſe habet. Aes quidē ſemper actu eſt ęs ſed non ſemper ſtatua cum aliquando poteſtate ſit aliquando actus ſed potentiam a ſubiecto differre ex contrarijs potentijs præcipue oſtēdit quoniam idem animal non modo poteſt morbo laborare ſed etiam curari valereq; at ſi potentia eſſet eadem ſubiecto certe non vna cum ſubiecto eadem

eſſet

eſſet ſed omnes quapropter ægrotandi potentia eadem eſſet cum ſuo ſubiecto conſtat profecto vt etiã potentia conualeſcendi bonamq; valetudinem attingendi cum ſubiecto eadem ſit quamobrem ſi vtræq; eędem ſubiecto ſunt profecto eędem inter ſe erunt. Nam quæ eidem ſunt eadem inter ſe quoque eadem ſunt. Si ergo potentia ægrotandi eadem eſt cum potentia ſanãdi, vtiq; ęgrotatio & ipſa incolumitas eędẽ erunt quapropter contraria eadem eſſent. Itaq; potentia nõ eſt eadem cũ ſuo ſubiecto, quod ſi potentia non eſt eadem cum ſubiecto recte igitur ac diligenter motus definitio tradita eſt ut motus ſit actus entis poteſtate quatenus tale eſt illud certe in definitione, quatenus tale eſt, diligenter exacteq; adiecimus. Si quidem oporteat mobile ſecundum aliud eſſe actu & ſecundum aliud in potentia. Nihil enim mouetur qđ duntaxat eſt poteſtate ens quo circa nullum ens. qđ ſolum in potentia eſt aliquid dici appellariq; libet, quapropter neq; materia per ſe mouetur quoniam neq; eſt ſecundum ſe, oportet itaq; mobile actu & poteſtate eſſe, quo quidem non mouetur quatenus actu extat ſed quatenus eſt in potentia. Vt Aes actu eſt idipſum ęs quod ſane eſt etiam in potentia ſtatuæ. Cum igitur id quod eſt in potentia deducitur ad actum ab ipſo ſtatuę opifice tunc ęs moueri dicimus ſed non cietur quatenus actu eſt ideſt non quatenus eſt ęs ſed quatenus eſt in potentia. Cum quidem id quod eſt in potentia ſuimet actum aſſumit & ducitur ad actum perfectum, qui cum aderit ſimul ac potentiam demolitur e medioq; tollit. Motus igitur eſt actus rei poteſtate quandiu permanet ſeruaturq; ipſa poteſtas. Cũ hoc itaq; modo motus definitionem cum interpretatus ſit, & indicet cæterum multis rationibus confirmat neq; poſſe aliter adduci aſſignariq; definitionẽ motus, & imprimis argumentum adducit ex differentia temporum quibus res elabuntur, circa quæ verſatur motus. Nam ęs quod eſt in potentia ſtatua tribus temporibus diſtinguitur, aliquando enim duntaxat eſſet poteſtate ſtatua cum nondum ab artifice formata eſſet aliquando autem ſolum actu & nequaq̃ in potẽtia qñ iam formã ſtatuę accepiſſet aliqñ etiam cum intercapedine interualloq; temporis ex potentia duceretur ad formam adhuc ſuperſtite potentia. Cũ ergo triplex ſit temporum diſcrimen, in quo reponendus collocanduſq; motus eſt? Non enim quando ſolum eſt in potentia id qđ mouetur ſcilicet cum nondum cepit ars effingere ageréq; aliquid in ęre, minime etiam quum ſuſcepit ſtatuę formam, quoniam cũ ſuſcepta eſt forma ſtatuę ſemel fingendi ars nihil amplius agit in ęre. Itaq; relinquitur vt motus ſit in illo interuallo temporis quo ars fingendi ciebat ipſum ęs & ducebat ipſum ex potentia ad formam adhuc ſeruata ſuperſtiteq; potentia in ipſo ęre. Similiter id nobis liquet de potentia domus quippe qui dicere non ſolemus domum moueri neq; cum ędificatile eſt ſolum poteſtate. Exempli gratia cum ponerentur lapides & ligna & ędificator nihil ageret in ipſo, neq; cum perfecta abſolutaq; domus eſſet & formam ſui recepiſſet quoniam tunc non ędificatur ſed iam condita extructa eſt. Aedificatio enim eſt ędificatilis cum adhuc ædificatile eſt quãobrem motus erit duntaxat in eo tẽporis interuallo quando eſt etiam ædificatio quoniam ædificatio nihil aliud eſt q̃ motus ex prima potentia ad actum perfectum. Vnde quandiu ædificatio eſt nondum potentiam abijcit ædificatile alioquin amplius non moueretur. Quoniam autem nonnulla poteſtate actuq; eadem ſunt. Hoc eſt aſſumptum ex his dignitatibus quas prius poſuimus. Verũ hæc omnia quæ iſta ſe hñt ſunt ortui interituiq; obnoxia quorum alia quidẽ actu ſunt alia vero poteſtate, & quanq̃ ſingula apta ſint in ſingulis mutari attamen non ſimul vel eodem modo alioquin ſi idem ſimul actu & poteſtate eſſet, fieri non poſſet vt actus & potentia eſſent eiuſdem formæ, nam idem in eodem tẽpore eſſe actu & poteſtate non poteſt, ſed aliud alioq; tempore erit poteſtate calidum vel frigidum & aliud actu.

Omne namque ſimul erit actiuum & paſſiuum.

Actiuum quidem ſecundum actum quoniam formæ agunt. Paſſiuum vero ſecundum potentiam paſſiuam. Nam materia paſſiua eſt at id qđ eſt in potentia materia eſt.

Quare & id q. naturaliter mouet mobile eſt: Quippe omne moueat & ipſum moueatur.

Illud aduerbium, naturaliter non propter mobile intelligendum eſt quoniam mobile qđ mouetur a mouente ſuo ab eodem naturaliter & non vi cietur. Non enim oportet vt omne mouens qđ ita mouet idipſum ecõtra moueatur. Etenim anima dico. ſ. rationalis mouet corpora non vi ſed naturaliter attamen ipſa nõ mouetur. Eodem etiam modo de illa virtute dicendum eſt quæ cœleſtia ciet quemadmodum ſuperioribus dixit duo eſſe principia quorum alterum nõ eſt naturale. Vnde illud naturaliter propter mouens intelligendum eſt quoniam qđ ita mouet quemadmodũ res naturales idoneæ ſunt mouere, prorſus idem etiam mouebitur. Nihil enim eorum quæ naturaliter mouent immobile eſt cum e& ſi ipſa natura corpora ciens ſimul cieatur alterata tiamat imbecillior & potentia augendi alterandi & gignendi, ac omnes aliæ ſimiliter debilitentur. Si ergo inquit Ariſto de hijs ſolum quæ ſunt ſubacta ortui & interitui, quod mouens naturaliter ſit etiam mobile intelligere debemus ideſt econtra mobile quoniam omne huiuſmodi mouens econtra mouetur. Si autem de omnibus naturalibus, ſimpliciter & de cœleſtibus intelligendum eſt, duntaxat mobile & non viciſſim mobile intelligemus. Etenim cœleſtia mouent cum non ſint mobilia & moueantur quæ attamen econtra viciſſim non mouentur. Nam cœleſtia ſuis virtutibus circunducta mouent & alterant ea quæ hoc infinito orbe continentur, a quibus viciſſim non patiuntur.

Videtur igitur quibuſdam omne q. mouet moueri. Verũ de hoc quomodo ſe habeat: ex alijs ſane patebit. Eſt n. quodam mouens & immobile.

Poſteaq; oſtendit nonnulla eſſe mouentia ac mota, inquit quoſdam fuiſſe qui cenſuerunt omne quod mouet eodem modo penitus moueri. Quod quidem hoc falſum ſit ac non ita ſe habeat inquit ex alijs demõſtrandum eſſe quoniam prorogat rationem ac ſuperſedet vſq; ad octauum huiuſce operis librum in quo demonſtrabit non omne mouens moueri. Porro appetibile mouet ipſum appetitum immobilitate gau-

dens. Item ſimulachrum, forma, reiq; ſimilitudo ferit oculos mouetq; ipſa non mota. Præterea cibus paniſq; mouet eſurientem & ipſe nõ mouetur ſimiliter fœnum aut gramen mouet aſinum.

Actus autem eius ꝙ eſt potentia: cum actu eſt operatur uel ipſum: uel aliud qua mobile eſt: motus nimirum eſt.

Definitionem motus repetit. Verũ dupliciter ſcribitur is contextus, vno modo quidem. Actus entis poteſtate quando actus exiſtẽs operabitur nõ qua aliud motus eſt, ideſt actus entis poteſtate quando hoc poteſtate aliud quid inexiſtens actu effecerit non quatenus actu ſed quatenus poteſtate, hic erit motus. Sed ſcribitur etiam alio modo apud Alexandrum quoniã ipſe in antiquis exẽplaribus ſic inueniſſe inquit. Actus entis poteſtate cum actus exiſtens operabitur in ſeipſum vel in aliud quid actu exiſtens qua mobile eſt hic eſt motus. Hæc vel ſeipſum vel aliud dixit, quoniam eorum quæ mouent aliqua in ſeipſis habent principiũ motus vt naturalia exempli gratia quæ augentur & alterantur & aliqua vero extrinſecus motus initium nanciſcuntur vt artificialia Ob hęc igitur dixit vel ſeipſum, vel aliud, perinde ac dixerit, actum autem dico virtutem quæ ſiue in ſeipſum operabitur. i. ſiue in ſeipſo virtutẽ mouendi habuerit ſiue aliũde ideſt extrinſecus illam obtinuerit.

Dico autem qua ſic eſt. Nam eſt æs potentia ſtatua: attamen non ens actus ut eſt æs: motio eſt. Non enim idem eſt eſſe æris: & aliqua potentia mobilis.

Exponit definitionem cur adiecerit quatenus mobile ideſt quatenus poteſt moueri. Inquit enim cum poteſtate ſtatuam eſſe licet ſit actus ęs dico igitur motũ eſſe actum ęris non qua ęs eſt ſed actum eius potentię qua fieri ſtatua poteſt. Deinde nequis ſuſpicetur ſibiq; perſuadeat non differre inter ſe eſſe rei ac rationẽ eius & id ꝙ eſt poteſtate ſtatua quoniam vnum vt idẽ eſt eſſe ęris & illius ꝙ eſt in potentia ſtatua, merito idipſum deinceps oſtendit, in vnoquoq; aliud dici hoc aliquid eſſe & aliud id quod eſt in potentia mobile.

Quoniam ſi eſſet idem ſimpliciter rationeue: æris ut æs eſt actus motus nimirum eſſet. At non eſt idem ut diximus. Patet autem in cõtrariis. Nam ualere quidem eſſe: ac ægrotare poſſe: non eadem ſunt ſed diuerſa.

Quod ipſe inquit hoc eſt. Quoniam ſi idem eſſet æris ratio eſſentiaq; & id ꝙ eſt potentia mobile, quoniam ęris eſſe actu eſt & actu mobile mouetur. Aes igitur quatenus æs moueretur quapropter idem eſſet dictu actu æs & motum quod quidem apertiſſime falſum eſt. Nam tripes æreus manet & ipſe actu eſt licet motus actu non ſit, immo penitus non mouetur ſed ſtat & quieſcit, duplicauit autem hæc verba idem ſimpliciter, & ſecundum rationem vt inſinuet ſi eſſent idẽ æs actu, & æs quatenus poteſtate vergit ad ſtatuam, hoc modo generaliter eſſent idem quamobrem non ſolum idem ſubiecto eſſent ſed etiam ratione, at certe fieri poteſt quiſpiam dicet vt æs & poteſtate mobile ſunt idem ſubiecto, quæ tamen ratione diuerſa ſunt, quoniam alia eſt vtriuſq; definitio. At ipſe deinceps oſtendit in potentijs repugnantibus contrarijſq; dico exempli cauſa in poteſtate ſanandi, & poteſtate ægrotandi aut calefaciendi vel frigeſcendi fieri non poſſe vt eędem ſubiecto ſint alioquin contraria inter ſe eadem eſſent. Nam quæ eidem eadem ſunt inter ſe eadẽ eſſe nemo dubitat.

Eſſet enim idem ægrotare & ualere.

Inquit ſi potentiæ contrariæ eędem ſunt certe, & actus potentiarum erunt ijdem. At impręſentia liquet non modo ægrotare idem non eſſe huic actui ſanari. Sed etiam omnino repugnare atq; contrarium eſſe.

Subiectum autem & id ꝙ ualet atque ægrotet unum & idem eſt.

Inquit ſubiectum id ꝙ diuiſim valet & ægrotat vnum idemq; eſſe. Quamobrem ſi potentiæ ægrotandi & ſanandi non vnum ſunt ſed contrariæ & ſubiectum qđ illas defert viciſſim ac diuiſim vnum idemq; eſt ergo potentiæ non ſunt eædem ſubiecto.

Cum autem non ſit idem: quemadmodum neque color eſt idem atque uiſibile. Patet actum poßibilis ea ratione qua poßibile eſt motum eſſe. Hunc igitur eſſe atque tunc rem moueri cum eſt iſte actus, & neque prius, neque poſterius.

Altero vtitur exemplo. Nam color ſecundum idẽ non eſt color & viſibile. Sed color id eſt ꝙ luce præſente poteſt actu mouere diaphanum. ſ. corpus tranſparens, viſibile autem accidit colori. Item color non collocatur inter ea quæ ad aliquid referuntur quoniã eſt qualitas. Sed viſibile numeratur inter illa quæ mutuo ſe referunt. Siquidem viſibile ſit alicuius videntis viſibile, præterea color ſæpe adeſt & non fert oculos neq; videtur, at viſibile eſſe non poteſt niſi aſpectum cieat ac aciem oculorum immutet. Si ergo demõſtrauimus diligenter potentias a ſubiecto differre, recte igitur definitionẽ motus attulimus, vt motus ſit actus entis poteſtate quatenus poteſtate eſt, & nõ qua actu eſt, eſſe igitur motũ ideſt quod motus ſit id quod diximus. ſ. actus entis in potẽtia qua tale eſt inquit & tunc moueri cũ iſte actus accidit, ideſt tunc motus ſit quando id ꝙ eſt potentia quatenus, in potentia acceperit ſuimet actum, & non prius acceperit quando duntaxat eſt in potentia neque cum acceperit poſtquam ſolum in actu eſt.

Contingit enim unumquodque interdum operari & non operari: ceu ædificabile qua ædificabile: et ædificabilis actus ut ædificabile ædificatio eſt. Nam actus ipſius aut eſt ædificatio: ut domus. At cum eſt domus tum non eſt ædificabile. Aedificabile uero ædificatur. Neceſſe igitur eſt actum ipſius eſſe ædificationem. At ædificatio motus eſt quidam. Eadem & ad cæteros motus accommodabitur ratio.

Quoniam dixit motum duntaxat eſſe huiuſmodi actum dico. ſ. entis poteſtate qua tale eſt ac neq; illum eſſe potentiam neq; poſt illam, hoc modo vult probare. ſ. motum non eſſe affectionem actionemq; ante potentiam neq; poſt eam. Nam inquit id ꝙ eſt poteſtate aliquando agitur, aliquando nõ agitur. Lapides enim & ligna cum ſint ædificatilia aliquando non habent hanc actionem, aut hunc actum exempli gratia quando mouentur per ſe in quibus nihil ædificator agit operaturue. Interdum habent quando ædificatio eſſe dicitur. Quod vero anteq; obtineant actum non moueantur

-ueantur perſpicuum eſt. Nam motus eſt quidã actus. Reliquum igitur eſt, vt motus adſit vel quando ædificatur ædificabile, vel poſtq̃ conditum abſolutumq; erit. Sed poſtq̃ abſolutum eſt ceſſat tolliturq; e medio motus, mouetur autem ædificatile quandiu ædificatile eſt, quamobrem motus aderit in eo tẽpore medio quo ædificatio fit ſuperſtite ædificatile quãdiu ita durat. Nam definiuimus motum eſſe actum entis poteſtate quatenus tale eſt. Cæterum inquit quod quidem diximus de ipſo ædificatile item dicimus de cæteris alijs motibus, vt in dealbatione calefactione cæteriſque alijs.

Quod autem recte diximus de motu patet ex hiſce quæ de ipſo dixerũt: & quia non eſt facile ipſum aliter definire.

Signum indiciumq; vt recte definiuit motum hoc adhibet quia cuncti qui de illo tractauerunt nihil recte dixerunt, atq; illud quoniam aliter definire illum nemo poteſt. Diximus autem ſupra non ſat eſſe ſufficereq; motus definitionem probare. Sed oportere vt demonſtretur non poſſe aliter haberi exactam definitionem eius. Vnde inquit modo, neq; alios recte ſenſiſſe qui aliter de ipſo nitebantur dicere, neq; poſſe aliter de ipſo dicere ꝙ ſtatutum explicatumq; eſt pithagorei quidem aiebant motum eſſe alteritatem inæqualitatem & non ens. Quocirca Ariſtoteles inquit ij ergo qui motum eſſe alteritatem inæqualitatem & non ens aſſerunt vel hæc motum eſſe inquiunt, vt eundem motum aſſerant eſſe inæqualitatem alteritatem, & non ens, vel vt ex his motum adeſſe contendant, exempli gratia, vt cum omne mobile idipſum dicant ex non ente, vel ex inæqualitate, vel ex alteritate moueri. Quod igitur motus inæqualitas alteritas, & non ens eadem dictu non ſint patet, quoniam in multis eſt alteritas in quibus motus non adeſt. In omnibus fere alteritas eſt attamen cuncta quæ ſunt non mouentur. Nimirum alteritas in terra eſt cum altera ſit ab alijs elementis quæ tamen ob id non cietur, item in Socrate eſt alteritas qua ab æquo alter eſt qui tamen ob id non mouetur quia alter eſt ab æquo, præterea inæqualitas eſt inter decem & quinq;, & inter diametrum & latus attamen hæc moueri quia inæqualitatem habent neceſſe non eſt. Rurſus animalium partes inter ſe alteræ ſunt, & numerus digitorum inæqualis eſt numero pilorum capitis aut barbæ, & tamen partes non idcirco repente mouentur quia alteræ ſunt neque numerus quia inæqualis cietur. Eodem etiam modo motus neq; erit non ens. Nam ſiquis aſſereret motum eſſe non ens hoc in cunctis autem rebus non ens eſt. Et motus vero non in omnibus. Si vero non ens ſimpliciter motum dicerent, ergo cũ amplius latiuſq; ſit non ens ſimpliciter, multomagis in omnibus erit. Cæterum ꝙ neq; ex his, neq; ad hæc motus eſſe poſſit, oſtenditur. Quoniam non modo mobile in qualitate & alteritate mouetur, ſed etiam ex identitate. Siquidem non ſolum altera eo ꝙ altera ſunt mouentur neq; inæqualia quoniam inæqualia ſunt, ſed etiam ipſa æqualia & eadem nihilminus ex identitate & æqualitate mouentur quare motus non minus erit identitas æqualitaſq; quam alteritas inæqualitas & non ens, quæ cum dixerit deinceps explicat qua mente conceptioneq; pithagorei hæc motum eſſe dixerunt, & inquit eo argumento commotos fuiſſe quia motus eſt indefinitus. Et indefinitum eſt priuatio, igitur motus erit priuatio. Accedit etiam quia cum determinaretur & perueniret mobile ad formam non amplius mouetur, ſed cedit ac ceſſat motus quapropter cum ea omnia quæ prius diximus. ſ. inæqualitas alteritas & non ens ſint priuatiua. Vnde & alia principia in eodem ordine poſuit, merito hæc ipſa motũ eſſe dixerunt. Sciendum. n. eſt in duos ordines vtrinq; ex aduerſo collocatos pithagoreos diuiſiſſe principia rerum, & vnãquanq; coniugationem decem quibuſdam principijs deſcribebãt quarum vnam ordinem bonorũ, alteram malorũ appellabant. Subijciũtur declarationis cã ij ordines vtrinq; ex aduerſo cõſtituti vt ipſe alias narrat.

Bonum	Malum
Finitum	Infinitum
Par	Impar
Vnum	Multitudo
Dextrum	Siniſtrum
Lumen	Tenebra
Mas	Fœmina
Quietum	Motum
Rectum	Curuum
Quadratum	altera parte lõgius

Hæc igitur principia rerum in hunc modum in vtrunq; ordinem vtrinq; ex aduerſo cõſtituta pithagorei diuiſerũt, quę cum diuiſiſſent alterum ordinẽ ſtatuerunt in quo meliora contrariorum continerentur alterũ vero in quo peiora deterioraq; haberentur ad quæ omnia redigerunt. Inquit igitur Ariſt. q̃m alter ordo erat peiorum ac deteriorũ principiorũ qui cum ſit priuatiuus indefinitus eſt idcirco motum veluti indefinitum ſub eo redigere. Verũ nõ diuiſere hos duos ordines vtrinq; ex aduerſo conſtitutos tanq̃ prędicamẽta in formalia & priuatiua principia. Hoc modo itaq; Ariſt. priuatiua eſſe principia alterius ordinis dixit qui etiam diuiſit principia in formam & priuationem & ſuo more potius, hunc ordinem peiorum priuatiuum inſtituit q̃m conſueuit meliora contrariorũ formas appellare, & deteriora priuationes. Vnde igr̃ pithagorei ſuſpicati ſunt alteritatem inæqualitatẽ & nõ ens motum eſſe explicauimus, proinde inquit motus videtur & aliquid indefinitum, q̃m alterius ordinis principia etiam ſunt priuatiua, & ob id indefinita, merito igitur ad indefinita principia motum redigere ſiquidem alterius inæqualitas, & nõ ens in ordinem peiorum collocãtur. Talia igitur ſunt principia motus apud eos, cæterum motum eſſe infinitum cum is ſit ſyllis demonſtrat, motus eſt indefinitus, indefinitum eſt priuatio. Motus igitur eſt priuatio alteram quidem propoſitionem dico. ſ. maiorẽ probabimus vtentes cõuerſione ex contrapõne. Nam ſi forma incerta definitaq; eſt priuatio igitur erit idefinita. Sed minorem ipſe probat dico. ſ. motum eſſe infinitũ. Nam eorum quæ ſunt quædam ſunt actu ſimplr quędam poteſtate in quorum naturam diuiſionis partem collocatur motus quandoquidem nec ea quæ ſolum ptãte entia ſunt, moueantur neque ea quæ ſolum actu ſunt. Sed cum motus in neutris pure collocetur, tñ vtriſq; participat, & ob id indefinitus eſt quia ipſe ĩ nullo certo genere rerum ponendus eſt cum igitur dixerit cãm cur illi reducebant motum in principia priuatiua deinceps probat ipſum motum aliter definiri nõ poſſe. Inquit, & ſi concederemus res non modo diuidi in ea quæ ptãte ſunt, & ea quæ actu exiſtunt. Sed etiã in priuationem, q̃m ad nihil aliud motum redigere reducereq; poſſunt, & iam diximus motũ neq; actũ eſſe eorũ quæ ſola poteſtate ſunt, neq; eorũ quæ ſolo actu

conſiſtunt tamen quod neque ad priuationem reduci queat perſpicuum eſt ſiquidem res non propterea q̄d priuatione participant ob id motu participabunt, q̄m fieri poteſt vt priuentur forma & non moueãtur, ſed quieſcant. Præterea ſi perbelle recteq; diximus motum eſſe rei poteſtate actum, priuatio autem non eſt alicuius rei actus ergo motus nõ eſt priuatio. Quamobrem ſi motus in nullo iſtorum collocandus eſt. Reliquum eſt vt modus quem explicauimus ſolus verus ſit, is erat modus vt ipſe in genere actus collocaretur. Verum non illius actus perfecti qui pro forma accipi ſolet. Sed illius qui vna adeſt cum potentia & eam ſeruat. Quocirca motus actus imperfectus dici ſolet q̄m adhuc retinet potentiam. Verũ actus appellatur propterea quod penitus ex potẽtia ad actum perfectum tendit. Hęc omnia itaq; differit ante q̄ finem imponat ſermoni de motu. Imponet aut finem cũ demonſtrauerit in calce motum nõ inhærere mouenti neq; in eo firmari, ſed in mobile eſſe & conſiſtere. Repetit proinde ſermonem de mouẽtibus & mobilibus. Et quærit qualia ſint ea mouentia quæ præcipue cum mouẽt econtra moueant, de quibus in lib. de generatione, ac in libro de anima exactius exploratiuſq; inquirit. Sed hoc in loco inquit ea eſſe mouentia econtraq; & mora quæ nequeunt mouere niſi moueant. Sed quæ ſunt hęc inquit ea eſſe quorum immobilitas eſt quies. Nã quibus motus ineſt. Hæc ipſa quando nõ cientur quieſcere dr̃. Econtrario eorũ quæ non ſunt apta moueri immobilitas non appellatur quies ſed hoc ipſum immobilitas & ſtatio, merito itaq; huiuſmodi illa mouentur. Siquidem hñt potentiam, quibus .n. operæprecium eſt agere & aliquando ex quiete moueri & aliquo modo talia mouere & moueri, præterea aſſerit oportere vt mouens & mobile ſeſe tangant, quæ cum ſe tãgunt quatenus vtrunq; eſt in actu eorum alterum, in alterum viciſſim aget. Sed quatenus in potentia vtrunq; viciſſim patientur. Verum cœleſtia cũ ea quæ infimo orbe collocantur mouent etiam tangunt a quibus tñ non patiuntur q̄m non ſunt poteſtate mobilia. Sed actu mobilia & motiua ſm motũ localem. Sed alijs motuũ generibus cœleſtia neq; actu neq; poteſtate mobilia ſunt. Et vt paucis complectar velut ipſe in lib. de generatione dixit quæ ſunt eiuſdẽ materiæ cum mouent patiuntur. Nam eo quod omnia quæ ortui ſubijciuntur cõem habent materiam ea ſunt poteſtate, fit vt agens cum tangit patiẽs agat ſm actum qui eſt in ſeipſo, & poteſtatem quæ eſt in illo quod etiam patitur ab illo in quo agit per eandem rationem, vt calidum appoſitum & iunctum frigido calefacit quidem illud qua actu calidum eſt cum frigidũ ſit poteſtate calidum, ecõtra autem patitur ab eodem qua poteſtate eſt frigidũ & illud actu eſt & frigeſcit. Quibus habitis cæterum motum definit exactius exploratiuſq; dicẽs motum eſſe actum mobilis quo mobile eſt. Prior quidem diffinitio in qua dicebatur motum eſſe actũ rei poteſtate quatenus talis eſt complectitur etiam actum perfectum. Etenim potẽtiarum altera prior dicitur quæ eſt ſm aptitudinem, & altera ſecunda quæ eſt ſecũdum ordinem cuius actus non erat motus, ſed perfecta formæ receptio, motus autem eſt ex priori potentia in priorem actum mutatio, quamobrem magis propria eſt hæc definitio quam nunc affert quoniam potentiam complectitur.

Neq; enim motum mutationemq; quiſpiam in alio genere ponere poteſt.

Quoniam motũ in genere actus collocauimus inquit fieri non poſſe vt ad aliud genus reduceretur quã nos reduximus.

Id ita eſſe inde continuo patebit conſiderantibus: ut quidam alij ponunt ipſum diuerſitatem: & inæqualitatem: & id etiam q̃ haud eſt motum eſſe dixerunt.

Truncatim conceſſimq; dicit. Nam cum duas quæſtiones poſuiſſet alteram, vt alij non recte ſenſerint dixerintq; de motu, & alterã, fieri non poſſe vt aliter tradatur definitio eius. Cum voluiſſet aggredi probationem reuertebatur ſolum ad priorem quęſtionem. Et dicebat. Neq; .n. motum & mutationem in alio genere quis ponere ſtatuereue põt, & cum non reuertat ad ſecũdã induxit probationẽ tanq̃ reuerſus ſit & inqt conſtat aũt nobis cõſiderantibus neq; motũ eſſe velut nõnulli poſuere dicentes ipſum inæqualitatẽ alteritatẽ & nõ ens eſſe, quapp opus eſt vt aliquid adijciatur extrinſecus ne mancã faciamus rõnem. Vñ dicenda coniungẽda cũ his. Neq; motũ & mutatiõnẽ in alio genere quis ponere ſtatuereue põt. Hæc deinceps. Neq; ij qui ſecus de motu tractauerũt recte dixerunt, quibus mox cõiungenda & cõnectẽda eſt hæc probatio. Cõſtat aũt nobis conſiderãtibus neq; motũ eſſe uelut nõnulli poſuere dicentes ipſum eſſe inæqualitatem &c.

At eorum nihil prorſus ſiue ſit diuerſum: ſiue inæquale: ſiue non ens neceſſario moueri uidetur.

Primam ſuppoſitionem his verbis ponit & confutat eam cum ſupponat ſtatuatq; motum eundem eſſe cum alteritate inæqualitate & non ente.

Et inſuper non ad hæc: aut ex hiſce magis ipſa mutatio: quam ex oppoſitis eſt.

Reliquę ſuppoſitiones, vt neq; motus ex his ſit q̄m neq; magis ex his quæ contrarijs eſſet, neq; magis in his q̃ in contraria haberetur. Sed forte pro his hominibus reſponſum dari poteſt, quoniam non ita ſentiebant motum eſſe alteritatem inæqualitatem & nõ ens vt impræſentia Ariſtot. accipit quoniam hoc incommodum abſurdumq; recte obiectum eſſet, vt motus non magis in hæc, vel ex his q̃ in contraria tenderet. Etenim veriſimile non eſt vt ij viri prudentes peritiq; hoc ſuppoſuerint. Sed potius quia omnis motus eſt quædam alienatio a quo in quod mouetur, videlicet mobile aliquomodo a ſeipſo alienatur, eo quo dimouetur abdicaturq; a forma quam prius obtinebat, & idem a ſeipſo, vel ſecundum qualitatem, vel ſecũdum locum. Mutatum alteratur ideſt alter fit. Item ſibi euadit inæquale quoties mouetur ſecundum quantitatẽ, quod etiam fit aliquomodo non ens propterea quod priorem formã q̃ obtinebat omiſit, inæqualitatis igitur, & alteritas eſt motus non reſpectu alterius rei inęqualis vel alterius mobilis, ſed reſpectu eiuſdẽ ac ſuimet. Hoc modo ẽt motus eſt non ens quia oẽ mobile qua moueri dr̃ non eſt id penitus qđ quidẽ prius erat.

Cauſa autem in his ponendi motum fuit motum indefinitum quoddam eſſe uideri. Alterius uero principia ſeriei indefinita ſunt ſane quia ſunt priuatiua.

Hic mẽtem eorum ac ſententiam explicat qua commoti motum hæc eſſe affirmare contenderent & inquit propterea quod motus quippiam indefinitũ eſt, ita eos ſenſiſſe. Nam altera ſeries eſt ad quam reducebantur alteritas inæqualitas & non ens, ad quæ motũ redigere, qui eo ꝙ priuat iuus erat, indefinitus appellatus eſt. Merito itaq; motum collocarunt in eam coniugationem principiorum quę indefinita erit q̃m ipſe indefinitus eſt. Sed fieri poteſt vt ij qui motũ eſſe non ens aſſeruerunt illius naturam magis attigerint. Si non ens ita vocauerint vt non penitus non ens. ſ. nihil intelligant ſed per non ens ſenſerint mobile ipſum nondum id aſſecutum ad quod mouetur, ſed adhuc imperfectum. Huiuſmodi enim ens in potentia nos vocamus.

Nihil enim ipſorum aut hoc aliquid ſunt ſane: aut tale; aut cæterorum quicquam eſt prædicamentorum. At ut uideatur motus indefinitum quoddam eſſe cauſa fuit nõ poſſe ipſum aut in potentia rerum: aut in actu poni ſimpliciter. Neq; .n. id q̃ eſſe poteſt quantum: neq; id q̃ eſt actu quantum neceſſario mouetur. Et motus actus quidem eſſe quidã uidetur: imperfectus tamen: propterea q̃ ipſum poßibile imperfectum eſt cuius eſt actus motus.

Quærunt hoc in loco interpretes, quo pacto inquiat Ariſt. priuationem eſſe indefinitam propterea quod ſub nullo prædicamento concluditur. Cum cõtrariorum eadem ſint genera. Sed reſpondent ſingulares priuationem formis ac proximis oppoſitas eſſe ex quibus ſolent mobilia ad habitũ tranſmutari quocirca priuatio vnaquęq; collocat in eo genere in quo habitus reponitur. Sed quomodo non homo non equus & omnia huiuſmodi priuatiua cum modo accipiat priuationem pro negatione ſiquidẽ in his quæ priuatiua ſunt non licet appellari oppoſitum formæ. Sed cum ij vnam formam negent, & cum nihil definitum inferant non modo formam, ſed neq; priuationem, idcirco inquit priuationem in nullo genere collocari, non ꝙ reuera ad nullum redigi nequeat, ſed q̃a indefinitum certumq; genus reduci non poteſt. Non homo enim poteſt eſſe alia ſubſtantia præter hominẽ & quantum, & quale, & vnumquodq; aliorum prędicamentorum. Inquit igitur priuationem certe definiteq; non poſſe ad aliquod genus reduci. Cauſa autem vt videatur motus eſſe indefinitum quoddam fuit nõ poſſe quo in loco cum accipiat cauſam cur motus ſit indefinitus ſimul etiam cauſam erroris pitagoreorũ aperuit. Sed impræſentia idipſum probat. ſ. motum eſſe indefinitum ex diuiſione rerum in actu & in potentia. Et oſtendit motum in neutro rerum genere proprie reducendum eſſe. Siquidem neq; actu ens ꝙ eſt ſubſtantia, vel quantitatis, aut aliquid aliorum mox cũ fuerit moueri neceſſe ſit. Neq; poteſtate ens quoniam neq; poteſtate album cum fuerit neceſſe eſt repente moueri. Nihil horum igitur motus eſt neque actus ſimpliciter neq; potentia, ſed medium horũ aliquid ſcilicet actus quidam imperfectus non abijciens poteſtatem, propter hoc motus eſt indefinitus, quoniam in nullum eorum quæ ſunt dico videlicet neque in his quæ poteſtate ſunt, neq; in his quæ actu. Siquidem omnia quæ ſunt in his diuidi ſolẽt, pure ſincereq; motus reponendus eſt.

Et idcirco difficile eſt accipere quidnam ſit motus. Neceſſe.n. eſt ipſum aut in priuatione: aut in potentia: aut in actu ſimplici ponere. At nihil horum eſſe poſſe uidetur.

Cum indicaſſet veteres non ſane recteq; definitionem motus tradidiſſe & qua mente quaque ſententia cõmoti ad hæc abſurda deuenere modo alterũ quæſitum probat, vt neq; aliter definiri motus queat quã definitus ſit. Et inquit ſiquis annueret votis eorũ concedentes ea quæ ſunt diuidi partiriq; in ea quæ tũ actu conſiſtunt, tum vero poteſtate, tamen ſub nullo horũ genere motus cõprehenderetur. Sed quod neq; motus ſit ens poteſtate, neq; actu ſimpliciter perſpicuum eſt quod vero neq; priuatio ſit, neq; in eo genere collocetur priuationis ex hoc clariſſime patet quia multa ſunt quæ priuatione participant, & tamen motum non obtinent.

Reſtat igitur modus ille iam dictus: actum quidẽ ipſum aliquem eſſe: talem autem actum: qualem antea diximus: qui difficilis quidem eſt cognitu: poteſt autem eſſe.

Cum deſtruxiſſet oẽs opiniones quibus nonnulli ita de motu ſenſere, ſiue eas quibus poterant ſic ſentire reliquum eſt, vt ea vera ſit quam ipſe dixit. Nam cũ duplex ſit actus alter quidem qui ſit ſecundum perfectæ ſpeciei receptionem, vt actus videndi oculorum per quem iam viſionem & actionem recipiunt vero potẽtiæ actus appellatur qui in re ipſa ſeruat idipſum ꝙ poteſtate eſt, vt motus in igne. qui enim cũ ſurſum fertur adhuc retinet potentiã delationis ſurſum, priorem itaq; actum motum eſſe non aſſerimus. Siquidẽ ille magis ſtatui & quieti aſſimiletur quam motui. Secundus actus itaq; erit eo quod prorſus potẽtiam firmauit imperfectus autem propterea quod non abijcie poteſtatem, ſed ſimul cum prorogat atq; trahit. Nam idem mobile cum ſurſum ducitur habẽs adhuc potentiam ad mouendum peragendumq; ſurſum interuallum ita mouetur.

Mouetur aũt & omne mouens: ut diximus quod eſt potentia mobile. Et cuius immobilitas quies eſt. Cui enim motus ineſt: huius profecto immobilitas quies eſt.

Hic repetit ſermonem de mouentibus & motis. Et inquit omne mouens ꝙ cum mouet etiam poteſtate mobile eſt. Hoc idem prorſus mouere, & moueri dr̃, ea autem mouentia poteſtate mobilia dicimus quorũ immobilitas quies eſt. Verum hæc in ſequentibus huius operis voluminibus demonſtrabit.

Nam in hoc agere ratione: quà tale eſt: mouere nimirum eſt. At hoc facit tactu. Quare ſimul etiam patitur.

Cum dixerit qualia ſunt mouentia & mobilia quæ cum motiua etiam mobilia ſunt et hmõi eſſe quorum immobilitas quies eſt. Impræſentia docet quo pacto hæc mouentia econtra moueantur. Imprimis aperit quid ſit mouere q̃m mouere & ĩ hoc agere quatenus tale eſt, vt agere circa calidũ, vt calidum eſt, quod quidem eſt calefacere. Sed agere in hoc aliter fieri nõ poteſt niſi ſeſe agens & patiens tetigerint. Cum igitur agens non ſolũ actu eſt hoc aliquid, ſed etiam poteſtate aliud, neceſſe eſt vt id ꝙ eſt ens poteſtate in moue-

principia etiam differunt quamobrẽ duo actus erunt atq; duo motus ſit ergo duo, vel alter quidam in mouente erit & alter in moto, vel vterq; ſit in moto. Alterum nanq; ſectionis membrum conſtitui ſupponiq; non poteſt dico ſcilicet vt vterq; in mouente, quoniã perſpicuum eſt huius ſuppoſitionis abſurdum. Nam ſi vterq; in mouente eſſet, accideret autem vt mouẽs duos motus obtineret & id q́ mouetur non habere motum, quod quidem abſonum incommodumq; eſt. Si ergo alter eorum conſidebit in altero ceu factio in faciente & paſſio in patiente, econtrario fieri non poteſt. ſ. vt ſit paſſio in agente & factio in patiente alioquin patiens eſſet non patiens, ſed agẽs, ſimiliter agẽs non agens, ſed patiens. Si ergo vt diximus, factio reſidebit in agente & paſſio in patiẽte prorſus neceſſe eſt quemadmodum patiẽs motum tanq̃ propriũ actum in ſeipſo tenet ita etiam mouens teneret. Si igitur mouens in ſeipſo motum habebit, vel mouebitur, vel nõ mouebitur q́ ſi migrabit & mouebitur, accidet vt omne q́ mouet etiam moueatur. Siquidem omne mõuens ſuimet actum in ſeipſo tenet, quod quidem plane falſum eſt. Nam amãtem effigies ciet & cibus paniſq; eſurientem ac gramen aſinum, quæ tamen econtra non cientur mouenturq;. Quod ſi mouens non mouebitur aliquid habebit motum & nõ mouebitur q̃d abſurdum profecto eſt. Vnde ſi vtroſq; actus in moto & patiente collocabimus, primum quidem incommodum abſurdumque ſequitur vt alterius peculiaris actus alteri tribuatur. Deinde ſequetur vt duo motus forma ſpecieue differentes in vnum & eundem finem tenderẽt quod quidem fieri nequit. Nam fieri poteſt vt quippiam moueatur duobus motibus diuerſis ſpecie qui tendant ad differentes formas, quandoquidem idem queat moueri in locum ſimul ac alterari augeri & diſcere. Atqui duo motus differentes ſpecie in vnã & eandem formam tendere peruenireq; nequeunt, quoniam ij duo motus vel ex diuerſis principijs in vnum & eundem finem ducuntur vel ex eodem vnoq; in idem & vnum perueniunt. Siquidem ex differentibus quoniam omnino ex contrarijs in contraria formas tendunt atque omnis mutatio conſtituta eſt inter contraria, ſequetur incommodum vt duo eidem vnique ſint contraria quod quidem abſurdum eſt quandoquidem vni ſemper vnum contrarium & reſpondet. Quod ſi ex eodem vnoq; principio ad vnum eũdem finem motus tenderint per eadem media etiam fluent quoniam ſemper mutationes quæ ab eodem in idem contendunt per eadem media tranſeunt, ceu mutatio ex nigredine in albedinem ſemper per fuſcũ medium fit & aquę in aerem mutatio per mediũ vaporem producitur & de omnibus alijs ſimpliciter dicendum eſt quare fieri non poteſt vt duo differentes motus ab eodem principio in eundem finem veniãt. Sũmatim igitur cõcludamus non poſſe actus ita cõſtitui vt vnus viciſſim in altero ſit nec vterq; in vno tũ nunq̃. n. ex vtriſq; dico. ſ. ex mouente & moto vnus actus proficiſcitur alioquin ex hac ſuppoſitiõe ſequerentur quidem abſurda, primum. n. inquit, ſequetur id ipſum abſurdũ q́ paulo prius diximus vt duæ res ſpecie differentes vnũ & eundem actũ haberent quemadmodum. n. albi & calidi nõ erit vnus & idem actus ita conſentaneũ & non ab re eſt neq; agẽtis & patientis eundem actum eſſe. Deinde inquit, ſi vtriuſq; vnus actus erit etiam ambulatio & adiſcentia eædem erũt, & adhuc generalius factio & paſſio eædem, q̃m ipſe quoq; actus ſunt Quod ſi hoc cõceditur agere & pati eadem erũt, quod quidem eſt ipſum agere ſecundũ actum. Nam cum dixero dealbationem & doctrinã ipſum actum dicam. Sed cum dixero albeſcere & moueri inquiam & agere ſm actum vel motum cũ itaq; vnus ac idem actus ſit, & ipſum agere per actum vnũ & idem erit. Si autem hoc conceditur agens etiam vnus & idem erit. Igitur præceptor diſcipulo ſeu docens adiſcenti & faciens patienti, idem erit, ergo accidet præceptorem quatenus docet adiſcere & agentẽ qua agit pati quod quidem abſurdum eſt. Præterea quod quidem ipſe in dubitatione non adiecit, velut iã idipſum poſuerit in priori ſuppoſitione in qua dicitur ſi duo eſſent actus veruntamen in ſolutione cum hoc ponat tanq̃ abſurdum, idipſum perſoluit, ſi ergo vnus & idem actus in aliquo erit vel enim in mouente vel in moto, ſed illum in mouente eſſe abſurdum eſt alioquin eſſet motum ſine motu, & aliquomodo mouebitur ſine motu. Si autem in modo ſtatuetur rurſus idẽ abſurdum emergit vt alterius actus peculiaris alteri tribuatur & in vnoquoq; non eſſe proprium vniuſcuiuſq; actum. Hoc igitur modo cũ ambigat aduerſus definitionem cæterum perſoluit dubitationes. Ad ſuppoſitionem quidẽ in qua ſupponitur duos eſſe actus factionem & paſſionem, & abſurda incommoda quę illi accidunt nihil reſpondet propterea quod neq; vera eſt ſuppoſitio & abſurda quæ videtur deduci, ſunt elenchi & non dubitatio. Sed alia abſurda quæ alterã ſuppoſitionem ſequuntur in qua dicitur vnum actum eſſe in vtriſq; perſoluit quoniam eadẽ ſuppoſitio ipſi videtur vera eſſe atque exoluit primam rationem in qua habetur alterius actum alteri tribuere quam poſuit in dubitatione tanq̃ ſequentem primam ſuppoſitionem, in qua dicebatur ſi duo eſſent actus & vtriq; in moto, in ſolutione autem perſoluit eam tanq̃ conſequentem eam in qua dicebatur ſi vnus erat actus & idem in moto eſſet. Nam vt dicebam nihil reſpondet ad rationem quę refellit ſuppoſitionem in qua dicitur ſi duo eſſent actus, quoniam neq; ipſi videtur vera eſſe ſuppoſitio. Reſpondet igitur ad alteram & inquit nihil incõmodi etiam ſi alterius actus alteri tribuatur immo neceſſariũ eſt in his quæ ſunt ad aliquid. Porro poſuimus a principio mouẽs & motũ de numero illorũ eſſe q̃ ad aliquid referuntur. Exẽpli gratia actio patris in alio quidẽ non ſuſcipitur q̃ in filio ſiquidẽ actio patris non abſcinditur ſeiũgiturq; a filio, ſed in ipſo filio eſt cõſtitura, q̃ quidẽ cum ortũ trahat atq; initium a patre reſidet conſiſtitq; in filio, ita ẽt actus illius per candorẽ facit in quodã alio non ſuſcipitur q̃ in albefacto & præceptoris doctrina in alio niſi in diſcipulo recipitur & generaliter agentis actio ſuſcipit̃ in patiẽte. Nihil. n. aliud patit̃ patiens q̃; id q́ agens agit ſiquidẽ tum agit agens ſimul patiens patiatur. Si ergo quod efficit agens hoc idem patitur patiẽs, & quod patitur patiens in ipſo reſidet patiente, nam in patiente paſſio ſtatuitur. Ergo quod efficit agens hoc in patiente erit. Vnde ſylľs in prima figura conficitur, quamobrem ſi factio actus eſt facientis ipſe erit in patiente. Neceſſe nanq; eſt vt eorũ quæ ſunt ad aliquid actus alterius in altero ſit. Cæterum ad ſecundum abſurdum. Rñdet quo dicebatur id incommodi ſequi vt duorum diffe-

rentium ſpecie vnus idemq; actus eſſet. Inquit eegō id in quibuſdā neq; abſurdum eſſe dico.ſ.in his quæ ſunt ad aliquid quandoquidē aliud eeit poteſtas, aliud vero actus eiuſdē potentiæ. Verum vnus eſt eorū actus ſubiectus ſed non eatione. Vna.n.eſt dealbatio quatenus album cādorem efficit & albefactum albeſcit, idē etiam eſt Theorema quod docet prçceptor & adiſcit diſcipulus igitue doctio Theorematis vna eſt quā docet magiſter diſcipulum eeuditq; & diſcipulus docetur. Non enim aiud doctio eruditioq; eſt quam ipſa adiſcentia aut ſuſceptio diſciplinæ a p̄ceptore, ſimilitee etiam diſciplina quæ eædem ſubiecto ſunt eatione autem diſcrepant. Quemadmodum aſcenſus & deſcē ſus, & ex thebis ad aihenes profectio, & ex athenis ad thebas eeuerſio, quæ profecto vnum iter vnumq; ſpacium habent, ſed raiionem proficiſcendi diueeſam ſicut etiam ab infimo loco ſueſum migratio, & ex alto loco ad deorſum delatio. Nam hinc cœpto itinere aſcenſus eſt illinc veeo deſcenſus iia etiam, in agēte & patiēte repetitur quoniam vtriuſq; eadē vnaq; actio eſt, ſed qua capit initium ex agenie actio qua ex patiē te paſſio, ſimiliter ex diſcipulo diſciplina & ex magiſtro docteina eruditioq;. Et hoc meeito accidit quando quidem nihil aliud agens agai q̄ id q; eſt poteſtate patiens igitue actus agentis idem erii ac vnus potē tiæ patienis, vnus igitur eſt vtriuſq; actus ſubiecto ſola ratione ſoloq; habitu differens. Deniq; ad vltimū abſurdum reſponſum affert, quoniā dicebatue ſi vnus eſſet vteiuſq; actus doctio erudiiioni quæ in diſcipulo ſuſcipitue eadem eſſet, quod ſi hoc datur prçceptor idem erit diſcipulo. Ad hoc itaq; reſpondet nō oportere vt diſciplina doctrinæ eadem ſit q̄m iam id abſuedum valeeet vt docere diſcereq; ac docētes & adiſcē tes eadē eſſent. Nā ſi prorſus & quoad oīa veluti veſtis & tunica eadrm ſunt ita doctio & diſciplina eſſent oporteret ſequi abſurda, quæ diximus. Sed cum non quoad omnia eædem ſunr, ſed ſubiecto eædem ratione autem differentes, non neceſſe eſt vt præceptor ſit idem cum diſcipulo neq; doctrina cū diſciplina, quoniam etiam cum aſcenſus & deſcenſus ſubiecto vnum ſint tamen non ſunt idem aſcendeee ac deſcēdrre, neq; aſcendens & deſcendens. Item neq; cum vna ſit inteecapedo vnumq; itee ex athenis ad thebas, & econtra ex thebis ad athenas, iam proficiſci ex athenis ad thebas idem erit cum ipſo reueeti ex thebis ad thebas, neque proficiſcens ex thebis ad athenas, idem erit cum eo qui eedii ex athenis ad ihebas. Hoc igitur modo doctrina diſciplinç eadem erit. Vnde neq; oportet vt diſceee & docere, neq; docens & adiſcens eadem ſint & videtue, neq; doctrina & diſciplina quoad omnia proprie eædem erunt, ſed duntaxat ſecundum ſubiectum quod ſi doctrina & diſcipſina funditus non ſunt eædem, neq; docere & diſcere, neq; peæceptorem & diſcipulum eadem fatebimur. Verum antecedens cōceſſit doctrinam ſcilicet eandē eſſe diſciplinæ qui deinde eefellet conſequens tanq̄ falſum dico ſcilicet vt docere & diſceee docens & diſcens eadem ſint, ſed conſequens neq; a peincipio conceſſii dicens neq; doctrinā diſciplinæ eandem eſſe, quoniam neq; definitione eçdem ſunt, ſed ſubirecto. Quaproperr nullum incommodum ſuſcipitue ſi vnum eſſe vtriuſq; actum conceſſerimus qui ab agente peoficiſcitue & in patiente ſubſiſiit quare ſi actus mobilis motus eſt qui vnus & idē motiui ſit & idem eſt in mobili productus a mouente ac mobile eſt motum igitur in moto motus ſedebit, & non in mouente. Etiam patet id quod dubitatur. Nam dubitatur nunquid motus ſit in mouente, vel in moto, vel in vtriſq;. Nā actus eſt huius ab eo qui mouet. Præterrea oſtenditur ex diffinitione motus ipſum eſſe in moto & non in mouente. Eſt enim inquit motus actus moti a mouente proficiſcens. Vnde etiam perfectiorem motus definitionem nunc tradit quoniā complectitur etiam cauſam actus. Nam inquit actus eſt mobilis a mouente proueniēs, prioe autem definitio erat motus eſt actus mobilis quatenus mobile eſt in qua non apeeii a quo huiuſmodi actus producatur & fiat, ſed ea quæ modo peoponitue idipſum oſtendii. Mouiui quoq; actus non alius eſt. Si enim motus actus eſt mobilis a mouente non igitur alter eſt motiui actus ab eo qui eſt in mobili, ſed vnum & idem preficiens quidem ſubiectum dico ſcilicet motum, qui fit a mouente. Nam mouere mobile eſt motiui actus, ſed mouere mobile idem eſt cum moueei mobile quare.

Ambo nanque actum eſſe oportet. Eſt enim hoc quidem motiuum: quo poteſt: hoc autem mouens: quo agit. At ipſius mobilis eſt actiuum. Quare perinde amborū unus eſt actus. Atque unius ad duo: & duorum ad unum idem eſt interuallum: & ut accliue: atque decliue. Hæc.n.unum quidē ſunt: at ratio nō eſt una. Similiter res ſeſe habet & in hiſce quorum alterum mouet: alterum mouetur.

Cum dixit non alium eſſe motiui actum Idcirco inquit hoc ipſe non dico vt vtrunq; ipſorum nō habeat aliquem actum. Et quod motum habeat actum perſpicuum eſt, quod vero mouens habeat aliquem actum impræſentia probat, & inquit eſt. Eſt enim motiuum quatenus poteſt mouere, moueee autem eſt agere. Si mouens inquit aliquando mouendi potentiam ſolum habet & aliquando agit pee eam, patet vt mouens & aliquem actum habeat quo poteſtate motiuū ſit actu mouens. Modo actiuum ſit circa rem mobilem Quapropter ſimili rōne vtriuſq; actus eſt. Ideſt & ſi mouens agit tamen nequaq̄ aliter agit q̄ in mobili quatenus mobile actu mouetur, quare ſi in mobile agit et actus motiui eſt ipſe mobilis motus vnus igitur erit vtriuſq; actus. Et quod mirum non ſit vnum eundēq; actum eſſe duarum eerum qui ſola ratione differt, & duobus vocatue nominibus exemplis perſuadet fidemq; facit. Inquit nam quemadmodū idem eſt vnius ad duo, & duorum ad vnum interuallum. Vnum quidem & idem ſubiecto, nihil enim intereſt aliquid vnū ex duobus ad vnū moueri, & ecōtra ex vno ad duo. Verbi gratia dicere quam rationem habet vnum ad duo nihil differt ſi contra dixerimus quam rationem habent duo ad vnum. Vnde ſolo habitu rationeq; differunt, ſed ſubiecto eadem ſunt. Sed quanq̄ eſt vnum interuallum ac ſpaciū tamen habitu conſiderationeq; diſceepat. Nam duo ad vnum habet proportionem duplam at econtra ſcilicet ad duo habet rationem dimidij ad duplum. Similiter etiam qui aſcendunt & deſcēdunt habitu rōnemq; differunt licet vnum ſit diuerſorium vnaq; intercapedo ac vnum migrandi iter.

Exiſtit *autem hoc loco dubitatio differendi facultati accōmodata. Neceſſe eſt enim actum aliquem eſſe ipſius actiui:*

etiam

etiam ipſius paßiui. Eſt enim actio quidem illius: paßio uero huius. Et opus finiſue illius actio: huius affectus.

Differendi facultati accommodata dicit pro hoc.ſ. digna diſcuſſione quadãq; diſputatione quaſi pſuadẽda ſit & ratione & ſolutione tractanda. Quæ eſt igitur dubitatio mediusfidius hæc, vt nunq̃ videatur recte dictum vnum eſſe vtriuſq; actum, ſed vtriq; oportet quendam peculiare actum tribuere qui ab altero ſit alienus atq; diſtinctus vt quoq; nomina indicant q̃ cum differant vniuſcuiuſq; actui tribuuntur, aliud.n. factio eſt aliud autem paſſio, differunt etiam effectus. Nam factionis finis eſt factum paſſionis autẽ paſſum. Si ergo nomina actuum & fines differũt certe & ipſi actus erunt inter ſe diſtincti.

Si igitur ambo ſint motus: ſintque diuerſi: in quo nã ſunt. Aut.n. in patiente: & eo quod mouetur ſunt ambo: aut actio quidem eſt in agente paßio uero in patiente.

Inquit ſi duo ſunt actus vel vtriq; vel vnus in mouente ſunt vel vtriq; & vnus reſident in moto. Verũ (vt dixi) vtroſq; in mouente eſſe non ſuppoſuit. Sed poterat hoc etiã modo effici diuiſio. Si duo ſunt actus vel vtriq; ſunt motus qui ſane a ſeſe viciſſim differãt vel vnus ex vtriſq; proficiſcitur vel eorum alter motus eſt alter vero nequaq̃, ſed hanc tertiam diuiſionis partem nõ ſupponit eam.ſ. dico, vel alter eorum motus eſt alter vero nequaq̃. Dico itaq; dubitationem non ponere actus tanq̃ funditus diuerſos a motibus, ſed inquit motum & actum idẽ eſſe vt hoc modo habeat dubitatio aliquid veriſimile ac id q facile ſuaderi poteſt, in hunc modum procedit apud Ariſt. ipſa diuiſio cum ſint mouens et motum vel horũ duo actus duoq; motus ſunt. Nam idem ſunt actus & motus vel vnus actus & motus vtriſq; ineſt. Quod vero dubitatio actum & motum in idem redigat ex his quæ hoc in loco inquit perſpicuum eſt, cum dicat ſi igitur ambo motus ſunt, in reliquã vero diuiſionis parte inquit ſi vnus erit actus in qua accipit idem eſſe actum cum motu.

Quod ſi hanc etiam actionem oporteat appellare: nomine ſolo conuenient.

Quoniam ex diſcrimine differentiaq; nominũ probauit duos actus eſſe eo quod alter vocatur factio alter autem paſſio. Vt nequis dicat, non voco agentis patientiſq; actum diuerſis diſtinctiſq; nominibus, vt ex hoc impellar vrgerarq; ipſos duos eſſe fateri ac nominare. Nihil enim apud me differt etiam patientis actum factionem appellare qui eſt vnus ac idem cum patientis actu. Et quoniam neq; inueniretur generaliter in vſu græcorũ nomen diſciplinæ proinde ad hoc inquit. Quod quanq̃ eiſdem nominibus eos actus ille appellaret profecto illa non erunt ſinonima ſed equiuoca, quoniam actus patientis, non ſuſciperet definitionẽ actus agentis alioquin erit agens patiens & ecõtra patiens agens quamobrem naturæ actuum ſimul diuiderentur cum ipſis actibus diſtinctis & ſi vno & eodem nomine vtriuſq; actus ille appellaretur.

At uero ſi hoc eſt: motus profecto in eo quod mouet erit. Eadem enim eſt: & in eo quod mouet: & in eo quod mouetur ratio. Quare aut omne mouens mouebitur: aut aliquid motum habens haud mouebitur.

Inquit ſi duo extiterint motus quorum alter in mouẽte reſidebit & alter in moto, quemadmodum itaq; motus erit in moto ita etiam in mouente erit. Vt ergo id q mouetur habet in ſeipſo motum vt particularem actum ita etiam mouẽs habebit in ſeipſo motum veluti proprium motum. Eadem quippe ratio eſt de vtroq;. Si autem motus in mouente ſtatuitur aut mouebitur, aut non mouebitur, ſiquidem admittitur illud moueri oportebit quoq; admittere vt omne mouens ſtatim moueatur quod quidem falſum eſt neq; enim appetibile mouet & mouetur neq; primum mouens mouetur vt videbitur explicabitq; in octauo libro. Si autem non mouebitur abſurdum erit vt motũ poſſideat & non moueatur.

Quod ſi ambo: actio inquam & paßio in eo eſt qđ mouetur ac patitur: & hæc duo doctio diſciplinaue ſunt in ipſo diſcente: primum quidem actus in uno quoque cuiuſque non erit. Deinde abſurdum eſt duobus quippiam motibus ſimul moueri. Erunt enim alterationes quædam unius duæ: atque ad unam formam. At fieri nequit.

Cum ſuppoſuiſſet alteram eſſe in mouente & alteram in moto eo.ſ q mouetur impræſentia ſtatuit vtrunq; motum in eo q mouetur, & inquit. Accidet igitur doctionem & diſciplinam factionem & paſſionem eſſe in eodem quod mouetur. Si autem hoc conceditur primum incommodum abſurdumque ſequitur vt actus alterius in altero collocetur. Deinde accidet vt duo motus differentes ſpecie in vnum & eundem finem tendant ac ducantur quod quidem fieri nequit, quoniam nunq̃ duæ alterationes in vnam & eãdem formam tendere & peruenire queunt vt dealbatio & calefactio in albedinem commigrant, alioquin ſi ex differentibus in eandem formam motus differentes tenderent id abſurdi ſequetur vt duo vni aduerſentur contrariaq; ſint. Nam mutatio non ex quouis temere, ſed ex ſuo contrario fit, ſiquidem motus ſemper ab vno eodemq; in vnum & idẽ p eadem media motus ſemper fiat. Etenim ſemper ex thebis ad athenas per eadem media fit commigratio vt per eadem confinia diuerſoriaq; & reliqui motus ita ſe habent. Sed quiſpiam cõtra rationem ambigere poterit quoniam ſiquis moueatur ab eodem in idem per eaſdem intercapedines is etiam ex diuerſis in idẽ moueri poterit. Verbi gratia ſint ſtatuanturq; duo termini diametri circuli. Et moueatur aliquis ex vtroq; termino in alterum verum per diametrum vnum motum conficiet alterum per ſemicirculum quamobrem differẽtibus motis dico.ſ. motu orbiculari & motu recto ab eodem in idem moueretur. Item moueatur quidpiã in eodẽ medio aeris ſtatuto ſigno & alter motus fiat a terra quicapiat idem aeris ſignum & alter motus a a cœli culmine defluat ad idem ſignum. Hinc enim liquet ex diuerſis initijs motibuſq; diuerſis ad vnum finem motus contendere, quare. Ad primam igitur dubitationem reſpondet imprimis de naturalibus motibus impræſentia ſermonem fieri, & non de his quæ ab anima proficiſcuntur. At fieri nõ poteſt vt aliquid in motibus naturalibus quod recto motu cietur in orbem feratur. Nam & ſi exhalatio ignita ſuccenſioq; vna cum proximo vicinoq; aere ab vniuerſo in gyrum & in orbem rapitur non tamen ſecundum natu-

ram mouentur,ſed ſupra naturam excellentiuſue. Vt etiam corpora animalium cum grauia ſint ſecundum naturam motu nempe obliquo non a natura cientur, ſed ab anima, fieri ergo nō poteſt vt idem moueatur motu orbiculari & motu recto naturaliter. Nā ignis non poteſt aliter conſequi ac ſupra occupare locum niſi per motum rectum & eundem ad rectos terminos vel æquales illum ex quo in quod ducentem,ſi.n. formica poſſet ex eodem in idem per diametrum & circunſerentiam moueri,ꝗ duo motus non eſſent ſpecie diuerſi,ſed eſſet via ſolum quæ ocius & minori tēporis interuallo & longiore peragitur vt ſiquis moueretur ex nigro in album interdum is minus temporis interdum maius conſumeret alteratione quoq; habita vel tardiore,vel velociore aut momētanea, hoc etiam modo aſſero fieri in his motibus. Si deſcriberetur in plano circulus & quiſpiam per diametrum cieretur & alter per circunferentiam ad eundem finem certe ꝗ non diuerſis motus ſpeciebus mouerētur. Sed vtriq; mouerentur eodem motu obliquo, quemadmodum etiam ſiquis per immenſum aut ambitum terræ moueretur non diceretur in orbem moueri alioquin hoc modo cuncta animalia in orbem duci moueréq; dicerentur quoniam in ſuperficie quæ circū ambit terram mouentur & animus amplius efficere hūc motum obliquum non diceretur,ſed quid duceret ſecundū hoc ea quæ circulo mouentur. Non ergo ſunt hi motus diuerſarum ſpecierum quippe vtriq; ab eadem virtute fiant, differunt autem ſola intercapedinis lōgitudine. Sed quid multis ipſe moror,neq; id quod in ſyllogiſmis accidit probat ratione, dico.ſ.hoc eādē concluſio poteſt oſtendi alijs atq; alijs propoſitionibus,& demonſtratione quæ oſtenſiua appellatue et ducens ad impoſſibile. Inſuper & ea quæ oſtenditur demonſtratione vt aiunt oſtenſiua poteſt alijs atque alijs tum veris,tum etiam falſis propoſitionibus concludi vt etiam ipſe in ſuperioribus dixi,ſed conſtat vt ſyllogiſmi non ſint naturales motus, ſed inſtrumenta ad ratiocinādum ac regulæ logices at de naturalibus motibus modo ſermo eſt. Hæc itaq; ad primam dubitationem reſpondemus. Ad ſecundam dico his admiſſis fieri non poſſe, vt ex diuerſis principijs in aliquem finem naturalem vnum & eundem aliqua proficiſcātur. Nam intermedius terræ ac cœli locus neq; grauium,neq; leuium eſt finis,ſed iter via grauium et leuium,quoniam & viæ ex contrarijs in cōtraria per eadem media ſunt vt ex albo in nigrum mutatio & ex nigro in album per eadem media verbi gratia ꝑ fuſcum & intermedios colores.

At unus ne actus erit. At rationis finis egreditur: diuerſorum ſpecie duorum unum actum: eundemque eſſe.

Ad aliā deſcendit vt ſuppoſitionem in qua dicitur vnum & eundem eſſe actum mouētis & illius ꝙ mouetur. Inquit ergo nō oportere ſupponere vt vtriuſq; agentis.ſ.& patientis vnus ſit actus, quoniam vt inquit abſurdum ac ſine ratione ſupponitur ſtatuitueq; duarum rerum ſpecie differentium vnum & eundem actum eſſe.

Et ſi idem doctio diſciplinaur. Et actio atque paßio docere etiam & diſcere idem erit: & agere atque pati. Quare neceſſario diſcet omnia qui docet: & patietur qui agit.

Quatuor hæc ſeriatim ſe habent docēs, doctio, docere, & erudiri. Et eſt eruditio finis quem introducit doctrina. Verbi gratia vt ipſum ædificium eſt quod quidem ædificatores perficere nituntur, ita etiam rei eruditio eſt ipſum theorema quod animo inſeritur ingeriturq;. Docere autem & doctio eadem eſſe videntur tamen eadem proprie non ſunt. Differunt inter ſe, quoniam doctio manifeſtat indicatq; motum ipſum & actum per ſe at doceret reſpectum reſpōſumq; ſeu modum actus præceptoris ad diſcipulum ſignificat quemadmodum enim ſe habent motus & mouere ita ſe habent doctio & docere, & ſimpliciter factio & facere. Inquit ſi duorum dico.ſ. docentis & diſcentis & ſimpliciter agentis & patiētis vnus eſſet actus, doctio & diſciplina & vniuerſaliter actio & paſſio eædem eſſent,ſed ſi hæc ſunt inter ſe eadem,& ea quæ deinceps ſequuntur eadem erūt videlicet docere & diſcere vnde accidere hoc maximum incommodum docētem qua doceret adiſcere & agentem qua parte ageret pati quod quidem abſurdum eſt. Preterea ſi vnus & idē actus eſſet in mouente accideret id ꝙ mouetur non habere motum. At ſi motus erit in eo quod mouetur igitur actus alterius peculiaris erit in altero.

An neque alicuius actum in alio eſſe abſurdum eſt. Eſt.n. doctio docentis actus.

Hoc in loco ſoluit dubitationes & tādem a prima exorditur in qua dicebatur, vt alterius actus in altero eſſet & inquit hoc neq; abſurdum eſſe vt in quibuſdā alterius actus in altero conſtituatur nam ita ſe habent omnia quæ ſunt ad aliquid,ſed videtur hanc ſolutionē ponere veluti reſponſum ad eam priorem ſuppoſitionem dico.ſ eam in qua ſupponebatur vtroſq; actus in eo quod mouens eſt collocari. Nam in hac ſuppoſitione dixit ſequi hoc abſurdum vt alterius actus ſit in altero. Sed magis rationi conſentaneum eſt (vt diximus) hanc ſequi eandem ſuppoſitionem in qua dicebatur vnum eſſe actum & hunc conſtitui in eo quod mouetue. Neque enim prorſus veram exiſtimat eam ſuppoſitionē in qua ſupponitur duos eſſe actus, vt dubitationes quæ ex ipſa proficiſcentur modo ſoluat.

In aliquo tamen eſt: & non inciſus: ſed eſt huiusce in hoc.

Nam præceptoris actus non abiungitur ab eo qui eſt in diſcipulo,ſed ab eodem procedit et fit ſuſcipitur in diſcipulo. Verum non oportet ſimpliciter exiſtimare præceptoris actum acceſſionem impreſſionēq; quæſitorum eſſe. Nam doctor pe ſe neminem docendo prætractare theoremata poteſt, ſed motum illum theorematum qui in animo diſcipuli fit & ſuſcipitur, quoniam & ſi præſente diſcipulo quidpiā præceptor narrauerit & non ingeneret quippiam animo diſcipuli,neq; docere diceretur. Hoc igitur modo doctrina erit non ſimpliciter quæſitorum Theorematumque acceſſio exactaq; doctoris cognitio,ſed ea ſuaſio quæ rationibus præceptoris diſcipulo innaſcitur & ingeritur, quæ ſecundum habitum diſciplina vocatur. Qn̄ autem ſumimus exordium a diſcipulo & ad præceptorem proficiſcimur, atq; ſimpliciter quoties ab effectu ad cauſam redimus reuertimurque diſciplina vocatur cum vero econtrario incedimus factio doctioque vocatur.

Neque quicquam prohibet unum duorum eundem eſſe: non ut idem habeat eſſe.

Secundum abſurdũ diſſoluit nihil velut inquit duorum diuerſorum ſpecie vnum actum eſſe. Verum intellige tu ſubiecto vnum & non definitione.

Sed ut eſt id quod eſt potentia ad id quod eſt actu. Neq; neceſſe eſt docentem diſcere: & ſi pati: atq; agere idem eſt: non ut ea tamen quæ rationis eiuſdem ſunt: ut ueſtimentum ac tunica: ſed ut uia una ex Thebis Athenæ: & ex Athenis Thebæ petantur: ut & antea diximus.

Siue hoc inquit quod ipſe hoc modo explico .ſ. nihil prohibere vt vnus ſit duorum ſpecie differentium actus verum non ſecundum omnia vnus, ſed quemadmodum vnum eſt id ꝙ eſt poteſtate & actu. Nam poteſtate grammaticus literatuſq; deinde actu fit grammaticus qui vnus & idem ſubiecto eſt, ratione tamen & diffinitione non vnus quoniam aliter definimus ipſum cum eſt poteſtate grammaticus & aliter cum actu eſt. Hoc igitur modo inquit fieri poſſe, vt vnus duorum ſit, vel igitur hoc inquit, vel vt iam diximus quoniam horum differentium ſpecie poteſt eſſe vnus & idẽ actus, qualia ſunt ea quæ poteſtate & actu eiuſdem potentiæ ſunt & ducunt ipſum in actũ. Hæc autem ſunt generaliter ea quæ agunt & patiuntur. Neq; neceſſe eſt docentem ꝗ diſcere neq; ſi agere & pati eadem ſint. In alterum abſurdum deſcendit. Hoc .n. non dixit ſi duorum vnus eſt actus quoniã huius .ſ. doctoris actus appelletur doctrina & huius .ſ. diſcipuli diſciplina, erit quidem doctrina diſciplinæ eadem ꝙ ſi hoc conceditur oportet etiam hæc concedere, quæ hoc ſequuntur .ſ. docere & diſcere eadem eſſe ſi autem hoc admittitur accidet docentem omnia diſcere. Ipſe igitur ſolutionem affert reſoluendo cum a poſterioribus initium faciat & ad priora reuertatur. Inquit nõ enim neceſſe eſt ſi docere idem eſſe cum hoc quod huiuſmodi vocabulo explicamus diſcere, vt docens præceptorq; diſcat quatenus docet quoniam ſi hoc modo idem eſſent ea ſubiecto & ratione idem eſſe vrgebimur fateri ſi vero non ita idẽ ſunt ſed veluti & via ex thebis ad athenas, & ex athenis ad thebas neceſſe non erit vt idem ſint ratione ſed ſolo ſubiecto.

Non enim eadem his omnia competunt: quæ aliquo modo ſunt eadem. Sed hiſce duntaxat quorum eſt eadem ratio.

Non eſt neceſſe inquit ſi aliqua eadem eſſe affirmarentur iam omnia quæ eiſdem inſunt vel eadem conſequuntur vt ipſa etiam eadem ſint. Sed illa ſecundũ naturam eadem ſunt, quibus definitio eadem eſt. Impræſentia autem nos dicimus fatemurq; docere & diſcere eadem eſſe non definitione hac .n. differunt, ſed ſubiecto quamobrem non eſt neceſſe ſi hoc modo eadem vt docens præceptorq; etiam diſcat.

At neq; ſi doctio & diſciplina ſint idem: idem erit & docere ac diſcere: quemadmodum neq; ſi interuallum ſit eorum quæ diſtant unum: idemq; eſt ab hoc ad illud: atq; ad hoc ab illo diſtare.

Retrocedit regrediturq; vt dixi ad id ꝙ prius oñdit qm̃ nõ oportet vt ſi docere & diſcere idem eſſent mox docentem præceptoremq; diſcere. Sed cum ipſa dubitatio induxit docere diſcereq; idem eſſe eo quod accepit doctrinam eandem eſſe cum diſciplina Impręſentia inqt neq; hoc neceſſario ſequi. Ecce .n. nõne itercapedo ex thebis ad athenas, & ex athenis ad thebas vna atq; eadem, tamen hinc diſtare & illuc accedere, atque illinc proficiſci, & huc concedere non eadem ſunt. Hoc igitur modo neque quoniam doctrina eadem eſſet cum diſciplina neceſſe eſt iam docere diſcereque idem eſſe.

Omnino autem neq; doctio proprie idem eſt quod diſciplina: neq; actio idẽ quod paſſio: ſed motus cui hæc inſunt.

Quoniam eo quod ſuppoſuit doctrinam eandem eſſe cum diſciplina, cætera abſurda deducebant prius quidem conceſſit doctrinam eandem eſſe cum diſciplina & oñdit non neceſſe eẽ vt docere & diſcere idẽ ſint, præterea neq; ſi hæc eadẽ eſſent oportere vt docens & magiſter quatenus docet ipſe diſcat. Impræſentia autem explicat neq; doctrinam eandem eſſe penitus cum diſciplina, ſed illud idem eſt cui tanq; ſubiecto ineſt ipſa doctrina & diſciplina. Vt neq; aſcenſus & deſcenſus ſunt idem ſed ſcala cui iidem inſunt. Porro ipſe motus dico .ſ. ipſa ambulatio & pedum tranſlatio, ipſa proprie eadem eſt quippe quæ vnam & eandem definitionem ſuſcipiat. Atqui aſcenſus & deſcenſus qui inſunt huiuſmodi motui uelut ſuo ſubiecto nõ proprie idem ſunt quoniam horum definitiones differunt. Sed motus cui hęc inſunt vnus eſt, motum appellat mutationem ipſam quæ fit a doctrina in diſcipulo. Ipſa enim vna eadem eſt, quæ cum refertur ad docentem doctrina vocatur cum vero reſpicit diſcipulum appellatur diſciplina.

Nam huius in hoc: & huius eſſe actum ab hoc diuerſum eſt ratione.

Quod diuerſa alteraq; ſit doctrina a diſciplina ſecũdum definitionem demõſtrat. Inquit .n. alio modo definimus actũ huius in hoc .ſ. actum efficientis in patiente, & huius ab hoc .i. actum patientis ab ipſo efficiente productum. Nam alterum definimus eſſe actum proficiſcentem a motiuo & perficientem id ꝙ mouetur, & alterum ſimiliter dicimus illius actum quod mouetur a mouente productum. Hæc igitur ab Ariſt. dicta ſunt. Quæret forte aliquis ſi vere aſſeratur de omni mouente, & de eo quod mouetur, vt motus ſit ſolũ in moto .ſ. eo ꝙ mouetur & nequaq; in mouente, in alteratione quidem & in auctione ꝙ reuera mouetur non eſt agens, ſed patiens. Nam albeſcit id ꝙ albus fit & non id ꝙ efficit album. Item augetur non augens, ſed id quod adoleſcit id eſt non agens ſed patiens, tamen motui ſecundum locum in quo aliqua mouẽtia eo ꝙ mouentur mouent, non videbitur hic ſermo conuenire adaptariq; poſſe. Nam ſi cœlum eo mouet ſuccenſionem ignitamq; exhalationẽ quod mouetur quomodo non dicimus mouens per idipſum quo mouet moueri atq; duos eſſe motus alium quidem mouentis alium autem illius quod mouetur item aliũ cœli motum eſſe & alium quo ea quæ hic ſunt mouentur taliter vel taliter ab illo motu alterata? Quamobrẽ duo actus & duo motus non ſolum ratione ſed etiam ſubiecto erunt, licet ſuccenſio moueatur eodem motu quo mouetur mouens quemadmodum etiam veſtis vna cum eo in quo eſt eodem motu mouetur. Verũ non eodem motu duntaxat quo cœli moti ſunt con-

tinua & proxima mouetur, ſed etiam generaliter omnes alterationis motum ſubeunt. Nam ab eodem ſolis motu ad locum quo ipſa rapiuntur in loco etiam taliter, vel taliter alterantur. Ad hanc autem dubitationem breuiter reſpondeo illud non dixiſſe Ariſt. vt nullum mouens ſit quod moueat eo quod mouetur. Plane admodum dixit cuncta naturalia huiuſmodi eſſe vt aliter mouere nequeant quam & ipſa moueantur. Sed tulit vim ciendi a mouente indutam impoſitāq; eſſe ei quod mouetur dico. ſ. ipſam vim & actū quo etiam poteſtate mobile mouetur cum perfectū eſt a tali actu qui cum vnus ſit atq; idem itineris principium a mouente capit, ſed finem & perfectionem tanq̄ ſolam in moto adipiſcitur, ſiquidem ille cum in eo quod poteſtate eſt introductus idipſum non relinquat, ſed velut mouens perficiat. Perfectio autem eſt virtutis acceſſio quæ quidem eſt motus. Nam penitus aggreditur theorema. Et ſi nullus ſcit quid diſcat ſed quando ipſa acceſſio ſuſcepta in diſcipulo ægerit in ipſum laborioſam virtutem quam nititur aſſequi, illam affirmo vnum & eundem actum eſſe qui a præceptore exordiū ſumit & ſuſcipitur in diſcipulo mouetq; ipſum ac perficit id quod eſt in potētia, qui profecto reſidet in eo q̄ mouetur & non in mouēte, quoniam per ipſum mouens non mutatur.

Quid igitur eſt motus: & vniuerſaliter: & per partes etiā diximus. Non eſt enim obſcurum quo nam pacto queq; ſpecies ipſius diffiniatur. Alteratio enim actus eſt alterabilis: ut eſt alterabile.

Primum enim definiuerat motum eſſe actum rei poteſtate quatenus tale eſt deinde quia poteſtas ſumebatur pro habitu, exactius diligentiuſq; definiens motum dixit illum eſſe actum mobilis qua mobile eſt. Inquit igitur ſummatim vniuerſaliterq; quia antedicta definitio generalis eſt, ex qua perſpicuum eſt & vnamquamq; ſpeciem motus definiri poſſe. Nam dicemus alterationem eſſe actum alteratilis quatenus alterabile eſt, & augumentationem actum augumētabilis quatenus auctile eſt, & lationem quatenus ductile eſt. Sed cum dicet quid eſt motus ſummatim & ſigillatim diximus quoniam nequaq̄ dixit definitiones, particularium motuum quæ ipſos explicent q̄m ea definitio generalis pōt cuiq; particulari motui adaptari idcirco ſubiunxit. Nō enim obſcurum eſt q̄uo definiatur vnaquæq; ſpecies eius. Hæc coniunctio enim reddit cauſam, perinde dicat ob id dixi per partes quoniam ex aſſignata redditaq; vniuerſali motus definitione, manifeſtum erit quomodo etiam vnaqueq; ſpecies motus definietur.

Enimuero notius hoc pacto etiam diffinietur: ſi potentia actiui atq; paßiui ut tale eſt actus eſſe dicatur: & ſimpliciter: & per ſingulos: ut ædificatio: uel medicatio. Modo eodem: & de cæterorum motuum unoquoq; dicetur.

Item (inquit) ex dictis ratio de motu clarior luculentiorq; aſſignari poteſt quoniam eſt actus actiui ad paſſiuum. Nam actus actiui ad paſſiuum eſt ipſe motus vel vt paulo ante diximus eſt actus mobilis a motiuo. Conuenit autem hæc definitio etiā ſingulis motibus & non ſolum ſpeciebus. Inquit enim ędificationem eſſe actum ędificatiui & ędificatilis quatenus tale eſt & de alijs ſimiliter dicendum eſt. Hæc autem definitio quia oſtendit vnum eſſe actum mouentis & moti ob id etiam hoc modo definiuit ipſum. Nam ſi motus eſt actus actiui & paſſiui duorum igitur eſt vnus actus.

Cum autem ſcientia naturalis circa magnitudines: motum: tempuſq; uerſetur: quorum unum quodq; finitum: aut infinitum eſſe neceſſe eſt.

Principio huius libri diximus duo eſſe de quibus agit philoſophus in hoc libro. ſ. de motu & de infinito quemadmodum in ſequenti volumine de tempore loco & vacuo ſermonem facturus eſt. Cum igitur ſermonem de motu abſoluit & dixit quid ſit motus & in quibus ipſe conſpiciatur & quot ſint ſpecies motus cæterum hic proponit diſſerere de infinito. Et quemadmodum conſueuit in omnibus fere problematibus quæſitis. Hoc etiam modo hic facit imprimis oſtendit intentioni propoſitoq; huiuſce opis operæ precium eſſe vt agat de propoſito problemate. Et hoc in loco diſputaturus de infinito ſi ſit an ſecus. Et ſi ſit nunquid ſubſtantia vel accidens habeatur & in quibus collocetur eſſeq; habeat. Imprimis patefacit ſermonem de infinito philoſopho faciendum eſſe, vt breuibus eos qui philoſophiæ ſeſe adiungunt ad capeſcendum naturalis contemplationis habitum cupidos efficeret. Quod igitur ſit neceſſarius naturali ſermo de infinito dupliciter oſtendit. Primum ex omnium rerum ſectione quas phyſicus conſpicit contemplaturq; quoniam quæcunq; res vel finita vel infinita eſt, deinde argumento eorum omnium qui in philoſophia aliquid quoquo modo cōmentati ſunt, cum ij nō modo de infinito diſſeruerunt ſed etiam idipſum ſtatuere rerum principium aliquæ igitur ſunt res quæ conſpiciuntur conſiderantur q; a naturali de quibus ſermonem facit inquit eſſe magnitudinem motum & tempus de his enim omnes philoſophi diſſerunt. Hæc autem omnia prorſus neceſſe eſt vel finita eſſe vel infinita, atq; ſimiliter magnitudinem motum & tempus finita vel infinita eſſe. Nam de vnoquoq; horū, hoc quæſitum tractari ſolitum eſt. Quamobrem ſi naturalis hæc vult cognoſcere ſuſcipiet profecto horū diuiſionem qua diuiduntur in infinitum & finitum. Verum fieri neq; poteſt vt diligenter exacteq; hæc cognoſcamus ſi non calluerimus quid ſit prorſus infinitum, atq; ſi prius non cognouerimus an penitus ſit, vel non ſit. Quod vero in operæ de natura rationem de infinito recte percunctari debeamus argumento coniectureq; ſunt cuncti veteres qui cum aliquem naturalis contemplationis ſermonem attigerunt non ſolum infinitum eſſe dixerunt, ſed etiam idipſum eorum quæ ſunt principium poſuere. Sed de infiniti ſententia communibus proprijſq; diſcriminibus inter ſe maxime diſſentiunt, omnes enim naturales infinitum poſuere principium. Verum non principium per ſe, ſed per accidens, quippe qui aliud eſſe aiunt principium per ſe ceu aerem, vel ignem, vel aliquid aliorum aut omnia hæc vel aliqua, vel intermedia, quibus infinitum quiſq; accidere fatebatur. Quapropter per ſe quidē principium forte erat aqua vel aer, vel intermedium. Sed quia accidebat aquam vel aerē magnitudine infinita eſſe ob id infinitum per accidens continere rationem principij dixere. Plato autem & pithagorei infinitum ſtatuerunt eſſe principium per ſe, cum ipſi infinitum

nitum, neq; terram, neq; aerem vel ignẽ aut aliquid aliud corpus, ſed aliquomodo per ſe ſubſtantiam infinitam eo ſubſtantia participantem ac natura quod infinita eſt dixere quam etiam principiũ & cauſam eorum quæ ſunt poſuerunt. Verum diſſentiunt inter ſe pithagorei & Plato, quoniam pithagorei numerum dixerunt eſſe infinitum, numerum.ſ. non illum a materia ſeiunctum neq; incorporeum, ſed aliquem ſenſibilem qui eſt omnium ſenſilium elementum & principium. Quoniam ij omnia ſenſilia ex numeris tanq̃ ex principijs prouenire arbitrantur. Hinc ſumpta occaſione aiunt omnia in numerum conferenda eſſe qui et naturæ fontem quaternitatem inſtituerunt, ij præterea infinitum non ſolum inſenſibilibus collocarunt, ſed etiam extra cœlum eſſe dixerunt, qui illud neq; quale ſit, neq; cui vſui eſſe poſſe determinarũt. Plato autem infinitum collocari inſenſibilibus principiumq; omnium ſenſilium eſſe & ipſe aſſentit. Sed extra cœlum nihil eſſe omnino neq; corpus, neq; incorporeum inquit tamen ipſe infinitum non ſolum inueniri in ſenſibilibus affirmat, ſed etiam in ideis eſſe, quas neq; intra coeli ambitum neq; extra cõtineri autumat, quoniam neq; omnino corpus extra cœlum locauit. Sed pithagorei quoq; numerum imparem infinitum eſſe aſſenſere Plato autem duo infinita ſtatuit quæ magnum & paruum appellauit diſſentiunt igitur Plato & pithagorei a phyſicis naturalibuſue, eo quod illi infinitum ſubſtantiam eſſe poſuerunt. Naturales autem ſtatuere infinitum accidens ſubſtantię. Quocirca illi infinitum principium per ſe arbitrati ſunt. Naturales vero per accidens. Vnde fit vt accidat Platoni & pithagoreis quidem aſſerere infiniti partem eſſe infinitam quoniã infinitum aiunt eſſe per ſe ſubſtantiam. Et cum pars ſubſtantiæ ſit ſubſtantia ita etiam pars infiniti infinitũ. At naturalibus id minime accidit.ſ. aſſerere partem infiniti infinitum eſſe. Nam vniuerſo aeri vel igni et eſt parti infinitum accidere putant. Cæterum etiam naturales non exiguo diſcrimine inter ſe diſcrepant quanq̃ id omnes conſentiat infinitum ſ. vel magnitudine vel multitudine dari cuncti nanq; naturales diuiduntur in hæc duo alij.n. ſectantur magnitudine infinitũ alij vero multitudine. Sed quæ ſit in eos diſſenſio cum explicabimus verba videbimus. Sciendum eſt, ꝙ pithagorei quemadmodum metaphoricæ & allegoricæ numerorum doctrinã tradidere ita etiam repoſuere collocauereq; allegoricæ inter principia infinitũ. Quod vero ſit ex eiſdem contextibus Ariſt. trahere poſſumus. Nam inquit eos dixiſſe numerum parem eſſe infinitum quemadmodum imparem fecere infinitum. Nimirum omnia componuntur ex finito & infinito. Quemadmodum ergo in numeris qui vſq; ad denarij ſummam perueniunt alium alterius rei ſignum eſſe dicebant. Nam appellabant quinarium numerum ius propterea ꝙ denarium numerus æque bis diuidebatur numerum quoq; quinariũ nuptui tribuebant propterea quod ex primo numero pari duo.ſ. & primo impari.ſ. tria varijs numeris formatis, numeri ſeipſos perficiebant, aſſimilatur autem numerus par fœminæ impar autem maſculo. Quoniam igitur ex hac numerorum coniunctione fiebat numerus quinarius illum commodum nuptijs prolisq; habendę aptiſſimum appellabant & ſub prætextu numerorum qui ſunt rei alterius ſigna aliam rem ſignificabant. Vt ergo numeros rerum aliarum ſigna inſtituebant ita etiam affectionis ipſorum. Equidem ſignum materiæ aſſerebãt eſſe ipſum numerum parem, & ſignum formæ ipſum imparem, ex quibus in vnum coniunctis connexiſq; res fiunt & naſcuntur, aſſimilatur inquam materiæ numerus par propterea quod vt numerus par diuiſioni aptus eſt, & impar ipſi rei diuiſe ita etiam materia eſt diuiſionis & interminationis cauſa & forma finis & terminationis, ob id certe dicebant numerum parem infinitum eſſe quoniam par eſt cauſa ſectionis in infinitum. Nam ipſa bina inciſio efficit ſectionem magnitudinis in infinitum. Materia autem etiam infinitum eſt propterea quod magnitudinibus & omnibus dimenſionibus terminatis, ac interminatis ſubijcitur, & cauſa eſt ſectionis. Verum quod Plato qui partes pithagoreorum defendit vocauerit aſſeueraueritq; materiam eſſe infinitum, in ipſo verborũ contextu Ariſt. indicat. Inquit, Plato duo infinita dicit magnum & paruum. Quod vero magnum & paruum materiam Plato appellauerit multis alijs in locis ab Ariſt. dictũ liquet, qui præſertim in primo hmõi operis lib. inquit apud Platonem hæc duo magnum & paruum rationem materiæ tenere, & vnitatem formæ.

Et ſi non omne quoduis neceſſe eſt aut infinitum eſſe aut finitum.

Quoniam ea quæ tractantur cõſiderunturq; a phyſico diuiduntur in finitum & infinitum. Verum hæc diuiſio non eſt illa generalis in habitum et priuationẽ. Sola.n. diuiſio per cõtradictionem omnibus, tum his quæ ſunt, tum his quæ non ſunt congruit, ob id inquit omnia quæ a phyſico conſiderantur diuidi ſecariq; in finitum & infinitum. Et ſi non oĩa quę ſunt infinita vel finita habeantur. Nam in his diuiſio ſm habitum, & priuationem fit in quibus prorſus oportet priuationẽ & habitum inueniri, tamen æquiualet diuiſioni ſecundum contradictionem. Nam veluti quiſpiam diceret hominum, alij vidẽt, alij ceci ſunt, is certe complexus eſt omnes homines quoniam quicunq; homo aptus idoneuſq; eſt vt viſum capiat, vel cecitatem. Hæc ergo diuiſio ſecundum habitum & priuationem æquipollet diuiſioni per contradictionem. Attamen ſi diuideret hoc modo canum, alij vident, alij ceci ſunt diuiſio minime omnes canes complectetur propter catulos. Hæc igitur dixi quoniam ſingula quæ a naturali conſiderantur ſuapte natura queunt mox diuidi in infinita vel finita, quocirca dixit neceſſe eſt, vt quæcunq; a phyſico tractantur finita ſint vel infinita, & ſi ipſa diuiſio non complectitur omnia quæ ſunt ac eſſe poſſunt.

Vt affectum ac punctum. Talium enim fortaſſe nullum neceſſe eſt in horum altero collocari. Ad naturalẽ ſane philoſophum de infinito ſi ſit: nec ne: & ſi ſit: quid nam ſit contemplari pertinere videtur.

Affectionem inquit ceu albedinem vel nigredinẽ, & ſimpliciter qualitatem Hæ ſane neq; finite, neq; infinite ſunt quoniam neq; prorſus magnitudines ſunt. Verum adiecit fortaſſe, quoniam interdum dici ſolet multa albedo, & exigua, quæ vt diximus in lib. prædicamentorum multa dici ſolet per accidens, & non per ſe. Nam eo albedo multa dicitur quod in magna

ſuperficie eſt. Hoc modo etiā qualitas infinita dici poterit vel finita quia ſupficies cui ineſt vel finita vel infinita eſſe dr̄. Pūctum etiam dici poſſet infinitum non eo quod percurri peragiqꝫ non poſſit ſed quoniā non habet terminum quemadmodum ſolemus circulum infinitum dicere eo quod terminis non clauditur. Et veſtem infinitam contextu quod non habet diuiſionem vel numerum cum infinitos in re filos cōtineat. Dicit autem in horum altero.ſ. finito vel infinito.

Atq; ſcientiæ huiſce contemplationem de ipſo propriam eſſe: hoc ſigno patet. Omnes enim qui digne talem philoſophiam tetigiſſe putantur: de infinito ſermonem fecerunt. Ac omnes ipſum ut principiū quoddam eorum quæ ſunt poſuerunt. Alij quidem per ſe: ut ſubſtantiam: non ut rei cuiq; accidens: ut pithagorici atq; Plato.

Ad hanc ſcientiam ſ. naturalem cum oſtendiſſet ex ipſis rebus ſermonem de infinito præcipue ſpectare nunc demonſtrat idem ex vſu, & teſtimonio veterum præcipue inſignium præclariſſimorumque phyloſophorum.

Verum pithagorici quidem in ſenſibilibus ipſum ponūt. Non enim ſeparabilem ipſum numerum faciunt: & id quod eſt extra cœlum infinitum eſſe dicebant. Plato autem extra quidē cœlum neq; corpus eſſe: neq; ideas putabat: propterea quod neq; uſquam ſunt ipſæ. Infinitum tamen & in ſenſibilibus: & in illis eſſe cenſebat.

Pithagorei numerum quidem ſimpliciter non aſſerebant infinitum eſſe, ſed numerum parem, quē non abiunctum i. non incorporeum ſeparatumqꝫ omnino a ſenſibilibus autumant, ſed in ipſis veluti eorum elementum ſtatuunt, quod etiam extra cœlum eſſe fatentur, tanq̄ aſſeuerent aliquid infinitum extra vniuerſum cœli ambitum eſſe ſiue illud vacuum ſit vel potius forſitan corpus quod quidem nos inſpirantes viuere dicūt, quemadmodum Ariſt. etiam dicit cui rurſus conſtare potuit hoc ab illis allegorice miſtice dicta diſputataqꝫ fuiſſe Siquidem non ſuſpicantur cogitentqꝫ cœlum perforari & hoc modo infinitum mundum hunc ingredi quod nos inſpirantes viuimus. Sed illi forſitan vim ſummi opificis infinitum tetigere cuius ope cunctis datū eſt eſſe ac permanere. Sed extra cœlum eādem eſſe non ſecundum locum, ſed ſecundū ſubſtantiam intelligendum eſt. i. ab omni ſubſtantia corporea liberatam atqꝫ alienam. Plato etiam cum id infinitum in ideis collocaret certe infinitum virtute imperioqꝫ in illis ſtatuit, eo quod habet vim quæ hic continentur in infinitum efficere producereqꝫ ac ea prouehi.

Et illi quidem par ipſum infinitum eſſe dicebant. Hoc enim comprehenſum: atque finitum ab impari præbet hiſce quæ ſunt infinitionem. Signumque huius id eſſe quod in numeris accidit.

Inquit pithagorei dixerunt numerum parem infinitū. Nam aſſeruerunt illum eſſe cauſam infinitatis in rebus, ſed numerus impar apud eos terminatiuus rerum erat ac definitiuus quoniam is non ſuſcipit diuiſionem ſed eius par. Inquit ergo eos aſſeruiſſe parem numerum cum comprehenditur ab impari. Cauſam ſectionis rerum eſſe in infinitas ſpecies & indiuidua, & penitus diuiſionis rerum in infinitum. Nam numerus impar finit & terminat, at par cauſa eſt ſectionis in infinitum. Semp̄ in ſuas partes diuiſionē ſuſcipiens. Ex quibus etiam manifeſtum eſſe poteſt eos per numerū parem tetigiſſe inſinuaſſeqꝫ materiam, & per numerum imparem formam. Nam cum ſit vnaquæqꝫ forma per ſe impartilis & indiuiſibilis quando ipſa materiæ aduenerit, & materia complectetur formam vt terminatam ſe, accidet quod forma vt in multa indiuidua partiatur ac particularis fiat. Verum non per ſe ipſam. Nam verbi gratia. Ratio ſubſtantiæ omnis per ſe ſimplex vniformis & dimenſione vacans eſt, ſed per materiam in qua ſuſcipitur in multa diuiditur. Nā ipſa materia eſt cauſa, augende multitudinis indiuiduorum in infinitum forma exiſtente vna ac eadem. Quemadmodum ſi anulus aut ſigillum, alia atqꝫ alia immo mille vt infinitis figuris ceram impreſſerit ſigillaueritqꝫ certe hic cā infinitatis nō eſt forma anuli vel ſigilli. Nam ipſa vna & eadem eſt, ſed materia eſt cauſa ideſt ipſa cera quæ ſemper alia atqꝫ alia forma comprehenſa definitur & terminatur cum per ſe ſit indefinita. Huius rei ſignum eſt id ꝙ accidit in numeris. Nā oppoſitis gnomonibus circa. Vnum ac ſeiūctim ſemper alia atqꝫ alia numerorum ſpecies fit, quo etiam & in loco notandum eſt Ariſt. non ignoraſſe ipſos pithagoreos hæc miſtice allegoriceqꝫ dixiſſe quoniam ipſe perinde ac dixerint numerum parem quem inquit ab impari terminari nō ſignificare impares paremqꝫ in cæteris alijs numerorum ſpeciebus, ſed alia quædā per hos numeros ſignificare contenderunt ſubiunxit ſignum eorum quæ diximus id quod accidit in numeris facit tanq̄.ſ. illa quorum numerus ſigna eſſe dixerunt minime numerum ſint. Et quanq̄ impar & par ea eſſent quorum alterum finitum, alterum vero infinitum appellauere, tamen alia quædam his inſinuabant. Hæc dicta ſint hactenus. Cæterum ſi volumus diſcere parem, imparemqꝫ huius loci ſententiam imprimis explicemus quid arithmetici & geometræ gnomonem appellent. Accipito itaqꝫ locum quadratum quæ diuidito in quatuor quadratos æquales, quorum tria conſtituant figuram ſimile huic elemento. Hæc nanqꝫ figura gnomon a geometris appellatur. Quiſquis poſtea adiunxerit reliquo quadrato gnomonem quadratum auxiſſe & non alteraſſe dicitur, vt in prædicamentis explicatum eſt. Nā ob id ea figura ſic conſtituta gnomon appellatur quoniam ipſe additus quadratis eandem formam figuramqꝫ retinet, qui non ſolum in quadratis eandam formam ſeruat. Sed etiam in omni parallogrammo. Nam gnomon eſt vt geometra definit, omnis parallogrammi quantum vis ſpacij paralellogrammorum quæ ſunt circa diametrum cū ſupplementis, quæ ſane circa eandem formam poſitus ſp̄ eādem formam ſeruat, vnde et arithmetici gnomones omnes impares numeros vocant, vt 1.3.5.7.9.11.13. & ſic in infinitum. Nam ſi exordium ſumpſeris ab vnitate quam coniunxiſſe cōſtitueriſqꝫ cum.ſ. vnum cum tribus numerum quaternarium efficies quadrangulum, quadrangularis autem eſt ipſa vnitas cū cuiqꝫ lateri ſemel ſuam vnitatem iunxeris. Rurſus ſi huic numero adiunxeris quinqꝫ efficies quidem tu. Numerū nouenarium rurſus quadrangularem, cui deinde ſi copulaueris numerū ſeptenarium orietur numerus ſexdecim,

decim, cui etiam adiungito nouem, cõſtituetur nume-
1.3.5.7.9.11 rus uigintiquinq; , & huic demũ copulato vndecim
producet numerus trigintaſex. Et hoc mõ in infinitũ,
49.16.25. ſi deinceps impares iã productis numeros iunxeris ſp eandẽ figuram quadrangulare ſeruabis præterea aliã quadrangulorũ generationẽ tendunt. Si paulo a ꝓpoſito digredi libet, quã fieri inquiunt ꝑ curſum reciprocũ numerorũ, qui non ſolũ generationẽ numerorum quadrãgulorũ nos docent, ſed & latus i quo vnuſqſq; deſcribit. Quod vt tibi hoc clariſſimũ fiat extende latitudinẽ numerorũ ab vnitate vſq; in infinitũ, deinde ab vnitate initiũ ſumito quã cũ cæteris numeris cõponito denuo reuertere ad vnitatẽ vſq; & oẽs quadrangulos inuenies. Exẽpli grã. Vnũ 2.3.4.5.6.7.8.1.10.11. & ita in infinitũ, de hinc cõponito vnitatẽ cũ dualitate, & retrocedito in vnitatẽ apponendo illã & facito. Numerũ quaternariũ quadrangularẽ. Rurſus incipito a numero ternario, denuo rediens vſq; ad vnitatẽ iam appoſitam, & facito numerũ octonariũ. Et numerũ vſquequo hanc compõnem faciendo inueneris latus iam producti quadranguli. Nã duo eſt quadrati huius .ſ. quatuor & tria alterius quadrati .8. nam vſq; ad tria cõponẽtis retroceſſimus & ita in infinitũ. Hæc igr̃ vt dixi extra propoſitũ vagati ſumus. Cæterum quod ipſe in hoc cõtextu inquit hoc eſt, qm̃ aſſerit numerũ parem eſſe ens infinitũ cum fuerit cũ impari cõiunctus erit cã infinitatis numerorum eorũ qui producũtur ab eis. Impar aũt propterea quod terminatiuus eſt, & terminus cã definitionis & identitatis illius eſt quod producitur ab eo. Huius rei ſignũ eſt id ꝙ accidit in numeris qui digitales lineareſq; vocantur. Qm̃ ſi ceperis ab vnitate, & deinceps cõpoſueris oẽs impares inter ſe quos gnomones appellat. Sẽper productos quadrãgulares cõperies quo pacto numerus impar ſit cã definitionis & vnitatis. Vnde ipſum appellarunt terminũ. At ſi numerum parem cõiunxeris cum vnitate & deinceps cum cæteris numeris tum & imparibus nunq̃ eandẽ ſpecies formã ſeruabis, ſed procedens in infinitũ mutatione eorum numerorum qui continuo producuntur. Nam ſi cõpoſueris vnitatem cum dualitate efficies nanq; ternariũ numerorum trigonum, cui ſi adiunxeris quatuor efficies eptagonũ, cui alius iunctus numerus ſp alia emerget numeri ſpecies. Vnde numeri partes non modo ſeipſis coniuncti infinita ac indefinita producunt, ſed & ſi iungantur imparibus Hoc igitur modo numerus par eſt cã infinitatis & indefinitatis. Et impar cã terminationis & finitudinis. Recte igitur numerũ parẽ vocabant infinitũ. Verum huius loci verba obſcura ſunt ꝓp breuitatẽ.

Cum enim normæ circa unum: ſeorſumq; ponuntur: nũc alia ſemper ſit ſpecies nunc una. At Plato duo infinita facit magnum in quam ac paruum.

Cum circa inquit, gnomones ponuntur .i. ſm̃ eum numerum quo diximus illud inter ſe coniungi apponiq; vna ſp & eadem ſpecies orietur, quis ſi ſeorſum ponerentur .i. ſi ſeipſis non adiungerentur, ſed paribus nunq̃ eadẽ ſpecies fiet. Verbi gratia vt diximus duobus additis vnitati deinde tribus additis quinq; & deinde adiunctis gnomonibus ſp cæteris numeris paribus, vt tria duabus & 4.5. Nam nullo modo ex eorũ congeſtu collectioneq; fiet determinata ſpecies, ſed in finitum procedat mutatio quo fit vt recte aſſeruimus numerum parem comprehenſum a numero impari, & terminatum eſſe his quæ ſunt præbere infinitati. Quorum alterum quidem eſſe oportet, vt collectionem numeri ac coniunctionem in propriam & peculiarem ſpeciem redigat, cum numerus par ſit ſolum cauſa infinitatis vt oſtẽſum eſt. Plato aũt duo infinita poſuit magnũ & paruũ. Ob id nanq; magnũ & paruum poſuit duo infinita qm̃ in illa bina magnitudinis ſectione, aliud numero partiũ in infinitũ adoleſcit alterũ vero in infinitũ diminuit, huius .ſ. diuiſione magnitudinum cãm materiã eſſe aſſeruit, quam & magnũ & paruũ appellauit ꝓpterea quod, ipſa erat cã horũ quæ diximus. Quã primũ .n. in materia forma introducta eſt mox ipſa diſcrimen ſm̃ magnum & paruum obtinet.

Naturales autem omnes aliam quandam ſemper naturã eorum quæ elementa dicuntur ipſi infinito ſupponunt: ut aquam uel aerem: uel id quod inter hæc medium collocatur.

Naturales diuidit cõtra pithagoreos & Platonem quippe qui theologiæ potius operam nauauerũt. Inquit igr̃ phyſici oẽs infinitũ non eſſe ſubſtantiã, ſed accidens ſtatuerunt cui alterã ſubſtantiã ſubijci voluere. Verum ſinguli infiniti eã ſubſtantiã ſubiecere, quã eẽ rerũ principium opinabantur. Verũ conſentiunt oẽs vt infinitũ nullo pacto ſubſtantiã eſſe admittat, ſed accidens, quocirca ipſum principiũ ꝑ accñs dici, & nõ per ſe contendunt. Nã principium per ſe apud vnumquẽq; illorum aliud eſt, ſiue illud ſit aqua vel aer, vel aliquid alterũ, qui profecto principio rerũ infinitũ ob ſempiternum rerum ortũ tribuere. Eſt igr̃ hæc de infinito cõis phyloſophorum ſnĩa atq; opinio, quo vero diſſentiant inter ſe, deinde oñdet, quippe quiſq; ſuũ quod ſtatuerat principium infinito ſubiecerit.

Præter eos qui elementa finita fecerunt. Nullus .n. ipſorum infinitum facit.

Nullus inquit eorũ qui ſtatuerũt plura habẽda eſſe elementa numero aũt finita vt Empedocles qui quatuor elemẽta rerũ principia aſſeruit, ea neq; ſi vnũ neque ſi plura ſint mole magnitudineq; infinita facit. Nã hoc abſurdiſſimũ eſt atq; fieri neq̃t alioqn ſi vnũ eſſet infinitũ oẽm dubio procul occuparet locũ & cæteris nõ ſineret locũ, vt exiſtere queant, ſi vero plura eſſent infinita abſurdior temulentiorq; erit ſuppõ qm̃ ſi vnũ multorũ elementorũ non põt eſſe infinitũ. Certe multo magis fieri nõ poterit, vt plura infinita admittant.

Qui uero elemẽta faciũt infinita: ut Anaxa. atq; Democri infinitũ ipſum tactu cõtinuũ eſſe dicunt. Ille quidẽ ex hiſce quæ ſunt ſimiliũ partiũ: hic aũt ex indiuiduis illis corpuſculis quæ figuris differunt: ſiuntq; generandarũ ſemina rerũ.

Inquit qui numero elemẽta infinita affirmãt hi extitere Anaxa. & Demo. ſectatores alter dixit ſimilaria infinita eſſe alij vero atomos .ſ. quædã inſectilia q diſcrepãt ab ijs qui poſuerũt vnũ elementũ magnitudine infinitũ. Hij aũt fuere, q aerẽ vel aquã aut intermediũ ſtatuerunt principiũ quod illi cõtrariũ dixere infinitũ qm̃ illud vnũ corpus infinitũ aſtipulati ſunt ij aũt tactu infinitũ fecerũt. Nam cũ ſimilaria numero infinitæ ſubſtãtiæ ſint accidit, vt ex his in vnũ redactis atq; cõnexis vnũ aliquod producat ſm̃ extenſionẽ & corpus infinitum fiat. Dicit aũt ex toto veluti ſemine figurarum qm̃ ſectatores Demo inſectilia non ſolum numero, ſed etiam figuris infinita eſſe dixerunt.

Atq; ille quidem quamuis congeriei partem congeſtã eſſe perinde atq; totam dicebat: quia uidebat quoduis ex quouis oriri. Hic.n.& omnes res olim ſimul fuiſſe dixiſſe uidetur: ut hanc carnem: & hoc os: & quoduis ſimili modo. Igitur & uniuerſa: & ſimul ergo non ſolum.n.in uno quoq; principium eſt ſegregationis: ſed in ipſo etiam uniuerſo.

Anaxagoras & Democritus diſſentiũt a cæteris naturalibus eo quod illi infinitũ eſſe continuum hi autẽ contactu infinitorũ numero infinitum conſtitui aſſeruerũt, tanq̃ is accidat ſumere exordiũ ex infinito ſm numerum & deſinere finireq; in infinitũ magnitudine Democritus ergo & Anaxagoras cõueniunt ſm hoc diſſentiunt aũt eo quod Anaxagoras ſimilaria ſegregatione ex ſeſe viciſſim produci inqt Democritus vero atomos ipſas.ſ.inſectilia ex ſeſe mutuo generari nõ aſſentit. Item ille quidem quãlibet partem eſſe toti ſilẽ cõmixtam argumento quod quodlibet fieri ex quolibet videbat. Equidẽ Anaxagoras, vt inquit quemadmodum principio oĩa in toto cõmiſceri. Et eſſe veluti quandam magnam ſimilarium miſceliam, quæ oĩa in ſeipſo cõtineret, ita ẽt in vnoquoq; particulari aſſenſit oĩa eſſe. In hãc aũt opinionem inciderat (inquit) argumẽto quod ſingula ſingulis oriri conſtituiq; videbat, quippe qui nihil ex nihilo, neq; ex ente alterius generis, ſed ſilẽ ex ſimili produci autumabat. Quamobrẽ huic carni inexiſtebant oĩa actu, ex qua illud quidem prius ſeparabaẽ qđ forte fortuna aptũ idoneũq; erat, vt ſepararetur. Hinc.n.inqt, vr̃ ſil' fuiſſe oẽs res aliqñ aſſeruiſſe. Nã ſi caro & os fiebant ex oĩbus, & ex ipſis oĩa etiã quodcunq; ex quocunq; producebaẽ quapp oĩa ex oĩbus prodibant in lucẽ. Quod ſi oĩa ex oĩbus emergebant, cum vero nõ ſolum habeatur diuiſionis hmõi oſſis, & huius carnis, ſed ẽt oĩum principiũ. Vr̃ igitur oĩa priuſq; ceptũ eſſet ea diſſociare ſeiũgereq;, in oĩbus cõſtituta eſſe. Nã ſi rerũ oĩum diuiſionis principiũ eſt, & quodcunq; ex quocunq; ſecerni abiũgiq; aptũ eſt priuſq; igr̃ res initiũ ſiue diuiſionis acceperũt ſimul oẽs erant. Qm̃ omnis diuiſio quodam tpe cepit. Verum quod res oẽs ſimul fuerint, & omnis diuiſionis initiũ ſit, deinde probat tanq̃ ex perſona Anaxagore. Verum quædã obiter ex eius ſnĩa concedenda petit quædã ex aſſumptis poſtulatiſq; tanq; conſequẽtia ſyllõ cõcludit. Sed hoc in loco videbitur forte Ariſt. contrariũ aliquod afferre his quæ in 1.lib. de Anaxagora dixit. Ibi.n.dixit Anaxogoram aſſeruiſſe mentẽ primordio rerũ ſeparare omnia ſimilaria voluiſſe tñ non potuit id aſſequi quapp dixit mentẽ illam eſſe ſtolidam cũ ea quæ fieri nequeunt aggredi ac facere niteretur. At hoc in loco inquit mẽtem quoddã principio cepiſſe cũcta ſegregare diſſociareq; quæ loca inter ſe pugnantia videntur. Rñdemus igitur hæc inuicẽ non diſſidere ibi.n.de vnoquoq; ſimilari particulari locutus eſt qm̃ vnumquodq; ſimilare non poteſt pure ſinceręq; ſeiungi, vt caro adeo ſeiungi non poteſt qui in ſeipſa alias ſubſtantias contineat. At hoc in loco loquitur de illa miſcella ex ſimilibus infinita magnitudine conſtituta in qua olim erant omnia per quam etiã dixit, omnes res ſimul eſſe, ſeiungiq; in particulares, vt ita dixerim ſimilaritates non ſinceras puraſq;, ſed ipſas habentes quoq; omnia ipſiſmet commixta & concreta, quæ tales elucebant atque nominabantur ex eo quo plus in eis abundabat.

Nam cum omne quod fit ex tali corpore fiat: oĩumq; fit generatio: non ſimul tamen: atq; aliqđ principium generationis eſſe oporteat: et id ſit unum: quod ille mentẽ appellat: menſq; a principio quoddã operetur cum intellexit. Neceſſe eſt olim oĩa ſimul fuiſſe: moueriq; olim cepiſſe. Democritus aũt non aliud ex alio primorum illorũ corporum fieri dicit.

Vult probare principium oĩum rerum diuiſionis eſſe oĩa ſil' fuiſſe illa priuſq; ſepararet, petit aſſumitq; igr̃ oẽ ꝙ fit ex ſil'e ꝓduci. Nã hoc ex tali eſt, & oĩum eſt generatio. Verũ non ſil' oĩa generantur, ſed illud prius quod quidẽ aptius magiſq; idoneũ eſt, vt ſeparetur. Oportet aũt (inquit) quoddã principiũ generationis efficiens eſſe, quod apud Anaxagorã eſt ipſa mẽs. Si, ergo nihil ortus generationiſq; expers & mẽs ipſa generationis cã quod ã initio res ſeparare cepit igr̃ cõcedendũ eſt principiũ diuiſionis oĩum fuiſſe, ſed ſingula ex ſingulis fiunt. Nã fieri põt, vt id ꝙ fit ex ſilẽ non producaẽ igr̃ neceſſe eſt ſingula in ſingulis eſſe, vt hoc modo ſingula a ſingulis ſegregenẽ. Et cũ nihil ſeiũctũ ſemotũq; eſſet anteq; mens ſeparare cepit. Nihil aliud enim cã ſeparationis eſt quã mens ipſa Neceſſe eſt igr̃ vt oĩa ſil' hæreant. Verũ ſiue mens ſit diuiſionis rerũ cã, & quodlibet ex quolibet ſuapte natura fieri nõ poſſet ſil' oĩa aliqñ fuiſſe nõ neceſſe eſt ſiue aptũ ſit quodcunq; ex quouis fieri, & mens non hr̃etur ſola diuiſionis cã hoc ẽt modo neq; vrgebimur fateri oĩa in omnibus eſſe poteſt.n. & aliter totum quemadmodũ impræſentia accidit per exigua ſimilaria diuidi.

Ipſum tamen commune corpus omnium eſt principium: magnitudine partium differens atque figura. Patet igitur ex hiſce quæ diximus: infiniti contemplationem ad naturales philoſophos pertinere. Principium aũt omnes ipſum ponunt cum ratione. Impoßibile eſt.n.aut ipſum in ratione rerũ eẽ fruſtra: aut aliã ullã ipſi præter principij uim ineſſe.

Democritus illa prima corpora dico.ſ.inſectilia orcũ in munia liberataq; eſſe aſſeruit, qm̃ alterum ex altero nõ producitur ceu corpus orbiculare ex pyramidali tñ ſuppoſuit ſubiecitq; vnam corporis naturã oĩbus figuris cuius partes atomos eſſe magnitudine, & figura inter ſe differentes dixit. Nam hæc.ſ.inſectilia corpora non ſolũ aliam, atq; aliam figuram habent, ſed eorũ quædam ſunt minora quædam vero maiora. Cæterum cuncti non ab re idem principiũ eſſe ſtatuerunt. Cum oſtendiſſet phyſico agendũ eſſe de infinito, tum quia res quæ a naturali conſiderantur in infinitum & finitum diuiduntur, tum etiã quia cuncti veteres non modo infinitum eſſe conſtituerũt, ſed etiam idipſum oĩum quæ ſunt principium eſſe affirmarunt. Nunc autem vult oſtendere eos non ab re cum infinitum eſſe poſuẽrunt idem eorum quæ ſunt principium autumaſſe. Nam ſi prorſus eſt, fieri nequit, vt idem non ſit principium. Quoniam ſi eſt vel incaſſum dabitur, vel alicuius rei gratia inſtituitur, temere igitur, fruſtraq; haberi non poteſt, quoniã quæ temere fiunt raro euenire ſolent, at infinitum inter ea numeratur, quæ ſemper eodem modo ſe habent, ſiquidem illud ſit ortus interituſq; expers ergo infinitum fruſtra temereque haberi non poteſt. Si alicuius gratia eſt inſtitutum admiſſumque a veteribus, vel igitur erit principium, vel ex principijs quandoquidem vnumquodq;

quodq;

quodq; eorum quę ſunt vel ſit principium vel a principio proficiſcens. Quo ſit vt ſi oſtenderimus haud fieri poſſe, vt ipſum a principio naſcatur deriuaturq; reliquum erit, vt aſſeramus ipſum eſſe principiū. Interea animaduertamus principium multifariam dici. Nam principium magnitudinis dici ſolet, vt nauigij initium puppis vel carina, itē domus ædiumq; initia ſunt fundamenta, præterea principium temporis eſt, vt belli principium dies hæc dicitur. Item principiū rei vt prima elementa, materia forma & reliqua duo principia efficiens & finis, dicamus ergo iuxta nullum horum ſignificatum infinitum poſſe princip.ū habere. Sed imprimis videamus quomodo non habet principiū magnitudinis. Nam ſi haberet tale initium mox finem terminumq; teneret, ſiquidem cuius eſt principium illius etiam terminus finiſq; inueniatur quamobrem nō amplius infinitum eſſet, quoniam illud vocamus infinitū quod termino priuatur, et caret nā priuatione termini appellatur vocitaturq; infinitum. Conſtat vtiq; non eſſe idem dictu prorſus terminum, & principium vel finem, ſiquidem principium ſit id quod finem procedit, & terminus non ſit ante principium, neq; ante finē ſed terminatum ſolum præcedat. Superficiei nāq; termini lineæ ſunt. Et lineæ puncta. Item termini natura ſunt, principium autē & finis non penitus natura ſunt, ſed poſitione quanq;.n. extra me verbi gratia, ſi principium ad quemuis terminum extēdere in rectum voluero & terminum ſimiliter ac principium & finem, attamen terminus non prorſus eſt principiū vel finis. Quod itaq; infinitum non habeat principium magnitudinis perſpicuum eſt, pręterea oſtendetur infinitum neq; temporis principium obtinere quoniā neq; habet rei initiū, vt ergo id oſtēdamus prius accipiamus illud veluti axioma, vt ſi omne quod ſecundū ſubſtantiā produci poteſt, ſi temporis principiū habet prorſus neceſſe eſt, vt etiam teneat principium rei quare ꝑ contrapoſitionem, ſi omne ꝙ ſecundum ſubſtantiam producitur non habuerit principium rei neq; illud tēporis obtinebit. Vnde ſi demonſtrabimus infinitū nō habere principium rei neq; profecto habebit principium temporis. Etiam oſtendimus ipſum non poſſe magnitudinis habere initium igitur infinitū nequaq; habebit principium quo fit, vt rationem adducamus. Neceſſe erat vel vt infinitum eſſet principium, vel id quod a principio oritur & proficiſcitur, cum ergo a principio naſci non poteſt igitur duntaxat erit principium. Verum dixi ſecundum ſubſtantiam propterea quod ea quæ non vt ſubſtantia fiunt, ſed gignūtur, velut ea quæ alterantur non prorſus principiū rei tenēt, ſiquidem ſit habeaturq; ipſa momentaria mutatio, atqui ea quæ fiunt ſecundum ſubſtantiam, ſi temporis initiū habuerint omnino neceſſe eſt, vt aſſequantur & principium rei. Nulla.n. ſubſtantia habet momentariā generationē, ſed prorſus in generandis ſubſtantijs alia præcedit, aliam atq; ante aliam fit. Siquidem prius ꝓducatur ſemen genitale quod quidem eſt materia totius aīalis ex quo deinde fit caro, & ita deinceps ſemꝑ aliud ante, aliud producitur. Item oportet materiā prius recte diſponi ꝑparariq; ac idoneā aptamq; fieri. Quāobrem recte diximus, ea quæ ſēm ſubſtantiam fiunt, ſi fierēt producerēturq; in tempore eadem principium rei prorſus habere. Verum econtra non ſequitur, vt ſi principium rei obtinēt principium temporis etiam habebunt, vt argumento inditioq; ſunt cœleſtia ipſa ſiquidem ſempiterna ſint. Hoc itaq; modo ſequitur, ſi quippiam nō habet principium rei neq; habebit principium temporis. Vnde cum demōſtratum fuerit infinitum principiū rei non habere. Cognoſcemus mox ipſum neq; temporis principio potiri. Nam cum ſint quatuor rerum principia materia, forma, efficiens & finis. Si oſtenderimus infinitum neq; principium materiale neq; formale obtinere cōmōſtraſſe etiam videbimur ipſum neq; finale neq; efficiens habere. Qđ vero infinitum nō habeat principium materiale hoc modo oſtendemus. Nam ſi ipſum habet principium materiale oportebit, vel illud eſſe finitum vel infinitū. Si ergo erit finitum omnia merito quæ ex illo conſtituuntur erunt finita, quoniam nihil eſt infinitum qđ habet materiam finitam. ſi vero materia infinita fuerit, principium itaq; infinitū habebimus, & alia ex eo proficiſci ipſum vero non ex alijs deductum neq; ortum, at ſi aliquid haberet infinitum non propter ſe habebit, ſed quia principium eiuſdem ex quo conſtituitur eſt infinitum. Non ergo poteſt infinitum habere principium materiale. ſed quid multis moramur, ſi.n. principium materiale fuerit infinitum id ꝙ quęrimus & volumus profecto habemus. ſ. principium quoddam infinitum eſſe, ſi vero finitum id quod ergo ex ipſo conſtituitur erit finitum. Præterea neq; formale principium habere poteſt, imprimis quia ſemper formæ munus eſt res terminare ac definire infinitum autem eſt indefinitum incircunſcriptumq;, deinde forma vel erit finita vel infinita & rurſus eadē incommoda & abſurda ſequentur quæ prius diximus, igitur infinitum neq; habebit principium formale. Si ergo hæc non habebit certe neq; principium formale neq; efficiens obtinebit quādoquidem principium efficiens cum quippiam efficit in materiā vel in aliquā formam agit. Concludamus igitur ꝙ ſi infinitum non habet principium materiale nec formale merito neq; habebit principium efficiens, quod maxime conſtare debet quia impræſentia loquimur de rebus naturalibus quæ prorſus materia conſtant. Eodem fere argumento oſtenditur ipſum neque habere principium finale, quoniam forma ante finem eſt atque ſubiecto eadem eſt cum illo, vt ſuperiore libro explicauimus. Quamobrem ſi fieri non poteſt, vt infinitum principium rei habeat proculdubio neque principium temporis tenebit igitur prorſus ſine principio erit quapropter reliquum eſt, vt illud principium conſtituamus probemus & confirmemus. Hæc igitur ſunt ea quibus oſtēdimus infinitum eſſe principium, & idem nullum eſſe principium habere. Verum ipſa ratio dubitationem habet; primum quomodo inquit materiam infiniti ex neceſſitate vel finitam eſſe vel infinitam. Nam ſi oportet materiam prorſus informem expertemq; magnitudinis & quantitatis eſſe profecto non erit finita, neq; infinita, ſed fugiet ipſam diuiſionē, ceu neq; neceſſe eſt punctum vel finitum vel infinitum eſſe quamobrem ipſa diuiſio nō erit per contradictionem. Item quomodo ſequitur, ꝙ ſi materia prorſus eſt finita, vt id ꝙ ex ea proficiſcitur finitum ſit, quoniam neque ſequitur, ſi materia eſt incorporea, & ſine magnitudine ac formæ per ſe ſunt incorporeæ, & magnitudine immunes, vt id ꝙ his conſtat ſit incorporeum magnitudinemque priuatum. Item

ſi corpus hoc ſenſile fieret ex non ſenſile quidem corpore produceretur quoniam omne ꝙ fit ex ſui priuatione oritur. Nam ex nõ tali fit, & producitur hoc & modo ſi infinitum fieret ſiue in tempore ſiue ſecundũ modum quo aliqua a ſua cauſa dependere ac fieri dicuntur ex non tali quale eſt ipſum produceretur quãobrẽ ex non infinito fieret. Verum vt alia ex materia & forma conſtent ita infinitum conſtitueretur. Neceſſe itaq; non eſt vt hæc infinita ſint, neq; finita propter eãm cauſam quam diximus, cæterum hunc in modũ dubitationem ſoluunt, aſſerentes nihil eſſe in compoſitis ꝙ non inſit ipſis ſimplicibus. Quoniam & ſi materia magnitudo non eſt attamen forma corporis quæ in tempore materiæ adnaſcitur, talis eſt propter quã compoſito ineſt magnitudo. Quod etiam ipſe non aſſero vt magnitudo ſit corporis forma ſenſibilis, ſed quoniam propria ratione magnitudo eſt ſeparabilis a materia quæ ſane ratio materiæ inata ſenſilem facit ipſam magnitudinem. Hoc etiam pacto ſi aliquod infinitum materia & forma conſtaret oporteret ipſam infinitudinem in principijs eſſe quoniam ſi principia infinitudinem nõ habuerint certe neq; id quod ex his conſtat infinitum erit quapropter ſi finitum & infinitum materiæ tribui nequeunt attamen neceſſe eſt vt formæ inſit ac tribuatur. Sed quiſpiam rurſus contra hoc dicet quoniam ſi cuncta quæ compoſitis inſunt neceſſe eſt vt ſimplicibus quoq; tribuãtur. Cum corpus poſſit in infinitũ ſecari ac diuidi igitur forma vel materia poterit etiam diuidi in infinitum. Sed forma non eſt diuidua, porro dicere conſueuimus formam eſſe ſua rõne impartibilem. Verum impartiri & diſtare cum in materia producitur. Præterea dicimus materiam magnitudinis diſtantię dimenſioniſq; expertẽ, quapropter non conuenit ſimplicibus eſſe diuiduum, niſi poteſtate, ſed hoc nihil confert ad rationem quoniam nun diſſerimus de ipſo actu infinito. Rurſus album in corpore dicimus eſſe id quod poteſt diſgregare viſum & tamen ipſa forma albi per ſe, neq; elemento ineſt cum huiuſmodi nondum materiæ ſit implicita, neq; in opifice vel in agente conſtituta. Item homo eſt animal rationale mortale attamen idea ipſa hominis mortalis non eſt neq; materia eiuſdem. Huiuſmodi enim formas non aſſerimus eſſe omnino in opifice, vt formam corporis non triplici dimenſione formarã neq; quantitatis formam continuam vel diſcretam, vel animal rationale mortale formam hominis, ſed rationes horũ & cauſas in opifice ſtatuimus. Sed ad hęc reſpondent, quandam omnium eſſe ſimilitudinem ſecundum ſubſtantiam in formis quæ ſunt in opifice, & in formis quæ ex illis vſq; ad materiam proficiſcunt. Vnde neq; ſimpliciter eſt equiuocus multiplexq; homo iſte cum illo homine qui in mente opificis eſt, ſed analogiam inter ſe habent qua vnum ab altero denominatur, ac proficiſcitur in quibus ſolet eſſe communio quædam ſubſtãtiæ eorum reſpectu de quibus dicuntur & differentia ceu dicimus a ſanitate cibum ſanum. Si ergo ea quæ hic conſtituta ſunt opifex agit cũ exemplar archetipumq;, vel idemq;, vel ideam reſpicit. Certe oportet non exiguam inter hæc, & illas rerum rationes communionem conuenientiamq; ſecundum ſubſtantiam eſſe ſiquidẽ opifex aliter efficiat quã ipſe pictor qui cum hominem intuetur, ſimulacrũ hominis quod ſiſe illi qui eſt dum nititur effingere aſſormareq; per accidens imitatur ea quæ inſunt humano corpori ceu colores figuras tractuſq; opifex.n. nõ ſimilia ſolum ſimpliciter quæ nullã habeant ſubſtantialem cõionem conuenientiamq; cum illis quæ hic naſcuntur efficit, ſed illas imitatur ſm ſubſtantiam cum hæc effingit ceu ſolet anuli area formata quę in ipſa cera ſuum caracterem imprimit. Cum igitur inter hæc ſit ſimilitudo ſm ſubſtantiam, ſiquidem erit aliquid pficiens ſubſtantiã quod cõpoſitis ineſt, & id tanq̃ elementũ, & totius concreti cõſtitutiq; perfectio ſit prorſus id compoſita nanciſcunt a ſimplicibus. Sed cũ formæ ac ideæ a mente opificis vſq; ad materiam procedunt qm̃ prorſus neceſſe eſt aliqñ eſſe inter deducens, & deductũ conuenientiam quædã accidunt ipſis formis dum ad exitũ tendunt quæ ſane ipſo opifici & deducẽti nõ inſunt. Exẽpli gratia lumen quod in aere naſcit cum a ſole pcedit. Certe eſt aliqua ſĩitudo ſubſtantialis inter lumen productũ & ſole nõ exigua, qm̃ hæc nõ ſunt multiplicia, vel vt aiunt equiuoca. Verũ dum lumen exit a ſole inter procedendum ei accidũt nonnullæ affectiones quæ ſoli non inſunt ceu formari earũ rerum figuris quas illuminat ſibiq; obuias eſſe tenebras, & aliæ infinite paſſiones Vt ergo ſolis lumini dum procedit ab eo nõnulla accidunt neceſſario quæ tñ ob id non pficiunt ſubſtãtiã illius quod illinc a ſole proficiſcit. Eodem & modo ſentio euenire formis & materiæ. Siquidẽ ſi aliquid cõpoſita hñt ꝙ ſuam ſubſtantiã pficiat cõpleatq; ex ſimplicibus illud trahunt ac conſequunt, quibus pręterea cũ fiunt ac vergũt ad exitũ in materia nõnulla accidere pñt quę ſimplicibus ac primis exẽplaribus nõ inſunt ceu diuiduũ eſſe mortaleq; et alia (id genus.) Si ergo infinitũ qua infinitum eſt ex principijs aliqbus fit velut ex principio formali & materiali. Neceſſe oino eſt quæ eidem inſunt ſm ſubſtantiam & alicui ſimplicium.i. formæ vel materiæ hærere ac tribui. Quãobrẽ ſi infinitum ex materia nõ hẽt vt tale ſit neceſſe oino tñ eſt vt a forma id aſſequatur & obtineat, qm̃ infinitum non eſt aliqua affectio ſimplr̃ ſed conſiſtit atq; eſt. Quo fit vt ad ea quæ obijciebantur reuertemur. Cum nẽpe dicebatur oẽ ꝙ fit produci ex nõ tale ac quodcũq; fieri ex ſuimet priuatione. Rñdemus ob id nos ita dicere ſolere quia factũ eſt materia & forma eſt id ꝙ fit. Veruntñ ſi ante formã ſeparabilẽ coniecerimus cõſiderauerimuſq; illius viã proceſſum ac apparentiã quæ in materia fit oino neceſſe eſt vt ſimile a ſimili producatur ſed qm̃, vt dicebam, id ꝙ fit alteratur. Nam alteratio eſt qdã mutatio & generatio, alteratur aũt non forma ſed materia, quæ cũ idonea aptiſſimaq; redditur ad capeſcendum formam, ſp priuationi cõiuncta eſt ob id veriſſimum eſſe comprobatur omne ꝙ fit tale ex nõ tali produci. Sed rurſus is cõtra rõnem exẽplis pugnat. Nam cum ex quatuor elementis viciſſim coniunctis ac cõmixtis omnia compoſita naſcantur. Vt cõis poſtulatio conceptioq; eſt attñ naturales proprietates quæ compoſitis inſunt, poteſtatibus potentijſq; elementorũ tribui aſſignariq; nequeunt ceu qua virtute ſimplicium poteſtateq; lapis ille qui magnes appellatur ferrũ attrahit, vel quæ eſt illa huic contraria affectio quæ illum expellit eijcit. Item ſæpenumero in eadẽ gleba vtręq; affectiones contrariæ ſm alteram ac alteram partem eſſe ſolẽt præterea herbarum ſtirpiũ & lapidum atq; partium animalium & eorum oium generaliter quæ

ſolo

ſolo contactu quandam contraria affectionē efficiunt
infinite virtutes ſunt quamobrem quæ compoſitis in-
ſunt, ſimplicibus in eſſe tribuiq; non poſſunt. Sed ad
hoc philoſophus reſpondebit non oportere vt om-
nes virtutes quæ compoſitis inſunt, ſimplicibus tri-
buantur ſicut medicis videtur, ſed ſimplicium comple
xionem aut mixtionem materiæ rationem contine-
re. Nam eo q; materia taliter ac taliter eſt affecta di-
ſpoſitaq; ita formæ ab vniuerſo opificio introducun-
tur in ipſa atq; fiunt. Hæc igitur nimis affatim & ſu-
pra quam res ipſa petebat, pertranſiuimus ac diſſerui-
mus. Quocirca ad continuationem eorum quæ præ-
poſuimus, redeamus. Cum oſtendiſſet Ariſt. Oporte-
re ſi infinitum ſtatuūt idipſum principium ponere ſta-
tuereq; inquit etiam idem eſſe in generabile ac incor-
ruptibile. Et hoc merito, quoniam ſi ab aliquo princi-
pio prorſus produceretur certe fieri produciq; inci-
peret ceu prius ſimilarium carnem fieri contingit &
membrorum inſtrumentalium cor. Et in plantis radi-
ces, ſed infiniti ratio eſt principium alioquin finis tanq̄
eius principium diceretur. Si corrumperetur omnino
neceſſe eſt, vt aliquod vltimum extremumq; intereat
ac decidat. Nam omnia quæ corrumpuntur hoc mo
do intereunt, imprimis a ſua optima complexione na-
turaliq; diſpoſitione deficiunt deinde paulatim elabū
tur quouſq; maxime prona vicinaq; interitui fiunt a-
deo vt exigui quippiam occurrat quod illa perdat ac
enecet. Quamobrem infinitum ortus interituſq; ex-
pers hr̄i neceſſe eſt. Sed cū Ariſt. hoc diſſerit deinceps
cās explicat quibus veteres impulſi infinitum in rebus
collocarent. Sunt ergo quinq; cauſæ, prima, qm̄ tēpus
augetur in infinitū inumerabileq; eſt, ſecūda ex ſectio
ne magnitudinū cōtinuiq; in infinitū, ceu videre licet
in ipſo triangulo qui habet duo latera alteri maiora,
Si.n. demere volueris ex duobus lateribus maiorib.
latus q; vni quidē æquale ſit. Et duxeris protraxeriſq;
a puncto ſm̄ quod incidis maius æquale minori lineā
rectam pararellam cui æqualē ex duobus lateribus ſe
cabis facies quidem triangulū minorē Rurſus cū hu-
ius latera reliquo ſunt maiora deinde efficies ipm̄ mi-
norē triangulum & hoc modo in infinitum quāobrē
ſectio magnitudinum eſt in infinitum. Oportet.n. triā
gulū retāgulorum deſcribere. Nam perſpicuū eſt vt
in alijs aliqn̄ ſectio ablatioq; non efficiet triangulum
ęquis lateribus conſtitutū. Vnde non poterit amplius
ex altero latere ſecari alterū qm̄ amplius in ipſo trian
gulo inciſo hr̄i non poterit. Quod ſi non inciſio cadet
in triangulo ſp̄ itaq; non poterit intus deſcribi triangu
lus. At ſi acceperimus triangulū rectangulū & ſectio-
nē ablationemq; ex linea oppoſita eidem angulo fece
rimus angulū rectum conſtituemus. Et ſp̄ diuiſio triā-
guli intus incidet. Nā linea oppoſita angulo recto ſp̄
maior eſt reliquis lateribus qui continent rectū angu
lū, quo pacto ſp̄ cum fuerit conſtitutus triāgulus ſp̄ ex
linea oppoſita angulo recto eſt demēda linea ęqualis
minori & ita triangulos intus deſcribere in infinitum
poterimus, ſed ſi ex duobus ſil' demes ſermo in oībus
triangulis valebit tertia cā cur ſtatuerint veteres, ac
exiſtimauerint infinitū eſſe, eſt ipſa perpetua genera-
tio. Nam ſi aliquod infinitū non hr̄etur ex cuius mole
tanq̄ perenni fonte ea quæ fiunt continuo deſecarent
auferenturq;, dubio procul deſitura eſſet generatio.
Cum ipſis me perſuadere non poſſint, vt aliquid cor
rumpatur in eo q; eſt prorſus non ens. i. ad nihilum re
digetur cum vnius interitus ſit alterius ortus atq; ele-
menta in ſeipſis mutuo ac viciſſim reſoluantur. Quar
ta cauſa cur exiſtimauerint infinitū hoc eſt qm̄ omne
quod terminatum eſt ſp̄ ad aliquid terminatur & clau
ditur. i. omne q; finitur ab aliquo terminatur quāob-
rem, & ipſum q; terminat, aliquo clauditur & finitur
alioquin id q; terminat vel finitū eſt vel infinitum, ſiq̄-
dē igitur fuerit infinitum per ſe infinitū erit, & iam qd̄
volumus diſceptando concludimus. Si vero finitū ab
aliquo terminabit de illius termino inquirendū eſt ne
finitū vel infinitum ſit, & ita procedere libebit in infi-
nitum. Nam id alterū quod ſumitur ab altero conclu
di cū terminat ab alio, & aliud ab alio certe nullus ter
minus eorū quæ ita continuo ſeruantur hr̄i poterit, ſi
ſp̄ aliud alio atq; reliquo terminatur, quapp̄ vtrinq;
oportebit aſſerere infinitum eſſe, quinta cā quæ maxi
me propria eſt, & ſummā fidem cæteris quas modo
attulimus præſtat, qm̄ cogitatione ſp̄ aliquid vltra cō
prehendere fingereq; poſſumus. i. nullus finis termi-
nuſq; apprehendi poteſt cum ſp̄ aliqua re quanta vis
data aliquid plus extraq; mens ipſa imaginare queat.
Nam & hoc modo numerū infinitum concipere ſo-
lemus ac ſectionē corporum in infinitū poſtulare, &
aliqd̄ vaſtū extra cœli cardines imaginare qm̄ phan-
taſia aut vis imaginandi non habet mens nec ſtatū, ſed
qūo cœlo egreditur extrinſecus vaſtum quoddā ina-
ne aut immenſum corpus fingit, quæ ſi corpus infini-
tū intelligit concipitq; idipſum infinitum quandā ma-
gnitudinem ſtatuit. Si vero quoddā inane aut vacuū
infinitum affingit mox neceſſe eſt, vt etiam corpus in-
finitum conſtituatur. Hinc Democritus mundos infi-
nitos eſſe ſuppoſuit cum vacuum infinitum eſſe aſſe-
ruiſſet. Nam erant ij mundi ſuis vicibus & partes va-
cui ſuis vicibus replebantur. Hæc.n. pars vacui cum
mundo implebatur, aliæ autem inanes & vacuę rema
nebant quamobrem in vna aliqua vacui parte mun-
dus erat, & in omnibus alijs vacuum, cum igitur infi-
nitum vacuum ſit infiniti etiam mundi erunt. Verum
non ſolum ipſo incommodo viciſſitudinis mundorū,
ac partium recipientium ipſos infinitum eſſe refellitur
ſed etiam ipſa ratione tollitur de medio. Quoniam
veteres inane nihil aliud eſſe ſentiunt q̄ locum corpo
re priuatum, quod ſi hoc verum eſt cum omnis locus
ſit corporis capax. Vacuum omne igitur erit ad cape
ſcenda corpora idoneum. Si autem ſuapte natura po-
terit recipere, oportebit omnino, vel iam corpora re-
cepiſſe vel recipere ergo cum ſit vacuum in eo col-
locabitur infinitum corpus. Nam vt inquit in ſempi-
ternis poteſtas rei nihil differt, diſiatq; ab actu quan-
quam in rebus generabilibus id q; eſt poteſtate queat
in actum non deduci, cum plerunque dum res tendit
ad perfectionem corrumpi ſoleat antequam perficia-
tur ſua poteſtas quæ vergit duciturque ad actum. In
ſempiternis autem, ſi aliquid prorſus poteſtate eſt id
mox oportet omnino actu eſſe, fruſtra enim ea ha-
beretur potentia quæ nunquam ad actum perueniret
quapropter ſi aliquod ſempiternum poteſtate eſt om
nino actu eſſe oportet, ſimiliter nunquam fieret ne-
que fieri poterit, quare neque poteſtate erit. Nam id
poteſtate eſt quod fieri actu poteſt quapropter in re-
bus ſempiternis, neq; proprie contingēs eſt cum non
habeant momentum atq; inclinationem in alterutrū,

poris eſt quod ſi is locus infinitus ſempiternus erit nihil magis poteſtate eſt capax corporis quam actu.ſ.ſi mui cum poteſt comprehendere illud corpus infinitum mox actu illud complectitur.

Sed nihilominus ſit infinitum: & multitudine infinita.

Inquit non tollit quin idipſum infinitum ſtatuatur vel ſubſtantia, vel accidens per ſe aut ſimpliciter. Nã cum aliquo modo ipſum poſuimus nihil vetat ipſum eſſe extenſione infinitum quod quidem cum fuerit diuiſum, multitudine infinitum efficiet.

Maxime autem ad naturalem philoſophum pertinet: ſi magnitudo ſenſibilis infinita ſit in rõne rerum cõſiderare.

Hoc in loco habes intentionem de quo infinito deinceps diſputat quoniam de ſenſibili infinito agẽdum eſt.i.de naturali quod naturalibus qualitatibus afficitur. Nam ſiue ſit extra cœlum aliquod corpus non naturale ſiue qualitate, ſiue aliquid aliud huiuſmodi in libro de cœlo indagabit quo in loco oſtendet extra cœli cardines prorſus non poſſe aliquod corpus conſtitui. Impræſentia autem perſcrutatur & inquirit num habeatur aliquod corpus naturale quod queat in infinitum extendi. De infinito autem ſecundum multitudinem quod ipſum eſſe nequeat demonſtrauit in primo huius operis libro in illis præſertim rõnibus quas cõtra Anaxagoram & Democritum adduxit. Quod etiam exactius diligentiuſq; in libro de ortu atq; interitu rerum oſtendet.

Atq; primum determinãdum eſt quot modis dicitur infinitum. Vno itaq; modo dicitur infinitum quod impoßibile eſt pertranſire: ex eo quia non eſt aptum ut per ipſum tranſitio fiat: perinde atq; uox inuiſibilis dici ſolet. Alio modo id dicitur infinitum: quod habet ſine fine tranſactionem.

Cum indicaſſet phyſico agendum eſſe de infinito, ac iure veteres illos idipſum principium rerũ poſuiſſe qui illud inter ea quæ ſunt connumerarunt. Cæterum hic aggreditur ipſum conſiderare. Et cum infinitum multifariã dicatur prius exponit illius ſignificata deinde oſtendit quæ ſint infiniti ſignificata, & quæ non ſint. Nam cum ſciuerit vocum multiplicium equiuocarũq; ſignificata poterit determinare ac dicere quale infiniti ſignificatum admittat qualeq; negat, inquit igitur infinitũ quinq; modis appellari, imprimis vnõ modo dicitur infinitum quod cum ipſa natura prorſus non poſſit habere terminum nec percurri ac peragi poteſt quod quidẽ eo non pertrãſitur quod prorſus quantum non eſt. Quemadmodum etiam vocem inuiſibilem dicere ſolemus quod haudquaq; ſub acie oculorum intuituq; cadere idonea eſt huiuſmodi autem ſunt punctum & quantitates. Hæc.n.infinita dici ſolent, pũctum infinitum eſt, quia cum ſit terminus indiuiduus ac omnino magnitudinis expers non habet terminum. Non.n.eo finita continent complectunturq; ipſum, vt extendatur in infinitum. Similiter album & generaliter omnis qualitas vocatur infinita quoniam prorſus tranſitu vacat. Secundo dicitur infinitum quod permeationem habet atq; tranſitum termino carentem cuius quidem terminum aliquando inuenire nõ eſt non ea de cauſa. quia nos ipſum percurrere non poſſumus, ſed quoniam ipſum nuſquam deficit ſecundum extenſionem neq; ipſius magnitudo terminis clauditur. De quo etiam conſiderare agereque proponitur an ſit huiuſmodi aliqua magnitudo in his quæ ſunt, an ſecus. Tertio appellamus infinitum quod quidem iam terminum habet, ſed cum nos ægre illud ac cum labore peragimus nunq; videtur deficere. Et hoc modo infinitũ dupliciter vel quantitate vel qualitate eſſe contingit. Nam ſi ita aſperum inuium tortuoſumq; adeo fuerit vt nobis inacceſſum ſit, huiuſmodi iter dicere cõſueuimus infinitum eſſe propterea quod ipſi non poſſumus illud permeare ac conficere, quo igitur pacto vocamus laberintum infinitum, qui ita appelletur ea de cauſa, quia non habeat aliquẽ viæ terminum, ſed quoniam eſt tortuoſus, & ob id nobis inuius ac inacceſſus eſt. Solemus etiam inter infinitum dicere ob ingentem itineris ambitum ac longitudinẽ interualli quemadmodum dicimus oceanum infinitum eſſe propterea quod illud vndiq; nauigare non poſſumus cum magnus ſit illius ambitus ac vaſta illius altitudo habeatur, quod tamen circumſcribitur & telluris finibus vndiq; cingitur. Similiter eadem cauſa rubeum pelagus infinitum dicitur, ſolitum itaq; nobis eſt cum longuiſculum iter aliquando faciamus feſſis de via illud appellare infinitum. Quarto dicitur infinitum quod ſuapte natura aptum eſt habere terminum, & nõ habet huiuſmodi eſt circulus, in quo actu poteſt accipi punctum, & ibi principium deſignare, quanq; ipſe actu aliquod punctum determinatum certumq; non habeat. Nam vnde libet quiſpiam poterit ſibi principium fingere ac ſtatuere, cum etiam ille qui circulum ſupra quouis dato centro & ſpacio deſcribit non ex aliquo certo determinatoq; pũcto initium faciat, ſed vnde libet circino principium accipit item ſiquis in orbem circulumq; moueretur poteſt vnde voluerit motũ aggredi hoc igitur modo circulus eſt infinitus ac ita appellatur quia proprium ex ſe non habet terminum cum alterius climatis aut terræ vel loci ſitu aliud initium quiſpiam poſſit deſignare. Quintum infiniti ſignificatum, & vt inquit per additionem vel diuiſionem aut vtrunq; ſimul per additionem inquam vt in numero & tempore vſuuenire ſolet. Nã dicimus numerum infinitum eſſe quoniã poteſt adoleſcere in infinitum ſiquidem quocunq; dato numero maiorem ſumere liceat ob id etiam tempus creſcere augeriq; in infinitum poteſt, per diuiſionẽ autem infinitum collocari poteſt in magnitudinibus quoniam earũ ſectio in duas partes ſemper fieri poteſt. Vtroq; autem modo ſimul, ſi animo conceperimus vnam lineam rectam deinde hanc bipartitam cuius ſectionis rurſus alteram partem opinabimur bipartitã vel ſemper diuidendam eſſe in duas partes ac deniq; totidem eidem lineæ adiungendas eſſe partes quot demi queũt, hoc modo nanq; infinitum partim diminuitur. Tot igitur modis cum infinitum appelletur, quærit modo ipſa diſputatio de ſecundo infiniti ſignificatu quo dicebatur aliquod infinitum eſſe ſecundum extẽſionem, an in rebus collocetur velut & naturales ipſum eſſe ſuppoſuerunt. Quod ſiquis infinitum eſſe cõtenderit quoad cætera ſignificata cum hoc viro nulla nobis erit diſſenſio quippe & nos attulimus huiuſmodi eſſe infiniti ſignificata. Verum quod infinitum ſecũdum extẽſionem haberi ſtatuiq; nequeat modo proponit diſſerere. Et eos imprimis reiecit ac refellit qui

idem infinitum eſſe affirmant. Nam ſi prius non aliquod aliud ens ſtatuunt & poſtea infinitum ꝙ illi inhæreat, ſed per ſe infinitum ac ſubſtantiam huiuſmodi ceu aeris vel ignis eſſe. Hoc igitur infinitū ꝙ aiunt vel diuiſibile erit vel indiuiſibile, ſi ergo diuiſibile vel magnitudine diuiſibile vel multitudine. Omne enim quod diuidi poteſt ſecūdum vnam harum ſpecierum diuiditur. Si ergo aliquam harum ſpecierum quas diximus ipſi conceſſerint, infinitum quantum erit, & nō ſubſtantia quoniam hæ vtræq; ſpecies continuum & diſcretum in quantitate collocātur quamobrem ſubſtantia non erit per ſe ipſam infinita. Si vero infinitum eſſe impartibile indiuiduumue dixerint infinitum certe non erit amplius infinitum illud .ſ. dicimus de quo nos modo quærimus atq; idipſum quod omnes naturales eſſe ſuppoſuerunt ſcilicet infinitum ſecūdum extenſionem quod quidem prorſus eſt diuiſibile cum ſit magnitudo quædam. Niſi infinitum eo modo acceperint quo punctum & qualitates infinita appellauimus. Sed nobis nulla de huiuſmodi infinito faciunda eſt diſputatio, ſed de illo diſſeruimus quod eſt infinitū ſecundum extenſionem quod percurri confici nō poteſt extremis vndiq; carens, quamobrem non poteſt huiuſmodi infinitum ſubſtantia eſſe. Sed cum hæc inquit deſcendit in aciem contra illos qui infinitum eſſe alterius accidens ſentiunt, deinde ad propoſitum mox redit inquit ergo ſi infinitum eſſet alteri accidens, ipſum nō haberetur rerum principium, ſed illud ſtatueretur principium cui infinitum accidit. Nam vt dicimus vocem eſſe elementum ſermonis, qui etiam cum aſſerimus vocem inuiſibilem eſſe non amplius vrgemur affirmare elementū ſermonis eſſe inuiſibile quoniam non per ſe voci ineſt inuiſibile, ſed per accidens. Hoc etiam modo dicimus de infinito, quoniam nō ea de cauſa qua ipſum accidit alteri vt aeri vel aquæ quę eſt per ſe rerum principium, fateri debemus, & ipſum infinitum eſſe rerum principium. Verum ſiquis contendere voluerit adhuc aſſerens ipſum infinitum eſſe principium ſaltim per accidens is neq; poterit demonſtrare illud eſſe principium, quoniam cauſæ alicuius per accidens cauſæ prorſus non ſunt, ceu dicitur caluum eſſe cauſam domus qui nullo modo eſt cauſa. Siquidem aliquis non qua caluus ædificator, ædificet. Vnde & ſi non eſſet caluus nihil minus ædificaret. Igitur neq; hoc modo infinitum eſſe principiū tueri poſſunt. Atqui demonſtrauimus quod ſi illud ſtatuēdum eſt aliter ſtatui haberiq; non poſſe quin rerum principium conſtituatur igitur infinitum neq; per ſe, neque per accidens inter res numerari ac conſtitui poteſt, qđ etiam Ariſt. vltro procedens perfectius exquiſitiuſq; indicabit interim reuertitur ad propoſitum, quoniam fieri nequit vt idem infinitum per ſe ſubſtantia ſit. Sed argumentum cōficitur a loco qui dicitur a maiori ad minus & inquit. Infinitum magnitudini & numero ineſt. Si ergo hęc numerus ſcilicet & magnitudo quę ſunt veluti ſubſtantia infiniti, magis per ſe exiſtere eſſeq; deberent, & tamen ipſa alīs inſunt, quoniam ſubſtantiæ inhærent, cum per ſe ſubſiſtere nequeant, multi minus ergo infinitum per ſe erit quoniā accidit numero & magnitudini quæ etiam ſubſtantiæ accidunt. Eſt igitur ſyllogiſmus hippoteticus. Si infinitum cum ſit ſubſtantia, per ſe eſt, multo magis numerus & magnitudo eſſe exiſtere per ſe debent. Si ergo numerus & magnitudo magis per ſe eſſe debent, & tamen non ſunt, multo minus per ſe infinitum erit. Præterea inquit ſi infinitum actu ſubſtantiam fatentur vel diuiſibile erit vel indiuiſibile. Quod ſi illud diuiſibile dabunt vbiq; ac omnino ſecabitur veluti ſimiliaria, quemadmodum itaq; aer diuiditur in partes quarū vnaquęq; aer vocatur, & aqua in gutulas ita etiam infinitum, eo ꝙ ſubſtātia infinita eſt in infinita ſecabitur quamobrē accidet vnamquāq; partem eſſe infinitam ergo idem infinitum erit multa infinita ac infinities infinita ſiquidem vnaquæq; pars diuiſibilis ſit quod quidem fieri non poteſt. Quod ſi inſtabunt dicentes illud quidem diuidi, ſed non in infinita certe cogentur fateri illud diſſimilare eſſe. Quod ſi hoc admiſſerint infinitum neq; ſimplex neq; principium erit, quoniam diſſimularia illius principia erunt. At infinitum ſimplex eſſe oportet quoniam principium eſt, & ſi principium habebitur econtra neceſſe eſt, vt ſimplex habeatur, alioquin ſi fuerit compoſitum non poterit affirmari principiū, ſed illa ſtatuentur principia ex quibus ipſum cōſtituitur, at cuncti qui infinitum dedere idipſum principiū eſſe aſſeruerunt. Quod ſi ipſum indiuiſibile conceſſerint certe nō erit infinitum. Nam infinitum de quo diſputamus vel magnitudine inexhauſtum eſt vel multitudine indiuiſibile autem nullum iſtorum eſt quoniam vnumquodq; diuidi ſecariq; poteſt, quapropter fieri non poteſt vt hoc modo infinitum ſit indiuiduū. Si ergo neq; diuiſibile neq; indiuiſibile poteſt eſſe infinitum cum ſit ſubſtantia videtur quoq; infinitū nullo modo ſubſtantia eſſe. Si autem ſubſtantia non eſt igitur accidens. Si illud accidens eſſe admittitur nō ergo erit principium veluti pithagorei ſuppoſuerunt. Sed hæc inquiſitio (inquit) ſcilicet an infinitū ſit quædam communis natura quæ in mathematicis collocetur aut in ſenſibilibus vel in rebus incorporeis ſeparatis, an potius ſubſtantia quædam intellectualis vel aliquid aliud communiſſima eſt, & inſtitutionis noſtræ excedit qualitatē idcirco ſuperſedebimus ab his quæſtionibus, & noſipſos cōuertemus ad eam magis quæ noſtro inſtituto huicq; operi conſentanea eſt & conuenit. Hæc profecto eſt an aliquod corpus ſenſibile magnitudine infinitū impercurſibile tueri poſſimus ſi quidem veteres naturales tale infinitū eſſe ſtatuerint.

Aut quod uix aut quod aptum eſt quidem habere: non habet tranſactionem uel finem. Præterea infinitum omne: aut in appoſitione: aut in diuiſione: aut in utriſq; conſiſtit.

Cum dicit aut ægre vixq; pertranſiri poteſt tertiū ſignificatum infiniti dat, cum mox ſubiūgit, aut quod ipſa natura poteſt habere, & tamen acceſſum permeationem vel finem non habet, quartum explicat dico. ſi eo modo infinitum quo paulo prius circulum appellauimus infinitum. Verum dixit quod ipſa natura poteſt habere permeationem acceſſum vel finem pro hoc poteſt totus circulus percurri conficiq; vel etiam terminari. Sed cum totus circulus aliud punctum actu certum datumq; non habeat, vel id quod circumferi in eo non teneat vbi finē ſtatuere ac ipſum ſtare queat idcirco circulus impercurſibilis dici ſolet.

Separabile igitur a ſenſibilibus infinitum eſſe nō poteſt: quod quidem ipſum ſit infinitum.

Infinitum

Infinitum ſcilicet de quo eſt ſermo illud profecto quod extenſione infinitum dicitur, idipſum igitur eſſe aliqua ſubſtantia per ſe nequit. Quoniam tale infinitum prorſus a ſenſibilibus alienum eſſe non poteſt, ſed vel aqua, vel aer, vel aliquid id genus concedere oportet, quemadmodum idipſum eſſe naturales ſuppoſuerunt.

Nam ſi infinitum ipſum neq; magnitudo ſit: neq; multitudo: ſed ſubſtantia & non accidens: indiuiſibile erit profecto. Diuiſibile enim aut magnitudinem aut multitudinem eſſe conſtat. Si uero indiuiſibile ſit infinitum non erit: niſi perinde atq; uox eſt inuiſibilis. At neq; illi qui dicunt infinitum eſſe: ipſum hoc pacto ponunt: neq; nos quærimus ſi ſit identidem ipſum: ſed ut habet ſine fine tranſactionem.

Hic primum argumentum adducit quod infinitum non ſit ſubſtantia. Et inquit ſi infinitum non eſſet magnitudo neq; multitudo quæ quidem quantitatis ſpecies ſunt. Sed ſola ſubſtantia per ſe. i. ab iis ſeiuncta infinitum certe non habebit diuiſionem, quoniam diuiſio fit merito quantitatis, quamobrem erit indiuiſibile, ſed ſi illud indiuiduum experſq; diuiſionis eſſe affirmatur neq; erit infinitum de quo nos modo quærimus, ac de quo naturales diſſerere conſueuerunt. Niſi ii velint infinitum accipere velut punctum vel quale, eo quod hmôi infinitum ſuapte natura idoneum non eſt vt dimenſionem ac diuiſionem ſuſcipiat.

Quod ſi infinitum per accidens ſit; non hoc elementum erit eorum quæ ſunt: quo eſt infinitum: quemadmodum nec ipſum inuiſibile locutionis eſt elementum: & tamen uox eſt inuiſibilis.

Quoniam oſtendit infinitum ſubſtantiam eſſe non poſſe idcirco interſerit confutationem quandam alterius ſuppoſitionis qua quis poſſet dicere infinitum eſſe accidens. Vnde inquit ſi infinitum eſt, & nō eſt ſubſtantia ergo relinquitur idipſum eſſe accidens. Sed ſi accidens eſſe affirmatur, infinitum igitur non erit rerum elementum, ſed illud potius cui accidit infinitum, quemadmodum neq; inuiſile eſt elementum locutionis; ſed vox quatenus talis elementum eſt cui accidit inuiſile.

Præterea quonam pacto quippiam ipſum infinitum eſſe poteſt: ſi neq; numerus neq; magnitudo per ſe eſſe poteſt: quorum per ſe affectus quidam ipſum eſt infinitum. Minus enim ipſum per ſe quam magnitudinem aut numerum eſſe neceſſe eſt.

Rurſus deſcendit ad oſtendendum infinitum non eſſe ſubſtantiam. Et argumentum conficitur ab eo loco qui vocat a maiori ad minus. Inquit ergo ſi ſubiectum alicui magis ſubſiſtit per ſe quam illius accidēs. Subiectum aūt infiniti eſt ipſe numerus qui non ſubſiſtit per ſe. Ergo multo minus infinitum quod numero accidit non poterit ſubſiſtere per ſe. At ſi non eſt de numero eorum quæ ſubſiſtunt per ſe igitur nō erit ſubſtantia.

Perſpicuum etiam eſt infinitum ſic eſſe non poſſe ut actu ſit: & ut ſubſtantia principiumue: nam infinitum erit quicquid ipſius accipias ſi habet partes. Eſt enim idem eſſe infiniti ac infinitum ut patet.

Alterum argumentum adducit quod fieri nequeat vt infinitum ſit ſubſtantia ac rerum principium. Nam prorſus neceſſe eſt, ſi infinitum dabitur rerum initium aliquod ſimplex eſſe, & nullum ſubiectum habere in quo firmetur. Alioquin ſi compoſitum eſſet aut omnino aliquod haberet ſubiectum non amplius illud infinitum dabitur, ſed vel ſubiectum eius, vel illa ex quibus ipſum conſtituitur, quoniam oportet principium aliquod ſimplex eſſe. Si ergo huiuſmodi infinitum eſt aliquod ſimplex nullumq; ſubiectum habens, ſed potius eſt velut animus & mens ipſa in eodem infinitum & ratio infiniti vel eſſe eadem erunt. In compoſitis. n. aliud eſt hoc eſſe, & aliud quo illud eſt ſeu illius ratio, vt diximus in prædicamētis. Nam compoſitum hoc eſſe ſignificat, vt cum ipſe dixero animal, ſed animali eſſe, ſcilicet quo animal eſt ipſa forma animalis eſſe dicitur. Significat quidē per illud eſſe animal. At in ſimplicibus idem verbi gratia eſt animus & animi eſſe. Nam ratione neq; diuideretur in plura mēs ipſa ac ſui eſſe. Si ergo huiuſmodi eſt natura infiniti vt ſcilicet idem ſit infinitū & infiniti eſſe. i. ratio eius dubio procul ſingulæ illius partes erunt infinitæ. Nam ſi pars ſuſcipit totius rationem, & pars ſane infinitum erit, ſed ſi alterum erit non amplius ſimplex habebitur, ſed potius conſtitutum ex partibus diſſimilaribus quemadmodum neq; homo ſimplex eſt qui conſtat animali rationale & mortale. Verum ſi infinitum quis ſtatuerit eſſe numerum vel magnitudinem infinitam, propterea ſequi non poterit, vt ipſe infiniti partes etiam infinitas eſſe aſtruat, quippe qui ſubiiceret naturam alteram in qua reciperetur infinitas ceu numerum vel magnitudinem. Neq; vetat ratio quin numeri pars ſit numerus & tamen nō eſſet numerus infinitus, quoniam non eſt ratio numeri cum illa infiniti eadem. Eſt enim numerus ex vnitatibus multitudo collecta. Infinitum autem eſt quantitas impercurſibilis, id eſt quæ peragi non poteſt. Similiter etiam de magnitudine dici poteſt. Qui ergo infinitū hoc modo aſſentiunt ſubſtantiam eſſe perinde ac in definitione eius comprehenſam ac collocatam, quo pacto fieri poteſt, vt ii nō videāt ſingulas eius partes infinitas eſſe oportere. Nā vt pars aquæ quælibet eſt aqua quoniā totum ac ſingulæ eiuſdem partes eandem definitionem obtinent, ita neceſſe eſt, vt partes infiniti ſint infinitæ. Cum igitur multæ ſint partes infiniti, quinimmo cū vnaqueq; illius pars in infinitum ſit diuiſibilis, neceſſe igitur erit vt infinitum ipſum habeatur infinities infinitū quod quidem abſurdum eſt.

Si infinitum ſubſtantia ſit, & non in ſubiecto. Quare ſit ut ipſum: aut indiuiſibile ſit: aut in infinita ſit diuiſibile. At fieri nequit ut idem multa ſit infinita.

Dicit ſecūdum ſubiectum pro hoc in ſubiecto, id eſt ſi infinitum eſt ſubſtantia & non accidens.

At uero ut pars aeris aer eſt: ſic & infinitum & pars queuis infiniti: ſi ſubſtantia quedam & principium ſit: uti dicunt. Vacat igitur partibus atq; indiuiſibile eſt. At eſſe nō poteſt id tale quod actu eſt infinitū. Neceſſe eſt enim ipſum quantum quid eſſe. Per accidens igitur infinitum ipſum eſſe

uidetur. Quod ſi ita ſit: dictum iam eſt antea non poſſe ipſum principium dici. Sed illud cui accidit: ut aerem: aut par. Quare abſurde dicunt profecto: qui tale illud eſſe cenſent: ut pithagorici dicunt.

Hæc verba continua ſunt ſuperiori contextui. Eſt igitur hæc tota huius contextus ſententia atq; conſtructio, poſtq̃.n. dixit, ſiquidem fuerit ſubſtantia infinitũ & non ſecundum ſubiectum continuans deinceps hęc inquit. Velut.n. aeris pars eſt aer, & ita infiniti pars eſt infinitum. Et eum mox adiecit, ſiquidem eſt quædam ſubſtantia & principiũ, deinde copulat alteri parti contextus ſuperioris illi videlicet, vel ergo indiuiſibile, vel in infinita diuiſibile. At idẽ multa infinita eſſe nequit, poſtremo ſequitur dictis copulando, igitur impartibile eſt & indiuiſibile.

Nam ſubſtantiã faciunt ipſum: & ſimul ẽt partiuntur.

Inquit eos praue ſenſiſſe qui illud affirmarunt eſſe per ſe ſubſtantiam.ſ. ab alijs rebus abiunctam, quoniã his accidit idem fateri partibile, ac impartibile eſſe ac ſubſtantiam & accidens. Nam ſubſtantia eſt ea parte qua illi ita ſentiunt eſſe infinitum accidens vero quoniam quam aiunt ipſum eſſe infinitum mox velint nolint ipſam quantum faciunt quoniam infinitum eſt diuiſibile alioquin ſi infinitum eſt ſubſtantia cõmõſtratum iam eſt, vt ipſum indiuiſibile ſit quamobrem indiuiſibile faciunt diuiſibile & ſubſtantiam accidens.

Verum hæc quidem forſitan inquiſitio uniuerſalis eſt magis: ſi poſſit in quam infinitum & in mathematicis & in intelligibilus & in hiſce quæ nullam habent magnitudinem eſſe. Nos autem ſi ſit in ſenſibilibus: de quibus doctrinam facimus infinitum corpus incremento necne conſideramus ac perſcrutamur.

Quoniam oſtendit infinitum non poſſe ſubiectum eſſe infinitum dico ſecundum extenſionem, quod illi collocari reponiq; in ideis non aiunt, ſed de illo quod in eis collocarunt inquirere an illud etiam ſubſtantia infinita ſit, ſiue in mathematicis ſiue in ideis ponatur, communioris ſcientiæ munus eſt conſiderare quæ de omnibus principijs verum qua principia ſunt, conſiderat, at huius diſciplinæ intereſt ac peculiare munus eius eſſe dicitur indagare perſcrutarique an infinitum extenſione corpus ſit quod neq; principium magnitudinis neq; terminum habeat. Quod itaq; aliquod huiuſmodi corpus non ſit ceu veteres naturales tradidere deinceps indicare argumentiſque conuincereq; proponit.

Si igitur differendi modo conſiderauimus: ex hiſce uidebitur infinitum non eſſe. Nam ſi ratio corporis eſt ſuperficie terminatam eſſe: non erit infinitum ullum aut intelligibile aut ſenſibile corpus.

Cum oſtendiſſet infinitum non eſſe hoc modo veluti ſubſtantiam quandam per ſe.ſ. ſeparatam neq; eo q; infinitum in ſubſtantia eſſe conſtitutum, quemadmodum pithagorei dixerunt. Cæterum proponit in præſentia oſtẽdere neq; eo modo infinitum eſſe quo phyſici aſſeruerunt, neq; aliquid conſtitui ſubſtantia in ipſo infinito, ſed ſubſtantiam eſſe aliquid aliud ceu aerem aquam vel intermedium, quod quidem infinitum eſt mole magnitudine q; infinitum. Quod itaque neq; hoc modo infinitum ſit in primis quidem vt ipſe inquit oſtendit logicis argumentis.i. perſuadentibus, & ex opinabilibus conſtitutis vel logicis.ſ. communioribus, quoniam demonſtratio ipſa non ſolum conuenit naturalibus corporibus, ſed etiam mathematicis, ob id ergo dixit, logicis argumentis, deinde adducit argumenta magis neceſſaria, quę ex ipſa rerum natura procedunt. Eſt igitur prima ratio logica hæc, geometre corpus definiunt eſſe, id quod ſuperficie clauditur. Sed infinitum non clauditur ſuperficie. Corpus ergo non eſt infinitum, hæc ratio eſt in ſecunda figura. Deinde inquit non ſolum corpus infinitum non eſt, ſed neq; numerus poteſt eſſe infinitus, quoniam nullus numerus eſt ſeparabilis per ſe, ſed omnis conſtituitur in ipſis rebus quæ numerantur, & cum omne numerabile poſſit percurri, infinitum autem percurri non poteſt. Nullus ergo numerus eſt infinitus, cum ergo ſint duo ſyllogiſmi in hac ſecunda ratione primus quidem conficitur in prima figura, ſecundus autem in ſecunda hoc modo. Numerus eſt in rebus numerabilibus, numerabilia autẽ poſſunt numerari percurriq;, igitur numerus poteſt percurri, ſed infinitum non poteſt percurri, ergo numerus non eſt infinitus. Hi ergo ſyllogiſmi ſunt argumenta logica, dixit autem logica propterea q; non ſunt neceſſaria, ſed vt dixi ex opinabilibus ſufficiuntur. Nam aduerſarij qui infinitum eſſe ſtatuunt neq; darent definitionem corporis vniuerſalem eſſe vt corpus ſit q; ſuperficie terminatur & cingitur perinde ac contingat ipſum non habere latitudinem lõgitudinem neq; profunditatem, neq; aſpectui obtutuiq; obijci poſſe. Nam vt omne quod complectitur cingitq; corpus non eſt definitio eius, ſic etiam circunſcribi ſuperficie non erit definitio eius, ſiquidẽ ſit aliquid corpus infinitum q; non circunſcribitur ſuperficie vt cœlum quoniam ipſum ſaltim vltimũ extra ſuperficie non ambitur & clauditur. Similiter reſpondebant ad aliam rationem negantes omnem numerum numerabilem eſſe cum ſit numerus infinitus qui numerari nequit. Sed poſt has rationes tranſit ad ea argumenta quæ ſunt magis naturalia & neceſſaria. Et oſtendit ex naturalibus pr̃tatibus viribuſq; actiuis & paſſiuis caliditate.ſ. frigiditate, ſiccitate, & humiditate fieri non poſſe, vt ſit corpus infinitum. Secundo idem oſtendit ex locis corporum.ſ. infimo & ſupremo, præterea ex momentis aut ijs quibus inclinantur res moueri dico.ſ. grauitate & leuitate. Et deniq; ex alijs conceptionibus, primum igitur ex poteſtatibus viribuſq; naturalibus cõfutat, & reijcit infinitum. Verum rationem conficit per diuiſionem hunc in modum. Nam ſi datur corpus immundum inexhauſtum prorſus neceſſe eſt hoc vel ſimplex vel concretum cõpoſitumq; eſſe, ſed ſiue ſimplex, ſiue compoſitum ſit fieri nequit, vt ſit infinitum igitur corpus infinitum prorſus demendum tollendumq; de medio eſt imprimis itaq; oſtendit corpus compoſitum non poſſe infinitum eſſe quoniam, ſi concretum compoſitumq; haberetur vel infinitis elementis vel finitis conſtaret, infinitis nanq; conſtare non poteſt, vt demonſtrauimus in primo libro cum infinita elementa eſſe nequeant quod quidem in libro de cœlo ac præſertim in libro de generatione & corruptione demonſtrabitur. Sed neq; hoc loco ſub ſilentio prætereundem eſt. Nam ſi

infinita

infinita eſſent elementa inquit, prorſus oportet infinitas etiam contrarietates eſſe, alioqui ſi non haberētur infinite contrarietates, neq; elementa infinita, ſed certa ac finita penitus neceſſe eſt, vt ea quæ ex ipſis ſunt conſtituta finita eſſe affirmentur. At coniugationes cō trarietatum finite ſunt, quoniam ſi contrarietates infinite eſſent cū vnaquæq; contrarietates contineat duas qualitates. Etenim contrarię ad minus duo ſunt infinitum duplicari contingeret quod ſane abſurdū eſt. Fieri ergo non poteſt, vt ipſa elementa ſint infinita, quapropter infinitū conſtare infinitis non poterit. Quod ſi cōſtabit infinitis mole, ſed finitis multitudine, vel ergo vnum aliquod illorū erit infinitum magnitudine, vel plura vel omnia aut nullum. Si dabitur nullum ergo conſtabit omnibus finitis. Quamobrem ſi ſuā ſententiā tueri voluerit, neceſſe eſt eos aut vnum vel plura, vel omnia infinita concedere, in primis ergo oñdit non poſſe aliquid illorum vnum eſſe infinitum, quod cum a nobis demonſtratum fuerit, vnum etiam indicatum erit, neq; plura poſſe infinita eſſe, quoniā ſi plura admitti infinita volumus cur non omnia ac multo magis dabimus infinita? Tamen ſeorſum diuiſimq; oſtēſurus eſt, neq; plura infinita dari admittiq; poſſe. Quod vero haberi nequeat vnum aliquod elemētorum infinitum quibus conſtat ipſum totū immenſum inexhauſtumq; hunc in modum oſtendit. Omne corpus naturale, de quo potiſſimum nos modo diſſerimus, in ſeipſo quandam vim naturalem ingenitam inditamq; videlicet caliditatem, vel frigiditatem, aut humiditatem, vel ſiccitatem habet, quo fit vt omnino neceſſe ſit ſi aliquid eſt corpus compoſitum equatas eſſe vires poteſtateſq; componētes ipſum, vt hoc modo aliquod temperatū ex ipſis naſcatur, quod fit quoties nullum illorum pollentius ſit, neq; cæteris dominatur, ſed vniuſcuiuſq; immoderatum intemperatūq; robur ab alterius contraria ac repugnante vi coercetur reprimitur et temperatur. Nam ſi eorum aliquod vnum valentius præpotentiuſq; eſſet reliqua imbecilliora debilioraq; corrumperet, & in ſuam naturam illa tranſmutaret atq; conuerteret. Si ergo infinitum compoſitum habet aliquod vnum earum quibus conſtat infinitum. Cum funditus operępretium ſit corpus mole immēſa infinitum habere complectiq; vim poteſtatemq; infinitam, quę in ipſo infinito conſtituta ſit certe abſorbebit ac delebit reliqua, & in ſuam naturam cōuertet quo fit, vt denuo illud totum infinitum ſimplex incompoſitum & ſincerum habeatur. Quod ſiquis obiecerit quoniam & ſi corpus mole immenſa infinitum ſit, attamen minore potētia, ac imbecilliore erit quam ipſum infinitum. Verum nos dicimus quoniam cū ea vis eſt in magnitudine infinita excedit hac ratione omnem finiti poteſtatem ac corrumpit in eo vim finitam. Quod ſi adhuc contenderit illam finiti poteſtatem valentiorem fortioremq; eſſe, huic obijciamus hoc modo. Supponatur petaturq; in illo concreto infinito vnum aliquod totum quibus conſtat, verbi gratia aqua quæ diuiſim a cæteris ſit infinita, & alterum eſſe magnitudine finitum ceu ignis equidem vis in aqua, vt frigiditas longe imbecillior ea virtute ac poteſtate, verbi gratia caliditate quæ in eadē ignis magnitudine ſit, ſi ergo ipſe ex ambobus accepero extraxeroque duo æque magnitudinis corpora ceu ſextarium ab vnoquoq;, quoniā in ſextario ignis caliditas pollentior eſt quam frigiditas aquæ in ſextario certe caliditas conſumet frigiditatem, quoniam hæc eſt natura duarum poteſtatum aduerſantium inter ſe, vt minor a maiore ſuperetur, ſit ergo inæquali magnitudine ignis caliditas decuplo calida, pariter etiam in tanta magnitudine aquæ frigiditas decuplo frigida ſit quanq; hac æqua data magnitudinum ignis, & aquæ mēſura caliditas ignis pollentior ſit tamen ſi decies duplicauero aquæ magnitudinem, & decem vrceolos aquæ accepero, profecto æquabitur aquæ frigiditas quæ in decem vrceolos conſtituta eſt caliditati ignis quam in vno vrceolo repoſuimus. Quoniam igitur ignis habens pollentiorem vim mole finitus ſupponitur atq; finiti ad finitū prorſus, aliqua proportio eſt. Certe & totus ignis ad aliquam ſui partem, aliquam proportionē habebit. Sit ergo iſta proportio totius ad partem centies aut millies, cū itaq; vrceolus ignis æquam habet poteſtatem cum decem vrceolis aquæ poterit vtiq; totus ignis habere proportionem cum aliqua infinitę aquæ parte. Si ergo accepero decies milie aquæ vaſa vrceoloſq; æquabitur ſane frigiditas in tanta quātitate. ſ. in decem mille vaſibus vrceoliſue conſtituta caliditati ignis in mille vaſibus aſſignatæ. Sed cum aqua ſupponitur infinita eſſe, & infiniti ad finitum nulla eſt proportio, quippe frigiditas in tota aqua infinities infinita ſit, quam ea quæ in aliqua data parte collocatur, quæ ponebatur eſſe æqualis caliditati, quæ in toto igne conſtituebatur, igitur ſi hoc conceditur. frigiditas quæ in tota aqua infinities infinite poteſtatis erit quam ſit caliditas, quæ in toto igne poſita eſt. Quamobrem illam frigiditas traſmutabit & abſorbebit quo igitur pacto totum infinitum erit ſimplex ſincerumq; & non compoſitum. Et deniq; ꝙ volebamus concludatur non poſſe vnum aliquod illorum quibus componebatur ipſum totum, infinitum eſſe. Quod etiam conſtat ex eadem illorum actione. Nam exiguum aquę cum iniectum fuerit in maximo igne corrumpitur & ignis conuerrit in ſuam ſubſtantiam. At vero ſi ignis ille conijceretur in ciſternam aquæ, & circuitum econtra idem patietur quoniam corrumperetur & tranſmutaretur in naturam aquæ. Et quanq; ſit ignis caliditas valentior frigiditate aquę ſiquidem frigiditas aquæ elementaris fuerit caliditas ignis nāq; qui nobis obſequio eſt excedit caliditatem elementarem quemadmodum & criſtalli glacieique frigiditas excedit frigiditatem elementarem. Verum & ſi ipſa poteſtas viſq; ignis fortior ſit, quoniā agit in multum aquæ, & qualitas aquæ remiſſior tamen frigiditas aquæ vincit caliditatem ignis propter multitudinem quantitatis. Nam qualitates ſpecie ſimiles cum fuerint in vnum coniunctæ fortiores pollentioreſque habentur quod ſane conſtat, & clarius noſce & perſpicere poſſumus in ipſis momentis. ſ. poteſtatibus quæ opem ferunt ad ciendas res, quoniā ſi duas libras ponderis ſimul iunxeris id quod ex vtriſq; cōſtitutum eſt grauius vtraq; ſeorſum ac ſeparatim erit, ſiquidem non ſolum pondus duarum librarum, ſed etiam plus ponderis cōtineat. Similiter & ſi magnitudinem duarum librarum ſecaueris in duas æquas partes non habebit vtraq; pars æqua libra grauitatem, ſed minorē quo pacto igitur, ſi ea quæ ſunt ſimili ſpeciei ſimul cōnectuntur pollentiora euadunt diuiſa autem ac ſeiuncta imbecilliora ſimiliter, & in motibus ipſis quanto

plus adieceris grauitatis tãto citius mouebitur ipſum
graue,atq; ſi diuiſa & abiuncta verbi gratia quinq; li-
brarum corpora quanq; ſeſe tangerent non ita velo-
cem motum habebunt,ſed ſi compoſita atq; in vnum
connexa contretaq; ea fuerint ociſſime mouebuntur.
Eodem quoq; modo de leuibus dicere poſſumus, vt
igitur de his dicimus ita etiã de ipſo calore frigoreq;
ac cæteris contrarietatibus aſſerere poſſumus. Nam ſi
idem lignum inieceris in paruam & magnam ignis
flammam iniectum quidem in maiori flamma ocius
abſorbebitur ac flagrabit quam ſi in parua iniectum
in fuerit. Quamobrem, & ſi infinitum eſſet minoris
qualitatis ac poteſtatis attamen pro immenſa ſui mo-
le & compoſitione partium ſimilarium in infinitũ au
gebitur ampliabiturq; eius qualitas in infinitũ. Quo-
niam ſi partes ſimul in vnum concrete compoſitęque
qualitatem roborant & augent, hæ igitur in infinitũ
connexæ ac coniunctæ infinitum robur qualitate pr
ſtabunt ac eam in immenſum augebunt et ampliabũt
quapropter neceſſario in infinito ſtatuenda eſt infini-
ta vis quæ cum fuerit inexhauſta infinitaq; neceſſario
reliquas qualitates corrumpet & delebit quare nõ po
teſt eſſe aliquod vnum componentium ipſum totum
infinitum. Sed contra hanc rationem hmõi dubitatio
adduci ſolet, quoniam non oportet qualitatem vna
cum quãtitate adoleſcere. Neq; enim ſi acceperis cor
pus trium librarum, quod habeat tot albedinis gra-
dus, & deinde hoc ampliauero apponẽs multa eidem
magnitudini iam totum corpus magis album efficiã.
Præterea neq; ſi magnum bolum vel amplam gle-
bam in partes ſecauero albedo in ipſis partibus conſti
tuta denſior euadet ipſa totius albedine & candore
item neq; ſi plurima vaſa eiuſdem ſpeciei aquæ infu-
dero ciſternæ tota aqua fiebat vnaquaq; parte frigi-
dior. Similiter neq; ſi multa calida feruidaq; ſimul in-
ſeruerimus totum fiet vnaquaq; parte calidius. Vnde
ſi apparet idem lignum in minori flãma longiore tẽ-
pore arſum & combuſtum, & a maiori flamma bre-
uiore tempore conſumptum, tamen hoc non accidit,
quia vrendi qualitas fortior pollentiorq; habeatur,
ſed quoniam omne id quod patitur ab aliquo eiuſdẽ
ſimiliſq; materiæ prorſus reagit in id quod efficit. Et
cum id q magis exiguum eſt funditus patitur a maio
re vel agit in ipſum non patitur certe ob validiorem
maioris qualitatem, ſed quoniam vnumquodq; con-
cretum ſolidumq; haud facile affici poteſt q̃ vniuer-
ſum membratim dilaniatum diſſipatumq; eſt. Vt igi-
tur id quod facile afficitur & patitur, diſſipatum te-
nueq; eſt in ſuis partibus ita q haud facili patitur con-
cretum cõſolidatumq; ſubſiſtit. Quod quidem non
ab re vſuuenire ſolet. Nam cum ſint multæ partes ſi-
milis ſpeciei in magna rei mole. Et vnaquęq; ſane vim
effectricem habeat cum ergo appoſitum fuerit con-
trarium q paruum eſt, et egerit aliquid in partẽ mox
ſimilis ſpeciei partes appoſitæ coniunctæ connexæq;
eidem patienti ipſe quoq; agent in eandem & non ſi-
nunt agentis partem traſmutari, ſed ſimul ipſum quod
afficitur inſtituunt ac conuertunt in primam naturam
qua ratione accidit, vt patiens quoties ei præpotens
contrarium apponitur non poſſe reagere repellereq;
ictum actioneſq; partium efficientium. Ex quo accidit
illius agendi vim imbecilliorem haberi, & ocius trãſ-
mutationem fieri. Verbi gratia ſupponatur quidem
rogus vel incendium magnum quod contineat pro-
funditatem decem cubitorum. Cum igitur in ipſum
inijceretur paruum lignum certe, & ipſum in nõnullas
incendij rogiq; partes aget quibus erit appoſitum at-
que proximum exempli cauſa in eam proximam in-
cẽdij partem quę eſt vnus brachij, ſed quoniam huius
incendij vnius brachij ſunt ipſi aliæ ſimilis ſpeciei qua
litates inditæ ac innatæ quæ nihil patiuntur, & habent
vim agendi, mox agunt in id q iam cepit affici ac pa-
ti, & illud in ſuam naturam conſtituunt atq; opem fe-
runt ei parti quæ attigua eſt ligno, vt ab eo nihil in-
commodi patiatur. Atqui exiguum lignum inops vn
diq; ab igne moleſtatur & patitur, & cum tot cõtra-
rijs aduerſarijſq; repugnare nequeat ocius ſubijt mu-
tationem ac ſuimet abolitionem. Verum ſi in paruo
rogo incendioue magnum lignum inijceretur, eo q̃d
pollẽtiore conatu ac maiore aduerſarij periculo age-
ret vel pateretur idcirco diu contendet ac longius tẽ-
pus euolabit ante q̃ ſubeat mutationem & interitum.
Nam cum ea ignis pars quæ patitur non habet appo-
ſitum ſubſidiũ ſimile ſibi & reducere debet ad ſe vim
patiendi, hac igitur de cauſa cũ extrinſecus illius quã-
titas augetur ac maiori fit actiuum magis ac pollen-
tius eſſe videtur. Verum ob id quale ſimul non auge-
tur cum quanto. Etenim aliter abſurdum eſt & omni-
no, hoc poſtulatum falſum eſt vt oporteat vna auge-
ri adoleſcereue qualitatem & quantitatem. Nam ſi
admitteretur poſtulatum certe hoc modo funditus
oporteret in ſimilaribus, quæ maiorem molem habe
rent, etiam pollentiorem vim ac poteſtatem agendi
obtinere. At modo neceſſe nõ eſt, ſiquidem piper ma
iorem qualitatem calefaciẽdi ac virtutem quam ipſe
magnus raphnus habeat, & ne quis aduerſetur dicens
aliã, atq; aliam eſſe caliditatis ſpeciem hoc igitur pro-
ponitur oſtendereq; quoniam eidem calido qua cali-
dum idipſum intendi ac remitti non iuxta molem ma-
gnitudinum accidit, ſed iuxta aptitudinem eorũ quæ
recipiunt, quo circa quale vna cum quanto inoleſcere
ſuapte natura non põt. Quod ſi quale ſimul cũ quan-
to non adoleſcet nõ neceſſe erit, ſi vnum eorũ elemen
torum cõponentium ſit mole & magnitudine infinitũ
& ſubſidens qualitati minus pollens quã alia finita ſi-
mul cum infinita magnitudine augeri. Sed quemad-
modum poteſt moles plerunq; augeri vi pr̃tateq; ipſa
non aucta ita certe ſi infinitum creſceret nihil plus im-
perij vigoriſq; conſequeretur, cuius rei fidẽ ex actio-
ne ſuſcipere poſſumus ponatur .n. aerem qui vniuer-
ſam ciuitatem ambit maxime gelidũ eſſe cui adijcia-
tur lichni flamma. Nimirum ſi quale vna cum quan-
to augeretur, proculdubio oporteret flammam lich-
ni ab aere extingui, quem cum non extinguatur certe
non erit tantus exceſſus qualitatis ad qualitatem quã-
tus eſt exceſſus quantitatis ad quantitatem, ſed longe
minor eſt qualitatis exceſſus. Et quoniam nõ augetur
ſimul qualitas cum quantitate, potius flamma lichni
agit in aere cum ſit pollentior ac valentior, quam pa-
tiatur ab ipſo. Sed quid ipſe aerem ambire vndiq; ci-
uitatem ac circundare volo? porro extendatur idem
per totum vniuerſi ambitum, quamobrem cũ aer vn
diq; in vniuerſo prorſus gelidus ſit frigeat & algeat
nihil plus flamma lichni certe patietur, ſiquidem flã-
ma lichni quæ modo continetur ab vniuerſo aere fri-
gido qui intra parietes eſt aut circa nos exiſtit, nihil
patiatur.

patiatur. Quapropter ſi frigidus aer in infinitum augeretur, nihilminus idem accideret. Quo clarius fiat, ſumatur non tanta aeris frigidi craſſiq; magnitudo, ſed velut gutte & aqua, cum ergo non minorem frigiditatem accepimus, ſed æqualem vel parum ab æqualitatem diſtantem potius agi ꝙ patiatur ſumma tamen adhibita ſimilarium partium ope ſecundũ modum quem paulo prius diximus quare & ſi imbecillior vis eſſet nihil tamen pateretur & ſi in infinitum fieret, quoniam flamma lichni terræ appoſita in ipſam quoq; ageret & nihil pateretur, quamobrem ſi fortior ſit auctione quantitatis ipſa qualitas quoniam lichni flamma reſpectu totiu ambitu terræ ferre nihil eſt oportet vt multiplicetur adeo frigiditas totius terræ vt nullo pacto queat a caliditate flamme lichni pati ꝙ quidem fieri non videmus & hoc merito quoniã neq; aer neq; terra ſecundum ſeipſa tota agunt in ea quæ ipſis apponuntur, ſed ſolum ſecundum eas partes quæ tangunt partes patientis appoſitas. Vnde cum imbecillior ſit qualitas earum partium proximarum, potius patitur ab ipſa flamma appoſita quã agat in ipſam. Quomodo itaque erit abſurdum ſi vnum elementorum componentium ipſum totum infinitum, cum & ipſum fuerit mole immenſum, & infinitum, etextiterit fortiſſima aliorum finitorum qualitas vt potius patiatur ab ipſo finito habente fortiorem vim & poteſtatem quam agerent in ipſo. Siquidem infinitum non ſecundum totum agat in ipſum finitum, ſed ſecundum eam partem finito proxima eſt quemadmodum neque aer continens lichni flammam ſecundum ſe totum agit in ipſam quoniam ſi id eſſet, multitudine & continuatione agendi extingueretur. Nam cum plura in idem continuo agunt accidit tam vim quę agenti ineſt, ſemper roborari magis ac increſcere & ſi eadem roborata eſſe agit in patiente, ea ſi valentior vel potius patitur vel ab ipſa imbecilliore vi valentiorem poteſtatem ſuſcipit. Nimirum infuſum continue oleum in flãmã lichni extinguit ipſam. Si ergo infinitum non ſecundum ſeipſum totum, ſed ſecundum eam partem quæ continua eſt parti finitæ agit, & fuerit vis imbecillior in eo certe nihil efficiet in ipſo finito, immo cõtrarium, quoniam patietur ab ipſo finito. Et ſemper aget finitum. Verum neq; deficere infinitum neq; finitum euadet infinitum. Hactenus igitur obiectio cõtra rationem habetur. Sed ipſi qui talem adducunt dubitationem ſoluere nituntur. Imprimis enim aiũt hoc falſum eſſe ſcilicet poteſtates vireſq; naturales quanq̃ ſint in magna ſubiecti mole, conſtitute non agere ſecundum ſeipſas totas ſiquidem momenta ideſt ipſe vires quibus res cient perſpicuo huiuſmodi ſe habeant. Si ergo decem librarum pondus graueq; imponatur alicui moles quidem ac magnitudo eius non tanget ſecũdum ſe totam illud cui pondus appoſitum eſt, ſed ſecundum partem immo ſecundum ſuperficiem ſolũ & tamen agit ſecundum totam poteſtatem in tota rei mole. Nam vt æqua non ſit ſtatera, ſed ad vnum propenſior ſecundum vniuerſum momentum & vim ciẽdi efficit. ſi ergo diuiſeris eam partem ſeorſum quæ non tangit ipſius trutine molem ceu trium librarum pondus, quanquam rurſus tangat eãdem ſuperficiem ipſius trutine, attamen non ita altera trutine pars propenſior reliquo pondere ſit tanquam momẽtum viſque illa ciendi quæ in altera quinaria erat parte quæ non tangebat partem illam trutine cum toto quippiam ageret quo pacto igitur tota vis vt tota ipſa natura poteſt in corpore agere & ſi agens non ſecundum ſingulas ſui partes attiguum ſit patienti. ſimiliter etiam in his quæ expellunt & attrahunt. Nam aliqua pars appellantis vel trahentis vt manus tangit id quod trahitur atque id quod expellitur. Et tamen non ea vis ſola tradit & expellit quæ in manu eſt, ſed etiam vis totius animalis, vt totum animal eſt, ſiquidem multa habeantur quæ partibus patiuntur & agunt. Nam pedibus homo ambulat cum totus de loco ad locum proficiſcitur item manibus ædificat, & ſi totus ipſe agat, idemque in multis alijs vſuuenire ſolet. ſi ergo & hic ſe habent, igitur & feruida, gelida, exſiccantia, humectantiaque ac aliæ qualitates quæ affectiones vel paſſiue qualitatis vocantur eodem modo ſe habebunt. Quanquam enim ea quæ agunt ſecundum partes ea quæ patiuntur tangant attamen ſecundum vniuerſam vim quæ in ipſis eſt agere videntur, cum igitur agunt ſecundum totum ſi ſubiectum extiterit infinitum reuera neceſſe eſt vt vna augeatur vis agendi in infinitum. Diximus equidem quod cum aliquod mole immenſum pluribus ſuis partibus ægerit in vnum & idem quod mole minus ſit. Et ſi efficiens poteſtate cederet patienti attamen præeſſet excelleretque ipſum multitudo partium quæ agunt. Quod ſi hæc veriſſima admittuntur ſemper id quod maius erit plus virtutis poteſtatiſque erit. Infinitum ergo vim efficiendi tranſmutandique infinitam habebit. Sed quiſpiam contra hæc obijcere poterit, quia non id quod quidem accidit in ipſis momentis viribuſque ciendi neceſſe eſt, vt accidat in principibuſq; ſcilicet maximis principibuſque qualitatibus. Siquidem non eiuſdem ſpeciei ſint grauitas & caliditas, quoniam caliditas, frigiditas, & aliæ id genus actiue & alteratiue qualitates appellari ſolent. Grauitas autem & leuitas ſecundum locum motiue. Vnde non oportet eadem ineſſe his quæ ſpecie diſtant. Præterea vide ne figura ſit qualitas, & tamen paſſiua nullo pacto eſt. Item plane videmus aerem agentem quippiam in nobis non ſecundum ſe totum, ſed duntaxat ſecundum eas partes quibus proxime continemur ſin minus eaſdem affectiones oportet eos qui habitant Scithiam, & eos qui Æthiopiæ incolunt, perferre ac pati, ſed quid ipſe narro de his qui maxima intercapedine locorum mutuo diſtant cum eos etiam qui idem clima eundemque locum habitant diuerſas vel aeris iniurias, vel iuuamenta pati habereque videamus, quando alij eiuſdem materiæ ſub ſole, alij vero ſub vmbra ſteterint ſæpe lineæ vnius ſpacio abinuicem diuiſi, atque disiuncto. Atqui ſi totus aer, tanquam totus ageret, omnes homines cunctaque animalia, & cætera alia eaſdem affectiones ferre oporteret cum ſit vna duntaxat aeris vniuerſitas, quod quidem non vſuuenire plane contuemur. Quod quidem igitur poſita ſtatutaq; minore poteſtate in infinito non neceſſe ſit idem reliqua corrumpere & abolere pręſertim ſi illa longe remiſſior fuerit propterea quod nõ ſimul cum quanto quale augetur, pro præſentis rei opportunitate dictum ſit. ſed quod fieri nequeat vt his admiſſis aliquod elementorum extenſione infinitum hunc in mo

dum oſtenſuri illud prius petimus, vt ſit agentium ac patientium qui ſint æqua magnitudine conſtituti æquabunt, potentię. Vel mutuo viciſſim ꝙ nihil agẽt vel forſitan nihil a ſeſe mutuo patientur. At ſi non æquales extiterint pɫãtes & vires & alius erit mole maior, alter vero minor ſemper patietur qui minor magnitudine eſt a maiore ob eam quã diximus cauſam. Et quanqꝫ mole maior quippiam ageret plus tamen pateretur q̃ ageret. Quo itaqꝫ conceſſo, dicimus non poſſe aliquod corpus magnitudine infinitum compoſitum eſſe, quoniam prorſus neceſſe eſt vt elementa componẽtia ipſum compoſitum æquas vires aliquomodo habere ſin minus ex his non poterit aliqua mixtio conſtare ſed id ꝙ præpotẽs eſſet reliqua in ſuam naturam tranſmutabit & conuertet quod quidem ex naturalibus omnibus corporibus præſertim corporibus animalium manifeſtum eſt, quamobrem oportet & componentia infinitum æquas poteſtates ac vires obtinere. Siquidem igitur ex finitis magnitudine cõponitur, totum finitum erit, ſi autem vnum aliquid cõponentium magnitudine infinitum eſt. Cum naturalium compoſitio habeatur per mixtionem ſimpliciũ & non per appoſitionem quotiam artificialia appoſitione componuntur, atqꝫ elementa componentia per totum ipſum cum veniunt ad mixtionem recipiantur qua ratione differt pars elementi ab elemento quandoquidem elementum per totum cuius eſt elemẽtum ingeratur recipiaturqꝫ & pars minime, neceſſe eſt ea vt infiniti compoſitio hoc modo ſe habeat. Cæterũ finita conſtitui infinito non poſſunt quippe infinitum præueniret corrumpendo exilia ac imbecillia, anteq̃ coirent commiſcerẽturqꝫ in vnum, quemadmodum ſi vrceolus aeris vel ignis poneretur in centum coextenſis vrceolis ſextariiſqꝫ aquæ, vel metetra vini in toto pelago certe præueniendo totum corrumperet vinum aerem vel ignem anteq̃ aliqua mixtura fieret, ſed quid ipſe dico ſi æquabuntur potentiæ quoniam velint nolint infinitum plurimum excellit finitum. Et cum nullam proportionem teneat infinitum ad finitũ prorſus neceſſe eſt id ꝙ infinito coextenſum eſt ocius corrumpi quam miſceri quoniam iam id in naturam infiniti eſſet conuerſum ſi idipſum coextenſum infinito eſſet. Igitur infinitum non poteſt eſſe aliquod corpus naturale compoſitum cuius vnum elementorum componentium ſit magnitudine infinitum. At ſi quis diceret compoſitionem hanc fieri appoſitione, is imprimis non tuetur & ſeruat ſuppoſitionem quoniam de naturali corpore loquimur deinde demonſtrauimus ꝙ ſi æque pollens poteſtate apponeretur alicui rei minori magnitudine, funditus ipſa corrumperet. Et hoc ratione oſtendimus quoniam ſi glacies iniecta fuerit in magnum incendium vel rogum magnũ priuſquam ipſa aliquid in igne ipſo ſenſim ageret, abſorberetur. Quod quidem igitur nequeat eſſe infinitum vnum elementorum componentium corpus infinitum, ſatis atqꝫ abunde demonſtrauimus, cæterum ꝙ neqꝫ plura neqꝫ omnia poſſint eſſe infinita hoc modo oſtendit. Et inquit ſi hoc corpus vndequaqꝫ atqꝫ omnino immenſum ideſt ſecundum omnem dimenſionẽ in infinitum extenſum haberetur ipſum ergo occupauerit omnes dimenſiones omniaqꝫ interualla cæteris aliqꝫ infinito nõ relinquet locum quamobrem duo vel plura infinita eſſe nequeunt, ſed hæc quoqꝫ ratio priori ſuppoſitioni & argumento adaptari & congruere poterat, quoniam ſi vnum aliquid eſt infinitũ quod penitus omnem locum occupat quippiam aliud quamuis paruiſſimum ſit, eſſe non poterit. Præterea poteſt hæc ratio ſuperioribus obiectionibus & his ac commodari, dico.ſ.ſi non omnia componentia infinitum fuerint infinita, ſed quædam non poterit eſſe aliquod corpus naturale compoſitum infinitum & hæc ratio merito & non ab re tam his quæ demonſtrauimus accommodari poteſt. Nam ſi demonſtrauimus ꝙ ſi aliquod infinitum eſſe aſſeritur illud omnino eſſe principium & non ex principio deductum ac naſcens ſed cum igitur nullum principium proprie & primo ſit compoſitum merito neqꝫ infinitum poterit eſſe cõpoſitum. Similiter nunq̃ ſimplex poterit eſſe, quoniã ſi ſimplex eſſet vel vnum aliquod elementorum erit velut aer aqua aut aliquid aliorum. Vel erit aliquid aliud præter hæc ceu dixit Anaximander eſſe principium illud intermedium elemẽtorũ vnde ꝙ nequeat eſſe vnum aliquod elementorum neqꝫ aliud alterum præter hæc infinitum corpus naturale communi quadã ratione probat verum quod penitus eſſe nequeat aliquod aliud corpus quod ſit intermedium elementorum & aliorum principium imprimis oſtendit. Nã ſi aliquod corpus (inquit) intermedium elemẽtorum infinitum ſiue finitum eſſet ex quo alia orirentur ac generationem traherent quoniã omne ex quo fit & conſtituitur in illud diſſoluitur oportebit etiã ipſa elementa corrumpi ac diſſolui in illud ſi autẽ in ipſum diſſoluerentur certe hoc aliqñ appareret quemadmodũ.n. aer cum fit ex igne vel aqua oĩno in ipſa reſoluitur ea diſſolui plane cõprehẽdunt ita oportet illa apparere. Sed non conſtat aliqđ aliud elemẽtum eſſe pręter quatuor elementa, ergo neqꝫ illud erit ꝙ de materia dici non oportet. Nam materia poteſtate eſt & quæ fiunt ex ea tanq̃ ea re quæ eſt poteſtate fiunt & producuntur. Materia nanqꝫ non eſt actus licet ſemper aliquo actu formata ſit quocirca ea quæ reſoluuntur in ipſam materiam diſſoluuntur quæ merito non apparet nec videtur quoniam cum non ſit actus nunq̃ ſeiungitur ab omnibus formis. At iji aiunt illud intermedium actu eſſe, quapropter idem oportet apparere. Verum non negant intermedium tanq̃ non ſit aliqua ſubſtantia media inter contraria quoniam prorſus neceſſe eſt mutationem quæ inter contraria eſt per quædam intermedia fieri ſiquidem non ſit immediata tranſmutatio inter contraria. Verum hoc intermedium ꝙ Ariſtot. dat non eſt aliquod certum neqꝫ elementum aliorum, ſed quædam via proficiſcendi in contrarium. Quod autem neqꝫ ſit vnum ſimplex elementum ſiue ignis, ſiue aer, ſiue quouis aliud ſit, ſiue finitum, ſiue infinitum fuerit, communi argumento oſtendit. Nam ſi vnum eſt elementum id certe non habebit contrarias poteſtates aliter contraria eſſent ſimul in eodem, at contraria ſimul in eodem eſſe non poſſunt, quod ſi non habebit contrarias pugnanteſque poteſtates rerum ortus ac interitus, & generaliter omnis mutatio de medio funditus tolletur. Nam ex contrario in contrarium omnis mutatio fit ceu ex calido in frigidũ & ex non ente in ens, quapropter ſi vnũ aliquod elementum ſimplex penitus eſſe non poteſt, proſpicuum eſt neqꝫ vnum aliquod elementum infinitũ haberi poſſe. Nam ſimilis eſt ratio de infinito & finito.

At vero

At uero neq; numerus ita ut ſeparatus ac infinitus. Numerus enim omnis & id quod numerum habet: numerabile eſt. Si igitur fieri poteſt ut ipſum numerabile numeretur: & infinitum quiſpiam poterit pertranſire. Sed ſi magis naturaliter contemplabimur ex hiſce quæ deinceps dicentur: nullum infinitum corpus in ratione rerum eſſe uidetur. Nec enim compoſitum eſſe poteſt nec ſimplex. Compoſitum igitur corpus nullum eſt infinitum: ſi elemēta multitudine ſint finita neceſſe eſt enim & plura eſſe: & æqualitatem inter contraria ſemper eſſe: & unum ipſorum infinitum non eſſe.

Vel hoc inquit quoniam numerus ſiue digitalis quo ſcilicet res numeramus qui etiam vere numerus appellatur, ſiue numerus qui in ipſis rebus ſcilicet numerabilibus eſt conſtitutus, finitur & terminatur, vnde ſyllogiſmi hi ſunt vterq; numerus eſt numerabilis numerabile poteſt percurri ergo numerus poteſt percurri. Sed infinitum non poteſt percurri, igitur nullus numerus poteſt eſſe infinitus. Verum ad explicationem huius loci ſcias quia in alio codice committitur pleonaſmos in literis quoniam ſcribitur eſchron pro echon id eſt vel quod habet numerū. Vnde vel hoc dicit (vt explicauimus) vel hoc quod quidem magis contextui congruit ſcilicet nullum numerum eſſe a numerabilibus rebus abiunctum, ſed quicunq; numerus conſtitutus eſt in rebus numerabilibus. Et cū numerabilia pertranſiri queunt igitur et numerus poterit pertranſiri quare non erit infinitus. Verum ſi hoc ita ſe habet haud fieri poteſt vt tempus ab aliquo principio non proficiſcatur vel mundus ſempiternus ſit. Nam ſi mundus eſt ſempiternus conſtat numerum hominum infinitum eſſe dico inquam numerum actu infinitum quoniam omnes homines actu extant quare numerus infinitus eſt poterit eſſe & non ſolum immenſus, ſed etiam impercurſibilis actu, quoniam ſi omnium hominum vnitatis vſq; in hodiernum diem actu extant. Et nos ſumus veluti finis terminuſq; eorum qui ante nos extiterunt actu infiniti. Certe conſtat vt actu infinitum ſit etiam impercurſibile, quod quidem non ſolum erit abſurdum contra hoc argumentum Ariſtot. ſed etiam aliquod erit maius infinito. Immo magis infinitum actu augebitur, in infinitum ſiquidem acceperimus priores origines iuxta vnamquanq; affinitatem & vnumquodque vinculum quo plures ab vno naſci nomenq; habere dicūtur. Equidem ſemper ante illos inueniemus antiquiores ac natu maiores infinitos actu extitiſſe quibus continuo additi hæredes maiorem numerum efficiunt. Vnde hæredum appoſitio adoleſcit in infinitum, ſiquidem mundus nuſquam interiturus eſt infinitum itaq; augebitur ampliabiturq; in infinitum Accedit etiam vt infinities infinitum habeatur q̄nquidem hominū genus infinitos hoīes qui ante vixerant. Exempli gratia qui ante vixerunt exempli gratia qui ante me nati fuerūt, cōtineat quod quidem de alijs hominibus ſimiliter dici poteſt quibus ſi etiam adiunxerimus equorum aliorumq; animalium ſtirpium ac plantarum cumulum & multitudinē præterea & motus vniuſcuiuſq; ſphæræ mundi certe accidet vt prorſus infinities vel ſæpenumero infinitū actu ſit. Nam omnia quæ numeraremus actu exiſterent. Quamobrem ſi hæc fieri diciq; nequeūt dico ſ. actu infinitum ſtatui, item infinito eſſe aliquod maius præterea infinities infinitum & non deficere quoties augetur ſed potius id quod fit iam facto amplius eſſe procul dubio tēpus vel mundus ſempiternus eſſe non poteſt. Sed ad hæc quidem quam temere ignareq; reſpondet qui aſſerit nihil vetare qui vnum infinitum in altero ſit conſtitutum & terminatum. Sed is non vidit in numeris dici non poſſe vnum infinitum in alterum conſtitui ac terminari cum illud vt in declarationibus geometricis habitum eſt, ſolū in continuo ponendum ſit. Nam numerus infinitum nihil aliud eſt quam vnitatum infinitas præterea ſi in continuo vnum infinitum in alterum prorſus percurſibile eſt omnino etiam alterum erit percurſibile in reliquum. Nam quæ aſſignatio ac ratio potior erit, vt aliqua pars ſit percurſibilis & altera minime præterea dixit Ariſt. non poſſe infinitum ſimul quod ad vniuerſas eius partes collectum in eodem tempore, ſubſiſtere licet ſecundum partes in actu proficiſci queat. At Ariſt. hoc modo infinitum quam maxime collectum non ignorans hoc modo minime refellit ſed ſimpliciter infinitum. Sed quid incommodi ſequitur ſi concedamus infinitum ſecundum naturam penitus impercurſibile eſſe ſiue infinitum ſic collectum ſiue ſecundū partes diuiſim ac per ſucceſſionem eiuſdē habeatur. Ego autem ſenno magis conſtituendum concedendumq; multitudine infinitum eſſe tāquam præſens & adhuc vigens quam velut tranſactum ac præteritum quoniā quod modo viget ac præſens eſt penitus percurri neceſſe non eſt at præteritum & iam elapſum neceſſario percurſibile eſt quod quidem fieri nequit. Præterea infinitū præſens neq; augetur neq; neceſſario eſt infinities infinitum at infinito iam elapſo ea accidunt quæ diximus. Sed de his diuiſim ac proprio loco diligentius diſputabimus. Equidem compoſitum corpus infinitum non erit ſi elementa multitudine finita fuerint, inquit ſcilicet ſi compoſitum eſt infinitum vel ex finitis multitudine conſtabit vel infinitis. Sed infinitis conſtitui nequit quoniam demonſtrauimus infinita elementa haberi non poſſe, neq; finitis, quoniam neceſſe eſt vt componentia ipſum ſint contraria & in compoſitione æquari poteſtates & vires contrariorum, aliter imbecille corrumperetur ab eo quod præpotens eſſet Si ergo infinitum finitis multitudine componeretur, certe cum omnia eſſent magnitudine finita & ipſa totius magnitudo erit terminata. Quod ſi vnum illorum componentium fuerit infinitum infinitam habet poteſtatem, certe corrumperet reliqua. Oportet igitur componentia aliquomodo æquari vt ipſum conſtitutum ſeruatur, fieri ergo non poteſt vt vnum aliquod ſit infinitum componentium.

Nam ſi ignis quidē ſit finitus: aer autem infinitus: quamquam unius corporis uis inferior eſt alterius ui: atq; pars ignis æqualem aeris partem ui ſuperat modo exceſſus aliquem ſubeat numerum. Tamen infinitum corpus ſuperabit ut patet: atq; finitum ſane corrumpet.

Verba confuſa ſunt tamen hæc eſt eorum ſententia. Inquit ſi enim eſſet infinitum vt aer finitum autem vt ignis. Et ſi longe minor eſſet ea vis quæ eſt in infinito q̄ ea quæ eſt alterius quod eſt finitum, a quibus ſi extraxero duas æquas partes ſecundum magnitudinem. Vnam videlicet ignis alteram aeris. Quanq; pote-

Cum oſtendiſſet aliquod intermedium infinitum haberi non poſſe tranſit ad oſtendendum, neq; omnino aliquid aliud corpus ſimplex & principium conſtitui poſſe infinitum, deinde cum hoc proponat oſtẽdere rationem deducit ad aliquam magis generalem & inquit. Quid enim narro vnum aliquod ſimpliciũ eſſe infinitum. Nam demõſtrabimus neq; vnum ſimplex & principium rerum ſiue infinitum fuerit ſiue finitum ſtatui poſſe. Vnde oſtendit ex ſuperabundati doctrina fieri non poſſe vnum ſimplex ſit infinitum, ſiquidem prorſus nequeat vt vnum elementum dici ac eſſe ſiue illud ſit infinitum ſiue finitum. Nam ſi eſſet vnum duntaxat elementum tolleretur de medio omnis generatio rerum ac omnis tranſmutatio. Si ergo hoc abſurdum eſt igitur non poterit vnum eſſe: elementum ſi enim eſſet aliquod vnum elementorũ quatuor ceu ignis apud Heraclitum vel aliquid aliud habebit ſane in ſeipſo aliquam contrarietatis partem verbi gratia caliditatem, quo pacto nihil forte ipſum inhiberet tranſmutari ex contrario in contrarium, ſed non ſeruabit amplius diſſidentiam contrarietatemue in tranſmutatione per quam eſt ceu ſi ignis id vnum elementum eſſet non poſſet ſeruare tuerique caliditatem ſuam, ſed corrupta ipſa caliditate frigiditatem aſſumet; quo pacto deſinet eſſe ignis at ſi fuiſſet principium primum remanſiſſet neque fuiſſet tranſmutatus & corruptus, ſed qua nam ratione non aſſeritur magis aerem eſſe elementum quam ignem cum non magis ipſe ignis in aerem cõuerti queat quam aer in ignem itaq; ſi non poteſt eſſe vnum ſimplex elementum multo magis non poterit eſſe vnum elemẽtum infinitum quoniam infinitum ſi eſt prorſus principium eſt, & primum elementum. Quod quidem igitur nequeat eſſe vnum aliquod elementorum infinitum oſtendimus quod etiam nequeat eſſe aliquod intermedium quemadmodum Anaximander dixit iam demonſtrauimus verum eadem via ac oſtendendi modo quo in alijs vſi ſumus etiam impræſentia demonſtrare poſſumus. Nam ſi illud intermedium nullam contrarietatem diſſidentiamq; cum elementis habet neq; aliquid in illud tranſmutabitur quo pacto neq; aliquid ex ipſo fieret vnde incaſſum inutileq; habebitur, ſed nihil quod inutile ac incaſſum habetur inter ſempiterna collocatur. At mox quiſpiam diceret nos etiam in abſurda Anaximandri incurſuros qui materiam carere contrarijs affirmamus. Sed reſpondebimus plurimum intereſſe inter noſtram ſententiam & Anaximandri opinionem quoniam ille aſſerit illud tranſmutari nos autem aſſerimus in materia fieri tranſmutationes ac ſuſcipi diuiſim contraria illud itaq; non poteſt tranſmutari niſi aliquam habeat contrarietatem, ſed in materia fieri tranſmutationes ex contrarijs in contraria nulla ratio vetat. Vnde apud nos cũ vna ſit materia ſubiect omnibus rebus generatis at ipſi qui ſupponunt vnum elementum id affirmare nequeunt. Preterea nos minime aſſerimus illam per ſe ſubſtare duplici qualitati, ſed ſemper ab aliqua forma comprehenditur, & ob id quia habet aliquam qualitatem ſemper ſibi coniunctam quã patitur ab aliquo contrario res produci ac tranſmutari affirmamus. Atqui Anaximander cum dixerit corpus infinitum actu per ſe ſubſiſtere cogitur aſſerere omnino id ab aliquo pati, quod ſi patitur a contrario certe patitur. Sed nihil eſt illi contrarium ac diſſidens cum nullo pacto afficiatur aliqua contrarietate, igitur neceſſe eſt ipſum nihil pati ab aliquo. Quamobrem nihil ex eo producetur.

Omne enim ad contrarium ex contrario: ut ad frigidum ex calido ſolet mutari.

Hic probat nullum elementorum infinitum eſſe poſſe neq; ſcilicet vnum aliquid ex quatuor neq; intermedium naturæ ancipitis, quoniam ſi eſſet vnum aliquod elementum quonam pacto rerum ortum ac interitum tueri poſſemus, cum omnis tranſmutatio ex contrario in contrarium abeat. Sed quo pacto tueri non poſſemus rerum ortum ac interitum iam demonſtrauimus.

Atq; ex his etiam de quouis conſiderare oportet: ſi poſſit necne infinitum eſſe ſenſibile corpus.

Quoniam tanq; de igne ac intermedio videtur feciſſe rationem. Nam commemorauit Heraclitum qui ignem poſuit eſſe principium ac dixit hac de cauſa aliquando in ipſum cuncta conuertenda eſſe. Nam vniuerſum tandem ab igne conflagrabit idcirco hæc non adiecit, quoniam eiſdem argumentis poteris tu demonſtrare nullum aliud corpus poſſe infinitum ſtatui.

Ex his autem patebit infinitum ſenſibile corpus in ratione rerum eſſe omnino non poſſe. Omne nanq; ſenſibile corpus aptum eſt alicubi eſſe: atq; locus eſt quidam cuiuſq; & idem eſt totius ac partis: ut totius terræ uniuſq; glebæ: & ignis item atq; ſcintillæ.

Cum indicaſſet ex viribus naturalibus non poſſe haberi aliquod corpus infinitum nunc vult idipſum probare ex naturalibus locis, proinde vtitur rurſus ea diuiſione, quoniam infinitum vel ſimplex vel compoſitum eſt, imprimis ergo oſtendit nõ poſſe dari corpus infinitum ſimplex, interea duas dignitates petit primam quidẽ vt omne ſenſibile corpus idem dico ſenſibile & naturale in loco ſit. Nam vnumquodq; elemẽtorum quatuor diſtinctum quendam ac peculiarem locum occupat. Secundam autem, vt quicunq; locus ſit idem totius & partis, quoniam vbi ſuapte natura, vniuerſa terra manet, ibi certe & gleba terræ ſiſtere ac eſſe poſſe videtur. Similiter vbi vniuerſitas ignis apta eſt collocari ibi etiam recipi ſcintilla idonea eſt, quibus prius aſſumptis oſtendit fieri non poſſe vt aliquod corpus ſimplex naturale infinitum ſit. Nam de huiuſmodi corpore impræſentia eſt diſputatio vt ſæpe ipſe dixi. Si ſit in naturalibus corporibus aliquod extenſione infinitum. Quod vero extra cœlum nihil ſit neq; corpus neq; vacuum neq; aliquid alterum in libro de cœlo demonſtrabit, quod igitur non queat aliquod ſimplex corpus extenſione infinitum eſſe hũc in modum oſtendit, quoniam ſi daretur aliquod corpus extenſione infinitum cõſtat ipſum omnem locum occupaturum, quod ſi omnem locum occupabit vniuerſum erit eius proprius locus. Nam ſi non eſſet proprius locus in eo eſſet præter naturam, at nihil eorum quæ ſunt præter naturam ſemper eſt. Equidem magis non eſſet aliquid, ſi ſemper eſſet in eo præter naturam, quapropter alius erit peculiaris infiniti locus. Sed ſi

vniuerſum eſt totius infiniti locus perſpicuum eſt, vt idem etiam ſit partis eius proprius ac peculiaris locus, at vniuerſum immobile eſſe conſtat non enim habebit quo ſeſe recipiat infinitum, item cum occupet omnem locum indigebit alio loco infinito ſi moueri vagariq; debet. Sed de illius parte percunctabimur, nunquid hæc mouebitur vel ne ſi non mouebitur infinitum non erit aliquod corpus naturale, ſiquidem nullum corpus naturale ſit quod ſecundum alia, atque ſecundum partes immobile ſit, ſi vero mouebitur vbi locabitur? ſane vbiq; locabitur, quoniam & vniuerſum eſt eius peculiaris locus. Etenim non magis ſurſum quam deorſum mouebitur, ſiquidem ſimile momentum vel ſimilem vim quocunq; ſiue ſurſum ſiue deorſum perueniendi habeat. Sed deinceps hoc conſideremus q̄m ſi pars vbiq; erit certe vnius ac eiuſdẽ motus ope omnia loca attinget. Nam ſi haberet inclinationem ad omnia ſeſe recipiendi loca veluti graue exempli cauſa habet moueretur deorſum, & vt leue ſimul ſurſum contenderet. Vel igitur pars omnem locum occuppauit ꝙ quidem fieri non poteſt vel ſtabit inter loca contraria fluctuans vndiq; ab his pariter attracta vel diuulſa mẽbratimq; ab ipſis lacerata. Sed rurſus idem quæritur de ipſis partibus auulſis abiunctiſq;, quandoquidem ipſa rerum actione nobis compertum eſt eundem eſſe totius & partis locum. Alioqui ſi moueretur, vſquequo perueniret. Nam vnumquodq; corpus naturales quod eſt ortus interituſq; particeps mouetur, & cum quieſcit alicubi eum locum ſuapte natura obtinet & tandiu mouetur quandiu poterit ſuum naturalem locum occupare in quo cum peruenerit quieſcit. Si ergo pars infiniti quouis pacto dacto mouetur certe ad locum naturalem contendet accedere, ſed cum vniuerſum ſit locus peculiaris eius ac naturalis quoniam ipſum eſt, & toti infinito proprius vſquequo mouebitur & quo in loco ſeſe recipiet. Non enim magis hic quieſcet quam ibi cum vniuerſum ſit vndiq; locus eius naturalis. Vel igitur vbique apta eſt quieſcere ac manere cum omnis res quando ſuum occuppat locum tunc quieſcat, vniuerſum nanq; eſt ei vndique proprius ac naturalis locus. Quamobrem vel vndiq; permanebit, & hoc modo nuſquam ciebitur, ſed immobilis erit, vel vbiq; apta eſt moueri & nuſquam quieſcere. Vtrunq; autem fieri non poteſt, quoniam nullus alius motus eſt ſempiternus præter motum orbicularem, ſed vnuſquiſque motus eſt gratia alicuius at id ꝙ mouetur gratia occupandi ſuum, ac peculiarem locum mouetur, qui eſt illius finis, ſed infinitum neq; circulo moueri poteſt, quoniam cum dico, circulum iam finitum dixi quandoquidem omne quod figura formatum impreſſumque eſt finitum ſit qua de cauſa infinitum neq; poteſt eſſe aliquid ſubſtantiæ quæ ducitur in orbem itaque abſurdum eſt partem infinitam ſemper moueri. Accedit pręterea illud cur infinitum mouetur ſecundum vnam partem, & non ſecundum omnes partes, quod ſi omnes partes mouebuntur, id etiam ꝙ conſtat ex ijs partibus mouebitur, itaq; non poteſt moueri infinitum. Quocirca pulchræ ac recte fecit Meliſſus qui ab infinito ſuſtulit motum. Verum nullā infiniti partem moueri impoſſibile eſt quoniam non eſſet corpus naturales, & motum ab vniuerſo demere res eſt non omnibus perſpicua immo ſenſu teſte prorſus abſurda & nulla eget obiectione ac confutatione. Si ergo non mouetur infinitum cum ſit corpus naturale abſurdum eſt, ſi vero mouetur ea abſurda quæ diximus ſequentur, fieri ergo non poteſt, vt aliquod corpus ſimplex ſit infinitum. Reliquum eſt vt ſit corporum, ſed ſi compoſitum eſſe affirmabitur. Contrarijs dubio procul conſtabit cum omne corpus naturale huiuſmodi ſit quare loca componentium erunt diuerſa ac contraria cum itaq; omne corpus naturale compoſitum per ſimplicium mixtionem componatur accidet equidem vt componentia ſint in locum præter naturam velut etiam ſe habent ea quæ in noſtris corporibus, & cæteris alijs ſunt. Nam ignis qui eſt in nobis & aer vi & præter naturam exiſtunt in loco. Itaq; fit vt multa componentia infinita ſint in eo loco qui eſt præter naturam. Sed infinitum eſt ſempiternum; & id ꝙ ſemper eſt non poteſt manere in aliquo præter naturam, quoniam magis non eſſet aliquid ſi ſemper alicubi permaneret præter naturam. Si ergo hoc infinitum fuerit velut id quod aliquando diuideretur in partes cuius vnaquęq; pars ſuum locum naturalem occupparet certe euadere non poterimus quin id infinitum conſtare ex his quæ ſe tangunt aſſeramus, at nullum corpus naturale conſtituitur ex partibus attiguis alioqui hoc modo infinitum neque vnū aliquod & continuum corpus concederetur, at omne corpus naturale eſt continuum. Item ſi infinitum eſt compoſitum vel ergo infinitis ſpeciebus ac infinitis indiuiduis componitur vel ex finitis ſpeciebus infinitis autem indiuiduis ſi ergo finitis ſpeciebus, ſed infinitis indiuiduis conſtabit, oportebit igitur ea indiuidua quæ ſub vna ſpecie comprehenduntur infinita eſſe. Sed forte enim nequit eſſe infinitum ꝙ ex finitis ſpeciebus conſtat, ſed ſi infinite fuerint, et infinitorum infinita eſt vis vt paulo ante dicebatur certe reliqua diſſoluet. Et rurſus totum infinitum ſimplex erit & non compoſitum. Deinde quoniam tentauit ex poteſtatibus denuo arguens & propoſitum erat ex locis oſtendere infinitum haberi non poſſe idcirco cum velit ex locorum diſcrimine ſuppoſitionem tollere ac deſtruere eos in ſuis rationibus adducit teſtes qui infinitum poſuere. Hæc in virtute verborum ſuorum explicans. Vnumquodq; corpus naturale quẽdam definitum ac ortum locum occuppat grauia quidem locum imum leuia autem ſupremum, ſi ergo id nobis concedendum eſt, non poterit vnum aliquod elementorum componentium infinitum, idipſum magnitudine infinitum eſſe ceu ignis vel terra. At ſi infinitum daretur nullum locum definitum certumq; haberet, & cum vnicuique corpori naturali proprius ac definitus locus tribuitur igitur non poterit vnum aliquod componentium totum infinitū idipſum mole immenſum inexhauſtumque eſſe quoniam idipſum non occuparet locum definitum & proprium, ob id ergo inquit. Et naturales quicunq; poſuerūt infinitum, corpus eſſe neq; ignem neq; terram ſtatuerunt eſſe principium quod infinitum eſſe autumarunt, ſed illud vel aerem vel aquam aut intermedium ancipitis naturæ conſtituerunt. Nā terræ ac igni certa ac præſcripta loca tribuuntur, ſiquidem terra infimum locum ſibi aſciuerit ignis vero ſupremum ceperit aeri autem & aquæ nullus tribui certus locus videtur, quandoquidem in concauitatibus terræ vtraq; aer & aqua ac in locis ſupra ter-

ram

ram eſſe videātur porro & aqua a ſuperiore loco videtur ad inferiorem locum deſcendere eum itaq; infiniti locus ſit indefinitus nec certus videbatur etiā veteribus & horum loca indefinita ac incerta eſſe, proinde illi merito vnum horum trium ſtatuere infinitū: ex horum ergo teſtimonio comprehenditur infinito oportere locum indefinitum ac incertū tribuere. Sed nullum corpus naturale habet locum indefinitū nec incertum ergo non poterit vnum aliquod horum infinitum eſſe. Itaq; neq; ex finitis ſpeciebus infinitis autem indiuiduis poterit eſſe aliquod infinitum ac minime ex infinitis ſpeciebus, vt indiuiduis dummodo vnum indiuiduum ſub vnaquaq; ſpecie contentum finitum ſit ſed cur non ſit argumentum efficacius? Proinde neq; hoc verum eſſe hinc cōſtat, imprimis enim duplicaretur infinitum, ſiquidem infinitæ ſint ſpecies ex quibus conſtituitur infinitum, & quæ differunt ſpecie ad diuerſa loca ſpecie concedunt neceſſe eſt, vt ēt loca ipſorum ſint infinita, at hoc fieri nō poteſt. Nam loca maxime prima & veluti aliorum principia duo ſunt ſupremus et infimus verum omnes ſex habentur ij duo & reliqui quatuor ſcilicet dexter ſiniſter, anterior, & poſterior. Si ergo finita ſunt loca naturalia ergo elementa non poſſunt eſſe infinita, ſiquidem loca iuxta elementorum diuiſionem vna diuidantur. Sed non modo (inquit) ſpecie diuiſa ſunt loca, ſed etiam diſtantia ac intercapedine. Si ergo loca ſunt numero & magnitudine finita & corpora quæ in eis continentur finita erunt, cum nequeat corpus eſſe maius loco quēadmodum neq; locus ipſo corpore maior eſt. Nam ſi corpus excederet locum certe non omne corpus locum occuparet hæc corpora igitur locis non contenta vel in vacuo ſunt vel nuſquam ſi nullibi eſſe diceretur id profecto ridiculum haberetur, quod vero neq; in vacuo ex hac ratione conſtat quia in ſequēti libro demonſtrabit vacuum in rebus non eſſe ſimiliter ſi cōcederetur locum eſſe corpore maiorem accideret vacuum eſſe. Sed quiſpiam ambiget quonam pacto inquiet Ariſtot. infinitarum ſpecierum infinita loca eſſe quid enim vetat vt impræſentia etiam ſit duo eſſe loca ſupremum & infimum & in vtroq; plura corpora collocari ac plura in eundem recipi? At ipſe ad hęc reſpondeo quonam pacto poſſumus infinita finitis diſtribuere hoc enim fieri nequit, vel enim in vtroq; loco collocabuntur infinitæ ſpecies, vel in vtroq; finitæ, aut in vno infinitæ in altero autem finitæ ſi ergo in vtroq; finitæ collocarentur, & id quod vtriſq; conſtabit finitum erit. Si autem in vtroq; infinitæ reponentur, duplicabitur ergo infinitum. & idem ad ſeipſum duplum erit, ſi deniq; in vno infinita conſtituentur & in altero finitæ augebitur infinitum auctione finitorum & idem maius ſeipſo erit. Item infinitum non omnem locum occupabit, ſiquidem infinitæ in vno quodam collocantur, & non in alio, itaq; non poterunt eſſe finita loca infinitis ſpeciebus tributa ac data. Nam quid ipſe de duobus ſentio tu idem de pluribus ſenties ſi autem infinita loca eſſe nequeunt profecto & ſpecies rerum in his conſtitutæ infinitę eſſe non poterunt quare ſi neq; compoſitum neq; ſimplex poterit eſſe infinitum negabitur omnino infinitū eſſe. Habes igitur ex diſcrimine locorum infinitū de medio

Textus. ſublatum. Nam omne corpus ſenſibile ſuapte natura alicubi eſſe poteſt, hoc eſt primum poſtulatum quoniam omne corpus naturale ſuapte natura aptum eſt locum occupari dico autem corpus naturale illud q̄d ortus interituſq; eſt particeps. Nam de tali eſt neceſſaria quæſtio ac diſputatio ſi quippiam tale cenſendum eſt eſſe infinitum quod quidem ſit eorum quæ fiunt & corrumpuntur principium, qualia modo aſſerimus quatuor illa prima corpora omnium aliorum elemēta eſſe ac ea eſſe ex quibus res trahunt ortum, & in quibus reſoluuntur, diſputatio ergo indagare ac perſcrutari videtur ne aſtruendum ſit ante hæc alterum quippiam vel vnum aliquid eorum vel aliud præter hæc quod ſit mole infinitum ex quo & elementa & reliqua alia ortum trahunt, omne igitur tale corpus loco continetur non tamen ſimpliciter omne corpus quandoquidem orbis ſtellarum fixarum loco nō circunſcribatur quoniam nihil eſt quod ipſam ambiat cō plectaturq; nec corpus neq; inane ſed ipſa ſibi met locus eſt continens ſeipſam quod tamen ſequenti volumine exactius tractabitur (& idem totius & partis)

Secunda dignitas hæc eſt quoniam multotius idem Textus. locus ita & partis idem erit Verum idem non ambitu & quantitate ſed ſpecie vel ſurſum vel deorſum. Nam vt ſi vniuerſam terram in centro ſtatueris ac firmaueris mouebitur adeo vſquequo centrum nanciſcatur & occupet ita & gleba terræ ſi de alto loco demitteretur prolaberetur que inclinationem ac momentum habebit ſemper impulſa quouſque eundem teneat locum.

Quare ſi infinitum partium ſit ſimilium: immobile erit: aut ſemper ferretur. At id fieri nequit: cur enim deorſum magis quam ſurſum aut ad quemuis locum mouebitur. Dico aūt ſi ſit gleba: quorſum hæc mouebitur: aut ubi manebit.

Hic exorditur probare nō eſſe infinitum, & imprimis oſtendit idipſum corpus ſimplex eſſe non poſſe. Nam hoc (inquit) ſi ſimilare fuerit vel immobile erit vel ſemper ciebitur, vnde non de toto infinito efficit argumentum ſed de parte ipſius, vt deinceps indicat exemplis cum mox inquiat. Dico autem ceu ſi gleba fuerit quo ipſa tenebit iter.

Corpus enim eiuſdem formæ locus eſt infinitus: occupabit ne igitur totum locum. At quomodo fieri poteſt.

Ideſt ſi terra exempli cauſa eſſet infinitum nunquid pars eius ceu gleba ſemper mouebitur vel ſemper manebit. Videtur enim vtrunq; iſtorum neceſſario ineſſe infinito & parti. Si enim pars fertur eo certe fertur quo & totum ducitur ſimiliter etiam pars quieſcit vbi totum manet corporis enim eiuſdem cuius partes cum toto eiuſdem generis ſunt, locus eiuſdem dico ſcilicet infiniti vniuerſitatis eſt infinitus. Sed etiā partis idē locus neceſſario eſt, ſiquidem pars infiniti ſuapte natura proprium locum concedere apta ſit. Sed cum locus infinitus illius ſit q; eſt aptum moueri id tamen potius aptum eſt in proprio loco manere quieſcereq; quam moueri. Cæterum diximus eundem eſſe locum totius & partis. Verum non ſecundum ambitum ac magnitudinem non enim vniuerſis ambitus in quo eſt tota terra ipſemet eſt etiam locus glebæ quoniam hoc modo partem æqualē toti quis vitare poſſet? Sed idē locus ſpecie ceu locus infimus. Quemadmodum ſi animo conceperis terram augeri

adeo vt ſub globo lunæ proximæ collocatur dicer profecto totum ambitum qui intra hanc ſphæram cõplectitur vnum eſſe terræ locum. Verum non ſimpliciter totus ambitus haberetur pro loco eius naturali ſiquidem locus eius naturalis centrum ſit tamen accidit ob magnitudinem quæ continue protenditur Vt ipſa eminus a centro iaceat ſibijpſi tamen hærens ac coniuncta quoniam & modo partes terræ circa cauam ſuperficiem eius cui modo incolimus quæ non tantum ſuapte natura diſtare poſſunt in toto loco in quo ſunt ſine quadam violentia permanere poſſint, ſed recipiuntur in corpore cum quo genere conueniũt, quamobrem & ſi tellus ampliaretur vſq; ad cœlum adeo vt etiam locum leuium occuparet, ſane totus locus qui intra hunc ſphere ambitum continetur appellaretur locus eius tanq̃ locus totius tamen ipſa non vbiq; manere & procul a centro circũferentiam habere ſuapte natura poteſt, gleba igitur terre ſi diceretur in loco moueri quoniam ex ſuperficiẽ cœli ſuapte natura deferri ad centrũ vſq; idonea eſt recte diceretur. At ſi tu dixeris propterea quod tellus omnẽ ſupra & infra continet locũ quia eius vniuerſitas vndiq; eſt glebam terre vndiq; ſurſum & deorſum moueri debere non dices certe rem ſibiipſi cõſentaneam. Porro neq; in preſentia quia terre vniuerſitas extenſa eſt vſq; ad ſuperficiem aeris cõtinentis ipſam ac ea intercapedo eſt totius terræ locus quæ ab eadem ſuperficiæ ad centrũ vſq; porrigitur, idcirco debet gleba quocunq; intra hoc ſpacium petere quoniam neq; ſi gleba centrum nacta eſſent inde diſcederent vt ſuperficiem terræ occupet, quo igitur modo & de infinito ſentire non erit incõmodum dicentes eius partem quolibet moueri ac duci cum infinitum omnem locum complectatur ac naturalem inclinationem, vndiq; permanendi habeat. Sed ipſum vel nullam inclinationem naturalem habet & ita immobi'e prorſus concedendum erit vel ſi omnino inclinationem tenet non eſt conſentaneũ dictu vt pars eius vel vbiq; permaneat vel quocunq; moueatur & pergat, quemadmodum neq; de terra nunc diceretur. Sed aliter de terra dicere debemus quoniam ipſa finita eſt ac locus qui continet ipſam. Præterea adducere in mediũ poſſumus ea quæ diximus quoniam ſi locus eſt infinitus quomodo poſſumus infinitum diuidere hunc. ſ. fateri naturalem illum vero præter naturam. Vt etiam ipſe ſuperioribus dicebat quomodo in infinito locus ac loci ſurſum & deorſum vel añ retro aſſignari poſſunt. Nam in infinito hæc eodem modo ſe habent & ipſum ſibi vndiq; ſimile eſt quamobrem infiniti partem aut punctum abiungere non poſſumus quæ ſit naturalis corporis infiniti locus quemadmodum nũc dicimus centrum eſſe locum grauium naturalem. Reliquum igitur eſt, vt aſſeramus vniuerſum eſſe locum corporis infiniti naturalem. Si ergo vniuerſum erit locus eius naturalis ſequentur abſurda quæ ab Ariſt. dicta ſunt, quare ſi ſimilare fuerit immobile erit. Verum hoc immobile erit poteſt accipi vt ſolum quod ex hoc ſequatur, ſi ſimilare fuerit. Nam ſi infinitum et ſimilare fuerit. Eiuſdem vniuerſum erit proprius locus qui etiam erit partis. At nihil eorum corporum quæ recto itinere feruntur in proprio loco cietur igitur pars infiniti non mouebitur. Hoc quidem igitur nõ ab re ſequitur ſuppoſitionem quo dicebatur, partẽ infiniti in proprio loco immobilẽ eſſe, quæ ſub prætextu infiniti intelligebatur. Sed ſiquis non dabit idẽ infinitum eſſe immobile ne motum eripiat tollatq; de medio ſaltim dabit idipſum ſemper moueri. Nam id ſignificat ea pars argumenti vbi dicebatur vel ſemper mouebitur, q̃ quidem ſequitur tanq̃ deſtruens hanc partem qua diceretur ſemper quieſcere. Nam qua ratione demonſtratum eſt ipſam infiniti partem immobilem eſſe. Siquis hoc non admitteret demonſtrabitur neceſſario eam eſſe ſemper mobilem quoniam ſi ſuapte natura apta eſt in proprio loco moueri vt ſuppoſitio indicat & locus eius ille eſt qui quidem toti aſcribitur & infinitus eſt, igitur mouebitur in loco infinito quare non ſtabit quieſcetq;. Nam motus in infinito ſit. Item neq; huc magis quam illud mouebitur & migrabit ſed quocunq; ſimiliter mouebitur, atqui hoc fieri non poteſt, cur enim magis deorſum q̃ ſurſum aut quouis. Vnde inquit ſemper moueri non poſſe ſed quonam pacto nequeat ſemper moueri ſubiunxit quoniam aliquid ſimul ſurſum & deorſum & eodem modo moueretur, quandoquidem vniuerſum eſt proprius eidem locus & vniuerſum non magis ſurſum quam deorſum ſit, quod enim nihil ſecundum idem magis ſurſum quam deorſum ſimul moueatur pro comperto accipio ſiquidem quocũq; ferri duciq; aptum eſt, ſed idem moueri ad contraria loca non poteſt itaq; non mouebitur. Nam ſi impetũ inclinationemq; habet ad omnia loca proficiſci iam & ipſe vniuerſitatis ſtatus duceretur eo quo inclinatio vergit ac ducit. Sed ducit æque ad omnem locum, quod fieri nequit ergo non poterit moueri. Neceſſe igitur eſt ſi mouetur vt ita moueatur. Nũquid occupabit totum vniuerſi locũ & quomodo id eſt, igitur cum aptum ſit in omnem locum duci ac moueri ſimul quocunq; ciebitur & ſurſum & deorſum ſed hoc fieri non poteſt quoniam hoc pacto ad cõtraria moueretur.

Quæ nam igitur ipſius quies: aut ubi nam erit: & quis præterea motus an ubiq: manebit: non ergo motu ciebitur. An omnem ad locum mouebitur: non ergo quieſcet inquam ac ſtabit.

Ideſt quo & ad quem locũ mouebitur, vel in quo loco manebit. Nam ſi quieſcet (inquit) vbiq; quieſcet. Non enim quando in proprium ſeceſſerunt locum tunc quieſcet quandoquidẽ vniuerſum ſit locus eius proprius, vbiq; igitur quieſcet ſi autem hoc admittitur prorſus ergo non mouebitur, quod ſi mouebitur. Rurſus quocunq; eodẽ modo mouebitur quoniam eius locus proprius ac peculiaris eſt vniuerſum ſed ſi conceſſeris moueri illud quocũq; quomodo ſugere poteris ipſum motum nunq̃ quieſcere ac ſtare.

Sin uero ſit diſsimilium partium: diſsimilia etiam erunt, & ipſa loca. Atque primo quidem ipſius uniuerſi corpus non erit unum niſi tactu. Deinde partes aut ſunt infinitæ ſpecie: aut finitæ.

Cum oſtendiſſet infinitum ſimplex corpus non eſſe impræſentia oſtendit ipſum neq; eſſe compoſitum quoniam ſi conſtabit diſſimilaribus etiã oportet plura eorum loca eſſe quoniam his quæ genere diuerſa ſunt diuerſa & loca tribuũtur q̃ ſi hoc admittitur im-

primis

primis hoc emergit abſurdum vt non ſit corpus vniuerſi continuum, ſed ex his conſtitutum quæ attactu & congeſtu ſunt vnum, ſed quonam pacto hoc accidat præueniendo dixit quoniā diſſimilaria eſſent cōmixta ſemper locum præter naturā occuparēt quod ſi fieri nequit neq; oportet vnumquodq; ſuum locū occupare peculiarem ergo infinitum erit conſtitutū ex his quæ attigua ſunt. At nullum corpus naturale huiuſmodi eſt.

At finitæ nequeunt eſſe. Erunt enim aliæ quidem infinitæ: aliæ uero non infinitæ. Si uniuerſum eſt infinitum: ignis inquam uel aqua. Tale autem corruptio eſt contrarijs ipſis ut antea diximus: & ob hoc nemo naturalium infinitum ipſum unumq; ignem aut terram fecit: ſed aut aerem: aut aquam: aut id quod inter ipſa medium collocarunt: quoniā illorum quidem locus manifeſte erat determinatus atq; diſtinctus. Hæc autem utroq; in loco in ſupero inquam ac infero eſſe poſſunt.

Inquit infinitum ex finitis ſpeciebus conſtitui non poſſe, quoniam oporteret vnum aliquod eorū quæ ſub ſpeciebus continentur vel magnitudine vel multitudine infinitum eſſe. Nam ſi ea indiuidua quæ continentur ſub omnibus ſpeciebus eſſent finita certe id ꝙ ex omnibus erit conſtitutum finitum erit ꝙ ſi omnia vel quædam eorū erunt infinita duplicabitur igitur vel multiplicabitur infinitum, reliquum igitur eſt vt duntaxat ea indiuidua infinita ſint quæ ſub vna ſpecie comprehenduntur. Sed hoc etiam fieri non poteſt primum quia infinitum ampliaretur adiectione finitorum ad infinita. Deinde id ſequetur quod paulo prius dicebamus ſcilicet corrumpi conſumiq; finita ab infinito. Siquidem vis infinita in infinito conſtituta ſit. Quocirca nullus naturalium ſtatuit vnum & infinitum eſſe ignem aut terram, ſed mancum mutilatumq; argumentum dicebatur. Nam (vt dixi) ex his quæ illi fatebantur volens poſitionem eorum refellere hæc adiecit decuit enim ita dicere vt argumentum perfectum haberetur. Præterea neq; poteſt eſſe vnū elementum in compoſitione infinitum propterea qđ vnumquodq; elemētum certum ac definitum locum habet, infinitum autem nullum certum determinatumq; locum tenet quamobrem vnum elemētorum non erit infinitum. Quod vero infiniti locus ſit incertus ac indefinitus, inditio ſunt naturales. Quocirca naturalium nemo ſtatuit vnum & infinitum eſſe ignem & cætera. At hæc ſurſum & deorſum vtrunq; ancipite loco collocari queunt. Veruntamen illos etiā oportebat conſueri non modo aerem & aquam in alienis locis vagari, ſed etiam ignem & terram nimirū multifariam crateres ignis emittuntur, vt in mōte Æthna & in cilicia. Item fertur lapides fulminum ſurſum conſiſtentes deorſum labi tamen manifeſtum eſt vt actu ſcilicet alienis locis potiri non poſſint, ſed duntaxat cū producuntur, quoniam quodcunq; elementū in quocunq; tranſmutari poteſt.

At neq; etiam infinitæ: nam ſi ſint infinitæ ac ſimplices: & loca erunt infinita profecto: & infinita etiam elementa. Quod ſi hoc eſſe nequeat: ſintq; ipſa loca finita: & totum ipſum finitum eſſe neceſſe eſt. Fieri nanq; non poteſt: ut non æqua ſint locus: & corpus. Neq; enim locus maior eſſe poteſt quam ipſum corpus: neq; corpus maius quam ipſe locus. Nam aut uacuum aliquid erit: & corpus inſuper infinitum non erit. At corpus quippiam erit quod nuſquam aptum eſt eſſe.

Ad alteram proficiſcitur ſuppoſitionem in qua ſupponuntur infinitæ ſpecies cum infinitis indiuiduis ſiquidem ad minus vnum indiuiduum ſub vna ſpecie continetur. Si ergo ſpecie infinita eſſent ea quæ componunt infinitum quoniam eorum quæ differunt ſpecie ſunt diuerſi loci ſpecie neceſſe erit vt etiam loca infinita habeantur. At hoc fieri nequit. Nam omnes loci finiti ſunt, qui ſi finiti habentur oportet etiam fateri corpora his cōtenta finita eſſe ſi ergo finita ſunt corpora ergo id ꝙ omnibus cōſtat finitum erit. Sed dices quamobrem ſi numero finiti ſunt loci neceſſe eſt etiam corpora, his complexa non ſolum numero, ſed etiam magnitudine finita aſſerere, quoniam omnis locus mole finitus eſt, & cum corpus loco contineatur ſi locus ergo qui continet ipſum finitus eſt oportet etiam corpus quod ea complectitur finitum eſſe. Neq; enim vt inquit, concedendum eſt locū corpore ampliorem eſſe nam reſiduum loci inane eſſet, neq; econtra corpus loco amplius quoniam reliquū corporis erit corpus ſine loco. Sed vbi inquit atque elementa infinita erunt. Hæc pars per ſe legenda & vim huius argumēti habet. Si enim infinitis ſpeciebus componeretur infinitum, oportebit etiam elementa infinita eſſe. At hoc fieri non poſſe oſtendit etiam in primo libro, in his rationibus quas aduerſum Anaxagoram adducebat idem etiam demonſtrabit in libro de cœlo & præſertim in libro de generatione. Nam diciti quod ſi infinita elementa eſſent, imprimis hoc abſurdum ſequetur quoniam duplicaretur infinitum cum ſubiectis deinde ipſe rerū ortus & funditus omnis mutatio de medio tolleretur, oportet enim fere infinitas mutationes eſſe, ſi quidpiam produci debet. Si autem hoc fieri nequit ideſt ſi nequeunt eſſe infiniti loci. Vnde hæc particula hæc loci finiti erunt, adijciatur ei ſi autem hoc fieri nequit, & cætera. Deinde hæc altera particula inſuper autem neq; erit infinitū corpus copulanda eſt, huic. Neq; enim vniuerſus locus maior eſt q̃ corpus & cætera. Deinde eadem pars ſimul autem neq; erit infinitum corpus quam quantūcunq; corpus ꝙ poteſt eſſe ſimul cum eo adhuc copulanda eſt huic neq; corpus maius. Nam hæc eſt veluti concluſio aliarum. Si enim neq; locus eſt corpore amplior neq; econtra corpus loco maius igitur ſi locus eſt finitus oportet etiam corpus finitum eſſe nihil igitur erit corpus infinitum.

Anaxagoras autem abſurda de infiniti quiete dicit. Firmare enim infinitum ſeipſum dicit. Idq; ex eo fieri: quia eſt ſeipſo. Nihil enim aliud ipſum continet. Quaſi ubi quippiam ſit: ibi eſſe aptum conſiſtere. Hoc autem uerum non eſt. Eſſe enim alicubi ibi quippiam poteſt: non ubi aptum eſt eſſe. Quamuis igitur quam maxime totum non moueatur.

Anaxagoras (inquit) abſurdam cauſam cur finitū maneat & immobile ſit, aſſignauit quod quidem infinitū apud eum ex omnibus diſſimilaribus infiniti erie conſtitutum quod profecto aliquo temporis initio mentem diuidere cœpiſſe tulit, cur igitur hoc totum miſcellaneum immobile eſſet Anaxagoras hanc cau-

ſam dicebat. Non enim quia eſſet in loco naturali hac ratione illud immobile dixit. Neq; illud omnino in loco eſſe conſtituit ne hac de cauſa illum ſtatim finitum aſſerere cogeretur, ſed hanc cauſam ipſiuſmet immobilitatis affirmauit quoniam ſua ſede ac baſi firmabatur, ideſt ſibi ipſi innitebatur ac ſemet ſuſpenſum tenebat nuſquam opem & auxilium poſtulans, quæ illi ineſſe autumauit quoniam ipſum in aliquo non eſt neque externo ambitu continetur, ſed idem eſt in ſeipſo ac ſibimet baſim & locum offert. Hoc autem dicebat (vt inquit) quaſi dicens vbi totum collocatur ibidem conſiſtere aptum eſſe. Si ergo quietis & ſtationis cauſa non eſt locus naturalis, ſed ſeipſo fulciri ac in ſeipſo eſſe poterit etiam alibi eſſe & ſtare. Si verbi gratia tellus animo vſq; in ſublimem regionem tolli concepero, ac duxero illam vſque ad locum vbi ſucceſſiones apparent, quoniam & ibi in ſeipſa eſt, & ſeipſa firmatur, oportebit ipſam etiam immobilem eſſe. Sed hoc fieri non poteſt ſiquidem mouebitur ſemper quouſq; naturalem locum nanciſcatur & occupet qui medium mundi eſt, quamobrem ſicut modo terra non eo quod ſeipſi innititur, manet, ſed deorſum vergit ita dicendum eſt infinitum non eo immobile eſſe quod ſeipſo fulcitur ac firmatur. Præterea neq; hæc eſt potiſſima cauſa ſcilicet ſeipſo veluti baſi firmari, in ſeipſo manere. Et a nullo contineri cur infinitum ſecundum naturam immobile ſit immo contrarium quoniam hæc eſt cauſa eiuſdem violẽte quietis. Nam ob loci carentiam & quia non habet quo ſeſe recipere poſſit proinde non mouetur, & nõ ea de cauſa quia non eſt ſuapte natura idoneum moueri. Non enim conſtat ſi eo in loco quem tenet ſuapte natura quieſcat. Nam ob id terram ſuapte natura immotam ac manere vbi eſt dicimus quoniam ſi adeſſet etiam ei vndiq; vagandi locus nihil tamen magis moueretur. Quoniam itaq; tellus habet quo moueri poteſt & tamen non mouetur ob id quietis eius cauſa eſt aptam eſſe in medio ſtare. Quemadmodum igitur ſi ſupponamus terram eſſe infinitum ac eam non minus tum immotam q̃ modo & ſi liceret nobis dicere ipſam ſibimet initi in ſeipſa eſſe & nullo cõtineri attamen hæc cauſa illius immobilitatis naturalis non haberetur, ſed quia a medio ſua grauitate coercetur & circa ſeipſum conſtat ac natat. Ita dicemus de ipſo infinito quoniam & ſi ſeipſo firmaretur & nullo contineretur. Hoc tamen non eſſet cauſa illius immobilitatis ſecundum naturam immo contrarium haberetur quietis violentæ cauſa. Nam vnde conſtat ſi chaos inſcellaneumq; illud locum haberet, quod non moueretur. Quamobrem oportebit Anaxagoram afferre cauſam naturalem immobilitatis infiniti quoniam ea cauſa quam tradidit nõ eſt cauſa naturæ infiniti quod quidem ex oĩbus cõmixtum eſt, ſed potius eſt cauſa molis ac magnitudinis infiniti. Nam ſi immobilitas infinito ſecundum naturam congrueret certe & vnicuique partium eius infinitum ac inditum eſſet quoniam id q̃ vniuerſæ terræ ſecundum naturam conuenit idẽ etiam vnicuiq; illius parti conuenit ſimiliter q̃ innatum eſt toti aquæ veluti tali naturæ congruens ſecundum naturam & ad ſubſtantia eiuſdem perfectionem attinet idem proculdubio & ciatho aquæ competet. Quocirca percunctabimur ab Anaxagora. Nunquid vnicuiq; partium infiniti competat ſecundum naturam ſeipſa firmari ac in ſeipſam eſſe vel non. Si ergo ſecundum naturam hæc cauſa illis tribueretur partes etiam ſuapte natura immobile ſerunt q̃ neq; ipſe concedit neq; ſenſus admittit. Si ergo quoniam partes finitæ ſunt ob id ſic etiam mouentur, igitur non ſecundum naturam corporis immobilitas vniuerſo inerit quoniam & partibus ineſſet ſiquidem ſimilare eſſet illud chaos ſeu illa mixtela, & in his quæ vniuerſo conueniunt ſingulis partibus, congruere debẽt. At ſi Anaxagora contendit illud immobile aſſerere ob ſuam ingentem molem, hoc certe modo cauſam naturalem non aſſignat. Præterea ſi prorſus infinitum ſuapte natura poſſet in ſeipſo eſſe idem ſibimet locũ eſſe oportebit etiam vnamquanq; illius partem ſibimet locum affirmare ac in ſeipſa eſſe, quoniam cũ loci totius ſunt ſimilares etiam partium loci erunt ſimilares vt diximus. Si ergo infinitũ eſt ſibimet locus vel ſeipſo manere, idem etiam partis locus erit item ſi immobilitatis cauſa eſt in ſeipſo eſſe & ſibi locum afferre ergo & partes erunt ſimiles toti, quapropter nihil vetabit vt ignis deorſum collocetur & terra ſurſum quãdo quidem vtrunq; vbiq; fuerit in ſeipſo ſit, at hoc fieri nequit. Si ergo is locus partibus naturalis non eſt igitur neq; vniuerſo totiq; naturalis erit. Nam idem locus ſpecie eſt totius & partis. Cæterum inquit quod quidem eo euenit q̃ ſeipſa fulcitur. q̃ ſeipſo firmari infinitum inquit ideſt hoc euenit quoniam in loco non eſt neq; ab altero continetur, ſed in ſeipſo eſt quaſi vbi aliquid eſt ibidem conſiſtere aptum ſit, ſed hoc quam obſcure in inquit cum vero inquit quaſi vbi aliquid eſt ibidem conſiſtere aptum ſit, hoc dicere vult. Si.n. in ſeipſo eſſe cauſa quietis eſt, quanq̃ ignis ſurſum nõ eſſet, ſed deorſum attamen in loco ſuo eſſet quoniam in ſeipſo eſt. Quod quidam a veritate alienum eſt ſimiliter etiam gleba pendens ex tecto non eſt ſuapte natura idonea in ſublimi loco quieſcere quamuis in ſeipſam ibi ſit, ſed locus infimus ei tribuitur. Si ergo nõ eſſet vniuſcuiuſq; rei locus definitus & certus non magis ſurſum quam deorſum terra maneret ſimiliter etiam ignis.

Idem enim quod in ſeipſo firmatur: & in ſeipſo eſt immobile neceſſe eſt eſſe Dicat tamen ipſe oportet: cur non eſt aptũ moueri. Non enim ſat eſſe hoc dixiſſe pacto: ac euaſiſſe. Fieri enim poteſt ut non moueatur: & quoduis aliud corpus. Sed nihil prohibet aptum eſſe moueri. Et terra nanq; non fertur: nec ſi infinita etiam eſſet: ex eo tamen quia medio coercetur. Non enim quia non eſt aliud ad quod fertur: in medio ipſo quieſcet: ſed quia non hoc modo eſt apta ferri. Et tamen liceret dicere ſeipſam terram firmare. Quod ſi neq; terra ſi infinita eſſet hæc eſſet cauſa: ſed grauitatem habere: graue autem in medio ſuapte natura quieſcere ſolet. Similiter & infinitum in ſeipſo quieſcit ob aliquam aliam cauſam. Et nõ ex eo quia eſt infinitum & ſeipſum firmat.

Inquit ſi etiam hoc dabimus ſeipſo fulcitum ac in ſeipſo manens tum quia nullo continet, tum etiã quia non habet quo moueri queat, neceſſario immobile eſſe. Et tamen ſi non haberet quo duceretur, idipſum ſuapte natura moueri poſſe nihil vetaret, oportet igitur immobilitatis cauſam naturalem reddere & non violentam ac inuitam præter naturam. Quoniam & terra nõ fertur neq; ſi infinita eſſet coerceretur tamen

a medio ſcilicet hunc in modum. Si terra eſſet infinita non quia finita eſſet & non haberet quo cieretur ob id immota eſſet, ſed quoniam a medio cohibetur. Quanq̃ liceret aſſerere ob id illam immotā eſſe quoniam ſeipſa fulcitur & nullo continetur, & cætera. Tamen refellit hanc eſſe cauſam immobilitas eius quę dicta eſt, ſed potius quia habet quo moueri queat & tamen non mouetur. Hoc igitur modo etiam ſi infinitū non mouetur dicenda eſt cauſa immobilitatis eius naturalis. Nam illa quam dedit Anaxagoras eſt potius cauſa magnitudinis q̃ naturæ.

Et inſuper patet & quamuis ipſius partem eodem modo quieſcere oportere. Nam ut infinitum in ſeipſo manet ſeipſum firmans: ſic & omnis ipſius pars quamcunq; acceperis in ſeipſa manebit. Loca nanq; totius ac partis: ſpecie eſſe eiuſdem conſtat. Totius enim terræ glebeq; idem eſt locus qui eſt inferus & etiam ignis totius atq; ſcintillæ qui eſt ſuperus. Quare ſi infiniti ſit locus in ſeipſo eſſe: & partis idē erit profecto. Quælibet ergo in ſeipſa manet.

Si enim cauſa immobilitatis vniuerſi eſt in ſeipſo conſiſtere eādem etiam oportebit immobilitatis partis cauſam haberi. Nam idem eſt locus totius & partis. Si ergo & parti ſecundum naturam conuenit ſeipſa fulciri, cuncta ſane immobilia eſſent. Quod ſi pars eo mouetur quoniam finita eſt, neq; toti competet immobilitas ſecundum naturam. Sed quia nō habet quo moueri poſſit.

Omnino autem patet fieri non poſſe: ut corpus infinitum in ratione rerum ponatur: & locus corporibus tribuatur. Si corpus omne ſenſibile: aut graue ſit: aut leue. Et graue quidem ad medium ſuapte natura feratur: leue uero ſimiliter ſupera loca petat. Et infinitum enim hanc eandem naturæ ſubeat legem neceſſe eſt.

Cum oſtēdiſſet ex viribus lociſq; naturalibus corpus infinitum haberi non poſſe impræſentia ex momento inclinationeue corporum quatenus corpora naturalia mouentur, idem probat. Sunt enim in vniuerſo duo motuum ſpecies alia motus recti alia vero motus orbicularis. Item motus recti duæ ſpecies, vna motus leuium ſurſum altera grauium deorſum. Si ergo demonſtrabitur nullum corporum quæ recto, vel orbiculari motu cientur eſſe infinitum, quæ vno naturali motu mouentur, ac omnem motum eſſe finitum, conſtabit etiam locum non eſſe infinitum qui cum non fuerit infinitus neq; corpus naturale infinitum affirmari poterit, quandoquidem omne corpus naturale loco complectatur. Hic itaq; oſtendit non eſſe motum rectum infinitum, in libro autem de cœlo oſtendit etiam motum orbicularem intra terminos ac limites fieri, quoniam ſi corpus omne naturale vel circulo vel recto agitur motu & vtraq; corpora, ſunt finita motus etiam & mota neceſſe eſt vt finita habeantur. Quod igitur dicebam hic demonſtrat nō poſſe aliquod corpus rectum infinitum eſſe & imprimis ſyllogiſmo hippotetico oſtēdit. At inquit ſi enim infinitum eſt aliquod corpus ſenſibile vel igitur graue vel leue erit. Si nequit eſſe graue aut leue ergo infinitum nullo modo poterit eſſe corpus quod recto ducetur motu. Sed dices vnde habetur infinitum neq; graue neq; leue affirmari poſſe, proinde ſtatim inquit ſi.n. totū eſſet graue deorſum moueretur ſi totū leue ſurſum vergeret quod quidē velut manifeſtum abſurdum non probat imprimis quia nō ſolum grauia extant, ſed etiam leuia, deinde ſi ſolum ſupernum locum infinitum occuparet deficeret locus infimus & econtra ſi duntaxat locum imum teneret locus ſupremus non haberetur aliquomodo igitur probat eſſe infinitum q̄ ſimul omnem locum occupet, vel potius deducit ad abſurdum eam ſuppoſitionem quæ infinitum partim graue partim leue tueri niteretur. Nam ſi aliquid infiniti graue eſſet, aliquid vero partim ſupernū locum occuparet partim inferum. Quonam pacto igitur inquit, o aduerſari potens ſecare infinitum vt pars vtriq; æquiſſime tribuatur, dicere dimidium graue eſſe & alterum dimidium leue vel aliter quantūlibet leue aut graue. Sed dn̄ boni quomodo is putat dimidium infinitum aut diuiſionem duntaxat in duplicem partem aut quantūlibet partem accipere? Præterea quonā pacto in infinito prorſus ſurſum & deorſum poteris ſtatuere. Nam vnde ceperis vſquequo conieceris oculos id certe interuallum erit ſurſum & deorſum. Hæc igitur de infinito dici nō poſſunt. Item penitus ſupernum & infimum locum infinitum habet certe extrema habebit quoniam huiuſmodi loca ſunt ipſa extrema. At ſi extrema tenebit non erit igitur infinitum. Poſſumus præterea hic adducere ea quæ de poteſtatibus viribuſq; naturalibus diximus, quoniam aut finitæ erunt aut veluti ea quæ contactu colliguntur. Et ita priores rationes adduci poterunt. Hoc igitur eſt primum argumentum. Secundum autem argumentum prorſus de locis fit. Et inquit omne corpus naturale in loco eſt. At loci ſex ſunt diſcrimina & differentiæ, principes & maxime primæ ſunt duo ſurſum & deorſum & alteræ autem præter has quatuor ſunt videlicet ante retro dextrum & ſiniſtrum imprimis dixit ſurſum & deorſum, quoniam his ſublatis differentijs cæteræ tolluntur, ſed cæteris ſublatis ipſe nō demuntur. Nam cum fuerit latitudo & profunditas omnino neceſſe eſt vt etiam ſit longitudo. Sed cum fuerit longitudo nō oportebit cæteras eſſe quod quidem in ſecundo libro de cœlo exquiſitius indicat ac explicat. Sex igitur habentur, ſed etiam in vniuerſo ſuapte natura conſtituta ſunt, quorum ſurſum & deorſum planiſſime in ipſo vniuerſo conſpiciuntur dextrū autem & ſiniſtrum cæteris in rebus particularibus perſpicuo noſcuntur. Nam dextrum & ſiniſtrum ipſa natura in partibus conſtituta ſunt. In ipſo autem vniuerſo oriens eſt dextra mundi pars quoniā ab ea parte capit motum initium, leua autem eſt pars contraria atq; huic oppoſita. Hoc modo etiam poeta appellat. Nam inquit ſiue in dextrum eant ſolem verſus in aurora, ſiue in leuam ad ipſas occultas tenebras. Hęc igitur ſunt dextrum & ſiniſtrum proportione. Ante in vniuerſo eſt vbi illud cœli culmen eſt quo flat Boreas, qui etiam ſeptentrio aut cardo articus appellatur, retro vero ibi deſignatur vbi eſt alter cœli cardo a quo nothus auſterq; flat. Neceſſe eſt igitur ſi datur corpus infinitum hoc certe quempiam locum obtinere, quod ſi loco complectitur huiuſmodi differentijs diſtare ac dimetiri debet. Sed nequeunt hæc diſcrimina differentiæque infinito corpori tribui alioqui quamprimū aliquid infiniti in loco proſpexeris mox oportebit illud ſecundum partes differentijs loci con-

Homeri dictum.

diuiſum finitum eſſe. Vel igitur alique partes erunt infinitæ, & quædam finitæ vel omnes infinitæ, aut omnes finitæ. Et ſi omnes finitæ igitur id ꝙ ex omnibus conſtituitur dabitur finitum. Si vero quædam infinitæ & quædam finitæ vel omnes infinitæ, aut multiplicabitur infinitum aut augebitur. Tertio arguitur omnis locus ſuapte natura finitus eſt quippe qui terminus continentis ſit. Si ergo corpus in loco eſt & omnis locus finitus eſt, igitur omne corpus finitū eſt. Item negatiuus poteſt confici ſyllogiſmus. Si omne corpus loco ambitur locus eſt infinitus ergo nullum corpus eſt infinitum. Quartum argumentum tale adducit. De quibus genus prædicatur omnino neceſſe eſt, vt etiam aliqua ſpecies prædicetur, quoniam nullum habetur genus ꝙ per ſe atꝗ a ſpeciebus alienum eſſe cōſpiciatur vtpote animal quoddam non eſt ꝙ prorſus non ſit homo vel equus vel aliqua altera ſpecies animalium itaꝗ ſi infinitum in loco eſt omnino etiam in aliqua ſpecie loci inuenietur. Vel ergo complectetur loco vt ſupremo aut in alio quodam cæterorum quādoquidem vllus alius locus reperiatur aut nullum aliud loci diſcrimen hactenus compertum ſit pręter ea quæ diximus. Sed ſæpe demonſtrauimus infinitum nullo iſtorum contineri poſſe ergo. Hunc igitur in modum Ariſt. in hoc libro de infinito diſſerit. Sed in libro de cœlo multis argumentis probat motum orbicularem infinitum affirmari non poſſe quoniam neque circulus mole immēſus infinituſꝗ eſt. Ex quibus duo vel tria commemorabimus, quæ mihi magis in mentem veniunt, & ſumuntur ex deductis in geometria licet non huic modo contemplationi inſiſtemus. Oſtenſum igitur in Geometria eſt ꝙ ſi duę recte lineę ab vno puncto protraherentur in infinitum intercapedo earum in infinitum adoleſcet & ſi actu eaſdem lineas protractas in infinitum animo conceperis etiam intercapedinem illarum actu infinitam exiſtimabis quod ſi hoc admittitur concipies animo deinceps a centro terræ duas rectas lineas porrectas. Vnam quidem extēſam vſꝗ ad medium cœli alteram vero ad partem orientis. Si ergo intercapedo harum duarum linearum infinita erit quoniam ſol huiuſmodi interſtitium horis peragit abſoluitꝗ dico ſcilicet ab oriente vſque in medium cœli ergo infinito tēpore infinitum interuallum confecit quod quidem fieri nequit. Non ergo illud interſtitium linearum infinitum erit, ſed finitum. Eadem rurſus accidere poterunt ſi a centro vſque ad cœli medium et ad occaſum duas rectas lineas protraxeris, profecto interſtitium inter cœli medium & occaſum finitum erit. Item eadem dici queunt ſi lineæ ita deſcriberentur in altero hemiſperio quamobrē orbicularis motus nō poterit eſſe infinitus. Hoc idē oſtēdit ēt hoc modo, & inquit quemadmodū aſſerere non poſſumus triangulum infinitum eſſe vel quadrāgulum, ſed eo quod hos ſolemus figuras appellare, nox concipimus animo id quod tribus terminis vel quatuor clauditur eſſe finitum, ita neꝗ circulum infinitum neꝗ ſimpliciter figuram aſſerere licet nam ipſa figuræ conceptio ac intelligentia ſeu definitio indicat ſignificatꝗ terminum & finem. Si ergo circulus dici infinitus nequit ergo multo magis neque motus qui circulo ſit infinitus erit, quoniam eo modo ſe habet motus quo ſe habet id in quo ſit motus quapropter ſi ea mouentur non ſunt infinita neꝗ motus orbicularis infinitus, perſpicuum etiam eſt neꝗ loca eſſe infinita. Ergo nullum corpus infinitum eſt. Sed cum hæc dicit his omnibus oſtendens corpus actu infinitū haberi non poſſe. Deinceps in contrarium arguit, & inquit ſi nullo modo infinitum daretur mille impoſſibilia ſequerentur & quemadmodum prius dixi, tempus non eſſet ſempiternum. Nam aſſerere tempus aliquādo cœpiſſe nihil aliud dictu eſt quam tempus eſſe quando non erat omnia enim quæ in tempore ſunt ac huiuſmodi verba aliquando, tum, ante tempus appellant de tempore prædicantur. Item oſtenditur motum eſſe ſempiternum cuius comitatu tempus vna fluit. Hoc vnum abſurdum igitur ex opinione eorum qui prorſus infinitum excludunt. Alterum autem abſurdum eſt quoniam continua non poterunt ſecari in infinitum. Tertium quia numerus adoleſcere in infinitum non licebit. Si ergo (inquit) rationes eorum tum qui negant tolluntꝗ motum, tum etiam eorum qui illud aſciſcunt ac ſtatuunt, vere ſunt vtitur iudice arbitrio qui recte iudicet inter vtrinꝗ contrarias rationes qui de medio tollat controuerſiam & aſſeret partim veras eſſe vtraſꝗ rationes partim autem falſas. Nam ſi partim infinitum eſt partim non eſt. ſ. aliquomodo infinitum tueri poſſumus aliquomodo non poſſumus merito vtreꝗ rationes a veritate abeſſe vidētur. Sed his dictis deinde ſentētiam vt bonus iudex dat ea quæ ſunt diuidens.

DIGRESSIO.

Sed anteꝗ contextum interpretamur quædam de tempore diſputata conſideremus ac rimemur. ſi dicēdo aliquando fuiſſe ac huiuſmodi verba olim, tum, & id genus quando non erat tempus aliquod incommodum, ſequi poſſit, hoc præ ſertim fuiſſe tempus quando non erat tempus, & ob id ipſam negationem falſam eſſe, hoc modo erat & aliquando & cætera, quādoquidem & aduerbia temporis de ipſo tempore dici prædicariꝗ aſſerimus. Neceſſe porro eſt hanc affirmationem eſſe veram & nihil ex ea incōmodi proficiſci, dico. ſ. illam propoſitionem affirmatiuā in qua dicitur ꝙ erat aliquando, quando erat tempus. Nam de omni re affirmatio vel negatio vera eſt. ſed cum aliquādo & erat, tempus ſignificat. Nihil igitur aliud dicit affirmatio ꝗ tempus fuiſſe quando erat tempus aliqua igitur eſt horum temporum differentia ſcilicet huius temporis & illius quod in illo eſt, neꝗ aliter fingere poſſumus ſi vellemus. Quemadmodum enim ſiquis diceret erat aliquando cum Socrates erat, is certe videtur dicere aliquid alterum eſſe tempus & aliquid alterum Socrates qui eſt in tempore hoc etiā modo ſi diceret, erat interdum quando erat tempus videtur aſſerere alterum tempus in altero eſſe oportet igitur alterum ſubijci alterum vero in illo eſſe. At ſi quiſpiam affirmaret ſe idem dicere cū profert hæc verba erat, aliquando & tempus, is ridiculus habeatur ac quicunꝗ affirmationem deſtruit ſtatuens idem eſſe ſubiectum & prædicatum. ſicut enim ille riſu dignus exiſtimandus eſt qui diceret erat Socra. quando erat Socra. non explicans affirmationem in qua omnino ſubiectum oportet eſſe alterum terminum ac diſtinctum a prædicato. ſed vnam & eandem vocem proferens in ſeipſam inſtar circuli reductam, ita qui

exiſtimaret

exiſtimaret idem eſſe tempus quod loco ſubiecti, &
loco prędicati ponitur, cum diceret erat interdum cũ
erat tempus riſu dignus eſſet. Præterea ſi affirmatio
& negatio eoſdem terminos ſimiliter habeat. Et in ne
gatione id verbum (erat) & hoc aduerbium aliquan
do, negãt deſtruuntq; tempus præfuiſſe ergo in affir-
matione. Eoſdem terminos eadem ſignificantes no-
bis ſeruãdum eſt. Erit igitur tempus cui alterum tem-
pus inerat aliquid. ſ. in aliquo quod fieri nequit quan-
tum itaq; ex his grauiſſimis ſyllogiſmis colligere poſ-
ſumus tota contradictio erit falſa quoniam tum ex af-
firmatione quam ex negatione aliquod abſurdũ pro-
ficiſcitur. Sed erroris cauſa eſt quoniã ob naturę inge-
nijq; tenuitatem conſpicere animaduertereq; nõ poſ-
ſumus quippiam extra quandam tacitam temporis ſi-
gnificationem de altero prædicare, immo neq; de re-
bus diuinis ſine tempore nihil proferimus, quomodo
itaq; non eſt perridiculum exiſtimare huiuſmodi ver-
ba, erat, eſt prorſus de tempore prędicari, & minime
de rerum exiſtentia exempli gratia cum dico quãdo
erat Socr. Erat lyceum, vbi ſimul cum rei exiſtentia ap
paret aliquomodo tempus. Nimirum Deum eſſe di-
cimus de quo tamen tempus non prædicatur. Et ſi di-
cerent eſſe Dei diuidi cõtra reliquas temporis partes
cum vox ipſa ſit diuiſa, contra huiuſmodi tẽpora erat,
& erit, attamen nos dicimus intellectũ corrigere vo-
cis imbecillitatem. hoc igitur modo etiam cum dici-
mus aliquando erat quando non erat tempus. Illud
tanq; aliquãdo velut id ꝙ praue ponit. omitto ſubq;
ſilẽtio prætereo. Sed illud (erat) aſſerimus nõ de tem-
pore dici, ſed de quadam rerum exiſtentia, quoniam
erat verbi gratia æuum vel alique alio, ſubſtantiæ di-
uinæ ante tempus. Et vocis imbecillitatem aut ambi-
guitatẽ hoc modo cogitamus corrigimuſq; cũ. Illud
verbum (erat) vnum ſit ſecundũ vocem attamen ra-
tionem non eſt vnum, quoniam ſignificat rei exiſten-
tiam de qua prædicatur ſignificat etiam aliquam tem
poris partem præteritam atq; elapſam, quatenus itaq;
rei exiſtentiam ſignificat hoc modo accipimus mini-
me vero quatenus ſignificat quandam tẽporis ſectio-
nem ac diuiſionem. Quemadmodum igitur & ipſum
(eſt) aiunt ſignificare indiſtinctum ꝙ etiam de Deo
prædicatur & eſt aliqua tẽporis pars & quanq; vox
ipſa per ſe ſignificat quandam temporis partem & ſe-
ctionem tamen ex ſubiectis de quibus prædicatur ſi-
gnificatorũ diuiſionem diſtinctionemq; facimus hoc
etiam modo de ipſo (erat) dicimus ꝙ cum ſignificet
aliquam temporis partem & rei exiſtentia cum dici-
mus aliqñ erat qñ non erat tempus illud prædicari ſi
non de tpe, ſed de exiſtentia rerum. Verum poſſumus
has ridiculas cauillationes ſeu inutiles indagationes
fugere euadereq; dicendo. Non erat ſemper tempus,
poſſumus etiam has ſtolidas rationes pluribus refelle-
re, ſed hæc ſatis pro huius rei ſignificatione habeant.
Accedit etiam alia quoniã videtur falſum eſſe, vt om
ne ꝙ fit inepte generetur & fiat, dico omne id ſimplr
fieri ꝙ prius eſt nõ ens, & poſtea ens cuius generis ſe-
re infinitas eſſe ſpecie Ariſt. in extremis huius operis
voluminibus indicat. Hmõi aiũt ſunt puncta tactus &
non ſolum id genus cætera; ſed etiam oẽs formę, nam
repente momentoq; enaſcuntur de ſubſtantijs ac in ip
ſis introducũtur, præterea quanq; tempus ſimplr fieri
negant tamẽ aliquod tempus fieri non negabunt vt hic
annus cum neq; hominem ſimplr fieri, ſed quandã ho
minem naſci aſſentiunt, atq; id eo conſtat quia particu-
laria omnia corrumpuntur quoniam igitur hoc dies
ſit vel hic annus oportet omnino hoc fieri prorſus in
tempore. Si id verum eſſe fieri velut, vt ſimpliciter
omne ꝙ fit naſcatur in tempore quo circa oportebit
eſſe aliud tempus dies generabitur. Itaq; duo tempo-
ra ſimul erunt ceu duo dies, ſed ſi id eſſe faterẽtur q̃to
illi inter ſe mutuo differũt. Sed hoc riſu digna ſunt. Q.ſ.
autem non demonſtretur neceſſario motũ eſſe peren-
nem ſatis oſtendimus in octauo huius operis volumi-
ne. Cæterum redeundum eſt vnde digreſſi ſumus cũ
Ariſt. conciliare rationis immo afferre ſententiam in-
ter rationes de infinito velit huiuſmodi rerũ diuiſio-
nem adducit, & inquit rerũ alio ſint poteſtate, alio ve-
ro actu. Item earum rerum quæ ſunt poteſtate alio ve
ro hoc pacto ſe habẽt vt aliqñ queant vniuerſã quod
ſingulas ſui partes prouenire in actum & prorſus tol-
lere delereq; poteſtatem, aliæ autem nunq; exacte p-
fecteq; diſſoluit abijcit poteſtatem, ſed eo conſiſtunt,
quia ſg poteſtate ſunt. Exẽplum primi poteſtate ſtãs
cũ actu euaſit ſtatus. Exemplũ ſecũdi vt cum materiã
eſſe omnia poteſtate. Hęc.n. nunq̃ totã quo ad omnes
eius portiones & partes actu atq; ad actum adeo re-
ducitur vt amplius nullam ſibi retineat ſeruetq; pote-
ſtatem. Nam quanq̃ vnam formam recipiat attñ oẽs
aliarum poteſtate eſt. ſ. capax oĩum aliarum. Item eo-
rum quæ actu ſunt alio quidem ita ſe hñt vt vniuerſa
quo ad ſingulas ſuorum partes actũ ſuſcipiant alio ve
ro non ita ſeſe gerunt vti dicimus præterea diẽ adeſſe
& certamen, quæ adeſſe dicimus non quia ſimul tota
adſit dies, ſed ſolum parte adeſt ſimiliter certamen ce
ſtus vel luctam aut quodam aliud certamen. Hic ita
exiſtentibus ꝙ non ſit corpus magnitudine infinitum
ꝙ percurri nequeat ſatis demonſtrauimus. Verũ infi-
nitum dari quo ad diuiſionem & appoſitionem viciſ-
ſitudinariam diuiſioni. ſ. quot demendo magnitudini
numeros tot addendo ſimul eam ſerues, nihil apparet
incommodi. Nam dicimus cõtinua eſſe diuiſibilia po
teſtate in infinitum. Verum non ita poteſtate infinitũ
quemadmodum dicimus æs poteſtate ſtatuam fore
cum aliquando æs actu ſit ſtatua. At infinitum nunq̃
fieret. Nam in ære & ſtatua quoties aduenit actus ceſ-
ſat tolliturq; poteſtas quoniam iam ſtatua habetur &
non amplius poteſtate ſtatua eſt. Præterea in his po-
teſtas præcedit actum quocirca id ꝙ poteſtate eſt ad
actum poteſt prouenire actum ad quem tendit. Verũ
quæ habent eſſentiam ac conſiſtunt quo ad potẽtiam,
neq; aut aliquando actum huiuſmodi aſſequi vt abij-
ciant excludantq; omnino poteſtatem, quemadmodũ
etiam diximus de materia. Nimirum hæc poteſtate
omnia dicitur eſſe, ſed nunq̃ prodit in huiuſmodi actũ
vt omnino poteſtas eius repellatur. Similiter etiam
infinitum ſe habetur. Dicitur enim magnitudine in in-
finitum eſſe diuiſibilis non tanq; ea ſit aliquando to-
tam diuiſa, ſed quia illam ſemper diuidi ac diuiden-
dam eſſe cernimus animoque concipimus. Infinitum
itaque eſt actu & poteſtate. Verum hoc non actu
eſt, quemadmodum certamen eſſe dicimus non eo
quod ipſa tota ſimul ſubſiſtat ac adſit, ſed ſolum ſe-
cundum partes, quo pacto igitur infinitum actu eſt,
tanq̃ aliqua eiuſdem pars ſemper adſit, & continuo
data aſſumptaque parte extra ipſa alterum quippiam

accipere liceat. Siquis igitur vult tueri hoc modo infinitum actu eſſe vti aliquam ſpeciem & formam & totũ ſimul capis is nihil aliud defendere ac inquirere videtur ꝙ terminum infiniti numero illius interitum. Nã ſi vniuerſum in infinitum diuiſibile ſimul adeſſe cum ſua mole voluerit tanꝗ nihil reliqui ſit quod ſecari adhuc queat is certe tollit ac deſtruit vniuerſum. ſi totã rei molem in infinitum diuiſibilem eſſe quamobrem talis actus erit corruptio interituſq; illius cuius eſt actus ꝙ quidem fieri nequit, quandoquidem omnis actus ſeruare debet ſubiectum. Quemadmodum igitur mobilis actus quatenus mobile eſt demonſtrauimus tueri ſeruariq; poteſtatem mouendi ac mobilis ita etiã actus & perfectio infiniti eſt ſemper vlterius procedere & nunꝗ deficere. Si autem aliquãdo eiuſdem poteſtas ceſſaret mox deeſſet infinitum quemadmodum enim his vſu venire ſolet quorũ eſſentia cõſiſtit in fieri q̃ cũ produci ceſſaret mox nihil eſt ceu certamen, dies, tempus & flamma. Hoc igitur modo nobis dicendum eſt qui fatemur magnitudinem eſſe diuiſibilem in infinitum ꝙ ſi quis voluerit defendere infinitum ſolo actu adeſſe mox ipſum diuidi poſſe in infinitum deſtruet. Nam infinitum nunꝗ terminari limitibuſq; claudi poteſt. Vnde ſi tu ſectiones finitas eſſe poſueris negabis illas eſſe infinitas. Nõ enim dicimus in infinita magnitudinem eſſe diuiſibilem, ſed in infinitum diuidi poſſe & inter hæc plurimum intereſt. Nã in infinita diuidi non poteſt quoniam idẽ eſſet ſui met diuiſiuum. Si enim diuideretur in infinita omnino nõ diuideretur quoniam pertranſiri infinitum nõ poteſt. Nam omne ꝙ percurri poteſt mox etiam finitũ eſt. Præterea ſi infinito diuideretur ex infinitis quoq; conſtituta eſſet, & id ꝙ infinitis conſtitutum iam mole actu infinitum eſt quod quidem fieri non poſſe aſſerentes finem huic quæſtioni imponemus. Sed ipſam magnitudinem diuidi poſſe in infinitũ nihil vetat ſuperſtite ſemper aliquo ꝙ adhuc diuidi queat. Vnde infinitum partim poteſtate eſt partimq; actu. Sed hęc de infinito contemplemur hoc modo quo contemplamus ac perſpicimus de ipſa ſtatura quæ tum in actu, tum in potẽtia eſſe dicitur. Nam magnitudo cum nõdum cepit diuidi, eo modo ipſa eſt poteſtate diuiſibilis in infinitum quo æs eſt poteſtate ſtatua, ſed quã primum, diuiſio fieri ceperit tunc diuiſibile in infinitum actu fit ſicut æs cum actu impreſſum eſt forma ſtatuæ id tamen excipitur quoniam in ære non ſimul poteſtas & actus iacent, ſed in magnitudine actus & potentia ſunt quemadmodum in certamine, die, & materia, quæ ſecundum partes actu adſunt. Nemo itaq; periclitetur inuenire talem actum in infinito qualem inueniunt in lecto & in domo, ſed potius (vt dicebam) veluti in certamine & die. Non enim velut ſimul vnaq; collecta eſt ſectionem multitudo neq; vt ſimul ipſa diuiſio fieri poſſit, ſed quia fit per partes veluti ea quæ paſſim & per ſucceſſionem habeatur, cũ reliqua pars iam diuiſe magnitudinis adhuc ſecari poteſt. Hoc & modo numeri incrementum poteſt fieri in infinitum, dato ac ſumato ſemper numerum accipiendo maiorem, quoniam ſi quis augumentum aſſereret percurri poſſe in infinitũ iam is tolleret ac deſtrueret infinitũ. Nam qui numeri augumentum firmat ac finalibus claudit is certe finem terminumq; infinito adijcit, ſed non modo in numeris collocatur infinitum penes ipſius incrementum, ſed etiam in magnitudinibus. Verum non hoc modo, vt id quod augetur omnem magnitudinem excellat. Hoc enim fieri nequit. Siquidẽ nequeat eſſe aliquod corpus mundo maius. Sed ſi auctio fieret hoc modo, vt quot de aliqua mole ſecarentur partes totidem ſimul adderentur, conceditur augumentum magnitudinis in infinitum. Nam ſi rectam lineam finitam accipiemus in duas ſecauero partes. Et deinde poſteaꝗ alteram diuidendo ſegregaui, ſi tantum reliquę adiunxero quantum ipſe diuiſi ſuſtuliq; certe vt alterius partis diuiſio fiet in infinitum ita reliqua increbeſcet in infinitum. Sed hoc viciſſim diuidendo addendoq; fit, quoniam quod ab illa ſeparamus reliquę adiecimus quo pacto ipſum incrementũ nunꝗ deſinet neq; id ꝙ percrebuit maius euadet quã eo vniuerſi magnitudo. Item neq; æquale erit totum eidem magnitudini quæ diuiditur. Cum ſemper deficiat aliqua pars quæ iam totius erat pars & diuiſione a tota ſeiuncta fuerat. Prorſus autem cum conſtat fieri non poſſe, vt ſimul corpus dicatur infinitum & aliquis locus tribuatur corporibus. Inquit fieri non poſſe, vt ſupponat ſtatuaturq; corpus infinitum eſſe, & ſimul vnicuiq; corporum naturalium tribuatur locus. Nam ſi perſpicuo vnicuiq; corporum naturalium tribuitur locus fieri igitur non poteſt, vt ſit corpus infinitum. Quod vero nequeat eam infinitã corpus eſſe. Si oẽ corpus naturale loco cõplectit deinceps oñdit.

At fieri nequit: ut aut totum graue ſit aut leue: aut dimidium leue dimidium graue.

Ideſt vtrunq; dimidium vtranq; affectionem ſubire non poteſt, & aliud graue eſſe, & aliud leue.

Quo nanque modo diuides illud: aut quo pacto ipſius infiniti hec quidem pars ſupra: hec autem infra: uel ultima uel media erit.

Si enim ſeiunxeris partes infiniti quas deinceps ſuis locis tribueris mox ipſum finitum efficies. Quo nam pacto poteſt altera infiniti pars ſupra collocari & altera deorſum. Vbi enim poneretur pars ſuperior, ſimiliter etiam pars inferior vbi deſignatur. Item ſi infinitum habebit partem ſuperiorem mox etiam habebit extremum & medium. Nam ſupra & infra extrema ſunt, medium autem eſt illud quod intra hoc continetur. At id quod habet media extremaq; non eſt infinitum.

Preterea omne corpus ſenſibile eſt in loco. Loci uero ſpecies ac differẽtiæ ſunt ſupra & infra: ante & retro: dextrum atque ſiniſtrum. Atque hec nõ ſolum noſtra ex parte ſunt põneue: ſed in ipſo etiam tota diſtincta ſunt: atque hec eſſe in infinito non poſſunt.

Alterum argumẽtum. Et inquit ſi omne corpus eſt in loco. Et loci differentiæ ſex habentur neceſſario & infinitum his numeris diuidetur, quod ſane fieri non poteſt, qm̃ illud mox terminis claudi oporteret.

Atque ſimpliciter ſi locus infinitus eſſe non poßit: ſitque omne corpus in loco: & in ratione profecto rerum infinitum corpus eſſe non poteſt.

Tertium argumentum. Et inquit fieri non poteſt vt locus ſit infinitus, ſiquidem omnis locus terminet

id quod

id quod eſt in loco ac idem contineat. At id ꝙ terminat magis eſt finis illius ꝙ continetur quam infinitum præterea ſi locorum diſcrimine ſunt ſurſum deorſum fieri nequit vt concedatur locus eſſe infinitus. Nam ſi eſſent vterq; infinitus vnus alium nõ permitteret. Sed non poteſt eſſe vel duntaxat ſurſum vel dũtaxat deorſum, qũo.n. omnino diceretur eſſe infinitus locus, vel ſupra eſſe dicerẽtur, vel deorſum. Si ergo hi loci ſunt finiti et oẽ corpus eſt in loco igr̃ oẽ corpus eſt finitũ.

At uero quod alicubi eſt: in loco eſt: & quod in loco eſt: alicubi eſt.

Quartum argumentum. Eſt autem continuatum his quæ pauloante dixit qm̃ cum demõſtraſſet, locum ſupremum infinitum ei non poſſe neq; imum aut quempiam alium locum. Ne quis dicat infinitum his nõ cõtineri, ſed loco ſimpl'r ob id his explicat, qm̃ neceſſe eſt de quibus prædicatur genus dr his etiã aliqua ſpecies eius prædicari & ecõtra. Eſt autem veluti genus locus ſpecies autem aliquis locus videlicet locus qui hoc aduerbio vbi deſcribitur, quando enim dixero (vbi) definitum quẽdam locum ſignificabo qui vel ſurſum vel deorſum appellabitur.

Vt igitur infinitum quantitatis rationem ſubire non poteſt: nam quantum fuerit quoddam: ut bicubitum aut tricubitum: hæc enim ſignificat ipſum quantum: ſic & quod eſt in loco id alicubi ſane eſt. At id aut ſupra: aut infra, aut in alio alia ſex differentiarum eſſe ſignificat: quarum unaquæque finis eſt quedam ut conſtat.

Vtitur exẽplis de quantitate. Vnde illuc prius verbum, ſ. quantum, legendum eſt cum accẽtu acuto quo pacto ſignificat genus quantitatis, ſecundum aũt cum denuo dicit. Hæc.n. ſignificat ipſum quantum legendum eſt cum accentu graui, tanq̃ ſpurium, & nõ legitimum. Significat aũt quantitatem determinatam, vt bicubitum tricubitum vt ipſe dixit. Quod autẽ dicit huiuſmodi eſt. Si vnumquodq; quod quidem habet aliquod genus prædicatum, habebit etiam aliquam ſpeciem quæ ſub illo cõtinetur & omnino de eodem prædicabitur. Nam color nullus eſt, qui prorſus non ſit vel albus vel niger vel aliqua alia ſpecierum coloris. Similiter ſi infinitum erit in loco prorſus etiam in aliqua loci ſpecie erit. ſ. ſurſum vel deorſum. Atqui fieri nõ poteſt vt infinitum ſit in aliqua ſpecie loci, vt demõſtratum eſt, igitur neq; in loco prorſus erit. Atqui omne corpus in loco eſt ergo fieri non poteſt, vt infinitum aliquod corpus ſit, quemadmodum.n. non poteſt aliquid eſſe quantum, quod prorſus non ſit aliquod quantum. ſ. cubitum vel tricubitum, ita nihil poteſt eſſe in loco quin ſit alicubi. Dico. ſ. alicubi ceu ſurſum vel deorſum. Quod vero neq; eſſe alicubi hoc neq; poteſt eſſe ſimpliciter in loco.

Patet igitur ex hiſce quæ diximus infinitum corpus in ratione rerum actu non eſſe. Atqui conſtat impoßibilium euenire complura: ſi non ſit ſimpliciter infinitum. Temporis enim erit aliquod principium atque finis. Et magnitudines non erũt in magnitudines diuiſibiles. Numerus etiam infinitus non erit.

Oſtenſum eſt infinitum magnitudine haberi non poſſe. At ſi nullo alio modo infinitũ poterit eſſe multa impoſſibilia emergent.

Cum igitur his hoc pacto determinatis neutra pars aſſerenda eſſe uideatur: arbitrio profecto: moderatoreque eſt opus. Atque patet partim non eſſe.

Inquit cum non ſine ratione infinitum tum nõ eſſe, tum etiam eſſe videatur. His rationibus opus eſt iudice qui diſcernat in vnaquaq; veritatem & falſitatem. Et conſtat infinitum aliquomodo eſſe, aliquomodo autem non eſſe. Nam ſi infinitum partim non dabitur partimq; non eſſe affirmabitur, nihil conſentanei videatur vtreq; rationes habere.

Dicitur itaq; quippiam eſſe, aliud aut potẽtia aliud actu infinitum eſt additione ac etiam diuiſione. Magnitudo autem actu quidem infinita non eſt: ut diximus. Diuiſione autem eſt. Nõ eſt enim difficile lineas indiuiduas e medio tollere. Reſtat igitur infinitum in ratione rerum potẽtia eſſe. Nõ oportet autem infinitum potẽtia ſic accipere ut actu tãdem euadat: quemadmodum ſi poteſt hoc ſtatua eſſe: erit hoc ſtatua tãdem. Sed cum multipliciter quippiam eſſe dicatur: perinde eſt infinitũ ut dies eſt atq; ludus: ex eo quia ſit aliud atq; aliud ſemper. Nam in his eſt eſſe potẽtia atq; actu. Eſt enim olympicus ludus: & quia fieri poteſt: & quia ſit.

Hic rationibus aduerſantibus ſententiam affert. Et prius ſumit rerum nonnullas poteſtate eſſe, nonnullas vero actu, vt pluribus in locis demõſtrauimus. Item ſumit infinitum eſſe in magnitudinibus tum additione tum vero diuiſione. Vnum hic erit infiniti ſignificatum. ſ. infinitum additione & diuiſione, quæ igitur cũ prius ſupreſerit deinceps oſtendit aliquomodo non eſſe. Et inquit in magnitudinibus infinitum actu haberi non poteſt. Vnum infinitum poteſtate admittitur eo ꝙ omnis magnitudo eſt diuiſibilis infinitũ. Quod autem linea non componatur ex lineis indiuiduis. Sicut quidam volentes ſoluere dubitationem Zenonis illas praue temereq; ſtatuerunt, vt in primo volumine diximus haud difficile eſt oſtendere. Nam extat quidam liber aduerſus Anaxagoram totus de lineis indiuiduis ab Ariſt conſcriptus in quo nititur prorſus refellere indiuiduas magnitudines. qm̃ ſi a geometris oſtenditur quanuis datam rectam lineam in duas partes ſecari poſſe fieri certe non poterit vt linea ſit indiuidua vel ex indiuiduis conſtituta qm̃ ſi conſtitueretur ex lineis indiuiſibilibus non ſecaretur in duas partes. Demonſtratur enim omne quod ex indiuiduis cõſtituitur idem dico ex indiuiduis & impartilibus, impartile ex indiuiſibile eſſe. Diximus præterea in.1. lib. quoſdam Xenocratem putauiſſe & illum ſuſpectum habuiſſe ne lineas indiuiduas eſſe affirmauerit, quo in loco demonſtrauimus eorum ſuſpitionem ac coniecturam a vero longe abeſſe. Reſtat igitur infinitum poteſtate eſſe. Si.n. oſtenſum eſt fieri nõ poſſe vt actu ſit. Et magnitudo poteſtate eſt diuiſibilis igitur perſpicuum eſt infinitum haberi poteſtate & nõ actu. Verũ infinitum nõ oportet accipere ens ptãte quod poſtea ſit in actu.i. minime cenſere debemus, quia dixit ptãte infinitum eſſe ſm̃ diuiſionem, vt omnino hoc ptãte perueniat ad actum. Non.n. quemadmodum dicimus æs ptãte ſtatuam eſſe, & ptãtem hanc peruenire aliqñ ad actum, ita ſentimus de infinito, qm̃ nunq̃ erit in infinita diuiſum. Neq;.n. hæc ptãs magnitudinibus ineſt. Sed cum multifariam aliquid eſſe dicatur idẽ eſt cum quip-

piam actu eſſe multifariam dictum ſit. Nam aliud actum totum ſimul habet, vt homo equus & ſimilia; aliud autem ſecundū partem in actu eſt, & fit & nunq̄ ſimul totus adeſt. Huiuſmodi enim ſunt quæ conſiſtūt in fieri ac ea de cauſa ſunt quia continuo fiunt, vt dies ludus & id genus, quo pacto etiam dicimus infinitum actu eſſe non quia totum ſimul ſit, ſed quia ſemper aliqua eius pars adeſt. Hoc etiam modo infinitū erit id ꝙ eſt actu. ſ. dico non eo modo infinitum eſſe ptāte vt aſſero æs eſſe ptāte ſtatuam. Nam æs hoc modo aio ptāte eſſe, vt aliqn̄ totum ſit in actu. At infinitum non ita poteſtate eſt vt ſit aliqn̄ in actu, ſed eo qui ſp̄ poteſtate eſt ſemper permanet. Etenim & in his eſt ptās & actus videlicet in ludo & die, quę priuſq̄ fieri incipiāt ptāte ſunt, ſed cum cepta ſunt actu eſſe dr̄. Verum hoc modo actu ſunt vt per partes ſuccedētes exiſtāt. Poſſumus etiam accipere ea eſſe ptāte dum fiunt. Nā actu dies eſt velut iam pręſens ptāte autem q̄m vna ſimul non exiſtens cum adhuc hēt eſſe cū continuo ſit

Patet aūt infinitū in tpe diuerſo modo & in hominibus: & in diuiſione magnitudinum eſſe. Omnino nanq; hoc modo eſt infinitum: ut ſemper aliud: aliudq; ſumatur: & id qđ accipitur ſit quidem infinitum. At aliud atq; aliud ſemper.

Cum dixiſſet q̄uo ſit infinitum q̄m adeſt per partem quod quidem magnitudinibus numerus & tp̄i accidit. Nam augetur tp̄s & generaliter numerus ptāte in infinitum, ſed actu nunq̄ quemadmodum ēt magnitudinum diuiſio attn̄ hoc inter ſe quandam drīam habent. Nam in hominibus & tp̄e quę ſp̄ augētur in infinitum aliter inuenitur infinitū & aliter in ſectione magnitudinum. Verum cum proponit ſe dicturū diſcrimen ipſorum prius cōionem & id quo conueniunt exponit deinceps ipſorū diſcrimen aperit & inquit. Nā hoc modo prorſus infinitum admittendum eſt, vt ſp̄ aliud atq; aliud accipiatur. Et licet id ꝙ ſp̄ accipitur finitum ſit ſp̄ tn̄ aliud atq; aliud eſt. Ideſt generaliter & cōiter in quibus infinitum inuenitur ſiue in numeris, ſiue in magnitudinibus collocetur ſp̄ altera pars atq; altera accipi poteſt. Verum ea quæ accipitur ſp̄ finita eſt, quem non ſp̄ eadem erit, ſed alia atq; alia Nā quoties numerus augetur ſp̄ alia atq; alia pars ſumitur. Similiter autē & in ea diuiſione totius in duas partes fieri nequit vt totū ſimul diuidatur, ſed ſp̄ altera atq; altera eſt diuiſa. Et oīs quæ ſunt partes diuiſe finitæ ſunt. Hoc eſt igitur quo conueniunt. Sed quiſpiam ambiget contra hanc ſn̄iam, q̄m quomodo poteſt aſſerere eam infiniti partem quę ſp̄. Accipitur finitum eſſe. Nā in numeris & in diuiſione magnitudinis quæ incipiūt ab vnitate ſermo verus eſt q̄m ſp̄ ſectiōes magnitudinis & vnitates numeri finita ſunt at ſecus euenit in hominibus & in tp̄e. Si. n. mundus ſempiternus eſt certe non quæuis pars ſiue infinitatis tp̄is ſiue numerus multitudinis hominum accepta finita erit. Nam ſi accepero omne tempus ꝙ vſq; in hodiernum diem eſt vel omnes homines qui omne hac vita exceſſerunt horū ſane numerus finitos non erit, ſiquidē partes illius ſint infinitæ. Vel igitur mundus non ſine principio eſt ne vnum infinitum tp̄s in altero collocetur & vnus numerus hominum infinitus pariter in alio ſit vel licet nobis aliquam infiniti partē & eandem infinitam vel numero vel diuiſione magnitudinum accipere. Nam ſi licet numerum infinitum quod diuerſas partes ponere certe infinitum percurri poterit omnis. n. numerus ab vnitate initium capit & duntaxat infinitum in numero ſecundū diuerſas partes erit præterea Ariſt. fatetur idem cōgruere etiam numeris. ſ. vt ſp̄ id quod infiniti ſumitur ſit finitum. Si ergo aliquis fateretur licere infinitum ſumi quo ad diuerſas partes. Nihil profecto aſſerere videtur quam numerum actu infinitum eſſe. Nam quoties ipſe animū redeo decurroq; a præſenti anno ad tempus elapſum. Inuenio equidem infinitum numero annorū actu ſupereſſe atq; modo exiſtere. Atqui ipſi nō modo, ſed etiam natura nequimus infinitum numerum pertranſire q̄m infinitum ſuapte natura eſt impercurſibile. Quod ſi infinitum poſſet in alterum actu prouenire propter cur etiam illud in qđ deuenerat præcedens non poteſt in alterum procedere. Vnde accidet nō modo infinitum multiplicari, ſed etiam ſemper augeri & infinitum infinito maius eſſe. Nam cum ſit numerus annorum infinitus numerus menſium multiplicabit infinitum, q̄m duodecies infinitū habebit immo dierum infinitus numerus multo plus augebit infinitū, & quid multis moros numerus horarum minutorum multo maxime infinitū ampliabit ꝙ fieri non poteſt. Item ſm̄ vnamquanq; generationem tp̄is poterit numerus infiniti. Si ergo non poteſt augeri vel multiplicari infinitū vel actu numerum infinitum fieri tp̄s ſine principio eſſe nō poterit. Hæc dubitauimus ob dictum Ariſt. qui aſſeruerat id ꝙ ſp̄ de infinito demitur eſſe finitum. Et vere dicit. Nā ſuapte natura infinitum eſt impercurſibile.

Quare non oportet infinitum perinde accipere: atq; hoc aliquid ut hominem aut domum. Sed ut dies dicitur atq; ludus: quorum eſſe non ut ſubſtantia quedam eſt ortum: ſed in generatione ſemper corruptioneq; conſiſtit: finitum quidem ſi aliud atque aliud ſemper.

Hinc verba vſq; ad eam contextus partem vbi dicit licet ſemper alterum et alterum ſit, in exactioribus exemplaribus non inueniuntur. Nam hæc perſimilia ſunt his quæ ſuperioribus contextibus diximus, ea igitur habenda ſunt.

Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit permanente eo quod ſumptum. In hominibus autem atq; tempore accidentibus ita ut non deficiant. Atqui infinitum quod in additione & quod in diuiſione conſiſtit: idem quodāmodo eſt. Fit. n. in magnitudine finita per additionem econtra.

Cum dixiſſet conuenientiam infiniti quod ponitur in magnitudine & infiniti ꝙ ponitur in numero dico ſcilicet illius infiniti quod fit ſecundum diuiſionem & illius ꝙ fit per adiectionem impræſentia vult eorum diſcrimen afferre. Et inquit hoc eſſe diſcrimen quoniam infiniti temporis ac infinitæ multitudinis hominis cum aliqua pars interijt non permanet. Nam omne tempus elapſum & homines qui hac luce deceſſerunt adeo interiere vt eorum nemo ſupereſſe videat. At in diuiſione magnitudinis in infinitum, quæ ſecantur non intereunt ſed permanent. Vnde adiecit hanc particulam viciſſitudinem partium quæ diuiduntur, ſed quantum quoties demitur de magnitudine tantundem toties adijciatur. Magnitudini a qua pars vna dempta erat. At infinitum adiectione, & id quod

diuiſione

diuiſione ſit idem quodammodo ſunt. Cum dixerit proxime conuenientiam, ac diſcrimen infiniti, quod in tempore ac hominum numero conſtituitur ad infinitum in magnitudine, ſecundum diuiſionem cum homines, aio ſimpliciter omnia tam animatorũ q; inanimatorum indiuidua dico verum Ariſt. complexus eſt ea indiuidua quæ ſunt cæteris pręſtantiora. Cum igitur vt dicebam conuenientiam & diſcrimen hactenus attulerit inter prædicta infinita modo vult oſtendere aliquomodo idem eſſe infinitum additionẽ & infinitum diuiſione quoties quoddam veluti ſupplemento partium earum quæ demuntur de magnitudine diuiſibili in infinitum. i. quoties quantum de magnitudine toties dempſeris tantundem adieceris eidem. Vt ſi accepero finitam magnitudinem quam diuidã in duas partes, & alteri huius diuiſionis adiecero tantundem quantum ſuſtuli, quoniam tantundem toties adijcitur quantum quoties demitur abraditurq; igitur ſi diuiſio habetur in infinitum certe & ipſa adiectio in infinitum erit. Sed hoc fit econtrario ſupplemento vel vice & reſponſo partium nouarum. Nam quod ab illa ſuſtulimus illi ęqui librũ adiecimus, quapropter infinitum adiectione, & infinitum diuiſione aliquomodo idem erunt. Siquidem in vna & eadem diuiſione vtraq; fiant & habeantur.

Nam ut cum diuiditur cernitur in infinitum abitio: ſic cũ additio fit: ad magnitudinẽ ipſam determinatã uidebitur.

Definitam magnitudinem appellauit dimidiũ magnitudinis impartilis vel eo ꝙ ſemper manet indiuiſibilis vel ſi infinitum habet augumẽtum attamen non poteſt id ꝙ percrebuit & augetur magnitudinẽ vniuerſi excedere ſuperareq;, ſed eſt aliqua magnitudo maior definita & determinata quoniam non quemadmodum minimum non eſt accipere, ſed in infinitum ꝙ minuitur procedit ita ẽt ꝙ augetur in infinitũ procedit, ſed definitur perſcribiturq; maius corpus quod in vniuerſo eſſe queat, & hoc erit ipſe mundus, qua de cauſa hic Ariſt. appellauit magnitudinem quæ augetur definitam ac determinatam.

Etenim ſi quiſpiam in magnitudine finita: definita magnitudine ſumpta: eadem aliam accipiat ratione: non eandem totius magnitudinem ſumens: non pertranſibit unquam magnitudinem illam finitam. Sin uero hoc pacto rationem augeat: ut ſemper magnitudinem eandem accipiat: pertranſibit ſane: propterea quod omne finitum quouis conſumitur definito.

Quoniam dixit diuiſione & eadem in infinitũ procedente aliud minui, & aliud augeri infinitum, ꝙ cum omni diuiſione accidere non poteſt videlicet vt eadẽ aliud augetur in infinitum, & aliud minuatur ſimiliter impræſentia explicat qualis ſit illa diuiſio quæ in infinitum abeat & qualis non. Et inquit ſi enim acceperis aliquam magnitudinem vt cubitis magnitudinem ex qua ſecaueris aliquam certam ac definitam partẽ, ceu decuplam vel dimidiam. Sit vero explicandi cauſa dimidia, quam rurſus eadem proportione diuiſeris. i. dimidiam illius partem. Et rurſus ꝙ reliquũ eſt in duas dimidias partes diuiſeris. Hæc diuiſio abibit in infinitum. Atqui ſi non eadem proportione diuiſeris vt id ꝙ ſemper euellis non ſit dimidia vel decupla vel quæuis alia eadem proportio, ſed ſemper aliquam certam magnitudinem ſegregaueris ab ea quæ ſecatur eadẽ profecto magnitudinem exempli gratia vnius digiti demendo non ſecundum eandem proportionem, tandem conſumes lacerabis expilabis, & ad nihilum redi ges ipſum totum, quo pacto deficiet abolebiturq; ipſa magnitudinis ſectio ceu ſi magnitudinem acceperis mille cubitorum & ab hac ſuſtuleris ſemper aliquam definitam magnitudinem verbi gratia digitalẽ. Certe deficiet delebiturq; totũ quo pacto tam diuiſio, q; adiectio non abibit in infinitum, & econtrario ſe habet magnitudo proportioni. Si enim ſemper eandem magnitudinem diuiſeris non ſecundum eandẽ proportionem diuides, ſed ſecundum maiorem. Similiter ſi ſeruaueris in eadem diuiſione eandem proportionem non eadem magnitudinem ſegregabis, ſed minorem & ſi fuerit lignum decem cubitorum a quo abſtuleris decimam partem ceu cubitum vnum, liquidẽ ex hoc ſumpto ablatoq; ſemper æqualem magnitudinem ſuſtuleris augebis profecto proportionem. Nã ex nouem cubitis ſi demeris vnum non amplius decimum excipis ſed nouem, maior autem eſt proportio partis nouem ad totum quam ſit pars decima ad ſuum totũ. Similiter ſi ex relictis octo cubitis demeris cubitum. Rurſus augebis totum. Nam octauum ſuſtuliſti quo pacto ſi ſemper feceris diuiſio defutura eſt. Si autem ex ligno decem cubitorum abſtuleris cubitum. i. decimum & ex relictis nouem cubitis volueris eandẽ proportionem tollere demereq; non amplius magnitudinem cubitalem demes ſed minorem. Et hoc modo ſi ſemper feceris eandem ſemper ſeruando proportionem in ſectione & non eandem magnitudinem auferendo nunq; diſſipabis delebiſq; totum.

Alio igitur modo non eſt infinitum in rebus: ſed hoc pacto potentia inquam atque diuiſione. Et actu etiam eſt perinde atque diem ac ludum dicimus eſſe. Et potentia ſic eſt ut materies: & non per ſe ut ipſum finitum.

Quod enim aliquod corpus actu infinitum non ſit demonſtrauimus quod tamen poteſtate eſſe cõcedit. Sed quomodo poteſtate infinitum ſit, adiecit, quoniã infinitum in diuiſione habetur quod quidem cum infinito in adiectione idem eſt. Verum econtrario reſpõſo vel partium nouarum viciſſitudine vt. ſ. quod demuntur totidem adijcientur ſicut iam diximus, item inquit non ſolum poteſtate infinitum eſt, ſed etiã actu quemadmodum diem actu adeſſe dicimus non eo qđ totus ſimul adſit, ſed quia illius aliqua pars adeſt. Similiter olimpia actu adeſſe dicimus quoniã aliqua pars eorum actu eſt, ſimiliter pugnam ceſtus vel luctam, vel aliquid alterum, ita diuiſionem in infinitum actu adeſſe fatemur non eo ꝙ tota ſimul aliquomodo ſit, ſed quia aliqua pars diuiditur. Deinde quoniam idem infinitum poteſtate & actu dari aſſumit. Et quomodo actu eſſet explicauit exemplo diei & ludorum. Quomodo autem ſit poteſtate cum adhuc non probauerit idcirco repetit ſermonem de illo ꝙ poteſtate eſſe dicitur. Et inquit eo modo dico poteſtate aliquid diuiſibile in infinitum quo dicimus materiam eſſe omnes formas poteſtate. Vt igitur cum dicimus materiam eſſe oĩa poteſtate hoc non aſſerimus. vt illa ſimul actu oĩa alq̃n recipiat vel nullã formã actu habeat, ſed q̃a hẽt aliquã formam actu. Et apta eſt oẽs recipere per ſuc-

ceſſionem. ſimul autem omnes obtinere non poteſt, ita ſentimus aliquod diuidi poteſtate in infinitum q̃m nequit magnitudo in infinita diuidi ſecundum partem ac per ſucceſſionem tamen ſemper ſunt ſectiones, licet ſimul nunq̃ eſſe queant. Et non per ſe vt ipſum finitũ. Nam vt ipſa materia quanq̃ ſuſcipiet formas attamen non per ſe, & in ratione ſubſtãtiæ eius ineſt forma, ſed vt accidit ſubſtantiæ eius etiam infinito ineſt finitum non per ſe. Etenim ſi accideret in infinitum diuiſibile finitum eſſe tamen non quatenus infinitum, ſubiret finitudinem, ſed quatenus accidit infinito finitum eſſe. Vt enim ipſe deinceps explicabit materia eſt mole magnitudineq; infinita. ſed hæc in illis locis videbimus.

Et additione igitur hoc pacto eſt potentia infinitũ: quod quidem aliquo modo dicimus idem eſſe quo id quod in diuiſione conſiſtit.

Quoniam ſermonem fecerat tanq̃ de infinito ſecundum diuiſionem propter hoc adiecit ſimiliter dicimus etiam de infinito per adiectionem. ſimiliter.n. actu & poteſtate eſt quemadmodum illud. ſed quamobrem eædem, rationes huic infinito congruant. Cauſam reddit quam olim ſuperioribus dixit, qualis hæc eſt quia aliquomodo eſt idem cum infinito ſecũdum diuiſionem, ſed quomodo idem ſit iam diximus quoniam vna eademq; diuiſione eidē quicquid abraſum demptumq; eſt, adijcitur atq; apponitur. ſi ergo idē ſunt. Eadem etiam de hoc infinito dicere licet. Verum non penitus funditusq; idem ſunt idcirco adiecit aliquo modo, ſed quæ differentia inter illa eſſet iam appoſuit.

Semper enim eſt aliquid ipſius extra ſumendum. Hoc ta*men definitam omnem exuperat magnitudinem: ut in diuiſione definitam exuperat omnem: & ſemper minor euadit. Vt autem omnem additionem exuperet: neq; potentia eſſe poteſt: ſiquidem non ſit per accidens actu infinitum: ut naturales id corpus infinitum eſſe dicunt: quod extra mundum collocauere: cuius ſubſtantia aer eſt: aut aliquid tale. Sed ſi infinitum actu ſenſibile corpus hoc pacto in ratione rerum eſſe non poteſt: patet neq; per additionem poſſe ſic eſſe potentia infinitum: niſi ut dictum eſt diuiſionis contrario modo. Nam & Plato infinita duo propterea facit ꝙ in accretione exuperare uidetur: & in diuiſione in infinitum abire.*

Inquit & ſi commune ſit vtriq; infinito illi.ſ. quod diuiſione fit & illi cui diuiſibile ſemper adijcitur, vt ſemper aliquid aliud facti extra capiundum ſit. Nam ſemper extra diuiſionem eſt accipere alteram diuiſionem. Et ſimiliter etiam extra adiectionem ſemper alteram capere licet, ſi eandem proportionem ſeruabit ipſa diuiſio vt iam diximus attamen quoddam diſcrimen habetur inter id ꝙ augetur, & id ꝙ minuit propterea quod minuitur poteſt in infinitũ minui. ſiquidem minima magnitudo afferri haberiq; non poſſit quoniam omnis magnitudo eſt diuiſibilis, quocirca omni perſcripta terminataq; magnitudine minor accipi poteſt & nunq̃ defutura eſt ipſa diminutio. Atqui id quod adoleſcit neq; oēm definitam magnitudinem excedere quandoquidem in vniuerſo ſit corpus maximum ipſe mũdus quo mole magnitudineq; maius nihil eſſe poteſt. Quamobrem quacunq; data magnitudinem minorem inueniri licet. Et ſi non actu attamen poteſtate at quacunq; data definitaq; magnitudine maiorem ſuſcipere neq; poteſtate natura concedit. Nam cœlo neq; poteſtate aliquid corpus maius eſſe poteſt, demonſtrauimus enim fieri non poſſe vt aliquod corpus infinitum habeatur ceu naturales extra cœlum eſſe aſſeruerunt quod quidem vel aerem aquam vel aliud quippiam ſtatuerunt. ſi ergo rationibus conuicimus hoc modo infinitum haberi ſtatuiq; non poſſe conſtat etiam vt neq; omni definita magnitudine poteſtate maius accipi queat, quod quidem accideret ſi actu infinitum corpus eſſe tollerari poſſet. At quacunq; definita magnitudine minorem accipere, & ſi actu non poſſumus attamen quantum ad magnitudinum naturam attinet accipere quibus. ſiquidē omnis magnitudo quamprimum eſt mox fit diuiſibilis. Atqui oī definita mole maiorē ſumere vetuit natura quoniam cum nequit admittere corpus actu infinitum neq; poteſtate illud admittendum erit Cum etiã Plato hac de cauſa duo infinita inuexit. Quorum alterum in augmento videtur excellere & in infinitum, hoc inquit, quia infinitum in diuiſione & in adiectione poſitum eſt idcirco Plato etiam duo infinita fecit magnum & paruum quorum magnum in adiectione principium poſuit, paruum autem id ꝙ conſiſtit hac ratione in obuerſariam diuiſionem.

At quanquam duo fecit: non tamen utitur. In numeris.n. neque proceſſio per diuiſionem eſt infinita. Vnitas enim minimum eſt neq; accretio: uſq; nanq; ad denarium incrementa numeri facit.

Obijcit Platoni quoniam cum duo aſſeruiſſet infinita magnum & paruum neutro veluti principio vtitur. Principium nanq; apud illum eſt numerus at neq; infinitum diuiſione neq; additione his numeris ineſt, quoniam numeri ſecundum diuiſionem non procedunt in infinitum, ſiquidem ſectio eorum ad vnitatem pedem figet. Infinitum autem per adiectionem in numeris ipſe non videtur admittere quippe qui numerum augeri vſq; ad denarium concedit, qui poſtea inſtar circuli in ſeipſum replicando reflectitur ac redit. Verum notandum eſt Ariſtotelem ſuperioribus dixiſſe apud Platonem magnum & paruum, indefinitum quippiam & materiam ſignificare. Nunc autem perinde ac idem Plato ſentiret in numeris ſermonem ſententiamq; eius abiurgat tanq̃ vbiq; reprehendat id quod apparet ſibi ex dictis antiquorum, ſed non eorum ſententiam.

Fit autem ut infinitum ſit contrario modo atq; alij dicunt. Non enim id eſt infinitum cuius nihil eſt extra: ſed id cuius aliquid ſemper eſt extra. Cuius hoc indicium eſt: nam & annulorum eos qui pala carent infinitos homines dicunt: quia ſemper aliquid eſt extra ſumendum.

Cum indicaſſet quonam pacto infinitum ſit quoq; non ſit quoniam vt naturales ſentiebant non eſt aliquod corpus extenſione infinitũ, ſed diuiſione & obuerſaria additione ſtatui licet, impræſentia vult etiam infiniti diuiſionem, quam nonnulli tradiderunt, confutare. Nam illi definientes infinitum dixere infinitum id eſſe cuius nihil extra capere licet. At inquit. Ego cõtrarium aio ac ſentio, quoniam infinitum eſſe cuius aliquo ſumpto ſemper eſt aliquid extra ſumere, cui defi

nitioni

nitioni ipſi aliquando videntur annuiſſe quippe annulos qui fundam non habent infinitos appellent propterea quod non habet aliquem terminum perſcriptũ ac finem certum & definitum. Nam funda cum diſſimilaris toti ſit ceu terminus vel principium eius habetur ac ſtatuitur, quicunq; ergo non habent fundam quas vocant annuios cathenarum ipſis metſimilares non habent aliquem terminum definitum, ſed ſemper eius quod ſumitur ſemper eſt aliquam partem ſimilarem extra accipere & quoniam ij annuli quandam ſimilitudinem gerunt cum infinito tales infinitos vocant. Aliter nempe non ſunt infinito ſimiles, quoniã non modo hoc infinito idem ineſſe oportet. Vt ſemper aliquid ipſius aſſumpti atq; dati extra ſumere liceat, ſed etiam vt neq; idem bis ſumatur quod quidẽ non ineſſe annulo, videtur quoniam ſæpe idem accipimus cum totidem vicibus idem ſumemus quot & circumlationes & verſiones faciemus, præterea infinitum appellant perfectum totum & omnia complectens, hac ratione ipſum honeſtantes approbanteſque. Ego autem contrarium ſentio, quoniam infinitum non eſſet infinitum, ſiquidem totum & perfectũ infinitum eſſe nequeat. Nam totum eſt id cuius nihil eſt extra eas partes quæ ipſum conficiunt. Ceu hominem totum dicimus cuius nihil abeſt a partibus. At infinitũ definiuimus eſſe idem id cuius ſemper aliquid extra capi poteſt. Item perfectum vel idẽ toti eſt vel proximum atq; affine. Nam ludum dicimus perfectum quoties finem attingit & cui nihil deeſt earum partium quæ ipſum complent. Hominem quoque perfectum dicimus qui iam ad finem naturalem peruenit. Voco præterea extremas naturæ actiones perfectas ad quas naturæ opus ac munus definit ſiſtitque. At infinitum contrario ſe habet, quippe infinitum ſit cui nullus finis tribuitur, ſed ſemper aliquid extra relinquitur. Ex his ergo tale ſyllogiſmum conficit. Totum & perfectum cum finem habent etiam obtinent terminum. ſed ꝙ terminum habet non eſt infinitum totum igitur non erit infinitum quare eorum ſermo ac ſententia in contrarium potius incidit, quoniam illi dixerunt infinitum eſſe perfectum & totum. Hæc ſententia potius contrarium indicat ꝙ ſi perfectum & totum igr̃ non eſt infinitum. Deinceps ẽt oſtendit infinitum non continere omnia vt ipſi aſſerebant immo cõtrarium quod contineatur. Et quoniam infinitum potius rationem partis ſubijt, quam totius idcirco inquit exiſtimandum eſt Parmenidem rectius dixiſſe q̃ Meliſſum quippe qui infinitum totum appellauit ea connectens inter ſe quem coniugi nequeunt. Parmenides autẽ totum finitum eſſe aſſeruit. Nam illud aſſeruit eſſe a medio æque pollens ideſt æque a medio vndiq; diſtans vt idem orbiculare eſſe oſtendat. At rotundum omneq; ſimpliciter formatum finitum eſt, quæ cum Ariſt. explicat deinceps cauſam erroris eorum exponit quia impulſi in idem redigebant infinitum totum & perfectum. Inquit enim materia cum per ſe indefinita eſt etiam infinita eſſe, videtur infinitam, dicit materiam quia nullum proprium ſibi terminum ac peculiarem formam habet immo cõtrarium ipſa diſſipationis deſtructioniſq; formarum ac indefinitatis diuiſionis in infinitum cauſa eſt. Nam cum ſine rationes formarum per ſe impartiles materia eaſdem ſuſcipiens diſtare ac extendi facit. Ratio enim magnitudinis cum per ſe ſit impartilis in materia ſuſcepta & extenſa dimenſaq; deducitur ad indefinitatem, & illius ſectionis in infinitum cauſa eſt ipſa materia. Similiter etiam aliarum formarũ deſtructionis magis vel minus cauſa eſt. Materia igitur huiuſmodi ſe habet, forma autem eſt quidam finis terminus & totum, terminat nanq; & circunſcribit materiam ac totum aliquod & perfectum conficit cui aduenit. Nam æs cum velut materia æreis vaſibus ſit. Et hac in parte quodam indefinitum eſſe videatur, ꝙ neq; totum vel perfectum appellatur cum aduenire vel tripode vel ſtatuæ forma maiori vel minori materiæ ipſam circumterminat & aliquam rem perfectam & totum efficit, ceu ſtatuam totum vel lebetem totum. Hoc igitur etiam modo & magis proprie de materia & de formis dici potuit. Cum igitur forma ſit aliquid & perfectum & materia indefinita ſit & hac ratione, ipſa eſt cauſa cur res abeant in infinitum. Eſt nempe materia poteſtate omnes formæ & quæ ſunt poteſtate ſolemus nominibus eorum quæ actu ſunt appellare videlicet æs ſæpe appellamus ſtatuam. Et ſi nondum formam ſuſceperit item lignum lectum, & triticum panem, ac ſemen genitale hominem idcirco illi quæ quidem formæ conueniunt eadem de materia prædicari voluerunt propterea quod ipſa eſt poteſtate omnia quod vero in materia ſit infinitum conſtat ex diuiſione magnitudinum. Non enim ſecundum formam diuiſio fit quoniam poſt diuiſionem etiam ſeruant æris vel ligni vel carnis formam, ſed ipſa fit ſecundum ſubiectum in quo ipſa forma extẽditur ac dimẽſionẽ recipit. Materia igitur per ſe infinitum finitur autem & terminum ſuſcipit ab ipſa forma circunſcripta ſi igitur formam terminat & id ꝙ terminat continet & ꝙ terminatur continetur, igitur contrarium ipſis dicere accidit dico ſcilicet ipſum infinitum contineri & non continere vt exiſtimabant. Itẽ ſi materia quę eſt infinitum eſt compoſiti pars, non igitur erit totum, ſiquidem pars totum eſſe non poſſit. Porro conſentaneum eſt materiam aſſerere ignotam cum etiam infinita eſſe traditur. Infinitum enim ſuapte natura percipi non poteſt. Cum ergo oſtendit eiſdem rebus contrarium euenire ac longe aliter quam ipſi dicebãt dico ſcilicet infinitum non continere, ſed potius contineri, atq; idipſum potius partem eſſe q̃ totum, demonſtrat hoc idem deductione ad inconueniens atq; abſurdum. Et inquit ſi continet infinitum, cum non modo in ſenſibilibus reponatur, ſed etiam in ipſis intellectualibus. Nam idem in ideis Plato ingeſſit quemadmodum igitur abſurdum eſt, vt in ſenſibilibus conſtitutum cõtineat ita etiam ſtatutum in ipſis intellectualibus impar eſt, vt contineat. Abſurdum autem & impoſſibile inquit cognitionis cauſæ. Et cum ipſum cognoueris eſſe, etiam omnium termini definitioniſq; cauſam ab ipſo ignoto ſecundum naturam dico ſcilicet ab ipſo infinito contineri dices vel hoc modo ſi aiunt infinitum omnia continere & in omnibus comprehendatur intellectualibus non ſolum intellectualium ordines congeſteq; compages, ſed etiam ea quæ ſunt ſupra hos ordines cõſtat igitur vt infinitum intellectualia cõtineat vel oĩa ſimplr̃ atq; ordines intellectualiũ.

Per ſimilitudinem tamen quandam: & non proprie. Oportet enim & hoc eſſe & nunquam idem ſumi. In circu-

lo uero non ita fit: ſed ſemper quod deinceps ſumitur eſt ſolum aliud.

Multi cõſuetudine profecto adducti quædam proferunt. Sed quomodo annulos quadam ſimilitudine infinitos eſſe inuulgent & non proprie induxit quoniam nõ ſolum oportet hoc infinito tribui vt ſemper illius quod ſumitur aliquid extra capere liceat. Sed etiam hoc vt nõ ſemper idem capiatur quod quidem annulis non ineſt.

Infinitum igitur ideſt cuius ſemper aliquid extra: ratione quantitatis accipi poteſt. Cuius uero nihil eſt extra: ideo perfectum ac totũ. Hoc enim pacto totum conſueuimus diffinire: totum dicentes id eſſe cuius nil prorſus abeſt. Vt hominem totum: aut ciſtellam: atq; ut quodq;.

Oportet ſubintelligere cum dicit ſecundum quantitatem accipientibus, hoc .ſ. aliquam partem. Vt infinitum igitur id ſit cuius ſecundum quantitatem accipientibus aliquam partem licet ſemper aliquid extra ſumere. Et hæc eſt definitio infiniti. Quamobrem ſi hoc eſt infinitum vt definitio tradit. Totum autem & perfectum, ea ſunt quorum nihil extra capeſcendũ eſt igitur infinitum non erit totum neq; perfectum. In numeris nanq; qui adoleſcunt in infinitum ſemper ab illo ꝙ capitur alterum numerum accipere licet, ſimiliter etiam in ſectione magnitudinis in infinitum, ſemper alteram ſectionem ab illa quæ ſumitur extra capere libet. Et pulchre recteq; dixit, ſecundum quantitatem, non enim fit diuiſio ſecũdum formam, ſiquidem eadem forma in vnoquoq; diuiſo ac ſeiuncto conſpicitur. Nam ea quę ſecantur & diuiſionis membra vel ſunt lineæ vel ſuperficies vel corpora, aliter enim in diuiſione omnium non ſeruatur forma, quoniam ipſe demonſtrauit ſuperioribus non in quauis magnitudine temere quauis formam ſtatui poſſe quapropter in diuiſione non ſemper ſeruatur forma, ſed diuiſio vlterius cum proceſſerit corrumpet ipſam. Porro carnem poſſumus diuidere in infinitum vt quædam magnitudo & attamen vt caro nequit amplius ſecari in infinitum. Sed aliquis ambiget nunquid definitio infiniti congruere poſſit toti perfecto ac generaliter omni finito. Etenim de perfecto dicere licet id eſſe cuius ſecundum quantitatem accipiẽtibus aliquam partem ſemper eſt aliquid extra ſumere. Nam ſi accepero partes ſecundum dimidietatem in infinitum licebit accipere aliquid eorum quæ ſumuntur extra. Sed nos reſpondemus hoc in rebus finitis minime verum eſſe quoniam de infinito hanc partem vel hanc ſi accepero non ſimpliciter omnes ipſe percurram, ſed ſi qualemcunq; partem ſumpſero at in ipſo finito nõ ita fit. Nam ſi aliquam partem definitam accepero ipſum exhauriam & conſumabo. Præterea a vero longiſſime abeſt vt in ipſo finito ſemper illius quod ſumitur aliquam partem extra capere liceat, quoniam ſi cœpero partes ex partibus non amplius continget aliquid extra ipſas accipere at in ipſo infinito extremum inuenire non eſt quare. Etſi accidit etiam ipſo finito vt aliqua pars extra partem capiatur attamen non conuenit ei vt ſecundum omnes partes id fiat quemadmodum peculiare eſt infinito, accidit autem hoc generaliter ipſi finito aliquo modo quia participat infinito, quamobrem ſi libebit in ipſo perfecto quadam diuiſione ſemper aliquid illius ꝙ ſumitur extra capere non qua perfectum eſt id ei accidit, ſed quia infinito participat.

Sic & id quod proprie totum eſt: ueluti totum ipſum cuius nihil eſt extra. Cuius uero aliquid abeſt: id quicquid abeſt uniuerſum non eſt.

Inquit quemadmodum in particularibus locis ceu in homine vel nauigio totũ id dicimus cui nihil abeſt eorum quæ conficiunt ſubiectum ita etiã de toto proprie dico ſcilicet de vniuerſo. Totum equidem & omne dicimus eſſe ciuius nihil eſt extra ceu mundus totus cuius nihil horum quæ conferunt ad conſtitutionem vniuerſi extra eſt. Hoc modo enim eſt proprie totum & omne, quoniam ſi reuera aliquid defuerit, ei etiam ſi paululum forte quippiam illud ſit non erit totum neq; omne.

Totum autem & perfectum: aut idem penitus ſunt: aut naturam finitam habent. Perfectum uero nihil eſt prorſus: quod nõ habeat finem. Quocirca putandum eſt melius Parmenidem Meliſſo dixiſſe. Hic enim ipſum infinitum totum appellat. Parmenides autem totum dici eſſe finitum: a medio æque diſtans.

Totum enim de continuo dicitur vt conſueuimus dicere totum lignum & totum panem omne autem de diſcreta quantitate dicitur vt dicimus omnes homines, perfectum autem commune vtriq; eſt cui nihil partium deficit. Si ergo totum & omne non idem & perfectum cum vtriſq; idem eſt igitur totũ non prorſus erit idem cum perfecto. Præterea totum dicitur propter ſinodum & collectionem omnium partium ſimul, perfectum vero appellatur ob finis receptionem. Vtraq; tamen de eodem prædicantur qua ratione vtraq; vnum aliquid atq; idem ſecundum omnia eſſe videntur.

Fieri enim non poteſt ut infinitum cum toto ac uniuerſo perinde atq; cum lino linum nectatur.

Inquit Melliſſus volebat ea quæ connecti ſimul nequeunt in vnum colligi atq; coniungi, & dicit. Non enim vt linum lino iuxta prouerbium ſane apta ſunt in vnum coniungi, cum nequeant omne totum & infinitum ſimul eſſe vt demonſtrauimus.

Nam hinc & hanc præclaram de infinito conditionem accipiunt omnia in quam ipſum continere: & uniuerſum in ſeipſo complecti. Habet enim ſimilitudinem quandam ad totum. Infinitum enim materia perfectionis magnitudinis eſt & id quod eſt potentia totum non actu. Eſt autem diuiſibile ad diminutionem & ad additionem contrariam: totumq; atq; finitum non per ſe: ſed per aliud.

Ob id inquit infinitum totum & perfectum appellabat vt idem indicaret inſigne ac præcipuum eſſe tãquam omnia impleat atq; contineat. Sed deinceps explicat cauſam ignauiæ temeritatiſq; eorum vnde decepti impulſiq; ſunt vt dicerent infinitum totum & perfectum eſſe. Et inquit propterea quod quandam ſimilitudinem gerit cum toto & perfecto quæ autem ſit iſta ſimilitudo mox adducit, dicens. Eſt enim infinitum perfectionis magnitudinis materia atq; totũ po-

teſtate

teſtate actu autem minime per magnitudinem vocat compoſitum. Inquit itaq; perfectionis magnitudinis ideſt formæ qua vnumquodq; eſt, & ſuam perfectionem habet. Item dicit materiam eſſe infinitum & poteſtate totũ ac perfectum. i. materia eſt poteſtate forma. Actu autem minime, per ſe enim materia eſt infinita & interminata quæ eſt poteſtate totum & perfectum quoniam eſt capax formæ ex qua compoſitum conſtituitur, materia igitur eſſe poteſtate totum inqt, ſed hoc velut infinito actu inexiſtens de ipſo prædicari aiunt. Quod vero in materia cõſtituatur infinitum deinceps his indicat. Nam ſectio magnitudinum in infinitum & obuerſaria reſpondenſq; adiectio ex materia naſcitur, ſiquidem formæ per ſe induidue ſint. Hoc igitur materiæ per ſe tribuitur, ſed totum eſſe ac perfectum quando peruenit ad terminum non per ſe ipſam, ſed per aliud ei ineſt. i. per formam.

Et non continet: ſed ut infinitum eſt continetur.

Definitur enim materia a forma & infinitum terminatur. Sed ꝙ definitum eſt ac terminatum non continet, ſed continetur, quamobrem ſi continetur perſpicuum eſt, vt infinitum non ſit aliquid totum vt illi dicebant immo contrarium eſt pars illius ꝙ quidem cõtinetur & contento componitur.

Quapropter & ignotum eſt ea ratione qua eſt infinitum: materia nanque formam non habet. Quare patet partis magis infinitum quam totius rationem ſubire. Materia nanq; pars eſt totius: perinde ac æs eſt æneæ ſtatuæ pars.

Si enim vniuſcuiuſq; cognitio habetur per formã, materia autem eſt informis perſpicuum igitur eſt ipſam ignotam eſſe. Idcirco Plato aſſeruit ipſam peregrina aliena & non legitima conſideratione comprehendi propterea quod ipſam nemo viſu ſenſuq; percipere poteſt, ſed formarum receſſu ſeparationeq; in illius cognitionem proficiſcimur, quamobrem modus cognoſcendi eam ex formis habetur.

Nam ſi in rebus ſenſibilibus continet: & in intelligibilibus etiam ipſum magnum: & paruum continere res intelligibiles oportebat. At abſurdum eſt profecto ac impoßibile id quod eſt ignotum atque indefinitum: continere ac definire. Atqui cum ratione etiam ſit, ut id quidem quod in additione conſiſtit: non uideatur eſſe ſic infinitum ut omnem exuperet magnitudinem. Id uero quod in diuiſione conſiſtit: infinitum eſſe iſtiuſmodi uideatur. Infinitum enim intus perinde atque materia continetur: forma autem continet. Cum ratione etiam accidit in numero quidem uerſus minus: minimum eſſe finemque: uerſus autem plus: omnem ſemper multitudinem exuperare. In magnitudinem uero contrarium. Verſus quidem minus omnem magnitudinem infinitam. Hæc enim ita propterea fiunt ꝙ ipſum unum quicquid tandem id ſit indiuiſibile eſt: homo nanque unus eſt homo, non multi.

Hic fidem fecit quomodo recte dixerit materiam contineri & non continere. Si enim ſimiliter infinitum eſt in ipſis intellectilibus quemadmodum in ſenſibilibus par eſt, vt eo modo in ipſis intellectibilibus contineat quo continet in ſenſibilibus, at impoſſibile eſt ea quæ ſunt cauſæ termini & cognitionis ab ignoto & interminato contineri. Non igitur continet infinitum vt illi dicebãt. Magnum autem & paruum ſunt in materia in qua infinitum poſuere. Vnde Plato magnum & paruum materiam appellauit ei rationi conſentaneum eſt, vt id ꝙ adiectione fit non videatur hoc modo infinitum vt quãuis magnitudinem excellat. Hoc in loco vult tradere multa theoremata quæ conſequuntur rationes infiniti quas tradidit. Et primum inquit congrue ex his definitionibus quas attulimus de infinito accidit infinitum dari, tum in diuiſione, tum in adiectione verum aſſero in diuiſione accipi minimã magnitudinem non poſſe. Sed quauis data magnitudine adhuc minorem accipiẽdam eſſe. At in adiectione non amplius concedendum eſſe puto, vt quauis certa ac magna mole amplior accipi queat, ſiquidem certa ac definita in vniuerſo magnitudo ſtatuta ſit, & hoc eſt illa mundi magnitudo. Nam oſtendimus magnitudinem extenſione infinitam haberi non poſſe, cauſa huius rei eſt, quia infinitum alia non cõtinet, ſed continetur, continet nanq; id ꝙ perfectum ac totum eſt ꝙ quidem formam eſſe diximus. Cum igitur adiectio extrinſecus fit & diuiſio intra terminos efficitur merito in infinitum extrinſecus adiectio effici non poteſt propterea quod terminus eſt forma & finis oportet itaq; augumentum cum peruenerit ad formam, ſiſtere neq; vltro increbreſcere. Item ſi habetur nec extra formam conſiſtit quæ continet ipſam. At materia intra id quod ſecatur contenta ſectione ſibimet infinitudinem ingerit. Vnde in diuiſione forma ſæpenumero deficit cum aliquo termino potiatur, vt etiam liquet in adiectione quo pacto etiam occurrit minimum diuidendo aliquid. Nam diximus formas non ſuapte natura idoneas eſſe in quauis magnitudine conſiſtere quo fit vt ſectio non deficiat ob materiam, cæterum inquit nõ ſine ratione numerum ad minimum deuenire. Siquidem vnitatis vltimæ veluti minimo occurrat ꝙ quidem eſt indiuiſibile, qui tamen cum increbreſcit nullum habet terminum quoniam numerum poſſumus in infinitum augere & in magnitudinibus contrarium accidit, ſiquidem cum augentur occurrant maiori magnitudini quę terminus ac finis eſt & cum minuuntur nullum terminum offendũt. Cauſam huius rei eſſe exiſtimamus, quia numerus vnitatibus cõſtat ex quibus autem aliquid componitur in eadem etiam diſſoluitur numerus vero diuiditur in vnitates, ipſe autem quatenus vnitates indiuiſibiles ſunt. Siquidem omne vnum quatenus vnũ ſit indiuiſibile. Nã homo quatenus vnus homo indiuiduus eſt. Si enim diuideretur vt magnitudo attamen nõ vt homo diuideretur, quandoquidem non diuidetur in homines, ſed in partes quibus non erat vnus, ſed vnus extat quatenus vna aliqua forma cõſtituitur ex his quæ quidem non amplius in partes ſimilare ſecatur. Si ergo vnitas indiuiſibilis eſt, & diuiditur numerus in vnitates ſtabit profecto diuiſio cuius extremum ac terminus erit ipſa vnitas, quibus ergo fit, vt numeri ſectio in infinitum non abeat, ſed illius adiectio merito abit in infinitum propterea quod adiectio eſt vnitatũ collectio atq; appoſitio. Cum igitur vnitas ſibimet in infinitum apponere ac connectere poteſt merito ſequitur vt augumentũ numeri in infinitum procedat. Sed cum magnitudo vnitatibus non conſtet, ſed conficitur ex magnitudinibus diuiſio igitur nunq; recedet in ipſa indiuiſibilia, ſed ſemper idonea eſt ſecari in ma-

gnitudines quæ etiam ſuapte natura diuidi queũt quo pacto abibit ſectio in infinitum, at augumentum minime, quoniam incidit in totum ac perfectum quoniam cœlo aliquid maius eſſe non poteſt quodquidem proprie totum & omne appellatur, qua igitur de cauſa e contrario ſe habet numerus cum magnitudinibus. Cæterum hæc quæ dicturi ſumus conſequuntur ea quæ prius de infinito diſſeruimus. Numerus enim per ſe infinito non ponitur, ſed per materiam quoniam ſectio magnitudinũ fit merito materiæ quæ magnitudo eſt cauſa augendi numerum in infinitum ob id nanq; ad extremam vnitatem numerus peruenit quoniam cõtinuum, ꝙ priuſq̃ diuideretur erat poteſtate infinitum cum ſecatur auctionis ſuimet diuiſione numeri in infinitum cauſa fit. In cunctis igitur infinitum reponitur materiæ ope, quibus declaratis deinceps quærit, quoniam cum in pluribus infinitum conſtituatur. Nam dicimus magnitudinem infinitam eo ꝙ in infinitum diuiditur & motum infinitum ac tempus quomodo igitur in his collocatur infinitum, inquit eo modo quem ſolent obſeruare ea quæ prius vni competunt & ſui merito alijs tribuuntur, quo in genere ſolent eſſe analogata, quæ enim ordinem habent inter ſe ſubiecta dico .ſ. magnitudo motus & tempus eundem etiam æmulatur infinitum in his conſtitutum. Eſt igitur magnitudo imprimis per quam deinde motus qui in ea abſoluitur continuus eſt ſiue is fuerit latio, ſiue alteratio, ſiue auctio, cuius præterea merito tempus continuum habetur. Eſt igitur primo in magnitudine infinitum, propter magnitudinem deinde in motum, & propter motum in tempore. Vnde hæc .ſ. magnitudinem eſſe continuam & non ſecari neq; qualitatem eſſe in indiuiſibilia. Item propter eam motum, & propter motum tempus continua eſſe ac non diuidi in inſectilia veluti conceſſa & poſtulata accipit. Siquidem proceſſu operis præſertim in ſexto huius negocij libro hæc diligentiſſime demonſtrabit poſthæc inquit ꝙ ſi nos infinitum actu in rebus negamus non idcirco Geometrarum principia ac demonſtrationes ſublata eſſe volumus Sed ambiget aliquis quoniam ſi mathematice res per abſtractionem a rebus naturalibus habentur & concipiuntur quippe Geometra veluti quodam principio vtatur ipſa recta linea infinita. Aiunt enim extrahatur linea continue in infinitum quo dato principio procedunt Geometrice demonſtrationes, ſublata ergo linea infinita quam veluti principium quoddam in conſtituendis demonſtrationibus geometre petunt certe demonſtrationibus geometrice tollentur ac deſtruentur. Atqui abſurdum eſt tollere demoliriq; optimam ac certiſſimam ſcientiam. Hanc igitur dubitationem Ariſt. ingenioſiſſime perſoluens inquit minime nos tollere ipſas demonſtrationes. Si demonſtremus infinitam actu magnitudinem admitti non poſſe, quandoquidem neq; ipſi geometre in demonſtrationibus ſuis ipſo infinito vtantur. Sed ob id accipiunt lineam magnitudinemq; infinitam vt ex ea quantum finitæ voluerint extrahere dẽpteq; poſſint, quoniam ſiquis erit concederet lineam quantamlibet accipere, non egerent infinita neq; illam admitti contenderent. Huius rei potiſſimum inditium eſt, quia neque ad conficiendas demonſtrationes geometrices ipſa linea infinita confert, quoniam cum ſumunt ex eadẽ quam voluerint finitam. Hac ſane vtentur ad demonſtrandum propoſitum theorema & minime infinita. Nam ſi illis daretur maxima recta linea ceu vniuerſi diameter non amplius exquirerent infinitam quæ ipſis opportuna foret, ſiquidem ex diametro mundi libebit quãtum voluerit extrahere. Quamobrem ſi vtentur in demonſtrationibus ſuis infinito profecto ratio illa quæ tollit & negat infinitum illis adimeret inficiareturq; ſcientias, ſint autem vtuntur, minime illis eripe ſcientias videbitur. Præterea inquirit ſub quo genere cauſarum infinitum collocandum eſt. Siquidẽ oſtẽderat omnino infinitum principium eſſe vel proficiſcẽs ex principio ſi ipſum admittitur cõceditur q;. Oſtenſum quippe eſt extenſione infinitum haberi nõ poſſe licet illius diuiſione & obuerſaria adiectione illud tueri poſſumus. Merito neq; inueſtigat ſub quo principio ipſum redigendum ſit. Quatuor neq; principia ſtatuimus materiam formam efficies & finale. Inquit igitur infinitum eſſe principium veluti materiam quod quidem ratione oſtendit, & veterum teſtimonio imprimis equidem formam dici non poſſe cõſtat quippe quæ ſit terminus & finis at infinitum eſt ſine fine in circunſcriptũ ac impercurſibile. Præterea neq; vt efficiam cauſa, quoniam illam actu eſſe oportet, infinitum autem poteſtate eſt. Præterea conſtat vt neq; finalis ſit imprimis quidem quoniam ſæpe in idem veniunt forma & finis, deinde quia finalis cauſa eſt finis & terminus cuius eſt cauſa at infinitum nõ eſt finis neq; terminum habet reſtat ergo vt infinitũ ſub genere cauſæ materialis collocetur, quod quidẽ merito fit, cum materia in priuatione verſetur infinitum in priuatione conſiſtit ergo infinitum eſt materia. Præterea cuncti q infinitũ eſſe ſtatuerunt illud velut materiam conſtituerunt. Nam aſſeruerunt illud vel aerem vel aquam aut intermedium ſiue quoduis illud eſſe ex quo res gigni conſtare affirmarunt. Verum poſtq̃ hæc explicauit cæterum in calce libri dubitationes q; bus videbatur neceſſario in rebus infinitum conſtitui diluit ac perſoluit ne inſolute, multos homines cõfundant territentq;, fuere itaq; cauſa ac dubitationes numero quinq; prima erat ex infinitudine temporis. Secunda ex diuiſione magnitudinum in infinitum. Tertia ex perenni ortu rerum. Quarta eſt qua infinitum dicebamus eſſe eo quod finitum ſemper oportet aliquo claudi ac circunſcribi. Quinta erat quę multis maxime perſuadebat infinitum admittendum eſſe, & ea eſt quæ ex cogitatione ſtatuit infinitum propterea ꝙ mens cogitatioq; nunq̃ finem obtinet neq; huic legi ſubijcitur, vt nequeat aliquod cogitatione comprehẽſum ſemper alterum quippiam animo concipere ac imaginari poſitis ergo his dubitationibus oſtẽdit eas neceſſarium aliquid non cõcludere neq; ad concludẽdum infinitum actu eſſe neq; ſecundum partem neque poteſtate. Et imprimis diluit dubitationem quæ fit ex perenni iugiq; rerum ortu, quoniã neq; eo quod generatio eſt ſempiterna oportet aliquod corpus infinitum eſſe ex quo producuntur ea quæ fiunt. Nam ſi vnius ortus alterius interitus eſt ac viciſſim interitus eſt alterius ortus, poterit vniuerſum finitum eſſe & rerum ortus ac interitus nunq̃ deficere quare huiuſmodi dubitatio nihil neceſſarij concludit, hac.n. neq; vrgemur infinitum actu neq; poteſtate neq; ſecundum partem ſtatuere. Item alia dubitatio minime ab id affirmari cogit in qua dicebatur finitum oportere ſem-

per aliquo alio claudi vt infinitum procedamus. Nã hoc falſum eſt. Quoniam ſi eadem eſſent tangi & terminari dubio procul omne ꝙ infinitum eſſet mox oporteret aliquod extrinſecus tangere ac eodem circunſcribi, at modo qui concedit eadem eſſe terminari & tangi quãdoquidem tactio fit de numero illorum quæ ad aliquid ſunt. Tangibile n. aliquo tangitur, q̃m neceſſe vt tangatur quare tangibile reſpectum habet ad quippiam aliud extrinſecus, ſed finitum ad aliud reſpectum non habet, ſed ad ſeipſum. Hoc nanq; modo finitum non habet relationem & reſponſum ad aliqd aliud. Tactus.n eo quod tangit aliud dicitur, finis terminuſq; dicitur eo quod aliquod idem extremum habet quare ſi non idem ſunt hæc terminari & tangi nã neceſſe eſt, vt finitum alio claudatur & terminetur, & quanq̃ nõnulla finita quoppi non alio terminaretur & extrinſecus aliquod tangant attamen hæc tangi & terminari, eadem non ſunt. Sed accidit finito vt tangatur & tangat aliud, ꝙ quidem fit ne inane vacuumq; intercipiatur quæcunq; igitur ſuiſmet limitibus interclauduntur prorſus neceſſe eſt, vt ab aliquo tangãtur propter quod vt dicebam vacuum nõ eſt, ſed quæcunq; extrinſecus terminantur omnia talia nõ neceſſe eſt aliquo tangi, quęcũq; igitur extrinſecus finita ſunt & aliquo ſunt attigua tota dici appellariq; nequeunt, ſed partes vniuerſi tanguntur igitur hæc non qua finem aliquem habẽt, ſed qua partes ſunt totius cũ vniuerſum inane non admittat, quo fit ſi aliquod eſt proprie totum & eſſe hoc nõ cogitur alio terminari claudiq; immo hoc fieri non poteſt q̃m non eſſe proprie totum, hmõi ſe habet ſphæra ſtellarum fixarum quæ finita cum ſphæra ſit omnis nanq; figura finita habeatur, nullo extrinſecus tangitur propterea quod extra ipſam nihil eſt. Itaq; hæc ratio nihil neceſſarij concludit quo vrgemur ſtatuere infinitũ. Sed neq; illa quippiam concludit qua dicebatur mens ipſa concipere infinitum q̃m ipſa mẽtis cogitatione poſſumus cuicũq; dare magnitudini ſemper aliquid aliud extrinſecus addere, & nunq; id facientes deficere, ſiquidem reſpõdemus non oportere rerum naturam aſſequi noſtrã animi cogitationem immo contrariũ, opus eſt vt noſtra cognitio mẽtis conceptio vera ſequatur rerum naturam. Neq;.n quia poteſt mẽs ipſa cõcipere intelligereq; Soc. extra Athenas morari idcirco neceſſe eſt, vt ipſe extra Athenas moratur neq; q̃m aius poteſt illũ intelligere centum cubitis conſtare iam neceſſe eſt ipſum tanta magnitudine extolli q̃m non quicquid pro arbitrio intelligimus ita euenit. Sunt equidem nõnulli dementes qui fingũt putantq; ſe maximos reges eſſe, ac totius terrarum orbis imperio potiri quorum cogitatione maxime fallitur cum aliter res eueniãt. Hoc itaq; modo quanq̃ ipſe poſſim aliquod corpus in infinitum auctum eſſe intelligere attamen nõ oportet aliquod tale corpus eſſe, quo pacto igitur rationes nihil neceſſarij habent ad concludendum infinitum. At idẽ duæ. ſ. prima & ſecunda quarum alia ex infinitate temporis infinitum ſtatuit altera diuiſione ſectioneq; magnitudinum ſimul comprobat quanq̃ aliquid pẽſi & conſentanei habent attamen non oportet corpus tolli vel temporis auctionem in infinitum aut ſectionẽ magnitudinum in infinitum, quia infinitum actu negatur. Neq; n. hoc modo tempus eſt infinitum, vel magnitudinum ſectio probabitur in infinitum eo quod ſimul ſint totum tempus vel ꝙ ſint omnes diuiſiones continui, ſed eo hæc ſunt infinita quod per ſucceſſionem ac partem ſuſcipiuntur & non deficiunt, in quibus infinitum poteſtate eſt, & non actu quare ſtatuatur infinitũ ſubſiſtere per vnam ſui partem & poteſtate eſſe, quãobrem cum ipſe hoc modo infinitum poteſtate & nõ actu & per partem, & non ſimul totum ob id nullum abſurdum habetur neq; cogitatio animi deficit. Nam animus neq; poteſt infinitum totum ſimul intelligere, q̃m ipſum hoc modo intelligendo finitum potius q̃ infinitũ ſtatuere. Sed ita concipit quia dato quocũq; finito ſemper aliquid adiungi poſſe cõiectat quouſq; defeſſus cedat quieſcatq; quare concedemus huic rationi tempus poteſtate in infinitum augeri, ſed non actu & id pro cõtinuo ſumitur eſſe finitum & nequaq̃ infinitum, cæterum ad præſentem textũ reuertamur. At vero rationi conſentaneum eſt, vt id ꝙ adiectione fit non videatur hoc modo infinitum eſſe. Ideſt cõſentaneum eſt, & conſequens ea quæ de infinito diſſeruimus vt infinitum contineatur, continet nanq; totũ & quomodo contineat diximus. Diuidunt igitur magnitudinem & cũ omnis ſectio intra confinia terminoſq; fiat merito nunq̃ deficit, q̃m contentum intra terminos infinitum ſibimet in ſectione prębet proceſſum in infinitum. Sed adijciendo ſemper alicui magnitudini infinitum eſſe non poteſt. Nam adiectio extrinſecus fiat toti & vniuerſo adiungi quippiam nequit quãobrem adiectio cum peruenerit ad molem vniuerſi merito cedet amplitudini & quieſcet. Quod quidem non ſine ratione numeris tribuitur vt verſus minimũ offendat terminum. Eo ꝙ numerus ſm̃ ſui minimum finitur finis autem tendentis ad extremum eſt ipſa vnitas. Verum cum verſus amplum tendit nullum terminum habet, quoniam quocunq; numero accepto maiorem queo accipere. At ipſe magnitudines contrario modo afficiuntur. Nam cum tendunt in amplum, terminantur, ſed cum vergunt verſus minimum, nullum extremum inueniunt. Cuius rei cauſam adducit, quoniam vnum (quocunq; illud ſit) indiuiſibile eſt. Hĩc cur numerus tenens ad minimum finem habeat cauſa eſt quia nihil aliud eſt numerus q̃ multitudo vnitatibus collecta. Cum itaq; diuidẽdus numerus peruenit in aliquod extremum ceu in ipſa vnitatem ſiſtit. Nam ex quo res cõſtituitur in eo quoq; diſſoluitur. Et cum vnitas quatenus inſectilis ſit merito numerus tendens ad minimum non procedit in infinitum. Diuiſio.n. cũ peruenerit ad vnitatem ſtabit. Eadem etiam de cauſa quoties vergit in amplum terminum nõ habet. Nam compoſitio vnitatibus fit. Vnde nihil prohibet vt in infinitum vnitates mutuo viciſſimq; colligantur ſemper duplicãtes eas quæ ſumuntur, merito numerus nõ inuenit terminum in auctione idipſum quoq; accidit propter naturam infiniti quæ ineſt ſectioni magnitudinum in infinitum quandoquidem ob ſectionem magnitudinis in infinitũ augeatur numerus. Nam cum ſectio cõtinui ſemper ab vnitate proficiſcitur ob id numeri extremum eſt ipſa vnitas cum.n. vnum ens cõtinuum ſit ita diuiditur. Sed quomodo aſſerit ens indiuiſibile eſſe ꝙ quidem vnum eſt. Nõne dicimus aĩal vnum genus diuidi in plures ſpecies. Si.n. quatenus genus diuiditur in ſpecies quatenus vnũ ſecabitur in plura. Similis ratio eſt de continuo. Nam cõtinuum vnũ aliquid eſt quatenus continuum. Vnum.n. lignum di-

citur vnuſque lapis tunc vltra continuum qua continuum eſt diuiſibile in infinitum igitur vnum qua vnū in infinitum eſt diuiſibile, diuiſio nanq; cuiuſdam alterius omnino eſt quam vnius quamobrem ſi hæc concederentur iam multa diuiderentur ac non diuiderentur. Reſpondeo itaq; genus vel continuum non modo vnum eſſe, ſed etiam poteſtate plura. Quod enim vtrunque vnum eſt hoc modo indiuiduum eſt, quoniam ſi vnum dabitur diuidi in multa, vnum certe in multa ſimilia ſecabitur ceu genus in genera, & cubitus in multos cubitos. Veruntamen vtrunque eſt poteſtate multa, quoniam genus in ſeipſo complectitur multas ſpecies & continuum multa continua qua ratione diuiditur. At vnitas in numeris vno modo vna eſt & nullo pacto multa eſſe pōt quare prorſus inſectilis eſt. Sed fortaſſis magis tutum eſt quærere ſi vnum qua vnum indiuiſibile ſit.

Numerus autem eſt una plura: quantaue quædam. Quare ad indiuiſibile ſtetur neceſſe eſt.

Ideſt nihil aliud eſt numerus quam vnitas ſæpe repetita & cum dicit. Et quāta quædam ponit idem per geminationem alterationemque dictorum. i. vnitates quædam quantitates ſunt. Si igitur nihil aliud eſt numerus quam vnitates multæ neceſſe eſt illius diuiſione peruenire ad vnitatem, quoniā ex quibus aliquid componitur in his etiam diſſoluitur. Vnitas nanq; indiuiſibilis eſt ceu homo vnus per ſeipſum indiuiſibilis eſt, qui ſi in partes ſecaretur nihil incommodi ſequeretur quoniam ab his vnitatem ſuam non accipit. Si autē ſectio numeri ad indiuiſibile ſteterit itaq; illius erit aliquis terminus cum tendit in extremum.

Duo enim ac tria denominatiua nomina ſunt: & ceterorum quiſq; numerorum ſimili modo.

Quod vero numerus nihil aliud eſſe, videatur q̄ vnitatum collectio compoſitione probat ex nominibus numerorum. Nam ex tribus vnitatibus is numerus, tria, denominatur ſimiliter ex duabus duo, & de alijs dicendum eſt quare numerus ab ipſis vnitatibus alienum alterum ꝑ quippiam non eſt.

Verſus autem plus: ſit ut ſemper intelligatur. Diuiſiones enim magnitudinis duas in partes æquales ſunt infinitæ.

Cum oſtenderit numero aſcribendum eſſe finem cum vergit minimum verſus, impræſentia indicat eidem nullum terminum aſcribi poſſe cum tēdit in amplum. ſ. cum inoleſcit, quoniam quocunq; ſumpto numero facile maiorem intelligere poſſumus. Deinde cauſam breuiter adducit. Vnde numero ineſt actio in infinitum, & inquit eam eſſe magnitudinem ſectionē in infinitum.

Quare potentia quidem eſt: actu non eſt.

Si enim numerus nunquam cum multiplicatur finē terminumq; habet, ſed quocūq; accepto libet maiorē accipere pulchre rectaq; diximus infinitum actu non eſſe, ſed ſola poteſtate quoniam is numerus qui ſemper actu accipitur finitur certuſq; habetur, at auctio numeri finem non habet.

Si ſemper id quod accipitur multitudinem omnem exuperat definitam.

Dixit definitam pro hoc ſumptam quancunq; igitur accepta multitudinem numerus qui ſumendus eſt excedet & non deficiet facultas ſemper maiorem capiundi.

Sed non eſt ſeparabilis hic numerus diuiſionis nec infinito permanet. Sed ſit & quemadmodum tempus & ipſe numerus temporis.

Quoniam ea quæ magnitudinibus accidunt diuiſit contra ea quæ numerus tribuuntur, ob id inquit, quoniam cum numerus nequeat ſeparari. Hæc non ſunt velut diuerſa ab his quæ numerabilia ſunt, ſed cum natura inſeparabilia ſunt cogitatione rationeq; illa ſeparemus. Et non quemadmodum manent membra & partes continui ita etiam cum augetur numerus priores numeri manent. Sed vt tempus quod dum ſit extat ita & temporis numerus ſe habet. Nam in tempore cum aliqua pars nuper ſumitur vetus iam receſſit, eodem etiam modo numerus ſe habet quoniā auctio eius cum ſit non exiſtit, quoniam quamprimum ceperis numerum viginti mox decem obſoleſcit & nihil adeſt quare numeri infinitudo non manet, ſed exiſtit quatenus continuo ſit.

In magnitudinibus autem contrarium eſt. Nam diuiditur quidem in infinita continuum ipſum. Verſus autem maius non eſt infinitum.

Cum numerus aliter afficiatur quam magnitudines, & demonſtrauit quomodo ſe haber numerus & cauſas adhibuit, nunc deſcendit ad explicandū ea quæ magnitudini accidūt quoniam ipſa cum vergit ad minimum terminum nullum obtinet cum vero in maius contendit terminum offendit.

Quantum. n. contingit potentia eſſe: tantum & actu eſſe contingit. Quare cum infinitum nullum ſit ſenſibile corpus non contingit definitæ magnitudinis omnis exuperationem eſſe. Alioquin maius cælo aliquid erit. Ipſum autem infinitum non eſt idem in motu: magnitudine: atque tempore: ut una quædam natura. Sed poſterius dicitur ob prius: ueluti motus quidem dicitur infinitus: quia prius ita dicitur magnitudo: ſuper qua ſit motus: & quæ alteratur: aut accreſcit. Tempus autem propter motum. Atq; nunc quidem utimur hiſce: poſterius autem: & quidnam ſit horum unumquodq; & cur omnis magnitudo diuiſibilis ſit in magnitudines: dicere enitemur.

Cur magnitudines non augeantur in infinitum oñdit. Et inquit ſi poſſent non infinitum augeri, & id q̄d augeretur foret actu infinitum atqui neq; auctum neque augendum in infinitum aliquid eſt, quoniam cælo nihil maius inueniri poteſt, ergo neq; poterit aliq̄d augeri in infinitum. Nam vt ſuperioribus diximus, in his quæ ſiunt & intereunt nō eſt mirum ſi aliquod poteſtate ad actum nō peruenerit. Sed his vniuerſis quæ naturæ ſempiterna prædicta ſunt, opus eſt ad actum peruenire. Si ergo poteſtate infinitum eſſet, oporteret vt omnino actu foret, ſed conſequens verum non eſt igitur neq; antecedens. Sed ambigeret aliquis cur ſi totius naturæ & poſſe diuidi infinitum non eſt actu

ſit infinitum diuiſum, quoniam ſi natura hanc poteſtatem fecit quamobrem illam ad actum peruenire non ſinit. Reſpondeo itaq; nos minime aſſerere in infinita poteſtate diuiſibile eſſe hoc enim neq; poteſtate eſt in ipſis magnitudinibus, ſed ad infinitum. Cuius igitur is actus eſt videlicet non deficere aliquando id quod diuidendum eſt, quare nunq̃ deſinit. Nam id ꝙ ſecatur anteq̃ diuidi cepit poteſtate erat, ſed cum iam diuiditur actu eſt. Quod ſi aliter reſpondemus dicendo eorum qui diuidunt in infinitum, actu neminẽ eſſe quandoquidem nequeamus in infinitũ diuidere, ſed aliqñ ceſſamus. Hoc forte reſponſum non admittitur quoniam. Si nemo ſit qui queat actu diuidere in infinitum hoc prouenit ex noſtra imbecillitate & non ex natura rei. Etenim natura nobis huiuſmodi magnitudines dedit vt nunq̃ ſuapte ratione ſectionẽ ſi[?]marent abolecentq;, ſed ipſa natura tantundem ſecat quantum ſibi pro rei opificio vſuuenit ac expedit praeterea natura inſtituit magnitudines diuiſibiles in infinitum vt haberet ſecundum quoduis pũctum rectam diuidere. Itaq; quod habent magnitudines poteſtate ſiue in diuiſione ſiue in auctione hoc ipſum actu habere poſſunt.

Atqui neq; mathematicorum contemplationem ea ratio aufert quae infinitum hoc pacto e medio tollit ut ad incrementum habeat acto fine tranſitione. Neque enim nunc ipſo indigent infinito: neq; utuntur: ſed tantam ſolum lineam poſtulant quantam uolunt finitam.

Principia Geometri non negamus dicentes nullũ infinitum actu dari poſſe quaſi illi non liceat quantum magnitudines finitae voluerit capere, immo licet, cui ſi dabimus facultatem ſumendi quantum magnitudinis voluerãt ac quaeſiuerit infinitum actu reſpuet neq; id amplius ei opus erit.

Atq; quantamuis aliam magnitudinem eadem diuidere ratione qua diuiſa eſt magnitudo maxima licet.

Pulche hic Alexan. inquit quoniam cum Ariſtot. oſtendit quo infinito ad conficiendas demonſtrationes ſuas geometrae non egent quoniam extẽſione infinitum illis opus non eſt. Nunc explicat quo vtuntur qualeq; illis vſuuenire debeat quoniam infinito ſecũdum diuiſionem vtuntur. Inquit nam quantamuis aliã magnitudinem eadem ratione diuidere queunt qua maxima magnitudo diuidi poteſt.

Quare ad oſtendendum quidem illo pacto nihil referret prorſus: eſſe autem ipſum: in his eſt magnitudinibus quae in rerum ſunt ratione.

Conſtat inquit ex dictis, vt apud geometras nihil referat cum efficiunt demonſtrationes ſiue ſit infinitum ſiue non eo modo ſit dico ſcilicet ſiue extenſione infinitum ſit ſiue non verum prorſus in nullo alio conſtitui poteſt infinitum quam in his magnitudinibus quę actu ſunt. Haec autem finitę ſunt. Sed ꝙ in his infinitum quo ad ſectionem conſtitutum ſit hactenus conſtat.

Cum uero cauſe in quatuor ſint diſtinctae: patet infinitum ut materiam cauſam eſſe: & eſſe quidem ipſius priuationem eſſe: per ſe autem ſubiectum continuum ipſum atque ſenſibile eſſe. Ceteri etiam omnes ipſo infinito ut materia uti uidentur. Quapropter & abſurdum eſt ſane ipſum id eſſe: quod continet: & non id quod continetur aſſerere.

His quaerit in quo genere cauſae infinitum collocetur & inquit ipſum reponẽdum eſſe in genere cãrum materialium. Nam a principio libri diximus ꝙ ſi infinitum dabitur oportebit illud eſſe principium & non proficiſcens ex principio. Et quoniã illius eſſentia conſiſtit in priuatione per ſe autem ſubiectum continuum eſt & ſenſibile. Hic oſtendit infinitum eſſe materiam quod quidem dupliciter oſtendit ex natura ipſius infiniti & teſtimonio antiquorum. Nam materia ſuapte ratione conſiſtit in priuatione neq; propriam habet formam & infinitum conſiſtit in priuatione ſiquidem finis ac termini cauſa forma ſit quare materia erit infinitum vel econtra. Verum & ſi in priuatione infinitũ conſiſtit & circa materiã verſetur attamen per ſe neq; ſubſiſtit neq; diuiſioni in infinitum ſubijcitur, ſed ſenſibile corpus eſt ꝙ per ſe ſubſiſtit, ac ſubiectũ ſectionis in infinitum eſſe videtur quoniam oportet actu eſſe id quod ſecandum eſt aliquo modo igitur fatemur fieri ſectionem magnitudinum infinitum, per materiã quoniam cum compoſitum corpus in infinitũ diuidi poteſt & ſectio nequit fieri merito formae, quoniam illud ꝙ diuiditur ſemper eſſet eiuſdem generis. Neceſſe eſt ergo vt fiat diuiſio ſecũdum materiam. Verum ſecundum materiam informatam quae actu aliquid eſt, Idem quoq; ſentiunt verges quicunq; infinitum eſſe ſtatuerunt. Ex quo enim omnia fiunt in eodem etiam diſſoluitur. Sed infinitum alij aerem, alij aquam, alij aliquid aliud aſſerere contenderunt.

At enim reſtat eas ſoluere rationes quibus infinitum non ſolum potentia: ſed ut definitum etiam eſſe uidetur. Partim enim non ſunt neceſſariae: partim ueras quaſdam obiectiones alias habent. Nõ enim ut generatio non deficiat: corpus eſſe ſenſibile infinitum actu neceſſe eſt. Poteſt.n. alterius corruptio: generatio alterius eſſe: ſi infinitum eſt uniuerſum.

Inquit caeterum hic oportet conſiderare dubitationes quibus videbatur infinitum non modo poteſtate eſſe neq; infinitis rebus duntaxat collocari, ſed etiam actu & quoddam definitum & certum eſſe videbatur. Partim quidam quia non ſunt neceſſario partim quia quaſdam alias veras obiectiones habent. Eas dubitationes inquit quibus videbatur infinitum eſſe, quoniam earũ aliae aliquid neceſſarij non concludunt ad demonſtrandum infinitum eſſe, aliae autem quandam veritatem tenẽt, quae his minime aduerſatur quae nos definitio diſſeruimus. Neque enim vt generatio non deficiat quoniam non neceſſe eſt infinitum introduci vt ſempiternus ſit rerum ortus, quoniã & ſi vniuerſum finitum foret generatio nihil minus ſempiterna haberetur, quãdoquidem alterius ortus ſit alterius interitus idq; viciſſim fiat.

Praeterea tangere atque finitum eſſe: diuerſa ſunt. Nam illud quidem ad aliquid eſt: omne enim quod tangit aliquid tangit: atque accidit alicubi finitorum. Finitum autem nõ eſt ad aliquid: neque fit ut quoduis ſine ullo diſcrimine quoduis tangat.

Item ratio quae dicit finitum aliquo ſemper claudi oportere cum falſa ſit nihil neceſſarij hẽt. Nam ſi finitum ad aliquid terminaretur, idem eſſent tangere & finem habere. At impraeſentia aliquod finitum habetur ꝙ tamen nihil tangit, tale eſt ipſa ſphęra ſtellarum

PHYSICÆ AVSCVLTATIONIS LIBRI QVARTI ANNOTATIONES IOANNIS GRAMMATICI.

INTERPRETE GVILELMO DOROTHEO VENETO THEOLOGO.

VT autem de infinito ſic de loco neceſſe eſt naturalem ſi ſit: nec ne. Et ſi ſit quonam ſit modo: quidque etiam ſit cognoſcere.

HVIVS libri inſtitutum eſt de loco tempore & vacuo diſſerrre. Et imprimis de loco diſſeritur, quo in loco vtitur ea etiam via quærendi qua cæteris in rebus vti ſolet. Nã prius indicat quæſtionem de loco ad naturalem neceſſario attinere, vt etiam fecit de ipſo infinito, & fere vbiq; facit. Quod itaq; ad naturalẽ de loco diſſerere neceſſario ſpectet vetere multorũ opinione probat. Nam (inquit) omnia quæ ſunt cuncti veteres in loco conſtitui opinãtur quod quidem probant argumento eorum quæ minime extant. Aiunt.n. ſi non ens nuſq̃ collocatur ens igitur alicubi eſt, perinde ac nihil eſſe queat quod in loco non ſit, qui ſane (vt ex dictis ſępe conſtat) praue cõuerſione vtebantur, ſiquidem deſtruendo antecedens conuerſionem per cõtrapoſitionem fecere, cum opus eſſet vt deſtructione conſequentis conuerſionẽ ipſam hunc in modum haberẽt ſi non ens nuſq̃ eſt igitur alicubi erit ens, quæ ratio vera eſſet. Opponuntur nãq; alicubi & nuſq̃ ac nullũ ens & aliquod ens. Sed quãq̃ illi oberrent cum omnia quæ ſunt ſimpliciter in loco eſſe putent attamen naturalia corpora, de quibus naturalis agit, perſpicuo in loco ſunt. Nam cuiq; elementorum igni terræ & reliquis naturalis locus definitur, ac certus eſt, quamobrem ſermo de loco naturali neceſſarius eſt. Præterea ſi ad naturalem attinet de motu diſputare ac tractare propterea quod etiam ipſius munus eſt de natura agere. Et natura principiũ motus & quietis eſſe traditur, ac princeps & præſtantiſſimus omnium motuum eſt motus localis q̃m oſtẽditur in octauo huius operis volumine nullum aliorũ ſine hoc eſſe poſſe, at ipſum cæteris ſublatis adeſſe, ſiquidem cœleſtia hoc ſolo motu moueãtur. Neceſſe igitur eſt naturalem etiam noſcere locũ, quo primus omnium motus fit. Nam ſi naturalis intentio eſt corpora naturalia explorare percipere, & vnumquodq; ſimplicium corporum quodam peculiare motu locali mouetur, ac ſane fieri nequit, vt naturam corporum ſimplicium cognoſcamus ſi motus eorum naturales ignorauerimus, ac inſuper nequimus eorum naturales motus dignoſcere niſi vniuſcuiuſq; locum naturalem ad quẽ motus tendit perceperimus, quapropter ſi locum ignorabimus motum quoq; ſimplicium corporum naturalem neſciemus, quo pręterea ignorato & ipſa ſimplicium corporum natura ignorabitur, ſed ſimplicibus ignoratis ea etiam quæ his conſtant non percipiũtur, quare loci ignoratione ſimul tollitur abo-

Idem ſimplic. & Themiſtius

Hæc fere ſimplic. ſed breuius dicit.

leturq; naturalium rerum cognitio. Quod quidẽ igitur ad naturalem ſpectet neceſſario de loco diſſerere hinc manifeſtũ eſt. Verum (vt inquit) difficilis & ambiguus eſt ſermo de loco, primum quidem, quoniam ſi ad ea quæ loco inſunt, inſpexerimus locus ex eadem omnium natura videtur non eſſe. Nam quoties ipſi volumus de rebus enunciatione ac definitiones afferre ex his profecto quę ipſis ſecundum naturam inſunt eas facere colligereq; ſolemus, ceu de hoĩe dicimus illum nanq; aĩal rationale & mortale eſſe & idẽ de cęteris dicimus de loco itaq; ex his quæ eidẽ per ſe inſunt nobis accidit diuerſa opinari. Ceu cũ loco inſit circũſcribere & definire ea q̃ in ipſo collocantur, quẽadmodum dolio vaſeq; vinũ continetur, locus exiſtimabitur eſſe forma quoniam formæ eſt terminare ac definire ea, quibus adnaſcitur & aduenit. Rurſus cum loco hoc inſit.ſ. diuerſa corpora viciſſim recipere. Vno & eodem permanente ceu in dolio vaſeq; cerni libet q̃m idem cum ſit, vini aquę & aliorũ fere infinitorum capax eſt, locus erit materia & nõ forma, ſiquidẽ materia vna & eadẽ permanens aliã atq; aliã formã recipiat. Exempli gratia æs aliq̃n hoĩs aliq̃n equi ſimulachrum recipit. His itaq; ambiguus eſt ſermo de loco. Pręterea (vt inqt) nihil ſubſidij a veteribus habemus quippe qui ab illis neq; prius recte diſcuſſum neq; inuentũ de loco aliquid habemus nemo.n. illorum ſatis affatimq; de illo dubitauit vt prope nos q̃ſitũ accederemus. Nã reuera initium optime inueſtigãdi dubitatio eſt in qua neq; aliqs veterũ de loco quippiã cum aliqua conſolatione & authoritate enunciauit, ſed quicunq; de illo diſſerunt quantũ dicendo diſſerẽdoq; aſſeq potuerũt id oẽ extra rei authoritatẽ & admirationẽ dixiſſe par eſt vt credamus, verũ. Nõnulli locũ vacuũ eſſe putauere, vt imitatores Democ. Leucippi, & Metrodori. Nonnulli aũt interuallũ quodã ipſum ſtatuerũt ij pfecto oẽs tm̃ loci explicauere, vt locus dũtaxat vacuũ, vel interſtitiũ quoddã h̃retur. Cum igr̃ hæc Ariſt. dixit aggreditur ipſam de loco conſiderationẽ. Et primum oñdit locũ eſſe deinde in cõtrarium arguit probãdo eundẽ non eſſe, vt adductis ad vtrãq; controuerſiæ partẽ argumẽtis cognoſcere valeamus quæ ſint argumenta de loco potiora quæ vero minime & quo nã pacto nobis exiſtimandũ ſentiendumq; ſit de ipſo & q̃uo non. Imprimis ergo quinq; quibuſdam argumentis oñdit locũ eſſe & primũ adducitur ex ipſa ſucceſſione corporũ in eodem loco. Et inquit cui.n. aqua inerat, cedẽte aqua identidẽ aer ingreditur & denuo cedẽte aere in eodẽ loco aliqd aliud corpus ſeſe recipit, vt & in ipſis dolijs vaſibuſq; euenire ſolet. Cum igitur id hoc modo ſe habet, hæc ſyllõ hunc in modũ concluduntur. Locus vnus & idem manens diuerſorũ corporum atq; alterius & alterius capax eſt. Sed q̃d idem ac vnũ manẽs atq; alterius & alterius capax eſt id extat atq; diuerſum ab eo quod recipit eſſe vr̃. Nam quod nihil eſt aliquid recipere non poteſt, itaq; locum eſſe hoc primo ſyllõ indicat. Ex ſecundo aũt non modo demõſtrat ipſum eſſe, ſed etiam oñdit quaſdã naturales vires ac dr̃ias ipſum habere, ſit itaq; argm̃ ex ipſis corporum naturaliũ inclinationibus fluxibus ſuæ. Et inquit, vnũquodq; corpus naturale in aliquẽ certũ ac definitũ locum citra impedimẽtũ ſua pte natura fertur, vt leuia ſurſum & grauia deorſum q̃n aũt leuia deorſum tenderẽt, vel grauia ſurſum præter

Vide ſimp. qui dubitat an ſpectet ad phyſicũ de loco agere cũ ſit immobilis, ſoluit quia eſt terminus ſaltim corporis mobilis, ac mouet motu corpore cuius eſt termin⁹. Eadem introductio eſt ſimplicij.

Vide ſimp. quẽ citat Eudemũ dicentem aliã cãm difficultatis de loco.

naturam ac vi ducerentur, ſi ergo aliqua ipſa natura ſurſum feruntur & quædam deorſum, itaq; hæc loci diſcrimina ſupernum & imum natura exiſtunt. Hæc nanq; ſurſum, deorſum, dextrum ſiniſtrum ante & retro ſunt loci diſcrimina differentiæq;, quare non modo locus aliquid eſt, ſed etiã differentias naturales habet, quibus quoq; nõ modo potitur, ſed etiam quiſq; locus vim naturalem quãdam ſibi inditam habet. Nã ſi vnumquodq; naturalem locum appetit perſpicuũ eſt, vt id quod appetitur & deſideratur ſit vnicuiq; locus naturalis. Appetitur quatenus vim aliquam naturalem poſſidet, quo pacto ſane expetendus eſt, ſiquidem illius etiam ſit deſiderium. Atqui ſi quiſpiã obijceret dicendo leuia non appetere ſupernum locũ neq; grauia imum, ſed cupiunt vniuerſitatẽ occupare proinde ſcias quod ſi hoc dabitur grauia nõ ſolum oportebit motu recto ferri moueriq;, ſed etiam quolibet alio motu ac itinere duci ad vniuerſitatem. Nam fieri poteſt vt ſit quædam ingẽs terræ moles ad aquã & ſi non ita adamuſſim grauia mouerentur recto motu itinereq;, tamen extra vniuerſitatem non laberetur excideretq;. Sed cum impræſentia inclinatio ad centrum tendat, ob id motus duntaxat in rectum fit, porro & ſi lapis in magnam foueam prolaberetur quanuis oblique ferratur in vniuerſitatem cum vndiq; terra contineat, tamen recto itinere mearet ac duntaxat motũ rectum efficeret. Itẽ ſi ex eminentibus, vel obliquis partibus foueæ rũperetur diuelleretur q; aliqua pars, hęc ſimiliter duceretur moueretur q;, hoc modo etiam cęteris omnibus grauibus fluxus inclinatioq; ineſt, vt ad centrum moueantur & non ſimpliciter ad vniuerſitatem, quæ quanq; ad vniuerſitatem mouerẽtur, attamen in ipſam ducũtur vt proprium locum naturalem accipere & conſequi queant. Eadem etiam ſentimus de leuibus qm̃ & his ꝓprius locus naturalis eſt. ſ. concaua ſuperficies ſphæræ lineæ ad quam ſurſus recto motu cõtendunt videlicet motus leuibus ineſt, vt qui æquis angulis & perpẽdiculo quodam fit. Habemus igitur ex ſecundo argumẽto locum aliquid eſſe, & ipſum habere naturales vires & differentias. Sunt autem differentiæ loci ſex quas inquit non modo noſtra inſtitutione & noſtra pro arbitrio conuerſione eſſe haberiq; quoniam quoad nos huiuſmodi differẽtię ſola poſitione ſunt. Vnde id quod modo eſt dextrum poteſt etiam eſſe ſiniſtrum, & idem quod eſt ante poteſt eſſe poſt retro ſi aliquis aliter quam prius ſeſe cõuerterit, itẽ ſurſum & deorſum quoad nos poſitiones ſe habent, & idem poteſt eſſe ſurſum & deorſum ceu
Idem Them. ſiquis ſupra tectum fuerit is nanq; habebit tectum deorſum qui ſi poſtea deſcenderit, tectũ erit ſurſum, vnde id quod erat deorſum ſurſum eſt. ſ. quod erat infimum factum eſt ſupernum, ſed quãuis poſitione hæc quoad nos ſe habeãt, attamen in ipſo vniuerſo ſunt ipſa natura ſecundum motus corporum naturalium diſtinctæ & definitæ. Deorſum imumq; locum appellamus illum ad quem ſuapte natura grauia tendunt. Surſum autem & ſupernum locum cum dicimus ad quẽ migrant & petunt leuia. Demonſtrat autem in lib. de cœlo dextrum & ſiniſtrum in vniuerſo ſuapte natura eſſe. Dextrum appellans vnde motus capit initium vt oriens quoniam & in nobis id dextrum eſt vnde motus fit, ſiniſtra vero leuaq; pars eſt illa quæ hinc appoſita eſt. Eadẽ quoq; proportione ante ibi erit vbi ſtat boreas. Retro autem vbi nothus, vel auſter ſpirat, ſi autem aliquis hæc nõ inficiabitur negabitq;, certe ſurſum & deorſum ſecũdum naturam eſſe neceſſario dabit. Hæc autem ſunt loci differentiæ, quare locus eſt, ac naturales differentias habet. Tertium argumẽtum fit ex mathematicis magnitudinibus & inquit. Quod locus natura ſit ipſe mathematice magnitudines hoc maxime indicãt, propterea quod & ipſe aliquam poſitionem & ſitum habent & alicubi ponũtur. Nam dicimus huius trianguli hanc baſim, & hãc verticem eſſe. Item hoc latus dextrum, eſſe hoc vero ad leuã poſitum. Verum harum magnitudinum loca ſunt quidã habitus reſpõſaq;, & pro arbitrio animi noſtri ita eas magnitudines collocamus. Vnde ſi vertero triangulum aliam eius verticem atq; aliam baſim ipſe efficiam ſimiliter ſi laterum poſitionem mutauero, quod quidem merito fit, quoniam non per ſe ſubſiſtunt, ſed in ſola animi noſtri intelligentia ſunt, quemadmodum igitur ſunt conſiſtuntq; in ſola animi conceptione, & non ſecundum naturam ita etiam loca obtinent, ſi ergo hæc ſunt quoad noſtri animi intelligẽtiam & loca habebunt quoad noſtram intelligentiam. ſ. eo modo loca magnitudinem habebunt quo nos intelligimus illas habere atq; eſſe. Si ergo aliqua ſimilium magnitudinum natura ſubſiſtit & natura habebit põnem partium & loca. Hæc igitur ſunt argumẽta neceſſaria & re ipſa adducta. Sũt præterea alia duo opinabilia quæ veterum teſtimonio adducuntur. Quartum igitur argumentum fit teſtimonio illorum qui vacuum introducunt atq; eſſe affirmãt. Et inquit ſi ergo vacuum aliquid eſt, & vacuum nihil aliud eſt (vt ipſi affirmant) quam locus corpore priuatus, ergo perſpicuũ eſt locum interea quæ ſunt, connumerari. Quintum argumentum, quoniam Heſiodus nõ ſolum locum eſſe, ſed etiam natura cæteris alĳs rebus pręfuiſſe inquit. Nam Heſiodus tulit omnium rerum primũ chaos extitiſſe, deinde poſt hoc quod latiſſima tellus facta fuit, qui ꝓfecto videtur eſſe eorum numero, qui putant res omnes alicubi eſſe. Ob id igitur inquit ante omnia extitiſſe comparuiſſeq; locum vt prius haberetur receptaculum omnium rerum, quod quia recepturus omnia ac in habitaculum omnium habendum erat, chaos appellauit. Quare inquit ſi hæc omnia ita ſe habent non ſolum natura loci eſſe videbitur, ſed ẽt erit admiratione ſpectatuq; digniſſima ac rerum oĩum prima quippe quæ cæteris rebus ſublatis non tollitur, ſed ipſa dẽptaq; abolitaq; continuo cuncta peribunt. Nã ſi omnĩa in loco ſunt, & locus non eſt, neq; profecto aliqd aliud erit. Si ergo locus nõ erit, corpora peribũt atq; non erunt, at nihil prohibet non exiſtentibus corporibus locum manere. Et ſiquis negabit locum tempore alias res præcedere, ſaltim ipſa natura illum præfuiſſe pręceſſiſſeq; oportet. Sic de loco ad naturalẽ. Vt. n. de infinito quæſiuit & ad vtranq; diſputationis partẽ argumenta poſuit ita facit de loco. Vnde oſtendit deinde quo nam pacto locus ſit quoue non ſit, atq; quid ipſe ſit. Et ſi aliquomodo eſt quęret an per ſe ſubſiſtat, vt viſum eſt illis qui vacuum locum, vel intercapedinem quandam eſſe dixerũt, an potius ipſe in alio ſit, vt Ariſt. videtur, quoniam non eſt quædam ſubſtantia ſeparata neq; per ſe ſubſiſtit. Sed cum dicit, quidq; etiã ſit. i. nũquid locus vacuum ſit, vel interuallum aut terminus continentis.

Alexander ſi putat hoc eſſe tertium argumentũ in quẽ inuehitur Simplic. qui hãc partem ſecũdi argumenti.

Duo vltima eſſe adducta ex opinione etiã Simp. ſentit.

Simpli. prooemio. 4. vult locum præcedere corpus motum et tempus natura cũ eiuſ pare.

Simpl. dubitat cur propoſuit, quæſtionẽq; quo ſit qõm gd ſit, ſoluit quia ex his quæ inſunt inquirere deſinit quem ſolum.

Nam omnes ea quæ ſunt alicubi eſſe opinantur: quia id quod non eſt nuſquam eſt. Vbi nam eſt hippocentaurus: aut chimera. Communis quoq; maxime atq; proprijſsimus motus quem lationem appellamus loco tribuitur. Complures autem dubitationes habet quid nam ſit ipſe locus. Non enim idem eſſe ex his omnibus quæ illi inſunt contemplantibus nobis uidetur præterea nihil ab alijs aut dubitatum aut inuentum de ipſo habemus.

Simp. notat illud alicubi ſignificare poſitionem in loco & ordinis diſtinctionem idem Simpli. ſed Ioan. tacet. 2. argũ ex motu ad locum ꝙ Simpli. ponit. Q̃ ſo non valet argũ deſtructione antecedentis pro priorum. Miſtum.

Quod neceſſarius ſit ſermo de loco ita cõmuni omnium opinione, oſtendit quoniam illi dicebat, quod ſi aliquid eſt, prorſus idem in loco eſſe oportet. Quare qui vult ea quæ ſunt cognoſcere, oportet eos etiam locum cognoſcere ſine quo illa eſſe nequeunt, & hoc veteres probant. ſ. omne quod eſt alicubi eſſe praue conuerſione per contrapoſitionẽ vtentes. Nam aſſumũt id quod non eſt nuſq̃ eſſe qui & ſi vera aſſumunt praue tamen conuerſionem antecedentis faciunt, dicentes ergo ens alicubi eſt.

Quod quidem locus ſit ex uiciſsitudinaria corporũ trãſlatione conſtat. Nam ubi nunc eſt aqua, hic rurſus eſt aer, hinc illa egreſſa tanquam eſt uaſe. Nonnunquam etiam eundem hunc locum aliud corpus occupat: qui quidẽ ab his omnibus quæ inſunt & mutantur diuerſus etiam eſſe uidetur.

Concluſio. *Nam in quo nunc aer eſt in hoc prius erat aqua. Quare cõſtat locum & receptaculum ipſum: aliquid eſſe ac diuerſum ab utriſq;: quæ ex illo egreſſa ſunt & illum occuparunt.*

Hic primum argumentum adducit quo probat locum eſſe, & primo minorem ſyllogiſmi propoſitionẽ ponit. ſ. vt locus vnus & idem manens alterius atq; alterius corporis ſit capax. Nam vbi nunc eſt aqua hic rurſus eſt aer, hinc illa egreſſa tanq̃ ex vaſe. Hic etiã locus ab his omnibus, quæ inſunt & mutantur diuerſus eſſe videtur, quibus dictis, deinde maiorem propoſitionem tu adiũge quæ talis eſt. Id quod vnum & idem exiſtẽs alterius atq; alterius corporis eſt capax, id nẽpe tale eſt atq; ab his quę recipit, diuerſum quare conſtat locum eſſe aliquid ac receptaculum ab vtriſq; quæ recipit diuerſum. Hæc eſt ſylli conluſio. — Textus

Præterea corporum naturalium atq; ſimpliciũ ut ignis terræ ac talium lationes non ſolum aliquid eſſe locum: ſed etiam quandam uim naturalem habere indicant. Fertur. n. unumquodq; ad ſuum locum: aliud ſurſum aliudq; deorſum niſi impediatur.

Hoc eſt ſecundum argumentum quod fit ex fluxibus inclinationibuſq; corporum & merito rationem exercet in corporibus ſimplicibus. Nam compoſita ſecundum id ſimplex quod dominatur & ſuperat naturalem motum habent.

Hæc autem ſunt loci partes: & ſpecies ſupra ac infra cæteræq; quatuor differentiæ. Sunt nanq; hæc dextrum atque ſiniſtrum ſurſum & deorſum non ſolum noſtra ex parte: quoniam nobis non ſemper idem eſt: ſed ſit poſitione: ut uertimur. Quocirca ſæpe idem dextrum & ſiniſtrum eſt: & ſurſum deorſumq;: ac ante & retro. Atqui in natura ſeorſum unumquodq; definitum ac certum eſt.

Vt indifferentibus his loci diſcriminibus vtitur ſiue hæc loci partes fuerint ſiue ſpecies vniuerſali loci. Id profecto nihil cõfert ad pręſentem diſputationem. Nam quærimus nunc an locus prorſus ſit, vel ne. Verum hæc diſcrimina loci partes appellarent ij, qui locum intercapedinem quandam, vel inane vacuumq; eſſe affirmant. Species autẽ, qui illum continentis terminum nuncupant ac definiunt.

Non. n. quiduis eſt ipſum ſupra: ſed quo tendit ignis & leue. Similiter & infra non eſt quoduis: ſed quo pondere conſtituta ac terrea pergunt.

Quod in rebus naturalibus hæc diſcrimina loci ſurſum & deorſum non poſitione noſtraq; ex parte ſint, ſed natura ipſa definita hinc conſtat. Nam ſi eſſet aliqua domus quæ intermedium tectum haberet, qua poſitione ſurſum & deorſum eſſent, ſi ignis ex imo permitteretur, & bolus ex ſuperno loco, certe non manerẽt in medio, ſed alter ſurſum meabit, alter vero deorſum ſeſe recipiet, qui ſi vi non impediantur nec prohibeantur, ſed iam tranſitus locum acceperint.

Quibus patet hæc non ſolum poſitione: ſed ui quoque differre.

Si. n. plurimum inter ſe differunt ij loci. Vterq;. n. eſt capax, certe patet vt nõ modo poſitione & noſtra ex parte, ſed etiam vi potentiaq; inter ſe differant. Nã vterq; locus expetitur, ſupernum nanq; leuia appetũt grauia vero imum ac deorſum.

Indicant idipſum & mathematica. Nam & ſi in loco nõ ſunt: noſtra tamen poſitione: noſtroq; arbitrio dextrum leuamq; habent: unumquodq; nihil harum habẽs natura: quare ſolum earum poſitio intelligitur.

Tertium argumentum. Si hæc enim non ſunt in loco quia non ſubſiſtunt per ſe, tamen quia ſubſiſtũt quo ad noſtram animi conceptionem mox videntur habere poſitionem ſitum atq; locum ſimilem reſpondẽtemq; ſuæ exiſtentiæ, dico ſcilicet locum ſecundũ noſtram intelligentiam, quod ſi hæc locum habent multo equidẽ magis naturales magnitudines, & quę ſubſiſtunt exiſtuntq; naturalem locum habebunt ſubſiſtentem & non noſtra poſitione, ſed ſecundum naturam. Nam vt ſe habet id quod eſt in loco, ita & locum ſe habere neceſſe eſt, ſi ergo id quod locum occupat ſecundum noſtram intelligentiam eſt, certe & locus eius erit ſecundum intelligentiam, quo fit, vt ſi noſtra ex parte poſitioneq; id quod eſt in loco habetur, talis etiam erit locus eius. Itaq; ſi ea quæ ſunt alicubi natura conſtant & ſunt, locus quoq; earum natura erit. — Idẽ Alexãder Aphrodi.

Præterea qui uacuum eſſe dicunt: locum aſſerunt eſſe. Vacuum. n. locus erit ſane corpore priuatus. Quod quidem locus aliquid ſit præter corpora ipſa & omne corpus ſenſibile in loco ſit: his profecto quiſpiam opinabitur.

Hoc eſt quartum argumẽtum quod opinione veterum ſit, & non neceſſarium, quemadmodum etiam eſt argumentum quintum.

Heſiodus etiam recte dicere uidetur: qui facit ante omnia chaos. Nam omnium rerum primum chaos extitiſſe inquit poſt hoc latiſsima tellus extitit: tanquam hiſce gignendis rebus primo receptaculum fuiſſe oporteret: quia putabat (ut multi) cuncta alicubi eſſe & in loco.

Hoc eſt quintũ argũ teſtimonio. Heſiodi acceptũ. — Quid voluit dicere Heſiod. vide Simp.

Quod ſi ita ſit admiratione digna uidebitur eſſe loci uis & poteſtas atq; omnibus prior. Nam id ſine quo alio nihil eſt, & illud ſine alij eſſe poteſt id certe primum eſſe oportet. Locus enim non perit, & ſi ea quæ in ipſa ſunt corrumpantur.

Si talis eſt locus vt Heſiodus & alij ſentiunt, admiratione digna erit ipſius loci natura. Et non modo numerabitur inter ea quæ ſunt, ſed etiã erit ante omnia. Nam ſi abſq; illo nihil aliorum eſſe poteſt, & ipſe ante omnia extitit, conſtat ſane ipſum eſſe natura & tpe cæteris priorem. Nam eo ſublato cætera intereũt, & non econtra omnibus alijs ademptis ipſe tollitur.

Pro hoc vide ſimplicium.

Verum ſi locus ſit aliquid: dubitatio mox fit quid nã ſit an moles corporis quedam: an alia quædam natura. Eſt.n. genus ipſum primo querendum.

Cum oſtendiſſet quinq; argumentis locũ eſſe, proficiſcitur deinde ad demonſtrandum quid ſit. Hoc.n. eſt problema ſecundum. Sed cum quęrit quid nam ſit, deduci ſermonem ad oſtendendum prorſus locũ non eſſe vt demonſtrat (ſicut dixit) difficilem eſſe ſermonẽ de loco, quod etiam facit quia argumenta ad vtranq; controuerſiæ partem adducta ſuapte natura mentem exercere excitareq; ac rerum cognitionem exploratam nobis afferre ſolent, quod quidem fit non modo cum problema ipſum per ſe probatum fuerit, ſed etiã cum & rationes tractantur quæ nituntur ipſum tollere. Pluribus igitur argumentis nititur tẽtatq; opinionem de loco an ſit agitare. Quocirca non opus eſt petere adducereq; rationes, quæ fiunt ad vtranq; partẽ, neceſſarium concludentes. Hoc.n. fieri nequit, ſed in ipſis ſolum expetende poſtulandaq; eſt aliqua perſuaſio & nullo pacto neceſſarij probatio atq; concluſio. Quamobrem admirandum non erit, ſi nonnulla argumenta perſuadebunt. Tũc autem rõnes ad vtranq; partem poterunt habere neceſſariũ, quando accipient ea quæ non inſunt rei perinde ac inexiſterent hoc modo illa ſyllogiſmo concludentes. Incipit ergo vt dicebam differere ex quæſtione quid ſit locus. Cum igitur huius quod quid eſt cognitio per diffinitiones nobis adueniat, & diffinitiones generibus differentijſq; conſtituantur, idcirco inquit prius oportere loci genus inquirere. Neceſſe eſt igitur locum, vel corpus eſſe, vel quidpiam incorporeum. Prius igitur oſtendit ipſum non eſſe incorporeum, quia oſtendit ipſum neceſſario corpus eſſe. Si.n. corpus qua corpus eſt locũ occupat, cõſtat ſane illud ſecundum omnem ſui dimenſionem in loco eſſe, quoniam ſi corpus ſecundum ſolam longitudinem eſſe in loco profecto qua corpus non eſſet in loco, ſed quatenus habet ipſam longitudinem, vel latitudinem. Si ergo corpus qua corpus locum occuppat ſecundum tres dimenſiones profecto in loco erit, quare & locus corporis capax erit trifariam dimenſus alioqui ſi non erit trifariam trinaq; dimenſione conſtitutus, ſed velut vna aut duabus dimẽſionibus conſtans non continebit tres corporis dimenſiones. Neceſſe eſt igitur locum corporis trina dimenſione conſtare. Sed omne illud quod eſt trina dimenſione dimenſum eſt corpus. Nã hæc eſt definitio corporis vt ſit trifariam dimenſum atq; diuiſibile, igitur & locus erit corpus. Et ſyllogiſmus fit in quarto modo primæ figuræ hoc modo locus eſt dimenſus trina dimenſione. Et omne quod trina conſtat dimenſione eſt corpus ergo locus eſt corpus. Hoc modo itaque oſtendens locum neceſſario corpus eſſe deſtruit ipm incorporeum eſſe, ac per idem fere medium oſtendit ipſum nõ eſſe corpus. Nam ſi locus eſſet corpus, duo corpora in eodem loco erunt, ſed impoſſibile eſt duo corpora in eodem eſſe ergo locus nõ poteſt eſſe corpus. Hic autem ſyllogiſmus hippoteticus in ſecundo modo ſyllogiſmorum hippoteticorum eſt, qui deſtructione conſequentis deſtruit antecedens. Sed dices vnde nam admittitur deductionem veram eſſe dico. ſ. ſi locus eſſet corpus duo corpora in eodem eſſent. Hoc igitur probat ſyllogiſmo cathegorico hunc in modũ omne corpus in loco, omnis locus eſt corpus, igitur omne corpus in corpore eſt, ſi ergo corpus in corpore eſt, duo igitur corpora in eodem loco erũt. Quod vero nequeant duo corpora in eodem loco eſſe, hinc intelliges. Nam ſi poſſet corpus per corpus recipi, vt duo corpora in eodem eſſent, fieri poterit vt corpus maximum in paruiſſimo recipiatur. Et vt ipſe Ariſt. inquit pelagus in ciatho reciperetur & cœlum in grano milij. Poteſt.n. maximum corpus inæquales partes minimo ſecari, vt pelagus in totidẽ menſuras ciathi, vt his tota moles pelagi atq; ambitus expleatur, ſi ergo poſſunt duo corpora ęqualis amplitudinis in eodem eſſe, cur igitur tria quatuorq; ac infinita in eodẽ eſſe non poterunt? Quæ.n. eſſet maior aſſignatio, vt de duobus id ſentiatur q̃ de infinitis. Quod ſi hoc admittitur pelagus in ciatho recipi poterit & cœlum in grano ipſius milij. Omne.n. finitum quãtiſcunq; ſublatis demptiſq; æqualibus finitis conſumitur. Quare ſi hoc fieri nequit igitur neq; duo corpora in eodem eſſe poterunt. Deinde ſi poteſt corpus per corpus recipi oportebit ſi aqua vnius ſextarij injiceretur immittereturq; in vino tantæ quantitatis quantam continent duo ſextarij, vt totum ipſum vinum aqua cõmixtum non excedat quantitatem quam continebant duo ſextarij quamobrem eandem mẽſuram totum ipſum habebit ſicut duo ſextarij vini habent. Nam ſi nõ ſolum qualitates mutuo ſeſe recipiunt, ſed etiam ipſa corpora ceu aqua, quę per totam vini ſoliditatem recipitur, non oportebit igitur id quod ex duobus illis emergit maiorem locum occupare. Vel ſi prorſus aqua recepta per totum vinum quod continent duo ſextarij totum maius ampliuſq; efficiet oportebit id quod ex cõmiſtione vini & aquæ fit, ſextariorum quatuor menſura cõſtare, ſiquidem aqua vnius ſextarij per totum vinum, quod duobus ſextarijs continetur, diffunditur ac recipitur. Rurſus vel econtra ſi vnus ſextarij aquæ immitteretur vinum quod continerẽt æque duo ſextarij. Cum duo ſextarij recipiãtur per vnum id quod ex vtriſq; emergit vnius ſextarij menſura conſtabit, quamobrem. Si hæc fieri nequeunt neq; duo corpora poterunt vnum & eundem locum occupare quoniam corpus penetrare corpus ac recipi per illud nõ poteſt, ergo locus nõ poteſt eſſe corpus. Sed neq; eſt quippiam incorporeum, vt demonſtrauimus, vel igĩ erit prorſus abſq; dimẽſione, & ita neq; aliquod quãtumuis corpus reciperet, vel vna, vel bina dimenſione gaudebit, & ita non recipiet totum corpus ſecundum ſeipſum totum. Oportet autem corpus qua corpus loco potiri. Si ergo locus non poteſt eſſe corpus

Idem ſimplicium.

Stoici cõcedũt corpus per corpus meare ac recipi. Vide ſimplicium.

neq;

neq; quidpiam incorporeum, videtur itaq; locũ nullo pacto eſſe. Quoniam ſi eiſet, profecto corpus omnino, vel aliquid incorporeũ eſſet. Deinde inquit quibus demonſtrauimus locum eſſe ipſiſmet rationibus demonſtrare poſſumus ipſum non eſſe, per primum nanq; argumentum oſtẽdebatur maxime locum eſſe quod erat tale. Si locus vnus & idem manens plura corpora alia atq; alia recipit. Et id quod vnum ac idẽ manens plura recepit corpora eſt atq; ab his quæ recipit diuerſum. Locus igitur eſt ac alterũ diuerſumq; exiſtit ab ijs quæ recipit. Hoc eodem argumento (inquit) poteſt demonſtrari locum nõ eſſe. Nam quemadmodum vbi prius erat aqua poſtea ibi vinum, vel aer aut quidpiam aliud eſt, ita profecto vbi erat aquę ſuperficies ibi poſtea adeſt ſuperficies vini, egreſſa aqua, vel aere & ingrediente vino, quapropter & ſuperficiei locus erit. Nam vnus & idem exiſtens aliam atque aliam recipit ſuperficiem. Similiter demonſtrabimus lineæ locum eſſe. Nam ſi ſuperficiei eſt locus, conſtat ſane, vt illius termini etiam ſit locus, dico ſ. ipſius lineæ. Nam in quo prius erat terminus ſuperficiei aquæ, in eodem poſtea fit terminus ſuperficiei aeris, deinde vini deniq; alterius ac alterius corporis, quapropter & lineæ tribuetur locus, ſed ſi lineæ locus datur & termino eius aſcribetur videlicet puncto per eandem rationem. Et quoniam aliquid aliud eſt locus & alterum id quod locum occupat, igitur aliud quippiam erit punctum, & aliud puncti locus punctum videlicet vnum & idem exiſtens. Sed quæ differẽtia eſt inter punctum & locũ puncti, nulla profecto eſt, neq; quiſpiam illam aio concipere põt. Nam inter corpus & locum corporis aliquam differentiam afferre poſſumus, & ſi locus etiam corpus eſſet, quoniam corpus quod eſt locus qualitatis expers eſt, ſed id quod eſt in loco qualitate conſtat. Atqui inter pũctum & locum puncti nequimus aliquod diſcrimen adducere. Hoc idem poſſumus dicere de ſuperficie & linea, verum de puncto fit ratio tanq; de illo in quo id patet apertiſſime. Præterea ſi puncti locus eſt, quoniam loci differentiæ propriiſſime duæ ſunt ſurſum. ſ. & deorſum quãdo quidem per has duas reliquę quatuor habeantur, pręter quas neq; animo aliam poſſumus cõcipere conſtat igr̃ locũ puncti aliqua harũ differentia ab alijs locis differre, igit̃ vel erit ex natura ſurſum, vel deorſum, quare & idem punctum erit graue, vel leue. Nã quod ſuapte natura locum ſupremum occupat id leue eſt, & id quod imum tenet graue exiſtit, ſed punctum nequit eſſe graue, vel leue ergo impoſſibile erit, vt ſit puncti locus. At ſi puncti nõ eſt locus neq; lineæ, neq; ſuperficiei, & ſi non ſuperficiei neq; corporis locus erit, ſi deniq; corporis non eſt locus igitur neq; alicuius rei naturalis ac multo minus alicuius alterius locus erit videtur igitur penitus locum abolendũ eſſe. Hoc ſecundo argumento igitur locus tollitur. Deinde inquit ſi locus numeratur inter ea quæ ſunt, quoniã omnia quæ ſunt, vel intellectualia, vel ſenſibilia ſunt. Et ſenſibilium aliqua elementis conſtant, aliqua vero elementa ſunt, ſimiliter & intellectualium alia ſunt elementa, alia autem ex elementis proficiſcuntur locum igitur ſi eſt, oportet in aliquo harum rerũ genere incidere, vel ergo erit intellectuale quippiam, vel ſenſibile, & vtrorunq; aut erit elementum, vel id quod elementis cõſtat. At nequit locus eſſe aliquid horum, per

Alia ratio de puncto.

ſenſibilia. n. dico. ſ. corpora naturalia, & elementa appello ea quæ actu ſunt & ſubſiſtunt, quæ etiam corpora ſunt, ceu quatuor elementa. At demonſtratum eſt locum non poſſe aliquod corpus dici, igitur locus nõ erit aliquid ſenſibile neq; vt elementum neq; id quod elementis conſtat. Item neq; eſt aliquid intellectuale. Nam intellectualium ſunt etiam elementa intellectualia. ſyllogiſmorum. n. elementa ſunt propoſitiones, & propoſitionum ſyllabæ & vtraq; ſunt intellectualia ſimiliter, & de alijs intellectualibus quæ ſubſiſtunt. Hæc. n prorſus magnitudinis & dimenſionis expertia ſunt, quoniam neq; lineæ, neq; ſuperficies neq; trina dimenſa dimenſione ſunt, ſed locus ſiquidem eſt, interuallum quoddam exiſtit, quoniam & eorum quæ ſunt dimenſione diuidua & formata capax eſt, quare locus neq; erit aliquod intellectuale. ſi ergo locus intellectuale nõ eſt neq; aliquod ſenſibile. Et omnia quæ ſunt, vel intellectualia, vel ſenſilia ſunt, igitur videtur locum non eſſe numerandum inter ea quæ ſunt. ſi autem aliquis dixerit, quid vetat vt elementum ſenſibilium rerum non ſit corpus, cum etiam materia atque forma ſint ſenſibilium rerum elementa & tamen incorporea ſunt? Reſpondeo itaq; quod imprimis diceretur fieri nõ poſſe, vt ipſum receptaculum eorum quæ dimenſione conſtant, ſit dimenſionis penitus expers. Deinde quia per argumẽtum quartum demonſtrabitur vir non modo locum non eſſe, vt elementum, ſed etiam ſecundum nullum ſignificatũ principij & elemẽti, ipſum affirmari elemẽtum nõ poſſe. Nam cum demõſtrauit locum neq; elementũ neq; id quod conſtat elementis, dici & cuncta quæ ſunt non modo elementa, & ea quæ elemẽtis ſunt, ſed etiam quædam alia præter hæc eſſe videntur. Nam efficiens cauſa & finalis neq; elemẽta ſunt neq; prorſus ex elemẽtis, ſed velut principium, & velut ex diuiſione generaliſſima rerum in principijs atq; in his quæ principijs cõſtant, oſtendit locum nõ poſſe adnumerari inter principia. Vel. n. erit intellectuale, vel corpus, ſed horum nihil eſſe poteſt, ita neq; principium neq; ex principijs, nũc autem nititur demonſtrare locum penitus non eſſe aliquod principium eorum quæ ſunt, neq; cauſam. Nã quatuor ſunt rerum omnium cauſæ (vt inquit) materia, forma, efficiens, & finalis quarum locus nulla eſt. Non. n. materia eſt, quia ex loco nihil fit, ex materia autem omnia fiunt. Item locus continet, materia continetur, non igitur locus eſt materia. Præterea neque forma eſt. Nam forma perficit vniuſcuiuſq; rei ſubſtantiam & per eam vnumquodq; informatur & informatum a cæteris diſtinguitur, qua aliquid quamprimum priuatur mox interijt & corrũpitur, ceu forma ignis eſt caliditas & ſiccitas, quam ignis amittens non amplius ignis manet, ſed corrumpitur. Atqui ſi aliquid a proprio naturaliq; loco alienum eſſet ac exiret id nihil minus eſſe, & propriam ſeruaret formam, qñquidẽ ignis ſiue ſurſum ſiue deorſum maneat, nihil minus ignis ſit, atq; cum deorſum ſit proprium locũ non habeat & tamen forma ignis non ſpoliatur neq; immutatur, quare neq; locus poteſt eſſe vt forma. Itẽ neq; vt cauſa efficiẽs, quoniam nihil videmus factum productumq; eſſe a loco. Præterea neq; eſt, vt cauſa finalis quod quidem ſi demonſtrabimus præter omnium fere opinionem id facturi ſumus. Nam videtur eſſe velut aliquis finis & expetendus a rebus. Id enim

Simplicius eſt de dubitatione adducit primam reſponſio.

Secunda.

Quod loc' nõ ſit aliqua cauſa. Vide ſimplicium.

Eudemus inqt pro comperto et poſtulato habet vt loc' vlla ſit cauſa.

ergo vnus erit punctus, locus puncti nō erit diuerſus ab eo pūcto qui in loco eſt. Eadem etiam dici poſſunt de linea & ſuperficie Si ergo horum nullius locus eſt neq; corporis erit. Nam id quod eſt in loco ſecūdum ſeipſum totum debet eſſe in loco quemadmodum in dolio vinum.

Neque.n.elementum:neq; ex elemētis: aut corporeis: aut incorporeis eſſe poteſt talem habens naturam. Nam magnitudinem quidem habet: ſed nullum eſt corpus. At ſenſibilium quidem corporum: elementa ſunt corpora.

Hoc eſt tertium argumentum. Dixit autem talem habens naturam, pro hoc eſt capax corporum vnus & idē manens immutabilis, & nihil conferens ad ſubſtantiam corporum. Hoc autem dixit, propterea qđ Plato videtur dicere locum eſſe materiam, quod quidem refellet confutabitq; deinceps. Quocirca inquit volentibus tueri ſeruareq; veram loci intelligentiam, quam ex propria loci natura habemus, & non abutētibus nomine eius difficile profecto erit afferre tradereq; quid ſit locus.

Ex intelligibilibus aūt elementis nulla magnitudo fit.

Atqui prima fronte occurrēs his dictis, quoniā materia & forma ſunt elementa non ſenſibilia. Nam cōpoſitum eſt ſenſibile, & tamen ex compoſitione ipſorum elemētorum intellectualium fit magnitudo. Sed reſpondeo hæc aliquando actu non per ſe ſubſiſtere. At ratio fit de his elementis quæ actu ſubſiſtunt. Subſiſtit etiam locus. Non ergo ſimpliciter de omni elemento intellectuali inquit, ſed de elementis quæ rerū intellectualium ſunt elemēta & ipſa videlicet ſunt intellectualia. Ex his igitur componentibus inquit nullam magnitudinem fieri, ceu ex terminis, vel ex propoſitionibus. Nam quippiam intellectuale ex his conſtitutum ſyllogiſmus eſt.

Præterea cuiuſnam rei cauſam locum eſſe quiſpiam ponet. Nulla enim quatuor cauſarum ipſi ineſt. Neque.n.ut materia eorum quæ ſunt: cauſa eſt: quippe cum ex eo nihil conſtet. Neque ut forma & ratio rerum: neque ut finis: neque mouet ea quæ ſunt.

Quoniam in probatione rationū de loco dixit locum magnam habere vim & poteſtatē, in hoc argumento vult oſtendere contrarium, quoniam nihil cōfert ad ea quæ ſunt. Nam ad nullam cauſarum reduci poteſt. Dixit autem per geminationem vocabulorū formam & rationem, quoniam nihil aliud eſt vniuſcuiuſq; forma, quam definitio ſignificans quod quid erat eſſe.

Præterea & ipſe ſi ſit unum aliquid eorum quæ ſunt alicubi erit. Zenonis nanq; dubitatio rationem aliquam quærit. Nam ſi omne quod eſt in loco eſt: patet & loci locū eſſe atque hoc in infinitum abibit.

Aliud argumentum. Inquit ſi omnia quæ ſunt locum occupāt, & locus eſt de numero earum rerum quæ ſunt, igitur & ipſe in loco erit, & hoc abibit in infinitum. Nam Zenonis dubitatio aliquam rationem quærit. i. ſolutionem & reſponſionem. Forſitan Zeno de hoc dubitat & deſtruit differentiam locorum qui ſunt, quoniam funditus locum tollit vt oſtēdat vnum eū tantum eſſe. Nam locorum differentia plane multitudinem rerum exhibet atq; oſtendit. Hæc autem dicimus coniectura, quoniam nō habemus dicere plane, quid Zeno cum de hoc dubitauerit, dicere voluerit, forſitan etiam infinitum introducere voluit, quoniam ſi locus in loco & ille alius in alio, hoc ſane abibit in infinitum quapropter infinitum eſt. Vel ſiquis velit, temere inſulſeq; intelligere, quoniam Zeno hoc forſitan dixit, vt deſtrueret rationem dicētem omnia quæ ſunt locum occupare. Quoniam ſi omnia ſunt in loco, & locus inter ea quæ ſunt comprehenditur, igitur locus in loco erit & alius in alio & hoc in infinitū abibit quare ſi hoc abſurdum & impoſſibile, igitur non omnia quæ ſunt locum occupabunt.

Item ſi quemadmodum omne corpus in loco: ſic eſt & in omni loco corpus. Quonam pacto dicemus de his quæ adoleſcunt. Nam ſi locus cuiuſque neque minor, neq; maior eo eſt: neceſſe ſimul cum ipſis locum augeri. Ex his igitur non modo quid ſit locus, ſed etiam ſi prorſus eſt ambigere oportet.

Extremum argumentum. Verum duas dignitates prius ſumit primum omne corpus in loco eſſe. Hoc enim communi conſenſu fatebantur, ſiquidem omnia quæ ſunt in loco eſſe dixerint, aliud autem accipit velut conſequens. ſ. in omni loco corpus eſſe. Nam locus quo ad hoc in loco dicitur. Demonſtrabit autem deinceps non eſſe vacuum. His ergo ſic ſe habentibus inquit. Quid dicemus de his quæ adoleſcunt. Nam id corpus quod per incrementum additur, vel non erit in loco quod quidem fieri non poteſt apud eos qui locum affirmant vel in quodam vacuo præexiſtēte eſt, quod profecto confutabitur. Vel locus augetur ex paruo maior factus quod etiam ridiculum eſt, quonam pacto hæc loci actio intelligi poterit. Ex his omnibus igitur inquit, non ſolum, quid ſit locus inuētione difficile eſt quod quidem propoſuit demonſtrare, ſed etiam conceſſimus pariter ad oſtendēdum locum prorſus non eſſe.

Cum autem quodam per ſe: quodam uero per aliud dicatur. Et locus alius cōmunis ſit: in quo corpora omnia ſunt: alius proprius in quo primo quippiam eſt. Dico autem ceu tu nunc es in cælo: quia in aere es: qui quidem in cælo eſt. Et rurſus in aere es: quia in terra es: & in hac ſimiliter; quia hoc es in loco qui nihil pluſquam te continet.

Quoniam ſuperioribus dixit ex his quæ loco competunt de ipſo idem enunciari affirmariq; non poſſe, ſed ex quibuſdam illi competentibus exiſtimari eſſe vniuſcuiuſq; formam, & ex quibuſdam aliis materiā, Nunc autem idipſum vult oſtendere. ſ. quomodo partim materia partim vero forma eſſe exiſtimatur. Deinceps multis argumentis oſtendit locum neq; materiam neq; formam dici poſſe. Vt igitur oſtendat quo pacto locus forma eſſe excogitatur, & quomodo materia, quod quidem conſueuit ſemper facere modo &, facit, dico. ſ. quia diuerſa loci ſignificata diuidit & diſtinguit. Quoniam quidē locus proprius eſt de quo etiam nunc facimus ſermonem. Item cum ſibi ſolitum ſemper ſit vocū quæ ambiguæ æquiuoceq; ſunt, differentes ſignificatus diſtinguere & ſecernere illum, qui ſuo inſtituto ac ſermoni accommodatur proinde

nunc idem etiam efficit, quod quidem neceſſarium eſt ei qui facturus eſt ſermonem de loco, ac etiam ad oñdendum ex quibus loco competentibus videatur ipſe aliquando veluti forma eſſe, aliquando autem materia. Nam locus qui communior eſt non habet emphaſim, coniecturam ſuſpitionemue vt queat forma eſſe exiſtimari. Vt igitur diſcamus quod modis dicatur eſſe locus, huiuſmodi vtitur diuiſione, quoniam cum aliquid primo ſit, aliquid vero per aliud, ſimiliter etiā locus ſe habet. Equidem aliquis eſt locus primus ac propriiſſimus vniuſcuiuſq;, alius autem ſecundū aliud, ceu homo dicitur ſenſitiuus eſſe ac mentis & ſcientiæ capax, ſed ſenſitiuus dicitur per aliud, quoniam quatenus animal & non quatenus homo ſenſitiuus eſt, quatenus homo autem eſt mentis & ſcientiæ capax, ſimiliter in multis alijs. Igitur & locus quidā primus erit & per ſe, quidam vero per aliud. Nam fateor me eſſe in cœlo non primo, ſed per aliud cum cœlum omnia quæ ſunt cōtineat. Nā ipſe in cœlo nō ſum ſed in aere, & quia aer eſt in ipſo cœlo proinde, & ipſe me fateor in cœlum eſſe, igitur per aliud in cœlo ſum & non primo, ſimiliter fateor me in aerem eſſe non primo ſed quia ſum in hac vel in hac ipſius aeris parte. Item in terra aio me eſſe non primo ſed quia ſum in hac illius parte, quæ quidem cum hac aeris parte me ſolū proxime continet. Et is eſt primo & propriiſſime vniuſcuiuſq; locus, qui proxime vnumquodq; ſolum continet & ſeparat ab alijs. Eſt igitur vt tandem omnia cōplectar proprie locus qui proxime vnūquodq; corpus continet, & econtra ſi continet vnumquodq; hic eſt locus, quocirca (inquit) locus erit terminus. Vnde ſi locus eſt id quod primo vnumquodq; terminat & definit, videbitur ergo locus eſſe forma. Nam formę proprium eſt definire & terminare vnumquodq; & illud ſeiūgere ſeparareq; ab alijs. Ex his ergo (inquit)

Vide ſimpli. per hoc.

videbitur locus vniuſcuiuſq; forma eſſe. Ex alijs autē quæ rurſus illi inſunt, exiſtimatur materia eſſe. Nam ſi locus eſt aliquod interuallum & ſpacium ſeparatū magnitudinum capax, videbitur materia eſſe, quandoquidem huiuſmodi & materia aliquid indefinitum ſpacium per ſe ſit, quę definitur magnitudinum ſuperficiebus, figuris & alijs affectionibus. Nam inquit ſi a ſphæra auferamus affectiones, figuram & terminos nihil aliud relinquetur in circuitu eius quam intercapedo aliqua indefinita, aliquodq; ſpaciū omnino ſine terminis. Hoc autem eſt materia ipſa mole extenſa, locus igitur huiuſmodi aliquid eſſe videtur. Nam eſt aliquod interuallum per ſe figurę qualitatiſq; expers q̄d capax eſt eorū quæ figura & qualitate formata ſunt, qua ratione locus videtur materia eſſe, & non ſolum ob id videtur locus materia eſſe, ſed etiam quia vnus & idem manēs plurium magnitudinum alterius atq; alterius capax eſt. Hoc.n. eſt maxime proprium materiæ, & propter hæc inquit, Plato in Timæo dixit id quod alternatim recipit & receptaculum locumque vnum & idem eſſe. Id nanq; quod alternatim recipit apud Platonem ſignificat materiam. Si ergo materia eſt id quod alternatim formas recipit & hoc ipſum eſt receptaculum quod nihil aliud eſſe poteſt q̄ locus, igitur Plato materiam locum eſſe dixit. Verum ſi in Timæo materiam aliter appellauerit ipſam nominās id quod alternatim formas recipit, & in agraphis colloquijs. [his quæ in academiam domiq; priuatim & publice legendo, magnum & paruum ipſam vocauerit, nihil intereſt. Nobis modo ſat eſt illum id quod recipit alternatim receptaculum & locum appellaſſe. Vnde (inquit) omnes alij de loco duntaxat enunciarunt aſſeruerunt q; locum eſſe. At ſolus Plato periclitatus eſt dicere quid ſit locus, dicens ipſum eſſe materiā receptaculum & locum, Ariſt. igitur (vt conſueuit) ea quæ apparent confutans merito obijcit Platoni aſſerenti locum materiam eſſe. Verum perſpicuum eſt

Q. ſm Plato poſuit locum eſſe materiam.

Platonem non hunc locum de quo nos modo diſſerimus ac affirmamus eſſe corporum compoſitorum capacem, materiam appellaſſe, ſed quādam naturalium formarum proportione locum appellauit materiam. Quoniam quemadmodum omne corpus naturale in loco eſt, ita omnis forma naturalis eſt in materia. Vt etiam ipſe Ariſt. in libro de anima appellauit animam locum ſpecierum. Etenim inquit bene dixerunt qui animam eſſe locum ſpecierum & mentem ſpecierum intellectualium aſſeruerunt. Hunc igitur in modum & ipſe Plato inquit materiam locum eſſe formarum naturalium. Nam vt ſe habent ſpecies ſenſibiles vel intellectuales ad animam, ita ſe habent & formæ naturales ad materiam, & anima appellatur locus ſpecierum ſenſibilium & intellectualium, igitur & materia dici poterit locus formarum naturalium, tanq̄ earum receptrix & capax, ac id ſine quo illæ conſiſtere nequeunt. Nam aſſimilatur & quandam proportionem habet forma ſeparata & abiuncta cum patre, & materia cum matre. In ſemine genitali nanq; ſunt quædā rationes producendi, quæ a forma ſeparata materiæ immittuntur in fœtu autem veluti in materia producuntur formāturq; naturales formæ ab ipſis rationibus genitalibus & producentibus. Quocirca Timęus materiam matrem altricem & ſyluam receptaculūq; appellauit. Vocauit autem materiam ſuſceptiuum & ad id quod alternatim formas ſuſcipit, tanq̄ id quod viciſſim omnes formas recipit, ac ſuſcipit, & duntaxat viciſſim recipit, & ipſa nullo pacto recipitur, ſed quomodo etiam ipſam appellauerit magnum & paruum ſæpe diximus, quoniam illam hoc modo vocauit tanquam capacem contrariorum, prima nanq; contrarietas & generaliſſima eſt quæ ſit inter magnum & paruum, quoniam & materia primo mole extenditur quantitatem recipiens, at in quantitate prima oppoſitio eſt ſecundum magnum & paruum. Hunc igitur in modum ex his quæ loco competunt, oſtendens ex quibuſdā locum materiam eſſe videri, ex quibuſdā vero formam, deinceps pluribus argumentis demonſtrat materiam neq; locum dici poſſe, neq; formam. Sunt autem numero omnia argumenta octo, per primum igitur argumentum communi ratione demonſtrat neq; materiam eſſe locum neq; formam, & hac ratione. Materia & forma (inquit) a re cuius ſunt non ſeparātur. Sed locus ſeiungitur ab his quorum eſt locus, igitur locus non eſt forma neq; materia. Quod vero res ſeparentur a locis in quibus ſunt perſpicuum eſt. Nā (inquit) eo in loco vbi prius erat aqua, in eodem egreſſa aqua fit aer, vt etiam videre licet in ipſo vaſe in quo prius erat vinum quo egreſſo in eodem aqua ingreditur vel aer. Etenim dolium (inquit) eſt locus tranſlatilis, eodem modo etiam locus vt vas ſe habet, vt igitur dolium non eſt materia neq; forma eorū quæ ſunt in ipſo neq; aliud his ſimile; propterea

quod

quod materia forma & huiuſmodi ſunt inſeparabilia a re cuius talia ſunt, & dolium ſeparabile, ſic igitur dico ſentioq; de loco vniuerſaliter dici. Secundum argumentum particulari modo ac diuiſim profert. Nã eadem ratione oſtendit locum non eſſe formam, ſiquidem forma eſt inſeparabilis, locus autem ſeparabilis. Quod etiam locus non ſit materia hoc modo demõſtrat, locus continet ea quæ ſunt in loco, materia autẽ continetur & non continet, igitur locus non eſt materia. Tertium argumẽtum huiuſmodi eſt, locus extrinſecus eſt rei cuius eſt locus, materia vero & forma nõ ſunt extrinſeca rei cuius ſunt, igitur locus neq; materia neq; forma eſt. Quartum argumentum fit hoc modo per ſyllogiſmum hippoteticum, ſi locus eſt materia & forma nihil duceretur ad id in quo eſt, ſed vnũquodq; eſt in ſua materia & forma. Et omnia ferũtur ad ſua loca, igitur locus materia & forma non eſt. Idẽ etiam argumentum formare poſſumus per figuram ſyllogiſmi cathegorici, & facere quintum ſyllogiſmũ hoc modo, quæ mouentur ſecundum naturã, ad propria ſuaq; loca ferũtur, ſed nihil mouetur ad ſuam formam & materiam igitur locus non eſt materia neque forma. Hic autem ſyllogiſmus eſt in tertia figura Qđ vero nihil moueatur ad ſuam materiam & formam perſpicuum eſt. Nam mouetur aliquid ad id in quo prius nõ erat. At omne quod eſt iam formam & materiam habet. Sextum argumentum tale eſt, in loco ſunt ſurſum & deorſum ad quæ etiam mouentur mobilia, ſed in materia & forma non ſunt ſurſum & deorſum, locus igiť neq; materia eſt neq; forma. Septimũ argumentum tale eſt ſi locus forma vel materia eſt, et materia & forma ſunt in re ipſa dico. ſ. compoſito, & res ipſa de loco ad locum tranſmutatur, perſpicuum nanq; eſt vt forma & materia vna cum re moueãtur & ſimul locum aſſequantur cum re ipſa, quare & locus ſimul mutabitur cum rebus de loco ad locum. At primum abſurdum eſt vt loca moueantur, deinde accidet locum in loco eſſe. Nam ſi compoſitum in loco ſit, quando hinc proficiſcitur alio, & compoſitum nihil aliud eſt quam materia & forma, profecto & materia & forma in loco erunt, ſed locus eſt materia & forma igitur locus in loco erit. Sed reduces ſyllogiſmum ad quartum modum primæ figuræ hoc modo, locus vel materia eſt vel forma, materia autem & forma in compoſito ſunt, quandoquidem nihil cõpoſitum ſit præter formam & materiam, compoſitũ ergo a loco in locum alterum cum tranſmutatur & ſit, locus igitur mutatus de loco ad locum alterum locum occupabit, ſi ergo abſurdum eſt locum loco cõplecti igitur locus neq; materia neq; forma erit. Nã hanc ſuppoſitionem abſurdum ſequebatur. Octauum argumentum. Si forma eſt locus (inquit) quãdo itaq; corrumperetur aqua & mutaretur in aerem, corrumperetur neceſſario locus aquæ ſiquidem forma eſt locus. Sed quonam pacto loci corruptio cogitari poteſt. Nam vt locus non generatur neq; interijt. Item neq; ſenſus tranſmutata aqua in aerem locum aquæ corrumpi interireq; cõteſtatur & approbat, quoniã in eodem aliquod aliud corpus ingreditur, ſi autem locus materia eſt quoniam & ipſa eadem manet tranſmutata aqua in aerem, cur igitur aqua tranſmutata in aerem in alio loco ſit eadem manente materia ac exiſtente? His ergo omnibus conſtat locum neq; formã neq; materiam affirmari poſſe. Cæterum ſciendum eſt, quod per ſe opponitur ei quod eſt per accidens, et primo illi quod eſt per aliud. Hic ergo id quod eſt ꝑ ſe pro eo quod eſt primo dixit. Cum igitur velit aſſimilare locum formæ eo quod locus continet & circũdefinit vnumquodq; quemadmodum & forma proinde inquit, dicitur autem quidam communis locus eſſe, quidam vero vniuſcuiuſq; proprius. Eſt autem ſimilitudo non communis loci, ſed proprij ad formam. Quocirca (cum autem eorum quæ ſunt quędam ſunt hoc quod primo dicitur) quædam autem illud quod dicitur per aliud, patet etiam vt quidam locus primus & proprijſſimus is ſit, qui vnumquodq; diuiſim continet, quidam vero per aliud & communis. Nam videmur dici in mundo eſſe, quoniam in hac vniuerſi parte ſumus, & in hac parte quia in vrbe & in ipſa ciuitate propterea quod domi moramur & domi ſumus quoniam in parte latereq; domus ea. ſ. quæ me ſolum proxime continet, quæ quidem eſt meus proprius & primus locus. Nam domus, ciuitas, & mundus nõ ſunt primo loca mea ſed ſecundum aliud, domus. n. meus eſt locus propter partem domus quæ continet me, & ciuitas propter domum, & de reliquis ſimiliter dicendum eſt. Textus

Si ergo locus id ſit quod primo unumquodq; corporum continet ipſe terminus erit. Quare locus uniuſcuiuſque ſpecies & forma eſſe uidebitur: qua magnitudo & materia magnitudinis terminetur. Hæc enim cuiuſque finis eſt. Hoc igitur modo conſiderantibus locus uniuſcuiuſque forma eſſe uidetur.

Ideſt primo & proxime vnumquodq; continens & non communis locus, ſi autem id quod proxime vnumquodq; continet locus eſt, profecto locus erit aliquis terminis, quoniam terminat id quod in ipſo eſt. Huiuſmodi autem forma etiam eſt, quare videbitur locus forma eſſe, qua definitur magnitudo et materia magnitudinis. Hæc. n. vniuſcuiuſq; eſt finis. Verum Vide Simpl. magnitudinem dicit ipſum compoſitum quod materia & forma conſtat. Inquit igitur quoniam et forma compoſitum definitur. Nam ipſum definitum appellatur propter formam & materia compoſiti per ſe cũ ſit indefinita forma terminatur. Nam (inquit) forma eſt terminis & finis materiæ & compoſiti, formã autem nũc dicere videtur id quod terminat. Etenim ſpacium cum ſit indefinitũ per ſe & prorſus termini expers terminatur & definitur a ſuperficie.

Materia autem uidetur locus is eſſe quem interuallum dicunt. Hoc. n. a magnitudine diuerſum eſt.

Ideſt quatenus locus eſt quodam interuallum magnitudinis capax, per id videtur materia eſſe. Nam in magnitudine interuallum ſpaciumq; inde finitum materia magnitudinis eſſe videtur. Nam vt materia prima eo quod aliam atq; aliam formam recipit, diuerſa eſſe a formis oſtenditur, licet nunq; ſine forma ſit, pariter aſſero de interuallo, quoniam aliquando maior aliquando minor ſit magnitudo, merito ſubiectũ eius videtur aliquod diuerſum ab ea, dico. ſ. a magnitudine ſimpliciter quæ aliquod ſpacium ſuapte ratione indefinitum eſt, quod quidem Plato vocat mobile incõpoſite inordinateq; motum. Verum hoc nunq; eſt

inuenire ſine aliquo termino & fine, & ſi propria ratione nullum terminum habeat neq; finem, quemadmodum igitur hoc indefinitum interuallũ quod materia eſt magnitudinum aliam atq; aliam recipit magnitudinem, ita & locus cum ſit quodam ſpacium alterius atq; alterius magnitudinis capax erit, qua etiã ratione materia videbitur eſſe. Et quemadmodũ ſpacium diuerſum eſt a magnitudine, ceu a magnitudine duorum, vel trium, ita etiam locus diuerſus erit ab his magnitudinibus quæ in illo ingrediuntur.

Item eſt id quod a forma continetur & definitur: ceu a ſuperficie & termino. Tale autem eſt ipſa materies & id quod terminis caret.

Formatur vel (vt aiunt) ſpecificatur indefinitum ſpacium ab ipſa ſuperficie. Nam cum idem per ſe indefinitum ſit & terminis omnino carens, cum aſſumit ſuperficiem & terminum, qui eſt aliqua figuræ forma, definitur ſpecificatur formaturq;.

Nam cum aufertur finis atque affectio a ſphæra uel pila nihil reliqui eſt præter materiam.

Finis terminuſue, ideſt ſuperficies & orbicularis figura, affectiones autẽ ideſt paſſiue qualitates, ceu color grauitas & reliqua id genus. Nam his ſublatis dẽptiſq; reſtat indefinita quædam moles ſine termino, quæ quidem materia eſt, materia autem ſiue prima ſit vel melius ex id q quantitate extenſum eſt quod eſt ipſa terna dimenſio quæ per ſe indefinita & figuræ expers eſt, quoniam nulli neq; dr finitæ quantitati ceu bicubito vel tricubito, neq; alicui iam figura formato eadem eſt. Vnde aliam atq; aliam magnitudinem & figuram recipit, quam quidam etiã cenſuerunt primam materiam eſſe.

Quapropter & Plato materiam et receptaculum in Timæo idem eſſe inquit. Nam ſuſceptiuum & receptaculum unum & idem eſſe dicit.

Quid Plato. Inquit per hanc cauſam, quia videtur locus ſimilis materiæ & Plato in Timæo inquit materiam & receptaculum idem eſſe. Receptaculum locus eſt, quapropter inquit Plato locum & materiam eſſe. Nam ſuſceptiuum & id quod alternatim formas recipit appellat materiam, vt iam dixi velut formarum alternatim capacem & ſolum recipientem & nullo pacto receptam. Diximus autem quomodo & ipſam locum appellat, quoniam ſecundum proportionem & ſimilitudinem, quemadmodum & ipſe Ariſtoteles animam locum ſpecierum cogitabilium & mentem intellectualium vocat.

Et quanquam alio modo ibi ſuſceptiuum alternatim appellat: in hiſce uero ſententijs quas non reliquit locum & receptaculum tamen idem eſſe aſſeruit. Cuncti nanque locum aliquid eſſe aiunt. Quid autem ſit: hic ſolus dicere periclitatus eſt. Merito autem ex hiſce conſiderantibus difficile eſſe uidebitur quid nam ſit locus cognoſcere: an utrumuis horum ſit: ſiue materia ſiue forma.

Ideſt aliter in Timæo Plato nominauit materiam & aliter in ſententijs non ſcriptis quas ſcilicet academiæ differendo tractandoq; publice & priuatim ſcriptis non reliquit. Nam in ipſis magnum & paruũ vocauit materiam vt in ſuperioribus libris Ariſt. dixit. Et nos diximus quomodo materiam appellauit magnum & paruum. In Timæo autem materiam appellat ſuſceptiuũ alternatim propterea quod formas alternatim ipſa recipit. Colloquia autem Platonis nõ ſcripta ipſe Ariſt. conſcripſit. Veruntamen locum & receptaculum idem eſſe aſſeruit. Ideſt ſi aliter diuerſoq; modo appellat materiam, attamen materiam & locum idem eſſe inquit. Nam ſi materiam vocat receptaculum & receptaculum nihil aliud eſt quam ipſe locus. Cõſtat itaq; quod locus idem materiæ erit. Cęterum inquit omnium dicentium locum eſſe nemo dixit quid locus ſit niſi ſolus Plato, qui dixit qd eſſet locus quoniam ipſum dixit eſſe materiam. Verum nos diximus non talem locum Platonem aſſeruiſſe materiam de quo nunc ſermo eſt, ſed ſecundum proportionem & ſimilitudinem, quoniam vt corporum locus eſt elementum, ita & materia formarum.

Aduerte ſummã veritatem quo ſit vt uerum ſit Platonis quib recte Ariſt. intelligere poſſit. Laudã ergo illum ſe re philoſophiæ & non illa Ariſt. commenta ti ſunt.

Nam & hæc ſummam habent contemplationem & ſeorſum alterum ſine altero facile cognoſci non poteſt.

Deinde inquit & hinc oſtenditur difficilem eſſe cõtemplationem de loco, ſiue forma, ſiue materia etiam locus ſit adhuc magis difficilis eſt ſermo de loco. Nã qui illum materiam vel formam eſſe aiunt, illum reducunt ad principia, quorum cõtemplatio per ſe ſumma eſt & non facilis. Et quamobrem tentamus ea ſeorſum cognoſcere quæ ſeiũgi cognitione perceptione neq; inter ſe nequeunt? Nam materia & forma ſunt de numero eorum quæ ad aliquid ſunt. Nam materia ad formam dicitur, quoniam formæ eſt materia, ſimiliter econtra forma naturalis eſt materiæ forma.

At uero non eſt difficile uidere utrumuis horum eſſe non poſſe. Neque enim materia, neque forma ſeparatur a re. At locus ſeparari poteſt. In quo nanque erat aer in hoc rurſus eſt aqua: uiciſſim aqua & aere ſibi cedẽtibus & alijs corporibus ſimiliter ut diximus.

Hinc igitur refellit dicta & pluribus argumentis probat locum neq; materiam neq; formam eſſe poſſe. Nam materia & forma non ſeparantur a re. Locus autem ſeiungitur a re, igitur locus neq; materia, neq; forma erit, in ſecunda figura maiorem igitur propoſitionem tanq̃ perſpicuam nõ probat, dico. ſ. quod materia & forma non ſeparentur a re, minorẽ vero probat. ſ. vt locus ſeparetur a re. (Et inquit.) In quo nãq; erat aer eo egreſſo aliud quippiam ingreditur. Corporibus uiciſſim ſibi cedẽtibus quare ſeparatur locus a re. Hoc autem eſt primum argumentum.

Quare neque pars neq; habitus eſt ipſe locus: ſed a quaque re ſeparabilis.

Partem inquit vt manus vel pes aut aliqua ſimilarium, habitus autem, vel vt forma ſubſtantialis, vel ſimpliciter omnis forma & ea quæ ſecundũ accidens forma dicitur. Nam accidentia tam inſeparabilia q̃ ſeparabilia ſimul cum re, cui inſunt mouentur ſimul feruntur cum re, at locus immobilis eſt, & cum re ſimul non mouetur, ſimiliter neq; pars ſeparatur a re cuius eſt pars, quoniam quamprimum ſeparatum eſſet corrumperetur, quare nihil rei eſt locus, poſſumus etiam hic partem pro elemento intelligere, ceu pro forma & materia, quod quidem & magis opinor illum intelligere, vt ſit concluſio, quare neq; pars, neq; habitus pro hoc, conſtat igitur vt locus neq; forma neq; materia

teria

teria ſit, & quid ipſe dico nec formam nec materiam immo nec habitus aliquis, ideſt neque accidens alicuius rei eſt propterea quod locus ſeiũgitur a re quamprimum illa diſcedit, ſed accidentia vna ſimulque cum re proficiſcuntur & abeunt. Etenim accidentia ſeparabilia vna cum ſuo ſubiecto mouentur ac ſimul cũ mobile ad locum tranſmutãtur, locus autẽ non ſimul mouetur cum re, ſed ſeparatur ab ipſa.

Etenim tale quid ipſe locus eſſe uidetur: quale eſt uas ipſum. Eſt enim uas locus qui poteſt transferri. At uas nihil eſt eius rei: quæ in ipſo eſt.

Item probat locum poſſe a re abiungi, nihil .n. differt locus a vaſe, etenim vas locus eſt qui poteſt tranſferri quemadmodum Igitur res ſeparatur a vaſe. Nã vas perſpicuo alterum eſt a re quæ in illo eſt, ita dicendum eſt de loco.

Locus igitur qua quidem a re ſeparabilis eſt hac ratione non eſt forma, qua uero continet hac a materia eſt diuerſus.

Hic adducit ſecundum argumentũ particulari modo & ſeorſum, ex eiſdem quibus prius oſtendebat locum non eſſe formam neq; materiam, eo quod locus continet materia autem continetur.

Videtur autem id quod ſemper eſt in loco aliquid eſſe & extra ipſum aliquod diuerſum eſſe.

Tertium argumentum, locus eſt extra rem alter exiſtens prẹter ipſam. Sed materia & forma non ſunt extra rem, quæ diuerſa non eſt a forma & materia, quoniam nihil aliud eſt compoſitum, quam ſinodus materiæ & formæ, locus igitur neq; materia, neque forma eſt.

Platoni tamen dicere opus eſt: ſi parum digredi liceat: cur forma numeriq; non ſunt in loco: ſi locus eſt id quod eſt particeps ſiue illud ſit magnum & paruum: ſiue materia ut in Timeo ſcripſit.

Obijcit Platoni. Nam ſi locum aſſerit materiam eſſe accidet etiam numeros & formas in loco eſſe. Dixit autem numeros & formas ex geminatione verborum idem. Si enim materia eſt particeps formarum, & materia eſt locus, igitur formæ in loco erunt atqui neque ipſi Platoni videtur formas in loco eſſe, vt etiam Ariſtoteles ſuperioribus dixit, quoniam ipſas formas, vult Plato ſeparatas abiunctaſque eſſe, quamobrem vel male Plato materiam locum vocauit, vel cogitur fateri formas in loco eſſe, quod quidem illi non videtur afferendum eſſe. Sed nos ad Ariſtotelem reſpondebimus In primis Platonem non dixiſſe materiam eſſe locum formarum ſeparatarum, quas locum occupare etiam negat, quoniam neque materia eſt particeps harum formarum, ſed naturalium. Deinde dicemus Platonem nõ dixiſſe huiuſmodi locum eſſe materiam de quo nos modo diſſerimus cum aſſeruit locum materiam eſſe, ſed ſecundum proportionem & ſimilitudinem, diximus etiam ſępe, quõ ſpecies formaſue vocauit numeros, quoniam ob id, quia numeri ſunt circumſcribentes & terminatiui earũ. Item dicit, ſi parum digredi licet quia demonſtrare locum materiam non eſſe, conſequens erat propoſitę diſputationis, atqui dicere. Quod ſi locus eſſet materia formæ in loco eſſent, hoc nihil ad præſentem rationẽ

Defenſio pro Platone optima.

Secundum reſponſum.

confert. ſ. ſiue formæ ſint in loco ſiue nõ poteſt etiam hoc tanq; conferens ad præſentem diſputationem accipi. Nam ſi hoc abſurdũ eſt. ſ. formas in loco eſſe cõſtat etiam vt nec locus ſit materia.

Preterea quomodo ad ſuum locum res pergeret ſi locus eſſet materia uel forma.

Quartum argumentum. Nam hic rurſus proſequitur ea quæ præcedentia ſequuntur, quoniam interſeruit digreſſionem quam contra Platonem adduxit. Et inquit ſi locus eſſet materia vel forma nihil pergeret ad ſuum locum, quoniam nihil fertur in ſuam materiã & formam. Nam in ipſo iam ſunt, ſed quodcunq; fertur ad ſuum locum, bolus glebulaq; terræ deorſum vergit, ignis vero ſurſum, igitur locus nõ eſt materia, neq; forma hunc ipſum ſyllm efficito cathegoricũ, & habebis quintum argumentum. Omnia feruntur ad ſuum locum, in materiam & formam nihil fertur ergo locus neq; materia, neq; forma eſt.

Eſſe enim id locus non poteſt: ad quod non eſt motus: & quod has differentias ſurſum & deorſum non habet. Quare locus in talibus eſt querendus.

Hoc eſt ſextum argumẽtum, ac ſimul eſt probatio argumenti quod ſuperius adducebatur ante iſtud. Eſt itaq; hoc argm̃. In loco ſurſum & deorſum ſunt, ĩ materia & forma nec ſurſum nec deorſum eſt locus igr̃ neq; materia neq; forma eſt. Illud aũt, eſſe .n. id locus non põt ad quod non eſt motus, eſt probatio vtriuſq; argumenti. Nam ad qd non eſt motus, neq; in eo ſurſum & deorſum ponuntur, neq; profecto ad id aliqd fertur, ſed in materiam & formã non eſt motus neq; ſurſum nec deorſum, quare neq; aliqd perget ad hæc quapp in his quærendus eſt locus, in quibus profecto motus eſt In his & ſurſum & deorſum ponuntur.

Si autem in ipſa re locus non ineſt: oportet enim ineſſe: ſi quidem locus eſt forma uel materia: locus erit in loco: mutatur enim ſimul cum re atque mouetur & forma & id quod terminis caret & non in eodem eſt ſemper: ſed ubi eſt ipſa res quare fit ut loci ſit locus.

Septimum argumentum, ſi locus eſt forma & materia, & ĩ ipſa re eſt forma & materia, igr̃ & locus erit in ipſa re, cum ergo res mutabitur ſm̃ locum. i. compoſitum ex materia & forma, & ex alio loco mutatũ acceperit aliũ locum, profecto vna cum ipſo cõpoſito mutabitur materia & forma. Nam vbi ſunt cõpoſita, ibidem etiam neceſſe eſt ſimplicia componentia eſſe, non .n. manẽt ſemper in eodem loco ſed ſimul cum re mouentur & mutantur, quare ſi totum in loco ſit, igitur materia & forma in eodẽ erũt, ſed hæc ſunt locus, igitur locus in loco ſit, quare loci locus erit.

Preterea quando aqua ex aere fieret: periret ipſe locus. Nam corpus quod factum eſt in eodem non eſt. At que nam eſt loci corruptio. Diximus igitur ex quibus neceſſe eſt locum aliquid eſſe: & rurſus ex quibus de ſubſtantia eius quiſpiam ambigeret.

Octauum argumentum, ſi locus eſt forma, cum igitur aqua corrumperetur & fieret aer, corrupta ipſa forma, corrumperetur profecto locus. Quæ igitur eſſet loci corruptio non haberent dicere quomodo

illa eſſet. Non enim dicerent corrumpi ipſum, ſed in ipſo corpore facto ex aqua eſſe locũ, dico ſcilicet in aere, non enim in eodem loco eſt ipſa, quoniam alia eſt aeris forma. Si ergo alia eſt forma aeris ab ipſa aqua, & locus eſt forma, non igitur in eodem loco aquæ aer eſt.

Poſt hæc ſumendum quot modis aliud in alio eſſe dicitur. Vno igitur modo ut digitus in manu: & pars omnino in toto. Alio modo: ut totum in partibus. Non enim totũ eſt præter partes. Alio etiam: ceu homo in animali: & prorſus ut ſpecies in genere.

Cum principio oſtendiſſet locum eſſe, deinde cum voluiſſet afferre quid ſit locus ſermonem deduxit in contrarium, & demonſtrauit, quod ſi voluerimus q̃d ſit locus tradere, nobis prius periclitandũ eſſe ne prorſus locus ſit, quo pacto ad vtranq; diſputationis partem arguit. Item principio ſermonis dixit ex his quæ loco inſunt idem de loco dicere acciperecq; nos minime poſſe. Et deinceps demonſtrauit ex quibuſdam ipſum videri materiam eſſe, ex quibuſdam vero formã quod pluribus argumentis confutauit, quoniam neq; materia poteſt eſſe, neq; forma. Cum igitur hæc dixerit recurrit ad oſtendendum quid ſit locus, ac ea afferre quæ ſibi videntur de loco ſentiendaq; eſſe. Quo demõſtrato ſcilicet cum quid locus ſit explicatum fuerit, ſoluentur omnes dubitationes ex quibus videbatur locum tolli, & eæ præſertim dubitationes, quæ eo quod male accipiunt quid ſit locus emergunt, ceu illę quæ accipiunt locum eſſe quodam ſpacium tema dimenſione dimenſum. Sunt etiam aliæ quæ omnino per ſe falſę ſunt, velut illa quæ dicit omne quod eſt in loco eſſe, aut illa in qua dicitur omne ens vel elementum eſſe vel id quod elementis conſtat. Vult igitur (vt dicebam) tradere quid ſit locus ſcilicet definire locum ſed quoniam manifeſtiora loco ſunt ea quæ in loco exiſtunt, & quæ in loco ſunt in aliquo exiſtunt, proinde vult adnumerare ſignificatus illius quod dicitur eſſe in loco, & explicare quot modis aliquid dicitur eſſe in aliquo. Et dicit totidẽ modis aliquid in aliquo dici, quot conſueuerunt interpretes afferre in commẽtario prædicamentorum, quanq̃ hic non oẽs ſignificatus illius quod eſt in aliquo, ſed dũtaxat nouẽ adducat omittit autem duos illum .ſ. quo aliquid dicimus eſſe in tempore ac illum quo aliquid in ſubiecto eſſe fertur. Et ſimul quærit ſi aliquod idem ſit in ſeipſo, ſiue ſecundum vnum aliquem ſignificatum horũ quos modo inquit, ſiue ſecundum aliquem alium modum. Perſpicuum autem eſt nos loqui de naturalibus de quibus modo Ariſt. diſſerit. Quærit igitur nũquid ſit aliquid in ſeipſo, aut omne nuſquam eſſe, aut alicubi. Inquit ergo, quoniam eſt aliquid quod dicitur primo & aliquid quod eſt per aliud. Nam dicitur Socrates albus non primo, ſed per aliud quoniam pars eius alba eſt ſcilicet corpus, ſed neq; corpus primo albũ eſt, ſed ſuperficies primo alba eſt, propter quam corpus, & propter corpus Socrates albus eſt, Socrates igitur ſecundum aliud & non primo eſt albus. ſimiliter Socrates calciatus petaſatuſque dicitur non primo, ſed per aliud, quoniam pars eius calciata eſt ſcilicet eo quod pes calceis induitur. Item Socratem videre per aliud dicitur, quandoquidem per hanc partem vbi ſunt oculi videat. Cum igitur aliqua ſint primo, aliqua vero per partem, igitur primo aliquid eſſe in ſeipſo non poteſt, ſed per aliud, & ſecundum partem, igitur illius quod dicitur in ſeipſo eſſe aliud eſt, vt locus & recipiens, & aliud id quod eſt in illo. Cum igitur partium totius altera in altera ſit hac ratione totum diceretur in ſeipſo eſſe non primo, neq; eo quod ipſum totum ſit in ſeipſo, ſed quia altera partium in altera eſt. Quemadmodum enim dicimus hominẽ ſuimet mouentem, non eo quod totum moueat totumque moueatur, ſed quia aliqua pars eius mouet, & alia mouetur. Nam anima mouet & corpus mouetur, quo pacto etiam dices amphoram eſſe in ſeipſa, quia pars in parte eſt ſcilicet vinum in amphora. Hac igitur ratione poteſt duntaxat aliquid eſſe in ſeipſo ſcilicet per partem (vt dicebam) & abuſiue. Nam conſuetudo hunc ſibi aſciuit aſſcripſitq; vſum, appellare ſcilicet tota nomine partis, vt cum dicimus Socratem calciatum petaſatumue eſſe, vel videre, vel ſcire. Nam eo quod animus ſcit, aut oculus videt, vel pes calceo induitur, ita ex parte totum denominatur. Hoc igitur modo de loco etiam dicendum eſt. Eo nanque quod aliqua partium totius in aliqua eſt, & non aliqua alia præter totum, diceretur totum in ſeipſo eſſe. Quoniam igitur vnaquæq; pars animalis manus ſcilicet dico pedes. Et reliquę in toto ſunt, diceretur etiam totum animal in ſeipſo eſſe non primo (vt dicebam) ſed per aliud & improprie. Ita igitur amphora ipſa vini diceretur in ſeipſa velut in loco, eo quod pars eius alia eſt in altera velut in loco. Eo enim quod totum non eſt præter locum, & id quod eſt in loco hac ratione idem totum dicitur eſſe in ſeipſo. Hoc igitur modo duntaxat aliquid idem poteſt eſſe in ſeipſo. Sed primo non poteſt neque per ſe, neq; per accidens quod deinceps oſtendit inductione, ac ipſa demonſtratione vtens. Cæterum Alexander adiecit alios ſignificatus illius quod dicitur eſſe in alio, & eorum vnum eſt quo ſimul entia eſſe inquit, dico ſcilicet ea quæ ſeſe viciſſim attingunt ſecundum ſuperficies. Nam hæc dicerentur eadem inter ſe eſſe. Atqui conſtat, vt ea quæ ſimul eſſe dicuntur, vel omnino vt in tempore ſimul eſſe dicantur, vel vt in loco, igitur ea quæ ſeſe attingant ſimul eſſe velut in loco dicuntur. Nam ſuperficies quibus ſeſe mutuo tangunt, ſunt pars loci continentis ipſa, quare hic non eſt alter ſignificatus illius quod eſt in aliquo præter modos enumeratos. Alter autem ſignificatus quem adiecit, non vtilis eſt. Dicitur enim (inquit) in aliquo eſſe velut ſubiectum in accidẽte, vt dicimus in bonis aliquem virum vel in malis eſſe. Dicimus enim hoc modo ſubiectum in accidente.

Quid Alexander.

Obiectio contra Alexã.

Alio autem modo ut genus in ſpecies: & omnino in ſpeciei ratione pars ſpeciei: præterea ut ſanitas in calidis atq; frigidis et omnino forma in materia. Item ut res græcorum in rege & omnino in primo mouente. Item in bono atq; in fine hoc autem eſt id cuius gratia cætera fiunt.

Non oportet admirari ſi dicatur genus in ſpecie eſſe, quoniam maius ampliuſque in minori videtur poni. Nam genera ſunt quædam communes naturæ, quæ cum pluribus inſunt, tum etiam prædicantur de pluribus ſunt etiam partes ſpecierum, quando velut in ſpeciebus exiſtentes illas contemplamur,

quare

quare ſecundum aliam atque aliam rationem & habitum eadem genera vniuerſaliora ſunt, & magis particularia. Nam quando cum proprijs differentijs nõdum complexa atque complicita conſpiciuntur, generaliora ſunt, cum vero cum differentijs complexa coniunctaq; ſunt, perficiunt ſpeciem & tunc ſunt partes ſpecierum. Nam definitionis hominis, dico.ſ. huius animal rationale mortale, aĩal cum ſit genus eſt pars propter hoc igitur, ipſe dicit (alio autem modo vt genus in ſpecie) vt oſtendat ſe dixiſſe genus non quod p̃dicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo q̃d quid ſed quod eſt cum differentijs complexum & coniunctum ac qua pars ſpecierum iam euaſit, quocirca ſubiunxit, & omnino in ſpeciei ratione pars ſpeciei. Nam animal cum fuerit pars hominis continebitur in definitione eius. Item inquit, vt res græcorum in rege. Nã princeps eſt cauſa efficiens rerum ciuilium, vnde & Homerus dixit hæc Iouis in genibus, quod etiam atteſtatur ipſa conſuetudo, quoniam ſæpe ſolemus dicere in principe ac rege vitam & mortem conſtitui.

Omnium uero propriiſſime id dicitur quod eſt in uaſe: & omnino in loco.

Siquidem ceu duo acceperis, alterum vt in vaſe, & alterum vt in loco, ſunt profecto nouem modi illius quod dicitur eſſe in alio numerati, ſi autem acceperis id (vt in loco) tanq̃ magis vniuerſale, exiſtente hoc particulare, (vt in vaſe, vniuerſi modi octo ſunt) verum ſiue hoc modo ſiue illo, duo modi omiſſi ſunt alter quo aliquid velut in tẽpore eſſe dici ſolet, alter quo aliquid dicitur eſſe in ſubiecto, merito autẽ dixit hunc inter cæteros propriiſſimum eſſe quo aliquid velut in loco eſſe dicimus. Nam manifeſtum eſt diſcrimen in his inter id quod eſt in hoc, & id quod appellatur in quo.ſ. inter locum & id quod locum occupat.

At enim quiſpiam ambigeret an quippiam in ſeipſo eſſe poſſit: an nihil in ſe prorſus ſit: ſed omnia uel nuſquam, uel alicubi ſint.

Cum adnumeraſſet ſignificatus illius quod dicitur in aliquo, merito quærit, ſi quippiam idẽ in ſeipſo eſſe poſſit. Et ſi poteſt & dicitur eſſe, nunquid cadat ſub aliquem modorum quos numerauit, an alio quodã modo quippiam idem dicatur eſſe in ſeipſo, vel nullo pacto aliquid poſſit eſſe in ſeipſo, ſed omne ſiquidem eſt, vel alicubi, vel nuſquam ſit.

Hoc autem eſt dupliciter: aut per ſe: aut per aliud.

Hic (per ſe) pro primo intelligendum. Nam ſciendum eſt per ſe opponi per accidens, & primo opponi id quod per aliud appellatur, per ſe igitur Socrates dicitur ambulare; per accidens autem album vel caluũ eſſe, dicitur autem primo de illo quod eſt per ſe ac de illo quod per accidens eſt, ſimiliter & id quod ſecundum aliud vocatur, ceu cũ dixero Socrates vadit hoc ſane dixi per ſe & primo, Socratem autẽ dico ipſum animal animatum & vitæ particeps, quoniam Socrates non per aliud ambulat niſi quatenus animal, ſed qñ dixero moto nauigio nautam moueri per accidens ſane id dicam & primo, per accidens quidem, quoniam per ſe motum & id quod mouetur eſt nauigium primo autem quoniam non per aliud ſed quatenus nauigator eſt mouetur. Cum aũt aliquis baculo hoſtium moueret per ſe, & ſecũdum aliud vel per aliud mouerediceretur, ſed cum ipſe dixero baculo mouente ianuam, album mouet ianuam iam ipſe hoc dicam per accidens & per aliud. Equidem non ſolũ quando mouemus aliquid per mediũ, per aliud & non primo mouere videmur. Nam faber lignarius nõ primo lignũ mouet, ſed primo ſecuris mouet illud, & per ſecurim artifex mouet lignum, ſed etiam cum ope partis aliq̃d efficimus, ceu cum moueret Socrates digitum vel pedẽ dũ dormit, diceretur ſane Socrates moueri, ſed non primo, immo ſecundum per aliud eo quod pedẽ mouet, vel digitũ. Quapropter neq; primo Socrates diceretur videre, ſiquidem hoc ſit primo quod non per aliud de altero prædicatur, ſed per ſe. Si ergo Socrates eſt totum animal non ſecundum idem totum animal, videt ſed ope partis, per ſe itaq; videre diceretur Socr. licet ſecundũ aliud ideſt per partem, & non qua Socrates eſt. Nam Socrates nõ per partem ſed ſecundum ſe totum aliquid eſt videt tamen non qua Socrates, ſed quatenus oculos viſumq; habet. Quoniam ergo huic q̃ primo dicitur oppoſitum ſecundum aliud vocant ſæpe per aliud, tanq̃ idem ſit veriuſq; ſignificatus. Verum ſi opus eſt vti proprijs nominibus, quandoquidem agemus aliquid per inſtrumentum non naturale, ceu quando moueremus oſtium baculo, tunc conſentaneum magis eſſet per aliud dicere quam ſecũdum aliud, ſed quando per partem tũc magis proprie dicimus ſecundum aliud. Hæc igitur hactenus. Ariſt. autem hic inquit aliquid idem eſſe in ſeipſo dupliciter fieri poſſe, vel per ſe, vel ſecundum aliud, per ſe loco huius primo dixit. Imprimis ergo cum demõſtrat aliquid idem in ſeipſo eſſe ſecundum aliud, deinde oſtendit aliquid idem non poſſe in ſeipſo primo eſſe, & primo neq; per ſe, neq; per accidens.

Nam cum id in quo eſt: & id quod in illo eſt totius ſunt partes tunc totum in ſeipſo eſſe dicetur. Quippe cum & per partes dicatur: ceu albus: quia ſuperficies alba: & ſciẽs: quia anima rationis particeps ſcit. Dolium igitur non eſt in ſeipſo: neque etiam uinum: ſed uini dolium erit. Ambo nanque eius quod ineſt & id in quo eſt partes ſunt. Hoc igitur modo fit: ut quippiam in ſeipſo ſit.

Quoniam pacto per aliud idem in ſeipſo erit, demõſtrat, quoniam per partem. Nam eo quod totius pars alia in altera eſt, dicitur totum in ſeipſo eſſe, verũ hoc abuſiue dicitur, quoniam & cõſuetudo hoc ſibi aſciuit & voluit vniuerſa a partibus quibuſdam appoſite denominari, ceu dicimus Socratem calceatũ, & Socratẽ album, vel ſcientem eſſe, cuius ſane pars aliqua calceo induitur, ceu pes, vel albus eſt, quia ſuperficies eius alba, vel ſciẽs, quoniam anima ſcit. Ita igitur & vini doliũ ipſum in ſeipſo diceretur eſſe, quod pars huius totius in parte collocatur. Verum non requiras, nec poſtules tu exemplum omnibus modis ſimile, q̃m non quemadmodum pes calceo induitur, & ita totum calceatũ eſſe dr̃, partis appellatione appoſite toto denominatio, ſimiliter dicendum eſt de vini dolio. Non.n. eo quod pars in ſeipſa eſt, ſic totum in ſeipſo eſſe dicitur, ſed tm̃ fructus vtilitatiſq; ab exemplo capias, q̃d ſæpe res a parte denominãtur. Cum ergo & dolij vini aliqua huius totius partium in loco eſt, & non in aliquo præter totum, quod ſit extra ipſum, ſed in illo quod in toto eſt, poterit dici locus in loco, quocir-

ſa diceretur & totum ſiue locus & id quod in loco in ſeipſo eſſe, quoniam aliqua pars quidẽ eius eſt locus, & pars eſt in loco, ſi autem idem eſt locus & id quod in loco eſt, aliquid idẽ erit in ſeipſo velut in loco. Habes quoq; exemplum huius rei exploratius longeq; Textus accommodatius, vt illud ſuimet mouens. Nam vt dicitur animal ſu met mouens, ita dolium vini in ſeipſo dicitur, quandoquidem ambo eius quod ineſt & id in quo eſt partes ſunt, quarum altera diceretur in loco quę vinum eſt, in quo autem, eſt locus ſcilicet dolium, vinum igitur & dolium ſunt totius partes, dico.ſ. huius dolium vini, nulla igitur partium ſeorſum in ſeipſa diceretur, ſed totum (vt dicebatur.)

Sed ut primo fieri nequit, ceu album in corpore. Nam ſuperficies eſt in corpore: ſcientia uero in anima.

Cum oſtenderit, quomodo aliquid idem in ſeipſo ſit, quoniam ſecundum aliud, nunc inquit non poſſe aliquid in ſeipſo eſſe primo neq; per ſe, neq; per accidẽs, cum igitur primum per ſe demonſtrat. Hic primo per ſe primo intelligendum eſt. Sed cum dixit non poſſe aliquid per ſe primo in ſeipſo eſſe, ad id non amplius ſubiunxit exempla, ſed ea quæ ſuperius dixit, vbi dicere viſus eſt aliqua denominari a parte. Nam cum ſuperius dixit. Hoc modo igitur fit vt quippiam in ſeipſo ſit.i. per partem. Rurſus exempla de his quæ per partem dominantur, exempla ſubiunxit. Nam ob ſuperficiem in corpore, in qua albedo eſt, corpus album eſſe dicitur & in eo eſſe albedinem.

Et per hæc quæ ſunt, ut in homine partes appellationes hæ non incongrue fiunt.

Appellationes eas vocat, quibus album & ſcientia prædicantur de toto non primo, ſed per ſuperficiem, & animam, quæ quidem partes per ſe non ſunt, ſed vt in homine exiſtunt. Nam ſuperficies per ſe & anima quædam tota & vniuerſa ſunt, ſed vt in homine ſite ſunt partes habentur & appellãtur. Hominem autem illum dico, qui conſtant anima & corpore. Quare ſi per hæc appellationes inſunt toti, & hæc ſunt partes, igitur locum a parte denominatur.

Dolium autem atque uinum cum ſunt quidem ſeorſum non ſunt partes: ſed cum ſimul ſunt. Quocirca cum ſint: quæ partes erit idem in ſeipſo: ceu albedo in homine quia in corpore eſt & in hoc: quia in ſuperficie. In hac autem non per aliud.

Si enim pars totius eſt pars, & hæc ſunt ad aliquid, quando igitur ſeorſum erunt dolium & vinum, non erunt amplius partes cũ fuerint præſertim inadęquate, ſed cum fuerint partes inuicem mutuoq; conuenientes & coniunctæ, dicetur idem totum in ſeipſo eſſe per partem, vt vir albus dicitur propter corpus & corpus propter ſuperficiem. Et rurſus illius eiuſdem attulit poſuitq; exempla eadem.

Atque hoc diuerſa ſunt ſpecie, & aliam naturam utraq; & potentiam habent ſuperficies inquam & albedo.

Quoniam primo in ſuperficie albedo eſt, nequis opinetur albedinem eandem eſſe cum ſuperficie, & hoc modo aliquid eſſe in ſeipſo, modo ait hæc ſpecie, & potentia eſſe inter ſe diuerſa. Nam ſuperficies ſemper eſt ſubiectum non ſolum albedini, ſed etiam ipſi nigredini & omnino pluribus alijs. Albedo autem dũtaxat in ſubiecto eſt, & ſimul eſſe cum contrario non poteſt, ſi ergo hæc ſunt inter ſe diuerſa aliud igitur in alio erit. Dixit autem naturam quoniam aliud eſt qualitas & color, aliud vero eſt ſuperficies terminus corporis & quantitatis. Item dixit potentiam, quoniam alterum eſt ſubiectum, & alterum eſt vt in ſubiecto. Ponderatio verborum.

Neque igitur per inductionem conſiderantes in ſeipſo quicquam eſſe ullo dictorum modorum uidemus: & ratione hoc fieri non poſſe conſtat.

Cum oſtenderit quomodo aliquid idem queat in ſeipſo eſſe, quoniam per aliud, vult nunc demonſtrare nec primo per ſe, nec primo per accidens aliquid poſſe in ſeipſo eſſe. Et imprimis indicat non poſſe aliquid per ſe in ſeipſo eſſe, quod quidem oſtendit per inductionem, & per rationem. Et primum per inductionem. Nam ſi tot ſunt ſignificatus quibus aliquid in alio eſſe dicitur, quot ipſi numerauimus, & nullo horum modorum aliquid idem in ſeipſo eſſe poteſt igitur videtur vt omnino nihil ſit in ſeipſo. Nam omnes ſignificatus illius quod eſt in aliquo, ſunt quibus aliud in alio eſt. Neque enim cum dicimus totum in partibus idem in ſeipſo dicimus eſſe. Nam aliud eſt totum & aliud eſt pars ipſa. Vnum enim & idem eſt quidam habitus reſponſuſq; coniunctionis connexioniſque partium, & forma aduenit illi in partium connexioni, quæ ſunt plures & differentes, quod quidem & per rationem hunc modum demõſtrat. Et inquit alia eſt diffinitio recipientis & alia rei receptæ quæ in illo eſt, Nam aliter diffinitur locus & aliter in quod eſt in loco, Et ſimpliciter aliud eſt id quod vocatur in quo & aliud quod dicitur in illo, ſi ergo aliquid idem eſſet in ſeipſo, idem differentes immo oppoſitas definitiones reciperet; & ſi exactius diligentiuſq; dicere licet, aliquod idem ſecundum idem erit ea quæ differunt et ſunt oppoſita. Nam idem recipere duas definitiones ſecundum aliam atq; aliam proprietatem poteſt, ceu dicimus hominem eſſe animal rationale mortale, atq; animal quod rectio inceſſu ambulat, verum idem ſecundum idem oppoſitas definitiones recipere non poteſt. Nam locus & id quod eſt in loco ſunt de numero eorum quæ ſunt ad aliquid, quę autem ad aliquid ſunt ad minimum duo ſunt oppoſita, quæ etiam habẽt definitiones oppoſitas, ſi ergo erit aliquid idem in ſeipſo, vt dolium vini in ſeipſo eſt, id profecto accipiet oppoſitas definitiones. Et quoniam dolium eſt locus & id quod in loco ponitur vinum, idem igitur definitionem loci & definitionem illius quod eſt loco recipiet igitur dolium ſolum erit ſimul dolium & vinum, & econtra vinum ſolum erit vinum ſimul & dolium, qđ quis non videt par ridiculum eſſe. Deinde volens opinioni fauere vt ipſam penitus confutet inquit, quoniam. Et ſi pręcipue concederemus quia pars in parte eſt, vtrunq; in altero eſſe ac dici, vt dici queat dolium & vinum eſſe dolium, & vinũ doliumq; eſſe vinũ attamen neq; hoc modo idem erit in ſeipſo, ſed vtrunq; ipſorum recipiet non quatenus vinum eſt, ſed quatenus dolium, ſiſr recipietur non quatenus dolium, ſed quatenus vinum, quare neq; hoc modo idem erit in ſeipſo, ſed aliud in alio quod quidem indicat, quia nihil eſt per ſe in ſeipſo. Deinceps oſtendit neque per accidens

aliquid

aliquid eſſe in ſeipſo poſſe. Nam videbitur forſitan, ſi aliquid idem poteſt eſſe in ſeipſo per aliud, vt quærat etiam per accidens in ſeipſo eſſe. Vt autem ſequamur demonſtrationem oportet aſſumere quid ſit ſecundū accidens, quoniam ea breuiſſimis & obſcure aggreditur demonſtrationem, ſecundum accidens igitur quippiam dicitur habere aliquid quod quidem alteri accidit & illud quod ſane dicitur haberi per accidens per ſe ineſt illi cui illud accidit, exempli gratia dicitur album per accidēs moueri propterea quod motus per ſe ineſt corpori, accidit autem & Socrati album. Nā ob id motus per accidens ineſt albo, quoniam cui accidit album dico.ſ. Socrati ipſe per ſe ineſt, ſi ergo per accidens dolium erit in ſeipſo, oportebit ergo aliquid aliud per ſe in ſeipſo, ceu vinum & dolium accidens vino, vt eo quod per ſe vinum ineſt amphoræ dolioque, & accidens vino eſt dolium, per accidens in ſeipſo eſſet. Nam aliter fieri nequit vt dolium ſit per ſe in ſeipſo. Vnde nemo repetet definitionem quam diximus de illo quod eſt per accidens, quoniam non euariat ſimiliter conuenit & congruit dolio. Nam neq̧ alius eſt hic modus, quoniam aliud alteri nō ineſt per accidens, quemadmodum ibi, ſed idem in ſeipſo eſt. Sed quærendum eſt quo pacto in his ſeruemus id qđ eſt per accidens. Aliter nanq̧ ſeruari intelligentiam illius q̄ eſt per accidens quam vt diximus impoſſibile eſt. Si ergo dolium accidit vino, conſtat ſane ipſum recipi per totā ſubſtantiam vini, q̄m ſi non recipitur, p totā ſubſtantiam, ſed extremis ſuis ac terminis ſeſe tangunt, non amplius dolium vt accidens in erit vino, ſi autem per totam ſubſtantiam recipitur, ergo corpus per corpus recipietur. Item inquit in idem rationem reflectemus more circuli quoniam denuo ipſum dolium per ſe erit in ſeipſo. Quid ergo intererat a principio fateri dolium in ſeipſo eſſe, vel accidere vino quod amphoræ per ſe ineſt. Rurſus enim ob vinum ipſum dolium erit in ſeipſo & ſic duas definitiones recipiet ſcilicet loci & illius quod eſt in loco, quare neque per accidens aliquid idem poterit eſſe in ſeipſo. Hęc itaq̧ dicens ex dictis modis illius quod eſſe in aliquo dicitur, & Zenonis dubitationem diſſoluit. Nam dubitauit Zeno quod ſi locus eſt de numero eorum quæ ſunt, & omne quod eſt locum occupat, ergo & locus in quodam erit quare locus in loco & hoc abibit in infinitum. Hanc igitur dubitationem ex his modis illius quod eſt in aliquo, quos diximus facile diluere poſſumus. Etenim & ſi non ſit verum omne quod eſt in loco eſſe, tamen oēm rem naturalē neceſſe eſt in aliquo eſſe & ſi non in loco tamen ſecundum aliquem ſignificatum illius quod eſt in aliquo, oportebit vt ſit in aliquo, quare ſi locus eſt de numero rerum naturalium, igitur in aliquo prorſus erit. Cum igitur multifariam dicatur id quod eſt in aliquo, erit igitur locus in aliquo non vt in loco, ſed velut in ſubiecto, quo pacto & proprie locus, dico ſcilicet terminus continentis in aliquo quidem erit. Nam in corpore erit minime vt in loco, ſed velut terminus in re terminata & finita. Item ex dictis aliudquid oſtendit, quod quidem ſæpe iam diximus. Nam ſi demonſtratur ob id fieri non poſſe vt aliquid idem ſit in ſeipſo quoniam altera eſt natura recipientis & altera rei receptæ. Et non poteſt vnum & idem differentes definitiones recipere. Ex his liquet locum non poſſe materiam neq̧ formam eſſe. Nam quod eſt in loco diuerſum eſt ab eo qui eſt locus ſed materia & forma non ſunt diuerſę ab ijs in quibus ſunt, quoniam elementa conficiunt ſubſtantiam eorū, igitur locus diuerſus erit a materia & a forma. Cæterum ad contextum redeamus. Neq̧ igitur per inductionem conſiderantes, id eſt per inductionem & ad particularia reſpicientes, ſecundum nullum modorum in aliquo quos prius definiuimus ac determinauimus, aliquid idem in ſeipſo erit, ſed etiam ex ratione ipſa conſtat fieri non poſſe, vt aliquid idem ſit in ſeipſo. Totus

Oportebit enim ambo eſſe utrunque: ceu dolium uas & uinum: & uinum uas & dolium ſimul ſiquidem poteſt eſſe aliquid in ſeipſo.

Inquit ſi dolium vini idem in ſeipſo per ſe, & primo fatebimur eſſe ceu totum in toto. Nam hoc modo aliquid dicitur eſſe in ſeipſo primo, neceſſe erit totum vt totum definitionem loci, & definitionē illius, quod eſt in loco recipere, immo vtraq̧ erunt oppoſita ipſa. Eſt nanq̧ vt locus dolium ipſum, vinum autem ceu id quod eſt in loco, vel ſimpliciter humidum, quare cum dolium vini totum idem in ſeipſo erit, & dolium conſtat, dico ſcilicet vas vinarium non ſolum dolium fore, ſed etiam vinum, pariter & vinum non modo vinum, ſed etiam vas ipſum fictile, quapropter ſi hoc abſurdum eſt, fieri non poterit, vt aliquid per ſe primo in ſeipſo ſit.

Quare ſi quam maxime in ſeſe ſint: dolium quidem uinum recipiet non qua uinum eſt: ſed qua eſt dolium: ſimiliter uinum inerit dolio non qua ipſum dolium eſſet: ſed quatenus ipſum: atq; patet eorū rationes eſſe diuerſas. Nam alia eſt ratio eius in quo eſt: & alia illius quod eſt in illo.

Quod quidem nos prædiximus obſcure his verbis inſinuat. Cum enim adduxit rationem ad abſurdū ſcilicet vt dolium eſſet vinum, & vinum non modo vinum foret, ſed etiam ipſum dolium eſſet, vt ne quis dicat hoc minime abſurdum eſſe, quoniam vtrunque poteſt dici & nominari vtriuſq̧ nomine cum alterū in altero ſit. Nam vtriſq̧ eſt eadem vniuerſitas. Hanc igitur rationem admittens oſtendit hoc modo neque aliquid idem eſſe in ſeipſo, ſed aliud in alio. Et inquit, ſi enim & quam maxime aliquis concederet dolium vinum eſſe, vt tueatur hoc modo idem in ſeipſo eſſe, ſimiliter & vinum dolium eſſe patet profecto vt dolium non qua vinum eſt, recipiat ipſum vinū, ſed qua illud vinum recipitur, ſimiliter & vinum erit in dolio non qua dolium, ſed qua illud doliū recipit illud quare vtrunq̧ habebit nomen vtriuſq̧, ſed rationem minime, igitur ratione ſunt diuerſa. Nam alia eſt definitio eius in quo, & illius quod eſt in illo. Conſequens igitur erat concluſionem hoc modo inferre quod quidem igitur aliquid idem per ſe in ſeipſo eſſe nequit perſpicuum eſt, quod quidem non dixit. Ex quo autē demonſtrauit q̄m non poteſt aliquid idem in ſeipſo eſſe hoc concluditur, dico.ſ. locum & id quod eſt in loco diuerſa eſſe natura. Nam aliter aſſignabis definitionē recipientis, & aliter ipſius rei receptæ, quare ſi definitiones ſunt differentes & ipſa diſtabunt atq̧ diſſentiēt inter ſe, ſed differunt definitiones illius in quo & illius qđ eſt in illo, ergo & inter ſe differūt & diuerſa ſunt.

At uero neque per accidens fieri poteſt. Nam duo corpora ſimul in eodem erunt. Etenim & ipſum dolium in ſeipſo erit: ſi cuius natura ſuſceptrix eſt idem in ſeipſo eſſe poteſt. Et inſup illud cuius ẽ ſuſceptuũ: ceu uinũ ſi uini: fieri igitur nõ poſſe ut in ſeipſo quicq̃ ſit primo: ex his q̃ diximus patet.

Hic breuiter inquit quocirca & obſcure, oſtendit autem nihil per accidens in ſeipſo eſſe. Nam (inquit) duo corpora in eodem eſſe accideret & rurſus eandẽ repetemus rationem, quam & de illo quod per ſe in ſeipſo adduximus, quoniam dolium rurſus in ſeipſo erit, & vtranq; definitionem loci. ſ. & illius quod eſt in loco, duo igitur ſunt abſurda ſuppoſitionem ſequentia, quæ breuiter demonſtrauit. Nam ſi illud quod eſt naturæ ſuſcipientis, per accidens in ſeipſo eſſe poteſt oportebit & illud eſſe in ſeipſo cuius eſt ſuſceptiuum & capax ceu ſi vinum vino ineſt, inerit quoq; & capax eius per accidẽs vino, eo quod accidit vino quod per ſe in dolio eſt. Hac igitur ratione duo ſequuntur abſurda primum, vt corpus per corpus recipiatur, ſi quidem vino dolium accidit. Secundo vt etiam dolium per ſe in ſeipſo ſit quod quidẽ fieri non poſſe demonſtrauimus. Nam in vino eſt dolium, & vinum eſt in dolio, igitur dolium eſt in dolio.

Id quod uero Zeno dubitauit: quoniam ſi locus aliquid eſt in quonam erit haud difficile eſt ſoluere. Nihil. n. prohibet ut primo locus in alio quidem ſit: non tamen in illo: tanquam in loco: ſed uelut quidem ſanitas in calidis ſicut habitus: & caliditas in corpore ut affectio: quare non neceſſe eſt in infinitum abire.

Siquidem hoc modo dubitauit Zeno. Si locus in aliquo eſt, q̃m omne quod eſt in aliquo eſt, & id quod eſt in aliquo in loco eſt, igitur locus in loco erit, ſane ratio elenchuſq; facilis eſt ſolutione. Nam quippiam eſſe in aliquo multifariam dicitur & non ſolum in loco, quare nihil vetat locum in aliquo eſſe in quo non ſit veluti in loco. Si autem quemadmodum ſuperioribus dicebatur, non ob id quia locus ſit in aliquo probauit ipſum eſſe illud quod eſt in loco, ſed hoc argumẽto quia oẽ q̃ eſt, in aliquo eſſe oportet cũ locus ſit de numero eorum quæ ſunt ergo locus in loco erit, non confutabitur per ea quæ nunc dicuntur, ſed per illa quæ ibi dicebamus, quoniam negabimus propoſitionem, ſcilicet q̃ omne ens ſit in loco. Cæterum inquit. Nihil. n. prohibet, vt primo locus in alio ſit, attamen nõ in illo veluti in loco. Dixit autem primo hoc proprie, huiuſmodi autem locus eſt terminus continentis. Hoc autem dixit, quoniam & vas vini dicitur eſſe locus. Item aer dicitur eſſe locus noſter & terra & multa alia ſic dicta loca appellãtur, quæ etiam in loco ſunt, ſed ſi proprie acceperimus locum, in quodam erit, ceu in corpore. Nam eius terminus eſt, ſed nõ velut in loco, ſed potius vt affectio quædam eius.

Illud autem patet: quoniam cum uas nihil eius ſit quod eſt in ſeipſo. Nam id quod ineſt et id in quo primo ineſt ſunt diuerſa: locum neq; formam: neque materiam eſſe: ſed diuerſum. Hæc. n. illius ſunt aliquid quod eſt in uaſe materia inquã ac forma. Hæc igitur de ipſo loco ſint dubitata.

Hic (vt dicebam) rurſus oſtendit ex dictis locum neq; materiam, neq; formam eſſe. Et inquit locus nihil eſt eorum quæ ſunt in loco, ſed præter earum eſſentiam eſt, ſed materia & forma ſunt elementa illorum in quibus ſunt, dico. ſ. rerum cõpoſitarum, a quibus diuerſa non ſunt, locus igitur neq; materia, neque forma erit.

Sed quid nam ſit locus hoc modo perſpicuum fiet. Sumamus autem de ipſo quæ quidem ipſi uere & per ſe in eſſe uidentur. Cenſemus itaque locum eſſe primo continens illud cuius eſt locus & nihil eſſe rei: præterea primum locum neque maiorem neque minorem eſſe. Item neque ob unoquoq; relinqui & ſeparabilem eſſe. Inſuper omnem locum habere has differentias ſurſum & deorſum.

Hic deinceps cũ velit tradere quid ſit locus, prius affert ea quæ communi conſenſu loco competunt. Deinde perſequitur oſtendere vnde viri moti fuere, vt ad notitiam loci peruenirent. Et cum cauſam explicat, quædam huic theoremata quæ illam ſequũtur adiungit connectitq;, poſtremo talem de loco definitionem tradet, quę omnes dubitationes contra locum adductas (vt inquit) perſoluat atq; demonſtrabit omnia loco ineſſe quæ communi conſenſu per ſe ineſſe dicuntur. Et cauſam difficultatis de loci contemplatione patefaciet. Prius igitur vt dicebam, quæ communi conſenſu loco inſunt affert, quæ quatuor ſunt numero, primum quidem eſt vt contineat id quod eſt in loco. Hoc. n. cuncti communi notitia ſunt. ſ. locum continere id quod eſt in loco, ceu dolium vinum continet. Etenim hoc quidam locus eſt, & cum locus continet non ſit aliquid ipſius rei quæ continetur. Hoc autem Themiſtius inquit eſſe id quod ſecũdo ineſt loco, quo circa tria alia adfert & quinq; vniuerſa eſſe videt̃ dicere. Sed mihi videtur Ariſt. hoc totum. ſ. vt locus ſit continens & nihil rei ſit, velut vnum ponere, quia ſuperficies videtur corpus continere & totum dicimus continere partes, vnde ne videatur eodem modo locum continere quo totum partes continere dicimus, adiunxit id. ſ. vt nihil rei ſit. Nã totum eſt aliquid partis, locus ergo cum continet nihil eſt rei contente non finis terminuſq; nec vniuerſitas, nec affectio, nec aliquid aliud. Indicat etiam Ariſt. ſe velle hoc totum. ſ. locus eſt continens & nihil rei contentæ velut vnum accipere, eo quod deinceps velut aliud principium afferens inquit. Præterea primum locum neq; minorẽ neq; maiorem eo cuius eſt locus. Hoc igitur eſt ſecũdum eorum quæ inſunt loco. ſ. vt neq; maior neq; minor ſit locus eo quod eſt in loco, locum autem eum dico qui proximus & vniuſcuiuſq; proprius eſt. Nam ſi minor fuerit non continebit corpus, & ita non omne corpus particulare dico erit in loco, ſi autem maior fuerit, poterit ſane & aliud corpus recipere, & ita non primo locus erit. Item accidet vacuum eſſe, quod quidem fieri non poſſe paulo poſt demonſtrabimus. Tertium autem eſt quod loco competit, vt non relinquatur ab vnoquoq; neq; ſeparabilis ſit. Verum ſcriptura contextuſue duplex eſſe fertur. Nam in hoc loco cum negatione dicimus. Item neq; ab vnoquoq; relinqui neq; ſeparabilem eſſe, alias legitur contextus ſine negatione. ſ. Item ab vnoquoq; relinqui & ſeparabilem eſſe, ſi ergo contextus iacet ſecundo modo. ſ. item ab vnoquoq; relinqui, ceu in multis exemplaribus habetur de ſingulari loco proxime cõtinente, hęc

inquiet,

ſinquiet, quem dicimus relinqui ab eo quod eſt in loco atq; ab eo ſeparari. Eſt.n. illud verbum, & ſeparabilem eſſe, declaratiuum expoſitiuumq; illius praecedentis. ſ. (relinqui) ſi autem contextus iacet cum negatione hoc modo (neq; relinqui) certe de omni loco ſimpliciter, & non de particulari ſingulariq; loco intelligendus eſt contextus. Nam locus ſimpliciter nō deſeritur relinquiturq; a corporibus, quoniam corpus omnino in quodam loco eſt. Nam ſi hunc deſerit corpus attamen in alio quodam erit & locū ſimpliciter non relinquet. Et aliud verbum quod ſubiungit dicens neq; ſeparabilem eſſe ſecundum hunc cōtextum ponitur pro hoc & nihil rei eſt, ſed extra ſubſtantiam eius & nihil conferens ad ſubſtantiam eius. Quartum autem, vt omnis locus habeat ſurſum & deorſum, ſed non ſimpliciter vnuſquiſq; locus. Nam vnuſquiſq; locus particularis, vel ſurſum, vel deorſum eſt, ſed in omni loco eſt ſurſum & deorſum. Quintum etiam addūt interpretes Ariſt. ſ. vt locus ſit immobilis, quod quidem & ipſe paulo poſt addit. His ergo hunc in modū communi conſenſu loco competentibus, oportet nos talem definitionem de loco reddere, quę adductas dubitationes de ipſo perſoluat & quae loco videntur inesse competereq; ſeruet & tueatur, & pate faciet cauſam difficultatis contemplationis de loco. Deinceps igitur quaerit. Vnde homines in notitiam loci venerunt, & inquit nullo alio modo quam ex motu ad locum. Nam ſi res immobiles prorſuſq; virtutis cientis expertes eſſent, nunq; in notitiam loci veniſſemus ac nunq̄ cognouiſſemus id quod eſt in loco & locum diuerſa eſſe. Nunq̄.n. dici poteſt vniuerſum vnum continuum eſſe. Nunc autem quia videmus res tranſmutari & alio atq; alio res duci ac pergere, ad cognitionem hanc peruenimus, vt alterum ſit capax quod quidem eſt locus & alterum id quod eſt in loco, quocirca inquit coeleſtia corpora maxime in loco eſſe coniijcimus ac ſuſpicamur, quoniam & in his maxime motum localem eſſe conſpicimus. Cum ergo dicit motū localem nos in cognitionem loci duxiſſe, numerat ſpecies eius, vt clarius oſtendat id in vnaquęq; ſpecie, qm̄ hęc ſunt mutationis ſecundum locum cauſa. Tres igitur ſunt inquit mutationis ſecundum locum ſpecies. ſ. latiō, auctio, diminutio. Etenim quae augentur, vel diminuuntur locum ex loco mutant, & ſi non qua tota vniuerſaq; ſunt, attamen ſecundum partes. Item ſecundum tota quanq̄ non mutent locum ex loco attamen vniuerſa, vt vniuerſa aliquando maiore cum augētur aliquando vero maiorem cum minuuntur, locum occupant, ſed eorum (inquit) quae mouentur ſecundum locum alia mouentur per ſe, alia vero per accidens & horum quae mouentur per accidens, alia huiuſmodi ſunt (inquit) quae poſſunt etiā per ſe moueri ceu nauta & clauus in nauigio ac partes totius. Etenim nauta et clauus nauigij per accidens mouentur moto nauigio, & partes per accidens mouentur moto ipſo toto, verum haec quidem omnia per accidens mota per ſe & moueri poſſunt. Etenim partes diuulſae abraſae a toto, vt manus, vel pes ſuapte natura queūt moueri per ſe. Nam & ſi amplius non eſt pars a toto diuiſa, attamen vt ſubſtantia per ſe moueri poteſt. Atqui accidentia vt albedo, ſimus & ſimilia cum per accidens mouentur moto homine per ſe nequeunt moueri quoniam neq; ſeparari poſſunt ab his in quibus ſunt, haec autem adiecit, quoniam dixit motum localem nos duxiſſe in cognitionem loci oſtendere volens non quibuſcunq; modis mobilia ſecundum locum ſimpliciter conferre ad pręceptionem notitiamq; loci capeſcendam, ſed ſola ea quae per ſe mouentur. Ea vero quae mouentur per accidens, quemadmodum neq; proprie mouētur ita neq; egent loco neq; nos trahunt ad notitiam loci. Cum itaq; haec explicat, ea quae ſunt velut in toto ac ea quae ſunt velut in loco a ſeſe mutuo diſtinguit & ſeparat, cum & multa quae primo loco inſunt qui proprie locus, dicitur ceu continere proxime vnū quodq; videantur etiam toti vniuerſoq; competere. Etenim totum continet partes quibus neq; maius neq; minus eſt. Item quemadmodum ſingula ad ſua loca ferūtur, ita pariter ad ſuas vniuerſitates pergunt. Deinde vt prius explicat quis ſit proprie locus, quoniam non quia videmur dici in mundo eſſe, mundus eſt locus noſter, ſed quia in aere ſumus, in quo etiam eſſe videmur quia in hac ipſius parte proxime vnumquodq; continente ſumus. Hic igitur eſt proprie locus, cum itaque hoc modo ſit proprius locus, differt id quod eſt velut in toto ab eo quod eſt velut in loco, quoniā id quod eſt in toto eſt continuum toti in quo dicitur eſſe, ſed id quod eſt in loco non eſt continuum loco ſed attiguū. Nam alter localis terminis eſt & alterum eſt id quod in loco manet. Item quia id quod eſt in toto non mouetur in toto, ſed cum toto cietur, ſed illud quod velut in loco eſt ſiue locus moueatur, vt vas eſt, ſiue nō, poteſt moueri per ſe in loco. Nam quae in orbem mouētur in ſuum locum cientur. Item humida in ſuis vaſibus, vt aqua in amphoram, vel in peluim. Item locus neq; maior neq; minor eſt eo quod continet. Sed tu dices, quomodo ſi locus continet, neq; maior neq; minor erit. Nam continens eſt maius contento. Dico igitur, quod ſi totum aeris corpus dixerit continere reuera maius erit continens. Si autem non totus aer fuerit locus, ſed eius extremum proxime continēs quod eſt ꝓpriiſſime locus hoc neq; maius neq; minus erit, quoniā ſuperficies quae ambit & ſuperficies illius q̄d eſt in loco, cohęrent & adęquantur.

Argumentum Reſponſio.

Et corporum unumquodq; ad proprios locos ſuapte natura ferri ac in his manere: aut ſurſum aut deorſum ꝑgēdo.

Hoc non induxit velut quippiam aliud quod loco competat, ſed velut conſequēs huius. Inſuper omnem locum habere has differentias ſurſum & deorſum, vel etiam hoc adducit tanq̄ id q̄ probat hanc ſententiam. Nam vt hoc modo in locis ſit ſurſum & deorſum patet, quia vnumquodq; ſuapte natura fertur ad proprium locum. Et cum ſunt in loco praeter naturā res ipſe ibi manere nolunt, ſed affectus naturalis in proprium locum ipſa deducit, & cum locum naturalem conſecutae ſunt ibi manent & ex eo non dimouentur loco niſi vi & praeter naturam.

His ſuppoſitis reliqua contemplemur oportet. Atq; enitendum eſt hoc modo facere conſiderationem: ut ipſum quid aſſignetur quod ea quae dubitantur ſoluat: & ea que loco competere uidentur competere tueatur: ac ipſo difficultatis & dubitationum que circa ipſum fiunt: cauſa pateat. Sic.n. unumquodq; pulcherrime demonſtrari profecto poteſt.

Ideo poſt hæc quæ loco inſunt enarrata, oportet niti cõſiderationem hoc modo facere, vt ipſum quid aſſignetur ac vt dubitata ſoluantur &c. His nanq; regulam nobis vtiliſſimam affert quo pacto debemus diffinitiones de rebus tradere. Inquit ergo oportet definitionem de loco aſſignandã hoc modo eſſe vt omnis dubitatio contra rem ipſam adducta per ipſam tollatur diluaturq;, & quæ communi conſenſu inſunt rei ſeruentur in ſeipſã. Item vt per ipſam oſtendatur quæ ſit cauſa difficultatis circa rei inuentionem, atq; quid illud ſit quod mouet dubitationes de ipſa. Cæterũ verba contextus habent nonnihil obſcuri & difficultatis circa conſtructionem eorum, ſed ita legenda ſunt oportet autem eniti conſiderationem hoc modo facere, vt quod quid eſt hoc modo aſſignetur &c. Communiter igitur hoc modo legantur.

Primum oportet animaduertere: quoniã locus non quæreretur: ſi non foret motus aliquis ſecundum locum: ob hũc enim cœlum maxime in loco eſſe putamus: quoniam ſemper motu cietur.

Vnde in notitiam loci hoc modo venimus his quærit, & inquit, quod ex motu ad locum.

Huius autem latio: auctio: diminutio. Nam in auctione & diminutione fit ſane mutatio. Et quod prius hic erat id ad maius: uel minus tranſlatum eſt.

Huius non ſimpliciter motus, ſed motus ſecundum locum. Quod vero auctio & diminutio ſint quidam motus, ſecundum locum, probat, eo quod quæ augentur non eundem locum occupant, ſed interdum maiorem interdum vero minorem, cum igitur qua aliquid augetur, vel diminuitur hac ratione mutat locũ, vel in maiorem, vel in minorẽ, qua ratione ſane ſunt motus ſecundum locum.

Mouentur autem alia per ſe actu: alia per accidens. Et horum per accidens alia per ſe moueri poſſunt: ut corporis partes & clauus nauigij. Alia nequeũt: ſed per accidens ſemper mouentur ut albedo: & ſcientia. Hæc enim propterea mutantur loco: quod id in quo ſunt mutatur. At qui dicimus eſſe in cœlo tanquam in loco: quia in aere ſumus qui eſt in cœlo. Et item in aere non uniuerſo: ſed ob ultimum ipſius et continens in aere dicimus nos eſſe.

Quoniam dixit nos perueniſſe in notitiam loci ex his quæ mouentur in locum, & dixit quid eſſet motus ſecundum locum, vult etiam facere diuiſionem illorum quæ mouentur ad locum, quoniam non omnia quouis modo moueri dicta ſecundum locum conferunt ad notitiam loci, vt ergo oſtendat quæ ſint illa quæ conferunt, & quæ non inquit Igitur eorum quæ mouentur ad locum nonnulla moueri per ſe, nõnulla autem per accidens, igitur nihil eorum quæ mouentur per accidens confert ad notitiã loci, ſed ſolum ea quæ mouentur per ſe, veruntamen eorum quæ mouentur per accidens, nonnulla ſunt quæ poſſunt moueri per ſe, vt natura, & clauus in nauigio, ac partes totius, quæ tamen, quia mouentur cum toto nihil conferunt nobis ad cognoſcẽdum quid locus ſit. Nam mouentur ſecundum accidens, quemadmodum igitur nõ proprie mouetur, ita neq; loco indigent, nõ enim ſunt per ſe in loco, quocirca neq; nos ad notitiã loci perducunt. Sed quoniam nos dicimus eſſe in cœlo velut in loco propterea quod in aere ſumus, & hic eſt in cœlo. Vult igitur hic ſeparare ea quæ ſunt, vt in loco ab his quæ exiſtũt velut in toto, ſed rurſus imprimis quis ſit proprie locus demonſtrat. Nam cum prorſus ea cõmemoret quæ velut toti inſunt, ac ea quæ poſſunt per ſe moueri, & tamen cum toti inſunt mouentur dũtaxat per accidens, vult ſeparare hæc ab illis quæ ſunt velut in toto. Nam hoc modo magis demõſtrabitur ea nihil nobis ſubſidij eſſe ad perceptionem loci capeſcendam.

Nam ſi uniuerſus aer ſit locus: locus profecto cuiuſque non erit æqualis cuius eſt locus. At æqualis eſſe uidetur. Talis autem eſt is in quo quippiam primo eſt.

Quod non ſit vniuerſus aer locus, ſed finis terminuſq; eius quod proxime vnumquodq; continet, demonſtrat ex aſſumpta prius dignitate de loco, in qua dicebatur locum eſſe æqualem illi quod eſt in loco & illo non maiorem, nec minorem, ſi ergo totus aer eſſet locus, certe non eſſe æqualis locus vnicuique quod eſt in eo, ſed nunc ob dignitatem, ergo non vniuerſus aer locus, qui ſi etiam diceretur locus noſter parte eius diceretur quæ nos continet. Idcirco inquit, videtur quidem primus locus in quo vnumquodque eſt æqualis eſt illi quod quidem velut in eodem loco eſt. Dixit autem videtur pro apparet & eſt.

Cum igitur non diuiſum eſt id quod continet: ſed continuum: tum in illo non tanquam in loco: ſed uelut pars in toto eſſe dicitur. At cum diuiſum eſt: atq; attiguum: tum primo eſt in quodam ultimo continentis.

Cum dixiſſet quis eſſet primus locus, cæterum ſeiungit ea quæ ſunt velut in loco ab his quæ ſunt velut in toto cum etiam partes videantur a toto contineri atq; totum partibus neq; maius, neq; minus eſſe appareat quæ igitur differentia quodue diſcrimen eſt? Inquit quoniam partes totius non ſunt diuiſæ a toto, ſed illi continuæ ſunt. At ea quæ ſunt in loco nõ ſunt illi cõtinua, ſed diuiſa eidem ſolum attigua ſunt.

Quod neque pars eſt eius: quod eſt in ipſo: neque maius: ſed æquales. Nam in eodem ſunt eorum ultima: quæ ſeſe tangunt.

Inquit & finis terminuſq; continentis neq; pars eſt illius quod eſt in ipſo, ſed extra illud eſt & ab illo alienus, item neq; maior neq; minor eſt, quod quidem oſtendens ſubiungit. Nam in eodem ſunt eorum vltima, que ſeſe tangunt. Id eſt ſimul & ſecundum idem tãgibilia ſuis extremis ſeſe tangunt, ſunt autem vltima corporum & termini ipſe ſuperficies. Cum igitur ſuperficies inuicem cohærent & adæquantur, ſuperficies nanq; localis, quæ locus eſt cum ea cohęrent & adęquantur quæ eſt illius quod locum occupat, quibus adęquatis vna ſit, quare in eodem ambæ erunt, ſi autem in eodem fuerint ergo & æquales erunt, igitur neque maius, neque minus erit continens contento, ſed æquale.

Et ſi continuum eſt non illo: ſed cum illo mouetur. Sin uero diuiſum: in illo cietur: ſiue illud moueatur: ſiue non.

Alterum diſcrimen inter ea quæ ſunt in loco & ea

quæ

quæ ſunt in toto. Inquit ergo partes cum cõtinue ſint cum toto: non mouentur in toto, ſed cum toto. Nam moto ipſo toto vniuerſoque vna mouetur & pars, quo fit vt in toto non mouẽtur partes vt in loco. At ea quæ ſunt in loco cum diuiſa ab eo ſint, non mouentur ſimul cum loco, ſed in loco mouentur, ceu ſphęra, & aqua in vaſe vbi loco immobile circa ipſum mouetur. Et ſi locus (inquit) moueatur, vt dolium vaſq; fictile, aqua tamen non cum ipſo, ſrd in ipſo mouetur. Nam dolium aut vas non penitus eſt aquę primus locus, ſed caua ſuperficies eius, quæ etiam immutabilis eſt. Neq; igitur manus diceretur moueri in toto, ſed cum toto, neq; ea quæ ſunt in loco cum loco moueri dicuntur, ſed in loco, nõ idem igitur eſt id quod eſt in toto & id quod eſt in loco.

Preterea cum non eſt diuiſum: ut pars in toto dicitur eſſe: ceu in oculo pupilla: aut in corpore manus. Cum uero eſt diuiſum in illo rſſe dicitur: ceu in cado aqua: aut in dolio uinum. Nam manus cum corpore mouetur: aqua autem in cado cietur.

Videtur eadem dicere. Nam rurſus eadẽ repetit, ſed quoniam paulo prius duplici exẽplo rationes poſuit, ob id nunc repetit, vt etiam exempla addat.

Iam igitur ex hiſce patet: quid nam ſit locus. Quatuor enim fere ſunt: quorum unum aliquid eſſe oportrt: aut enim forma: aut materia.

Vult cæterum hic explicare quid ſit locus. Nam cum quatuor ſint (inquit) quorum vnum aliquid eſſe locum neceſſe eſt, ſi ergo demonſtrabitur locum non eſſe aliquid trium neceſſario quod relinquitur erit locus. Nam ex his quæ loco competunt, prius ducebamur ad exiſtimandum locum eſſe materiam, vel formam, vel intercapedinem quandam inter cõfinia extremaq; continentis clauſam, ceu interuallum inter cauam vaſis ſuperficiem comprehenſum, aut ipſa extrema continentis, vt ipſam cauam vaſis ſuperficiem. Nã qua locus continet & definit id quod eſt in loco atq; ęqualis eſt termino eius forma eſſe exiſtimatur. Nam vniuſcuiuſq; circunſcriptio & terminis forma eſt, formam autem dico eam quæ ſecundum figuram & formam dicitur, ſed qua manens vnus & idem aliud & aliud corpus recipit materia videtur eſſe. Nam materiæ proprium eſt aliam atq; aliam recipere formam, & ſubſtantiam. Qua rurſus locus eſt ſeparabilis & alter manens vnus & idem aliud atq; aliud corpus recipit videtur eſſe ſpacium interuallumq; quodã diuerſum ab his corporibus quæ in ipſo recipiuntur. Nullo enim alio modo venimus in cognitionẽ, vt locus aliquid rſſet, niſi ex viciſſitudinaria corporum translatione. Si ergo locus vnus & idem manẽs corpora viciſſim tranſmutata recipit, & ea corpora quæ in eodem incidunt accedunt ipſiſmet mutuo ſunt trina dimenſionem dimenſa. Neceſſe eſt igitur, vt etiam receptaculum recipiens ipſa huiuſmodi ſit, quare & locus erit trina dimenſione dimenſus. Rurſus qua terminus continentis adæquatur contento & nihil ſpacij intercipi ſinit præter corpus contentum, & in viciſſitudinaria corporum mutatione, ſtatim corpori exeunti alterum ſuccedit, vt nunq̃ vacuum intercipiatur inter terminos, locus videbitur eſſe terminus corporis. Quod vero fieri nequeat, vt præter vnum aliquid horum quippiam alterum ſit locus, hoc ſane ex diuiſione hũc in modum probandum demonſtrãdumq; eſt. Quod mutatur ſecundum locum, vel ſecundum aliquid horum in ipſo eſt, vel ſecundum aliquid horum circa ipſum mutatur, ſiquidem igitur ſecundum aliquid horũ in ipſo mutatur, vel ſecundum materiam omnino mutatur, vrl ſrcundum formam, ſi autrm ſecundum aliquid horum circa ipſum, vel ſecundum interuallum quod comprrhenditur inter terminos continentis, vel ſecundum ipſius trrminos. Cum igitur quatuor ſint, forma, materia, interuallum quod comprehenditur inter terminos continentis. Et finis terminuſue ipſius continentis, quæ locus eſſe exiſtimantur, ſi ergo demonſtrabitur ipſum non eſſe formam, neq; materiam neq; interuallum neceſſe eſt, vt id quod reliat locus ſit dico. ſ. terminus continentis. Quod quidem igitur neque forma, neq; materia ſit, iam multis argumentis oſtrnſum eſt, & nunc commemorat. Et addit hoc, quod ſi locus videtur forma eſſe propterea quod ipſa eſt in eodem terminus contẽti quo neq; maior neq; minor eſt ac ſeparatur ab eo cuius eſt forma, nihil habetur, cum forma ſit finis terminuſq; rei contentæ, & locus rei continentis. Nam & ſi locus & forma continent, ac ambo æqualia ſint his quæ in eis ſunt, tamen ſi locus arris continet finis eius eſt locus, ſed forma eſt finis contenti quare locus non eſt forma, ſed neq; materia. Nam ſi hac ratione videtur materia rſſe, quia manens vnus & idem recipit diuerſa corpora, rurſus tamen hac ratione a loco diſtinguitur, quia de materia ipſa dicimus quod ipſa ſit hoc aliquid. Nam quod erat ante hoc aer dicimus fieri aquã, ſed de loco hoc non dicimus, quandoquidem non ſoleamus dicere locum prius extitiſſe aerem modo aquam, immo terminum vaſis, vel interuallum quoniam vbi erat prius aer nunc eſt aqua. Hiſce igitur & multis argumentis neceſſarijs quæ ſuperius adduximus, ſane conſtat, locum neq; materiam neq; formam eſſe. Quod autem neq; ſit aliquod ſpaciũ inter terminos continentis hoc modo oſtendit, licet obſcuriſſima ſit verborum ſententia, & niſi ſemetipſum in rationibus de vacuo interpretatus eſſet ac expoſuiſſet, certe intelligi exponique non potuiſſet. Sed alij contextus intelligentiam aliter explicare nituntur aggrediunturq;. Si eſſet (inquit) locus ſpacium inter terminos continentis clauſum, cũ corpus in eo ingrederetur reciperetur locale ſpacium. ſ. quod recipitur in loco per ipſum vniuerſum ſpacium corporis. Nam locus videlicet reciperet ſecundum omnem ſui dimenſionem corpus, quare dimenſiones corporis recepti ac loci ſrſe mutuo reciperent ac penetrarent, quemadmodum igitur totum ſpacium loci per totum ſpacium corporis recipietur, ita etiam pars loci recipietur per partẽ corporis, quoniam ſi non recipietur pars per partrm neq; ſane totum per totum ſeſe inſinuauerit ac receperit, ſi ergo omne corpus omniſq; magnitudo in infinitum diuiſibilis eſt, & locus in infinitum diuidendus erit atq; corpus quare actu infinitum erit, neq; ſolum vnum infinitum immo duplicabitur. Nam infinitum cum locus diuidetur tum etiam corpus diuidetur, ad cuius rei explicationem ac dilucidationem verba exponamus afferamuſq; in medio. Sic enim inquit. Quod ſi eſſet aliquid interuallum aptum ad capeſcendum corpora in eodẽq; loco manens infinita loca profecto eſſent, &c.

Ideſt quando enim aer cederet aquæ & in eodem loco aeris ingrederetur aqua, ceu in dolio vaſeq;, quod quidem vniuerſa aqua in vaſe patitur, cum ipſa patiatur recipi per totum loci interuallum quod vaſe comprehenditur, idem etiam omnes partes aquæ in vniuerſo loco ſubibunt.ſ. ipſe quoq; recipientur per partes loci, quare & ipſe.ſ. vnaquæq; earum propria circũſcriptione, ſitu poſitioneue ſuum proprium locum obtinebit. Quod autem Ariſt. ſubdit alterum argumentum eſt, quod tale ſit, ſi locus aquæ non eſt concaua vaſis ſuperficies, ſed aliquod alterum ſpacium præter ſpacium aquæ a concaua vaſis ſuperficie contentũ quod quidem aqua ingrediens per ſeipſam totam recipit cum ergo transferetur vas, conſtat ſane totũ vas alium quendam locum recipere cum & ipſum ſit trina dimenſione dimenſum, quare ſpacium locale recipietur per totum vas, quare & per aquam quæ intus iacet, ac per ſpacium recipientis aquam. Nam occupabitur prorſus aliqua pars localis ſpacij in quo amphora eſt ac aqua quę in dolio iacet, vnde occupabitur & alterum ſpacium quod inter cauam ſuperficiẽ amphoræ continetur, quare tria ſpacia in eodem erũt.ſ. locale ſpacium in vaſe, ſpacium in illo receptũ, & pars loci totius amphoræ in quam amphora tranſmutata eſt. Quod ſi hæc admittuntur primum accidet, vt locus in locum migret & mutetur. Nam cum mutatur amphora & ſecundum ſeipſam totam ſit in locali ſpacio, quod trina dimenſione conſtat, ſpacium quod inter ipſam comprehenditur recipiens aquam in loco erit. Et ſi poſſunt eſſe duo & tria ſpacia in eodem ſimul plura in eodem erunt, atq; infinita. Vt autem rationem clariorem manifeſtioremq; efficiam exemplo ipſam repetam. Sit ſextarius quidam, dico.ſ. mẽſura quædam ſiue ſit amphora ſiue alterius cuiuſuis vaſis menſura, ſi ergo ſpacium quod inter latera comprehenditur alterum erit præter corpus quod eſt in ipſo, ceu præter aquam, ſi totus ſextarius inijceretur immittereturue in maiori vaſe, conſtat ſane, vt etiam ſpacium locale in ſextario comprehenſum cum ſit trina dimenſione dimenſum, recipiatur per totum aquam ſextarij, quare etiam per profunditatem eius, recipietur ergo per aquam, quæ intus manet, ac per ſpacium recipiens aquam, quare tria ſpacia in eodem erunt, quod ſi rurſus inieceró vas in dolium.ſ. in amphoram rurſus idẽ accidet & recipietur interuallum amphoræ per vniuerſa ſpacia vaſis, ſimiliter ſi rurſus amphora inijceretur in culeum, ſpacium culei locale reciperetur per totam amphoram, & ita in infinitum, quare accidet multa loca eſſe in eodem ac multa ſpacia ſimul, quod quidem fieri nequit. Themiſtius autem hunc locum hoc modo exponit interpretaturq;, ſi eſſet (inquit) ſpaciũ qđ per ſe naturalr̃ eſſe & in ſeipſo manere poſſet, infiniti loci forent. Quamobrem? quoniam ſi vas aliquando aqua vel aliquo alio corpore plenum aliquo traduceretur, quicquid tota aqua in vaſe efficeret idem quoq; partes aquæ agerent, Cum itaq; tota aqua continens proprium ſpacium, vaſe tranſlato vna & ipſa mouetur, ſic etiã vnaquæq; illius pars ſua ſpacia propriaq; obtinẽs mouebitur vna cum vaſe. Porro cum alio fuerit delata amphora palam eſt ipſam habitur ã ſpacium quod inter continentis terminos comprehenditur. Eius autem ſpacij quod aqua in amphora obtinebit etiam aquæ partes ſuas portiones obtinebũt, ſed vide tu quot in eodem ſint ſpacia. Primum quidem eſt quod obtinet aqua in vaſe amphoraue, dico ſcilicet illud locale quod inter amphoræ limites complectitur. Secundum autem eſt quod continent aquæ partes. Nam vt totum obtinet totum interuallum, ita & vnaquæq; pars aquæ aliquam partem ſpacij obtinebit. Et cum vnaquæq; actu ſit in loco, ac interuallum quod cõtinet tota amphora. Item & pars ſpacij quam obtinet tota amphora, in qua etiã eſt aqua pars totius.ſ. quod amphora & aqua conſtat, & huius rurſus id ſpacium quod obtinent partes quibus ſi adieceris id ſpacium quod eſt amphoræ totius vt corpus ipſa eſt, & illud aquæ, vt corpus, ac ea ſpacia ipſarũ partium veluti corpora ſunt, plura nempe comperies in eodem ſpacia, & cum ſectio magnitudinis habeat in infinitum profecto et in infinitum adiectio ſpaciorum atq; cumulus abibit. Nam ſi locus eſt ſpacium neceſſe eſt vnamquanq; partem in proprio loco eſſe per ſe. Nam vnaquæq; corporis pars aliquam partem ſpacij localis obtinebit. At illis qui locum aiunt eſſe continẽtis terminum non accidit aſſerere vnamquanq; corporis partem per ſe in loco eſſe, immo neq; his accidit eſſe in loco per ſe, quæ ſeſe tangunt, dico.ſ. termini ſed hæc omnia eo quod totum eſt in loco per ſe, per accidens dicuntur eſſe in loco. Nihil.n. ipſorum proprie a loco continetur, quoniam pars continua eſt toti quæ vel prorſus non tangit locum, vt ſunt partes in profunditate, vel non vndiq; tangit ſed parte tantum. At locus vult totum id quod eſt in ſeipſo continere, totum igitur ſolum per ſe in loco eſt, & per totũ partes dicuntur eſſe in loco. Illis autem qui autumant locum eſſe interuallum, opus omnino eſt aſſerere partes per ſe in loco eſſe. Nam velut cubiti vlnęq; tres dimenſiones, ſi extiterint corporis dimẽſiones, per tres dimenſiones loci cubiti vel vlnæ ſeſe inſinuabunt atq; diffundent quocirca & partes per partes recipientur, alioquin ſi partes partibus non recipientur, neq; totũ toto complectetur, & apud me nihil intereſt ſiue quis aſſerat ſpacium locale per corpus recipi, ſiue econtra corpus recipi per ſpacium loci. Nam idem incommodum ſequitur ſiue alterum per alterum ac reliquum ꝑ alterum recipiatur. Quare ſi vnaquæq; pars per ſe in loco eſt per ſe, & magnitudo in infinitum diuiſibilis eſt, igitur & loci infiniti erunt. Hoc igitur eſt argumẽtum ꝙ his continetur. Alterum deinceps argumentũ ſimiliter Themiſtius interpretatur. Quoniam ſi locus eſſet ſpacium tranſlata amphora & aliquo recepta, cõſtat ſane ipſam in loco ſibi adæquato recipi, quare ſi amphora vnius cubiti vel vlnæ ſecundum omnes dimenſiones erit certe & locus recipiens ipſum tantus erit, quare & locus inter limites ſuperficiei comprehenſus quem occupat aqua, aliquam loci partem occupabit quam tota amphora non occupat, quare locus in loco erit, & non modo duo loci in eodem erunt ſed etiam plures vt demonſtrauimus, ſiquidem ſpaciũ topicale quod occupat aqua, dico.ſ. interuallum inter cauam ſuperficiem vaſis comprehenſum, poſtq; receptum eſt aqua per ipſum ſit. Nam ſi poſtq̃ aqua recepta eſt per illud non amplius fuerit, certe neq; aqua erit in amphora velut in loco, ſiquidem locus eſt ipſum interuallum, quod ſi nõ eſt cum aqua ineſt in amphora, accidet etiam vt neq; prorſus aliquando ſit. Nam ſi ob id quia aqua in idem incidit quiſpiã dicat

non amplius idipſum ſpacium eſſe, cum & antequam eſſet ibi, quippiam aliud erat corpus in dolio ſiue aer, ſiue aliquod alterum corpus, cum nequeat vacuum eſſe, vt deinceps demonſtrabitur, & aliud eſſe non poteſt, neceſſe eſt igitur vt prorſus in amphora ſit loci interuallum inter limites vaſis comprehenſum, ſi ergo neceſſe eſt, vt prorſus ſit, igitur tranſlata amphora ſimul ſpacium transfertur, & ingreditur loci partẽ quem tota amphora occupauit. Quæ igr̃ ſit confutationes quibus tollitur locum eſſe ſpacium, ex interpretationibus cõtextus Ariſt. explicate hę profecto ſunt. Quot vero extra textum addunt interpretes, & quot dicerent qui tuentur locum eſſe interuallum explicata textus ſententia dicemus.

Aut ſpacium inter extrema comprehenſum.

Extrema ſcilicet corporis cõtinentis, ceu ſi amphora eſſet continens, ſpacium illud dicebant eſſe locum antiqui quod inter extrema limiteſq; amphoræ comprehenditur.

Aut ipſa extrema: ſi non ſit interuallum ullum præter ipſius corporis magnitudinem quod eſt in loco. Atqui patet horum tria locum eſſe non poſſe. Verum quia continet forma eſſe uidetur.

Inquit ſi interuallum q̄ capitur inter extrema continentis corporis non ſit aliud præter corpus quod in ipſo collocatur. Ceu ſi aqua vel aer eſſet, cũ neq; materia, neq; forma ſit locus, reſtat itaq; illum eſſe terminum continentis.

In eodem enim ſunt ultima continentis & contenti. Sunt igitur ambo fines: ſed non eiuſdem. Sed forma quidem ipſius rei. Locus autem continentis corporis.

Dixit in eodem pro ſimul, & pro hoc mutuo adæquantur & cohærent. Vnde videtur locus forma eſſe veruntamen diſcrimen mox prodit in lucem, quoniam & ſi ambo fines ſunt, & in eodem, attamen locus finis terminuſq; continentis corporis eſt, & forma eſt finis illius quod continetur, quare non erit locus forma.

Quia uero id quod continetur atq; diuiſum eſt interdum transfertur eo manente quod continet: ut aqua ex uaſe: interuallum quippiã eſſe uidetur quod eſt inter extrema tanquam aliquid aliud præter corpus quod transfertur. Hoc autem ita non eſt, ſed quoduis eorum corpus incidit quæ uiciſſim tranſmutantur: atq; ſuapte natura tangi queunt.

Cauſam explicat qua nonnulli locum ſpacium eſſe putauere, ſpacium autem illud dico, quod capitur inter limites continentis corporis. Quocirca inquit quemadmodum in quodam vaſe eodem manẽte, plura incidunt corpora, quoniam ſic videntur plura corpora eundem locum occupare, videbitur locum eſſe quodam ſpacium diuerſum ab eo quod recipitur in ipſo. Non eſt inquit alterum ſpacium, ſed alterum q̄ppiam quoduis corpus quod in eo incidit. Quare non non eſt aliquod ſpacium inter limites comprehenſum præter corpus quod in ipſo introducitur.

Quod ſi eſſet quippiam interuallum quod ſuapte natura eſſet ac in eodem maneret infinita loca profecto eſſent.

Dixit aũt quod ſuapte natura, propter interuallum mathematicum. Nam illud natura non eſt, ſed animi cogitatione ac perceptione. Dixit ergo quod ſuapte natura pro hoc. ſ. quod cum ſit etiam ſubſiſtit. Item dixit maneret ideſt immobile eſſet, propter naturales magnitudines quas cum motu quodam omnino contemplamur.

Si enim transferatur aqua & aer: idem facient omnes partes in toto: quod uniuerſa aqua in uaſe.

Ideſt eorum quæ mutuo ſuccedunt viciſſimq; cedunt in proprijs locis, quod quidem vniuerſa aqua in toto vaſe facit, & ſingulæ partes aquæ in partibus loci efficient. Vt igitur tota aqua recipitur per totum interuallum locale, & interualla ipſa inter ſe adæquantur ita & partes corporis cum partibus loci idem ſubibunt; ſed cum magnitudines in infinitum diuidantur, in infinitum igitur diuidentur corpus & locus, quare vnus locus diuidetur in infinita loca, ſimiliter & corpus.

Item ſimul locus transferetur: quare loci alius locus erit: ac multa loca ſimul erunt.

Alterum argumentum, quoniam ſi ſpacium quod capitur inter limites vaſis alterũ fuerit pręter corpus q̄d in illo eſt, neceſſe erit, vt tranſlato vaſe, ſimul etiã ſpacium transferatur, quare & locus tranſmutaretur ſecundum locum. Et quoniam locus qui recipit vas totus per totam profunditatem recipitur, profecto recipiet etiam interuallum quod intus capitur, quare loci locus erit. Et multa ſpacia interuallaque in eodem erunt, imprimis interuallum inter extrema vaſis, ſecundo corpus quod in ipſo eſt. Item pars interualli ſuſcipientis totum vas in quod recipitur pars vaſis, dico ſcilicet aqua, ſi ergo multa interualla ſimul ac in eodem eſſe poterunt, quid vetat vt infinita in eodem habeantur.

At non eſt alius locus partis in quo mouetur: cum uas totum transfertur: ſed idem. Nam in quo ſunt aer & aqua uel partes aquæ in eo mouentur ſed non in eo loco ad quem accedunt: qui quidem eſt pars loci qui eſt locus totius & cœli.

Contra ſecundum argumentum his videtur obijcere quoniam cum concluderetur locum in loco eſſe ac ſimul multa loca haberi. Nam interuallum inter cauam ſuperficiem amphoræ comprehenſum quod q̄dem recipiebat aquam in alio ingrediebatur ſpacium tranſmutata amphora. Inquit igitur hoc abſurdum non accidere his qui fatentur locum eſſe terminũ continentis. Neq; enim neceſſe eſt mutato toto vaſe, vt pars eius alio recipiatur, dico. ſ. aqua non recipietur in alio loco ab illo in quo a principio erat, & cum quo mouebatur, qui ſane locus eſt concaua ſuperficies vaſis, ſed totum mox in alio loco ſeſe recipit. Nam ab altera ſuperficie aeris cõtinetur cuius quoq; pars in eodem loco eſt quoniam ab eadem ſuperficie continetur, dico. ſ. concaua vaſis & non alio ab eo in quo eſt ſimul cum toto. Nam aqua non obtinet aliquam loci partem, illus. ſ. in quo totum vas exiſtit ſed ſimul cum toto in illo eſt per ſe autem non eſt in alio loco ab eo in quo prius erat. Partem igitur appellat totius amphoræ plenæ aeris vel quæ, ipſam aquam vel aerem. Eſt igitur pars totius amphoræ vel aqua vel aer cuius erat vas plenum. Nam in quo ſunt (ideſt in ſuperficie concaua vaſis) aer & aqua & partes aquæ in eo Textus

mouentur. Dixit autem mouentur pro hoc ſimul mouẽtur. Item dixit (aer & aqua) pro hoc aer vel aqua qua plenũ vas erat, igr̃ in loco quẽ a principio aqua vaſis pleni pars obtinebat cum alio transfertur vas, ipſa manet, & non in eo loco in quo totum nuper tranſlatum eſt qui eſt pars aeris continens ipſum. Inquit au- Textus tem locus eſt pars huius loci qui eſt totius cœli. Hic cœlum vocat mundum, igitur mundani loci pars eſt locus qui continet ipſum vas. Verum cum dicit, aer & aqua adiecit vel partes aquæ ideſt neq; tota aqua, neq; partes eius tranſlato vaſe alio aliquam partẽ loci quem vas recepit, occupant ſed in quo tota aqua ex principio erat in eodem manet, ac tranſlato vaſe alio tota aqua & partes eius loco ſuo non ammouentur. Quod quidem adiecit indicans id incommodum abſurdumq; non accidere his, qui fatentur locum eſſe ſuperficiem partes actu ſint in loco, quod ſane abſurdũ per prius argumẽtum illis accidebat qui locum interuallũ eſſe contendebant. Nam ij coguntur fateri partes actu in loco eſſe, ſiquidem mutuo viciſſimq; ſeſe recipiunt interualla ac penetrant. Hi vero aiunt locum eſſe terminum, non præmuntur id fateri, quippe nulla pars totius parte ſuperficiei circũſcribatur, quemadmodum circunſcribitur a parte interualli quare his q tuentur locum eſſe terminum continentis nullum eorum abſurdorum accidit, quæ ij qui locum interuallũ quodam eſſe contendunt fateri coguntur.

Atqui materia quoque locus eſſe uidebitur: ſi in quieſcente & non ſeparato ſed continuo quiſpiam cõſiderauerit. Nã ut ſi alteratur: erit igitur aliquid quod nunc eſt album olim nigrum erat. Et nunc quidem durum eſt: olim autem molle erat: quapropter dicimus & materiam aliquid eſſe: ſic & locus per quandam talem imaginationem eſſe uidetur. Verum illud quidem: quia quod erat aer id nunc eſt aqua. Locus autem quia ubi erat aer: hic nunc eſt aqua At enim materia: ut antea diximus: neque a re ſeparabilis eſt: neq; continet: loco autem utrunque competit. Si ergo locus non eſt quicquam horum trium neque materia: neque: forma: neq; interuallum aliquid aliud ſemper præter rem quæ transfertur: neceſſe eſt reliquum illorum quatuor eſſe ſcilicet terminum corporis continentis.

Cum dixerit vnde locus cogitabatur eſſe forma ac interuallum, nũc autem dicit, vnde exiſtimatur eſſe materia. Et inquit ſiquis conſiderauerit in quieſcente re. i. ſiquis in re quieſcente in loco & non tranſmutata ab eo conceperit animo, eandem fieri & corrumpi interituramq; eſſe loco exiſtente immobile, dico exẽpli cauſa, ſi in vaſe aqua fuerit, qua poſtea non priuato in eodem aer ingrediatur hoc ſane modo videbitur locus magis eſſe materia, quoniam non amota re a loco in eodem aliud atq; aliud ingreditur corpus. Nam hoc modo fit mutatio in materia forma immota ſecũdum locum quæ in ipſa materia eſt. Si ergo decet locum aſſimilare materiæ exemplo aquæ in amphora hoc facile intelligi poterit quocirca aqua in amphora tranſmutetur in aerem, vel in quippiam aliud corpus vt manente re immobili aliud atq; aliud corpus in amphoram ingrediatur. Dixit autem (& non ſeparato) idem cum quieſcente geminatione vocabuli. Deinde cum dixit (continuo) pro exiſtente & conſequente, quoniam hic non eſt proprie continuum. Cæterum inquit per quam animi cogitationem viſa eſt materia diuerſa eſſe atq; altera ab omibus formis quæ ipſi adueniunt, eo quod res ipſa aliquando alba, aliquando nigra fit atq; alia & alia forma formatur, per eandem videtur locus diuerſus eſſe ab his, quæ in loco fiunt, quare ſi res loco immobilis tranſmutatur, videbitur ſane idem materiam & locus eſſe. Verum aliquod diſcrimen eſt. Nã materia ipſa fit alba vel nigra, vel homo aut equus. Locus autem hæc recipit, ſed hæc non fit, quapropter vſus moſq; noſter varius eſt in rebus ipſis. Nam de materia dicimus ipſam prius extitiſſe aquam, modo vero aerem, de loco autem dicimus quia vbi prius erat aqua nunc eſt aer. Item quod quidem prius dicebatur, materia quidem a re inſeparabilis eſt, locus autem ſeparabilis eſt.

At quæ id corpus cõtineri dico quod latione mouetur.

Contineri loco (inquit) ac in loco eſſe affirmo non ſimpliciter omne corpus, ſed quod ſuapte natura poteſt aliquando moueri, & aliquando non. Nam hoc mobile eſt, quod quidem dixit vt complectatur ea ſolum quæ ortui interituiq; ſunt obnoxia. Nam cœlum non eſt mobile, ſed ſemper mobile, quapropter neq; vniuerſum eſt in loco. Dixit autem (latione) pro recta latione. Nam latio in rectum fit, at orbicularis motus non latio vocatur, ſed circum latio, igitur ſi quippiam eſt mobile ſecundum lationem id omnino in loco eſt attamen econtra non ſequitur, ſi quippiam ſit in in loco vt idem ſit mobile ſecundum lationem. Nam ſphæræ quæ intra ambitũ octauę ac illius quæ aſtrorum fixorum eſſe dicitur, cõtinentur in loco quidem ſunt tamen non mouentur ſecundum lationem. Sed quomodo velit ſphęram non errantium ſiderum eſſe in loco, & quomodo non, ipſum dicentem ac explicantem hoc paulo poſt intelligemus. Verum rationem exactam perfectamq; de his afferre atq; conſiderare alterius facultatis erit, dico. ſ. quomodo cœlum collocetur, vel ſecundum partes vel ſecundum totum.

DIGRESSIO.

Cæterum tempus ac occaſio eſt qua nonnulla nobis diſcutienda & apponenda ſunt, ac tandem videndum, ſi argumenta Ariſt. aliquid neceſſarij concludãt, per quod oſtendebatur fieri non poſſe, vt locus eſſet aliquod interuallum trifariam dimenſum. ſ. trina dimenſione conſtans. Itaq; ſi locus quem ſtatuunt eſſe ſpacium exiſtimabitur per totum corpus quod in ipſo eſt recipi. Et deinde illud diuidi hoc modo, vt actu infinitæ partes eius ſtatuantur, ac ipſum locum actu in infinitum diuidi, hoc ſane abſonum prorſuſq; infutile eſt & nihil veriſimile apud me habet. Nam & ſi locum quem aſſerunt eſſe interuallum trina dimenſione conſtans, corpus eſſe affirmarẽt forſitan neq; hoc modo abſurda (quæ prædiximus) ſequerentur. Veruntamen paralogiſmus facile coarguitur & refellitur, q̃m non poſuerunt antiqui locum eſſe corpus. Neq; enim idem dictum eſt trina dimenſione dimenſum, & corpus ſed incorporeum. Nam id propria ratione vacuum eſſe ſtatuerũt quocirca quid cogit vacuum vel recipere penetrareq; corpus quod in ipſo eſt, vel recipi penetrariq; per ipſum, ac mox diuidi ipſum actu ẽ

Nam

Nam corpus recipi in vacuo nihil aliud eſt, quam ipſum implere. Item ſi per corpus reciperetur vacuum, quid vrget, quaque neceſſitate impellimur, vt mox ipſum diuidi ſecariq; aſſeramus cum ſit incorporeum? Nam incorporeum cum per corpus recipitur nullam diuiſionem neque ſectionem efficit. Nimirum albedo caliditas, & omnes aliæ qualitates cum recipiuntur per vniuerſum corpus, dico ſcilicet per profunditatem, latitudinem, & longitudinem, in eo ſane nullam diuiſionem efficiunt, quod quidem euenit non eo quod qualitates ſint, ſed quia ſunt incorporeæ. Non.n. poteſt ſuapte natura neq; aptū eſt corpus diuidi ab incorporeo, quod ſi dicerent immo quia ſpacium eſt quodam vacuum, ob id diuidetur, his ſane reſpondeo quod ipſe neque hoc modo video nos cogi, vt id aſſeramus. Nam ſi ſpacium eſt trifariam dimenſum diuiſibileq; attamen omnino expers affectionis eſt, & incorporeum, cum idipſum nihil aliud ſit quam locus vacuus atq; receptaculum inane. Quo pacto igitur id quod eſt prorſus affectionis expers, & nulla qualitate corporali, neq; denſitate & raritate, neque prorſus exemplari formaque, neque aliqua alia id genus, & poteſtate formatum incorporibus diuiſionem efficiet, quemadmodum igitur ſuperficies cohærens & attigua ſuperficiei nullam diuiſionem efficit, immo ſi infinitæ ſuperficies inter ſe conuenirent, mutuoque cohærerent, neque aliquam auctionem, neque diuiſionem inter ſe efficerent inducerentque. Eodem etiam modo ſi lineæ infinitæ inter ſe conuenirent ſeſeque tangarent neque ſeſe diuiderent neq; aliquam auctionem producerent, ſed in eodem infinitæ ipſiſmet cohærere poſſunt, cuius rei cauſa nulla alia eſt, quam hæc, quia ſunt incorporeæ. Ita etiam ſi ſpacium trina dimenſione conſtans adhæſerit coniunctumq; fuerit alteri interuallo trifariam dimenſo, cum illud ſit incorporeum, nullam diuiſionem, nullam affectionem, nihilq; aliud efficiet & producet. Item ſi trina illa dimenſio incorporea & recepta per corpus, quod quidem dictum eſt ſcilicet cohærens coniunctaque corpori diuideret ipſum, eadem ſane abſurda etiam rationibus Ariſtotelis accident. Nam ipſe ſe vult locum æqualem eſſe illi quod eſt in loco, ac in eodem eſſe terminum continentis & terminum contenti, ſi ergo in eodem ſunt vtriq; termini, quemadmodum itaq; totum in toto eſt, ita & pars in parte, cum igitur magnitudo ſit diuiſibilis in infinitū, accidet vt infinitæ ſint partes ſuperficierum. Nam ſi vnaquæq; pars ſuperficiei vnicuiq; alterius cohæret & coniuncta eſt, ac tota toti, erit igitur actu infinitum, neq; volo dicere vt vna ſit in altera velut i loco, quoniam & ſi non eſſet veluti in loco, attamen inter ſe cohærent, quatenus igitur cohærent ſeſe mutuo recipiūt quare etiam ſeſe diuident, vel ergo linea lineæ attigua eſſe cohærereq; non poteſt, ſimiliter neq; ſuperficies ſuperficiei, vel ſi hæ poterunt inuicem cohærere atq; cōiungi, cur & trina dimēſio (cum ſit incorporea) trine dimenſioni coniungi conhærereq; nō poterit? Nam quæ maior ratio ac aſſignatio eſt, vt longitudinem longitudini cohærere admittamus, ſimiliter latitudinem latitudini, & non profunditatem profunditati? Etenim longitudo & latitudo non ſunt ſine corpore, ſed ſunt in corpore, quæ tamen ſimilibus cohærent & coniunguntur, cum quidem ſint incorporeæ, ſpacium autem locale non modo incorporeum eſt, ſed etiam eſt a corpore abiunctum ſeparatumque, ac per ſe ſubſiſtens non habens eſſentiam in ſubiecto, neque in eo exiſtens. Igitur multo magis ipſum cohærere coaptarique corpori poterit idipſum corpus immune ab affectione ſeruando. Nam ſi ſpacium qua ſpacium ſimpliciter alteri cohærens, mox ipſum diuideret, imprimis quidem diuiderentur a ſeſe inuicem ſpacia, deinde linea lineæ cohærens ac ſuperficies ſuperficiei idem efficerent, quandoquidem etiam ipſe ſint ſpacia dimenſioneſque. Si ergo nihil tale his accidit, non igitur dimenſio, aut ſpacium, qua ſpacium eſt cauſa diuiſionis eſſe affirmabitur, quare neque profunditas profunditati cohærens diuiſionis cauſa erit. Nam id eſſet placito alicuius, ac aſſignanda eſſet cauſa, cum tres ſunt dimenſiones ſcilicet longitudo, latitudo, & altitudo, cur longitudo, latitudoque cohærentes ſeſe non diuidant, & profunditas profunditati coniuncta vtreq; mox ſeſe mutuo ſecent. Igitur dimenſio & ſpacium quatenus ſpacium ſimpliciter non eſt diuiſionis cauſa, ſed dimenſio cum materia diuiſionis eſt cauſa quæ hoc modo corpus eſt. Nam materia eſt cauſa cur formæ agant, & patiantur, illas dico ſcilicet quæ ſuapte natura agere, & pati oīno poſſunt. Neq;.n. cōtraria mutuo paterētur, ſi cauſa efficiēs, & patiens nō eſſent in materia, dico.ſ. ſi nō eſſent in materia naturales affectiōes, quare ſi trina dimenſio, aut interuallum trifariam dimaſum illud locale dico, incorporeū expſq; materiæ eſt, neq; producet in ipſo corpore ingreſſo & collocato affectionem, neque ab eodem patietur. Nam ea ſola agunt, & econtra patiuntur, quæ materiam habent, nihil igitur rogit, & ſi vacuum reciperetur per corpus, ipſum diuidere neque ab ipſo diuidi. Ego autem & illud adijcio atq; aſſero, quod quanquam ſpacium trina dimenſione conſtans ac diuiſibile corpus eſſet, neq; aliquid nos vrgere poſſe, vt fateamur cum reciperetur in ipſo loco id quod ingreditur in eo, vel cum ipſemet locus per ipſum reciperetur penetrareturque, hoc abſurdum ſequi ſcilicet diuidi in infinitum ea quæ ſeſe mutuo recipiuntur, ſed ſequitur vel corpus per corpus recipi, quod plane impoſſibile eſt, vel alterum corpus totum vacuum eſſe, vt hoc modo reliquum per ipſum recipi queat. Immo & ipſe Ariſtoteles dicendo corpus per corpus recipi nunquam dixit ſequi abſurdum hoc, vt corpora in infinitum actu diuidantur, ſed dixit ſequi, vt corpus maximum recipi poſſet in minimo. Item meminiſſe oportet ea, quæ ipſe Ariſtoteles dixit contra illos qui rerum auctionem fieri dicebant per quædam inania & poros meatuſue. Nam cum illi faterentur eo res augeri, quod cibus ingrediebatur illos meatus inaneis, qui intra corpora manent, ipſe optime in illos inuectus dixit, & hac eorum poſitione ſequi, vel corpus vniuerſum vacuum eſſe, ſi totum per totum augeretur, vel duntaxat inaneis meatus impleri, & minime fieri auctionem. Et nunquam dixit vacuum recipi penetrarique per cibum, & diuidi in infinitum. Sic igitur dicerent, & ij qui aſſerunt locum eſſe interuallum, quum corpus recipitur per vacuum,

Secundum argumentum.

implere ipſum, ac minime vacuum diuidi a corpore; quod in eo ſeſe recipit, ſed ſolum implere vacuum, & non diuidere ipſum. Non enim in corpore ſuſcipitur, ſed id quod in eo recipitur corpus eſt, quoniam vacuum penitus immobile eſt, ſiquidem incorporeum ſit. Nam ſi eſſet corpus, cum id quod eſt in loco reciperetur per ipſum neceſſe eſſet, vt etiam locus cum ſit corpus per illud reciperetur. Sed cum interuallum propria ſuaq; ratione ſit vacuus locus ſolum implebitur ab eo corpore, quod in eo ſeſe recipit. Verum ſiquis contenderet volens vacuum recipi etiam in corpore quod in eo eſt, nos illi id dabimus & concedemus, quoniam neque hoc modo aliquid abſurdi ex ratione ſequi videtur, vt iam demonſtrauimus. Nam vacuum recipietur in corpore ipſo non moto, ſed ſolum corpus per illud diffunditur, & in illo mouetur. Quod quidem igitur primum argumentum Ariſtotelis nihil neceſſarij concludat neque aliter ſuadeat, vel veriſimile quippiam adijciet, ſatis demonſtrauimus. Deinde argumentum quod ſequitue quandam perſuaſionem & probationem ſub ſua obſcuritate celatam habere videtur, veruntamen neque ipſum omnino verum eſt. Nam illud primum abſurdum quod adducit ſcilicet duo ſpacia vel plura in eodem eſſe, non video quo nam pacto illud poſſim abſuedum dicere. Nam ſi idem eſſet dicere corpus & interuallum, ecuera ſi non poſſent duo corpora, ſimul in eodem eſſe, neque poſſent ſpacia interuallaque ſimul ac in eodem eſſe. At id modo veteres nõ admittunt neque autumant. In primis ergo ſi duæ lineæ mutuo ipſiſmet cohærere coaptarique poſſunt, & non ſolum duæ, ſed etiam infinitæ, ſimiliter & ſuperficies quæ ſunt interualla & dimenſiones. Quid vetat & trinam ipſam dimenſionem ſeu ſpacium trifariam dimenſum ſcilicet vacuum non poſſe corpori trina dimenſione conſtituto cohærere & coniungi? Nam vt incorporeæ lineæ & ſuperficies eo, quod incorporeæ ſunt ipſiſmet mutuo cohærere queunt (& ſi conſtitute etiam in corporibus ſint.) Ita quid prohibet ſi locus fuerit incorporeus ipſum corpori cohęcere coaptarique poſſe? Etenim in eodem corpore ſecundum idem plures inuenies qualitates, ceu in melle, quem dulcem flauum exilem vel lubricum grauem, & humidum dicimus, quemadmodum igitur in his nihil vetat plura incorporea ſimul & ſecundum idem in eodem corpore eſſe, ita neque ſi ſpacium incorporeum fuerit nihil vetabit in vno, & eodem corpore plura interualla & ſpacia recipi cum vni incorporeo alicuius corporis termino, alterius corporis terminus cohærere queat. Quod quidem igitur, & ſi concederetur (cum ſit locus trifariam dimenſus diuiſibiliſque multa ſpacia incorporea in vno, & eodem corpore eſſe, nullum ſequatur abſurdum, abunde ſatiſque oſtendimus. Neque enim ſequitur hoc trifariam eſt dimenſum aut hoc eſt trifariam diuiſibile, ergo eſt corpus, neque hanc eſſe corporis definitionem admitteremus, quoniam ipſum cum quippiam aliud ſit ita eſt trifariam dimenſum ac diuiſibile. Nam corpus eſt ſubſtantia cui accidit quantitas trina autem dimenſio cum ſit quantitas accidit ſubſtantiæ, & corpus eſt ſubſtantia, quare trina dimenſio accidit corpori. Nam corpus eſt quatenus ex materia conſtat, qua vero quantitas corpori accidit, hac ratione corpus eſt trina dimenſio, ac trifariam diuiſibile quæ in rationibus contra Meliſſum plane dixit. Quocirca fidei & probationis cauſa adiungam aſſumamque vnam ibi dictorum ſententiam, & ſi plures aſſumere poſſim, quæ hoc modo ſe habet. (Atqui Meliſſus id quod eſt infinitum eſſe aſſerit, ergo id quod eſt, quantitas aliqua erit. Nam infinitum in quantitate eſt. Subſtantia autem infinita, vel qualitas, aut affectio infinita eſſe nõ poteſt, niſi per accidens, ſi ergo ſubſtantia eſt cum quantitate. Nam infiniti ratio quantitate vtitur, ſed non ſubſtantia neq; qualitate. Plane igitur per hæc Ariſtoteles inquit quantitatem ſubſtantiæ accidere, ſed trina dimenſio eſt aliqua ſpecies quantitatis, ergo trina dimenſio accidit ſubſtantiæ, ſed corpus eſt ſubſtantia corpori, ergo accidet trina dimenſio, ſi corpori itaque accidit trina dimenſio, non ergo trifariam eſſe diuiſibile eſt definitio corporis, ſed inſeparabile accidens, non ergo neceſſe eſt, ſi hoc eſt trina dimẽſio trifariamq; diuiſibile ergo corpus eſt. Verum quædam dubitatio rationi accidit, nunquid poſſimus ſeparare quantitatem a ſubſtantia. Sed poſterius hoc conſiderabimus, ne diuagemur ſermoniſq; continuationem intercidamus. Quod quidem igitur non ſit impoſſibile neque abſurdum plura ſpacia in eodem eſſe demonſtrauimus. Verum nihil vrget eos, qui ſtatuunt interuallum locum eſſe, fateri plura ſpacia in eodem eſſe quam duo, neque locum in loco fieri neque penitus locum moueri. Neque enim amphora tranſlata, ſpacium quod intus eecipit aquam vna cum amphora transfeeetur, ſed tota amphora totum locum mutabit. Nam vacuum immobile eſt. Quemadmodum igitur ſi, ſphæra ſolida quædam eſſet, quæ in aliquo immitteretur tantum loci ſane impleret, quantum magnitudinis ipſa capit, quam ſi deinde traduxeris aliquo, nihil vacui recipientis ipſam traduces, neque id quod ſphæræ profunditatem implebat, ſed tranſmutata ſphæra aliam, atque aliam interualli paetem implebit ipſo interuallo immobile. Nam quo pacto moueretur vacuum? Sic etiam et ſi continuum non eſſet id quod eſt in loco, ſed attiguum (vt amphora ſe habet) idem rurſus accidet. Nihil enim intereſt, ſi rationem de continuo vel de attiguo conſiderabimus, quoniam neque in attiguo eſt vacuum quod corpore non impleatur. Quemadmodum igitur in continua, ac ſolida ſphæra, ſcilicet pila, cum tranſmutatur nulla pars vacui intus manet, quæ contineat partes ſphæræ in profunditate, ita & ſi illam animo conceperis eſſe diuiſam, vt partim extrinſecus contineat, partim autem intus contineatur. (Nã hac ratione aſſimilatur amphoræ) nihil plus ipſa tranlata continebit quam prius, ſed quemadmodum cum transferebatur aliquo, tũc totum ſpacium in quo erat deſeruit, & aliud implebat, in quo ipſa collocabatur manente ſpacio. Ita & ſi ipſa diuiſa foret, idem rurſus accideret. Neque enim quia diuideretur ſphæra alio quodammodo impleret locum quã prius implebat. Neq;.n. quia ipſa diuiditur, idcirco mouetur interuallum locale, ſed alij loci partibus tribuuntur, quoniam partes etiam actu diuiſæ ſunt, neq; eo quod pars proprium obtinet locum, iam cogitur locũ vna cum ipſa transferri, ſed cum mouetur totum vnaquæque pars

quæ

Contra ſecundum argumentum Ariſt.

Primo libro

Quomodo ratio Ariſt. non cogit plura interualla in eodem eſſe.

locum in loco eſſe, neque multa interualla eſſe in eodem. Nam ſemper prius loci interuallum in quo erat, mobile relinquit & in alio ſpacio locali fit, quandoquidem corpus ſemper in loco ſit, ſolũ igitur corporale ſpacium poteſt in ſpacio locali eſſe, vt duo queant interualla ipſiſmet mutuo cohærere ſcilicet interuallum corporeum ac loci intercapedo, in qua corpus eſt, tertium autem interuallum intercludi interq; mitti non poteſt, neque in eodem eſſe, quandoquidem nequeant duo corpora eundem continere locum, vt ſuperficies plures in eodem eſſe poſſunt. Verum impoſſibile eſt plures ſuperficies quam has duas actu ipſiſmet coniungi conhærereq; videlicet ſuperficiẽ continentis corporis & ſuperficiem contenti. Nam tria corpora mutuo ſeſe tangere ſecundum idẽ nequeunt. Ita ſentio de interuallis locorum, quoniam quãquam plura interualla incorporea in eodem eſſe queant, attamen actu eſſe non poſſunt, propterea quod neque duo in eodem loco eſſe queunt, neq; vacuum in vacuo. Nam immobile vacuum eſt. Verum ſi quis forſitan concederet vacuum in vacuo eſſe, quod quidem ſic non eſt, conſtat ſane vt vacuum in vacuo ita eſſet, quemadmodum linea in linea ac ſuperficies in ſuperficie eſt. Vt igitur ſi infinitæ lineæ ſimul eſſent non maius totum efficerẽt quam illa quæ erat a principio, ſed vna tota linea ſit, ſimiliter & ſi ſuperficies in eodem eſſent ac puncta non maius illud efficerent in quo ſunt, quam prius, ita ſi vacuum in vacuo fieret, ita eſſet totum ſicut a principio. Nam totum toti cõiungitur, ſed cum manifeſtum ſit idem eſſe dictu vacuum & ſpacium locale trifariam diuiſibile, igitur impoſſibile eſt vacuum in vacuo recipi, ac locum in loco, vel moueri locum qua locus eſt. Quod autem his qui ſtatuunt locum eſſe interuallum vacuum propria ratione alterum ab his corporibus, quę in eo recipiuntur, nullum abſurdum eorum (quæ Ariſt. concluſit) accidat, ſatis

a loc' ſit ter- nus continẽ affatimq; rationem demonſtraſſe puto. Cæterum aliam quæſtionem aggrediamur. Et quod locus non ſit terminus continentis demonſtretur hoc modo. Nã

mum argu- tum. ſi id quod eſt in loco nihil aliud eſt q̃ corpus, & non per aliud quippiam in loco eſt, quam quatenus corpus eſt, illud autem quod eſt in ſuperficie continentis non qua corpus in ea collocatur. Nam corpus eſt trifariam diuiſibile, ſed id quod eſt in ſuperficie quatenus ſuperficies longitudine & latitudine ſolum conſtat, non poteſt eſſe trifariam diuiſibile non igitur ſuperficies eſt locus, ſed finis terminuſq; continentis quatenus continet contentũ ſuperficies eſt, non igitur terminus continentis quatenus continet contentũ eſt locus. Nam cum ſuperficies dupliciter ſit diuiſibilis vel duplici (vt dixi) dimenſione conſtet, non poterit in ſeipſa recipere id quod trifariam diuiſibile eſt, vel trina dimenſione conſtat quatenus tale eſt, quandoquidem non totum vndiq; illud tãgeret, neq; ſuperficies totum corpus reciperet. Nam quo pacto aliquis tueri poſſet corporis profunditatem in ſuperficie collocari, ſiquidem ſolum termini corporis erunt ij qui in

ndam ar- mentum. ſuperficie ſunt. Item ſi locum oportet ęqualẽ eſſe illi quod eſt in loco. Nam id erat vnum inter alia cõmune poſtulatum, certe ſuperficies non erit locus. Quomodo enim ſuperficies poteſt eſſe ęqualis corpori? Si autem aliquis dicat, eo locum ęqualẽ eſſe illi quod eſt in loco, quod locus cohęret termino contenti ac illum tangit. Scias hunc duntaxat tueri locum ęqualem eſſe termino eius quod eſt in loco & non ęqualẽ illi quod cingitur complectiturque loco, cum terminus non ſit per ſe in loco, quare ſi verum erit poſtulatum quod aſſerit oportere locum non ęqualẽ illi eſſe qui eſt terminus contenti, ſed ipſi quod continetur loco, id autem quod eſt in loco cum corpore eſt, ergo locum oportet ęqualem eſſe corpori, ſed impoſſibile eſt ſuperficiem ęqualem corpori eſſe, quoniam neque linea ęqualis eſt ſuperficiei neque punctum lineę, igitur impoſſibile eſt locum ſuperficiem eſſe. Pręterea ſi oportet locum immobilem eſſe, & ſuperficies cum ſit terminus corporis ſimul cum corpore mouetur cuius eſt terminus, impoſſibile igitur eſt ſuperficiem locum eſſe. Si autem quiſpiam dixerit ſuperficiem quatenus locus eſt, immobilem eſſe qua vero ſuperficies ipſam moueri, aſſero id minime verũ eſſe. *Tertium argumentum.* *Reſponſio quædam.*

Nam locus eſt quatenus talem poſitionem & habitum habet erga id quod eſt in loco, ceu quatenus ipſum tangit & continet ipſum. Sed neque hoc modo immobilis eſt, quandoquidem me manente & non alio proficiſcente, is locus qui me continet dico. ſ. ſuperficies aeris qua tangit me aer, non maneat, ſed vna cum aere moueatur & continuo alia atque alia aeris pars contineat me. Similiter etſi cœli extremum dixeris noſtra poſitione & quoad nos locum eſſe, neq; hoc immobile eſt, neque ſemper eadem pars ſuperficiei concaue cœli eandem partem corporis quod intra eam capitur, tangit, etiam ſi ea quæ cõtinentur manerent, propterea quod cœleſtia ſemper mouentur, quare ſi nihil eſt immobile pręter terram, non poterit igitur locus immobilis eſſe, etſi quod continetur immobile foret. Si ergo communi conceptione (vt ipſe Ariſtoteles inquit) locum immobilem eſſe oportet, & terminus continentis immobilis non eſt, quandoquidem ſimul moueatur cum eo cuius eſt terminus manente ipſo contento immobile, igitur terminus continentis non eſt locus. *Obiectio.*

Item ſi omnis motus aut ſecundum alterationem fit, aut ſecundum auctionem diminutionemq;, aut ſecundum locum. Nam ipſe Ariſtoteles demonſtrauit iuxta tria prædicamenta tantum verſari motum ſcilicet circa quantitatem, qualitatemque & prædicamentum vbi, quem vocat lationem, cuius alter motus orbicularis eſt, alter vero motus rectus appellari ſolet, vt ipſe pleriſque in locis determinat, quandoquidem in eodem libro videatur illum partiri in duas ſpecies, quarum altera latio vocatur, altera circunlatio. Et vltima ſphæra in orbem ducitur, igitur mouetur ſecundum locum, deinde cum tali motu moueatur, qualis igitur erit locus ſphæræ ſiderum non errantium, cum nihil extrinſecus ipſam contineat? Hac proinde videtur non recte traditam fuiſſe ab Ariſtotele de loco definitionem, cum omne corpus ſit in loco, & definitio quã ipſe affert nõ cuiq; corporum congruat eueniatque. Vnde volentes interpretes afferre quo pacto ſphæra ſiderũ non errantium moueatur ſecundum locum cum non ſit in loco, potius omnia confundat, quam quicquam apertũ dilucidumue dicant, quod perſuadere queat. Nam inficiari ſphæram ſiderum non errantium moueri ſecũdum locum nõ poſſunt, neq; fingere poſſunt quo alio motu mouerentur, atqui qualis ſit locus ſecundum quem ipſa moueatur, dicere aſſignareque neſciunt, *Quartum argumentum.*

ſed veluti ij ſunt qui taxillo ludunt, ſiquidem aliam
atq; aliam ratiōnē afferrant, & his omnibus quæ gar-
riunt poſitiones & poſtulata quę a principio Ariſto-
dat petitq;, ipſi deſtruunt ac tollunt. Etenim Ariſt. ra-
tionis imbecillitatem exiguumq; vigorem, obſcuris
verbis aut occulta ſententia cum celaſſet, ſic volenti-
bus id perſcrutari tradidit, vt velint ac queant ratio-

Prima opinio.

nes ad vtranq; partem conuertere. Idcirco interpre-
tum alij ferunt locum firmamenti ſphæræq; aſtrorū
non errantium eſſe ſuperficiem cōuexam curuamq;.

Primum argumentum.

Saturni ſphæræ qui omnia fere communia poſtulata
de loco tollunt, quæ ſane Ariſt. poſuit, ceu hæc, locum
extrinſecum eſſe ab eo quod eſt in loco, ac continere
ipſum, & locum æqualem eſſe illi quod eſt in loco.
Nam hic (cum ita ſentiant de loco vltimæ ſphæræ)
quo locum eſſe æqualem ei quod eſt in loco aſſigna-
re affirmareq; poterit. Deinde accidit his, qui ſic aiūt,

Secundum argumentum.

aſſerere idem ſm idem locum eſſe, & id quod eſt in
loco. Nam ſi Saturni ſphæra ſecundum ſuperficiem
conuexam & locus ſphæræ ſiderum non errantium,
& rurſus ſecundum eandem ſuperficiem contentam
ab ipſa ſphæra non errantium aſtrorum in illa eſt ve-
lut in loco, idem igitur, dico ſcilicet eadem ſphæra Sa-
turni ſecundum ſuam ſuperficiem conuexā locus erit
ſphæræ ſtellarum non errantium & in illa erit velut
in loco. Sed quo nam pacto hoc affirmare poſſumus,
vt idem ſit locus alterius quod eſt locus eiuſdem ſcili
cet quomodo poteſt affirmari, vt conuexa ſuperfi-
cies ſphæræ Saturni ſit locus ſphæræ non errantium
ſiderum, quam habet pro ſuo loco? Nam quomodo
idem ſecundum idem poteſt contrarios oppoſitoſue
habitus oppoſitaſq; poſitiones recipere. Nam idem
eſſe pater eiuſdem, & ſuimet filius non poteſt ſeruata
vera intelligentia poſitionis & habitus, circa quę ver-
ſatur ratio. Quapropter qui ita ſentiunt ſphæram non
errantium ſiderum in loco eſſe, communes conceptio
nes de loco dirimunt ac tollunt alij, igitur ſic ſentiunt
ſphæram talem in loco eſſet, alij vero continuas par-
tes eiuſdem ſphæræ inter ſe mutuo loca eſſe aſſentiūt.

Secunda opinio.
Primum argumentum.

Nam vnaquæq; pars a partibus circumcirca contine-
tur, qui etiam conceſſa poſtulataq; de loco demunt.
Nam ipſe Ariſtoteles ſæpe dixit partes continui non
eſſe per ſe in loco, ſed per accidens, quatenus totum in
loco eſt. Deinde quomodo oportet locum nihil eſſe
rei, ſiquidem partes inter ſe mutuo ſunt loca. Nam ſi
vniuerſitas eſt aliquid partium, immo idipſum quod
omnibus partibus conſtat, & vnaquæq; pars ad con-
ficiendum vniueuſitatem confert, igitur partes ſunt a-
liquid ipſarummet quandoquidem ad eandem eſſen-
tiam conſtituendam mutuo concurrant, ſiquidem v-
naquæq; ab vniuerſitate diuulſa ſeiunctaq; periclita-

Secundum argumentum.

tur ne eſſentia priuetur, & intereat. Deinde ſi locus v-
niuſcuiuſq; partis ſphæræ ſiderū ſunt ipſe partes quæ
circumcirca continent cum ipſe mouentur, quales lo-
cos mutabunt? Neq; enim partibus continentibus cir
cumcirca ſeiungūtur, quandoquidem cœlum motum
non diuidatur. Item quō dicemus partes cum cœlum
circum ducitur ipſiſmet mutuo propria loca cedere.
Nam ſi partes continentes ſunt loca vniuſcuiuſq; par-
tis ſphæræ ſtellarum fixarum, & circunducta tota
ſpæra recte dicitur partes mutuo ipſiſmet locum pro
prium cedere, profecto neceſſe eſt cœlum diuidi, &
alias atque alias partes diuerſum reſpectum, ſitum, &
poſitionem ad vniuerſitatem & ad ſeipſa obtinere, q
quidem impoſſibile eſt, cum cœlum ſit indiuiſibile.
Nam arcton ſcilicet vbi vrſa minor, ac polus noſter
iacet eiuſdem ſphæræ pars nūquam ſit oppoſita pars
ſcilicet auſter & alter polus mundi, vel alia pars alibi
conſtituta, quod forſitan neque generabilibus corru-
ptibilibuſque rebus accidit, niſi aeri, aquæ, ac his quæ-
cunque ex eiſdem, producta eliquabilia ſunt, ceu au-
rum, plumbum, cera, & ſimilia. Non poſſunt igi-
tur hunc in modum tueri cœlum ſecundum partes in
loco eſſe. Præterea paulo ante Ariſtoteles pluribus

Tertium argumentum.

argumentis demonſtrauit, quod quippiam aliter eſt,
vt in loco & aliter, vt in toto, ſi autem partes conti-
nentes circuncirca ſunt loca aliarum partium, igitur
pars erit in toto velut in loco, igitur cœlum ſecun-
dum nihil erit in loco, quomodo igitur ſphæra ſide-
rum non errantium ſecundum locum mouetur, ſi non
eſt in loco neque ſecundum ſeipſam totam, neque ſe-
cundum partes? Nam quod non eſt in loco, ſecun-
dum locum moueri non poteſt, ſi ergo ſphæra ſtella-
rum fixarum ſecundum locum mouetur, etiam in lo-
co erit, ſi autem in loco, & a nullo extrinſecus cōtine-
tur, igitur locus non erit terminus, continentis quate-
nus continet contentum. Verum huius confuſionis
controuerſiæq; in cauſa eſt ipſa definitio loci qua di-
citur locum eſſe terminum continentis quatenus con-
tinet contentum. Præterea & hinc conſtabit locum
non eſſe ſuperficiem. Nam cum aliquid mouetur mo
tu recto per aliquid corpus, ceu per aerem, dicimus
tranſmutato aere ab ipſo mobile ſecundum partem,
& eidem ſuum locum cedente fieri motum, quando-
quidem corpus non recipitur per corpus. Si ergo
terminus continentis eſt locus, & non eſt aliquod ſpa-
cium inter extrema alicuius comprehenſum diuer-
ſum ab his corporibus, quæ intus capiuntur & ingre-
diuntur in eo, manifeſtum eſt, cum ipſe mouebor ac
proficiſcar ex Athenis ad Thebas partes aeris ſuum
locum mihi cedentes, cum motus locorum ſit muta-
tio, & alternatio in continuo, nihil aliud mihi cedere
videbitur, quam ſuperficies. Sed ſuperficie ſole cōpo-
ſite, & ſi infinitæ eſſent mutuo ipſiſmet cohærent, &
totum maius non efficiunt, quomodo igitur pro-
cedit mobile vltra? Nam ſi dicerent cum ſuperficie-
bus aliquod ſpacium aeris trifariam diuiſibile cedere
mobili, ipſo ſemper tranſlato ex interuallo ſpacioq;
ad interuallum, hoc modo accideret aliquam magni-
tudinem moueri, ceu vnius ſtadij ſpacium. Si autem
ſuperficies ſolum erit id quod cedit, & ſuperficies con
iuncte nullam efficiunt magnitudinem ſecundum pro
funditatem, quomodo igitur mobile vltro procede-
re ac recipi poterit. Atque procedit & mouetur per
quantumlibet ſpacium, ceu ab Athenis ad Thebas,
igitur ſuperficies ſolum non cedit mobili, ſed cor-
pus quod ipſi cedendo transfertur, illud nanque ce-
dit huic quod transfertur, quod a ſuo loco transfer-
tur ac impellitur, non igitur ſuperficies eſt locus.
Quod quidem igitur locus non ſit terminus continen
tis ex his ſatis cōtueri cognoſcereq; poſſumus. Quod
vero locus ſit ſpacium trifariam diuiſibile diuerſum
ab his corporibus quæ in ipſo incidunt, ac ingrediun-
tur, quod ſua ac propria ratione ſit incorporeum, &
ſolum ſit ipſe dimenſiones corporis vacuæ. (Nam
reuera idem ſubiecto eſt vacuum & locus) demon-
ſtre-

ſtretur ex deſtructione reliquorum. Nam ſi neq; materia, neq; forma, neq; terminus continentis eſt, reſtat locum eſſe ſpacium. Quod vero idem quatenus idem ſit aliquod ſpacium omnino diuerſum ab his corporibus, quæ in illo ingrediuntur, demonſtretur. Et imprimis ex eo quod paulo prius diximus quo dicebamus corpora viciſſim inter ſe cedere. Nam ſi mobile non recipitur per corpus, & ſi ſuperficies non ſit mobile, ſed trifariam diuiſibile, quando igitur aliquid diuidẽs aerem fieret in loco eius tantum profecto ſpacij cedit aer illi quantum eſt ipſum mobile, quoniam igitur tãtum eſt metrum quantum eſt illud quod menſuratur, neceſſe prorſus eſt, ſi aer habet decem verbi gratia vlnas ſoliditatis, totidem etiam receptaculum & locum eius habere. Habeat ergo & ipſum decem vlnas magnitudinis ſolidæ, quam ſane cedet corpori quod mouetur, id ergo cum tantum capiat molis & magnitudinis erit locus. Nam loci mutuo ipſiſmet cedunt, igitur locus eſt aliquod ſolidum, appello inquam ſolidum id quod trifariam diuiſibile eſt. Menſura autem illius quod eſt in loco eſt ipſe locus, quocirca ęqualis ei eſt. Sed hoc clarius exploratiuſue exemplo amphoræ demonſtrabitur. Nam ſi non eſſet aliquod interuallum inter cauam ſuperficiem amphoræ, quod ſane aer impleret, tantũ habens ſoliditatis, quantus eſt aer in ipſo, ſed ſola ſuperficies eſſet receptaculum aeris, quoniam metrum eſt ipſa amphora, & neceſſe eſt prorſus menſuram æqualem eſſe illi quod menſuratur, conſentaneum igitur erit, vt aeris ſola ſuperficies capiatur, & complectatur, quod quidem abſurdum eſt, quoniam aere cedente aquæ ſubeunti aliquod ſolidum, & corpus eſt aqua quæ locum aeris occupat, metitur igitur aqua ab ipſa amphora, & tantum eſt metrum aut tanta eſt menſura, quantum eſt id quod menſuratur ab ipſa, aqua exiſtente ſolida & non ſuperficie, itaq; & mẽſura ipſa ſolida erit. Nam ſi expleremus amphoram, & metiremur aquam, tãtum amphoræ receptaculum eſſe dicentes quantum capit ipſa aqua, metiremur ne duntaxat ſuperficiẽ aquæ, vel quantus ſit ipſius aquæ ambitus quantaq; continentia inueſtigabimus? Nequaq;, ſed ſolidum profecto metiremur. Quocirca non quærimus nec contendimus qualem figurã obtineat menſura, ſed duntaxat ſolidi aream cõſideramus. Cum igitur dixerimus tantum eſſe amphoræ receptaculum, quantum aquæ ſoliditas capit dicemus ne tantum aeris ibi eſſe, quantum erat in amphora ante aquam? Nequaquam. Non enim per aerem aqua penetrat & recipitur & ab ipſo aere menſuratur, ſed aer ſolum cedit aquæ. Verum dicemus ne ſuperficiem amphoræ tantam eſſe minime, quoniam metiri plana in his rebus non intendimus, nec volumus, ſed ſolida. Reſtat igitur, vt receptaculum q̃ intra terminos amphorę comprehenditur, menſurare id quod intus capitur. Itaq; eſt aliquod ſpacium interualliumq; præter corpora quæ in eo incidunt ingrediunturq;, neq; id ſane dico, vt hoc interuallum, vel ſit, vel poſſit eſſe aliquando omni corpore vacuum (minime ac nunquam id poteſt dici) ſed aſſentio idipſum eſſe diuerſum a corporibus quæ illud obeunt ac in illo incidunt, & propria ratione vacuum, nunquam tamen ſine corpore, quemadmodum materiam ſane dicimus diuerſam eſſe ab omnibus formis, tamen ipſa nunquam poteſt eſſe ſine forma. Hoc modo etiam interuallum intelligimus diuerſum eſſe ab omni corpore, ac ſuapte ratione vacuum, in quo manente immobile ſecundum totum & ſecundum partes, aliud atq; aliud corpus ſemper ingreditur equidem interuallum immobile eſt ſecundum totum quoniam mundi interuallum, quod vniuerſũ corpus recipit, nunquam moueretur. Secundum partes autem, quoniam incorporeum ſpacium & propria ratione vacuum moueri nõ põt, quare interuallum erit locus ac diuerſum a corporibus receptis. Item vacui vis vtrunque illi qui rei veritatem perſpicere voluerit, plane oſtendet ac exhibebit, dico ſcilicet eſſe aliquod interuallum diuerſum ab his corporibus quæ in eo incidunt, ac ipſum nunquam eſſe ſine corpore. Cur enim in clepſydris, dico ſcilicet in his vaſibus quæ appellantur apud nos arpagia (quibus aqua impletis) ſi in fundo exiſtentibus multis foraminibus, cum eorum orificium digito operuerimus, non exibit aqua per foramina quæ in fundo ſunt conſtituta, cum ipſa ſit grauis, & tot habeat meatus & ora, ſed aeris impedimento per foramina detinetur, & in ſublimi loco ſtat præter naturam, at cum foramen ſuperius aperuerimus mox aqua exibit deſcenditq; cum impetu per foramina in fundo vaſorum conſtituta? Certe huius rei cauſa nulla alia eſt quam vacui vis. Nam cum nequeat vacuum eſſe ſuperius foramine obturato, ſi aqua exierit ac deſcendet deorſum, nullo pacto aeri patebit aditus, vt intra recipi queat exeunte aqua. Neque enim ſuperius aer aditum habebit, ſi diligenter ſupernum os digito obturabitur neq; inferius cum ſint foramina minutiſſima, et aqua immineat foraminibuſq; adiaceat, quæ cum aerem detineat cogatque foris manere ipſa aditum inuenire non poteſt. Simul nanque egredi aquam & ingredi aerem impoſſibile eſt, cum igitur deorſum aqua fertur, & aer expellitur ab ipſa vi ipſius vacui in vniuerſo naturali ſtatio ſit, ſi ergo latiora eſſent foramina, & multum aquę ibi eſſet, aer ſecundum vnam aliquam partes ſuperãs poſſet ſuccedere aquæ. Deinde vero naturali impetu cum aqua alibi deflueret, cui præſto aer eſſet, tunc ſecundum alteram partem aqua cum impetu alio traducta translataque, aer poſſet aditum habere, vt etiam fieri ſolet in vaſibus perforatis quãdo plena ſunt, quapropter neq; vinum cum impetu exit, ſed ſenſim aeris impulſu fluit deſcenditq; ſub vas ipſum teſtamque. Vnde ſuperius vbi vacuum relinquitur, & vinum nõ eſt, conſueuerunt perforare, vt concedentibus aeri ingreſſum per illud foramen factum, vinum exeat quãtum vſui licet, porro videtur tunc vinum maiore impetu exire. Vnde etiam cum aqua ſuapte natura deorſum exiſtat, ſurſum mouetur attrahiturq; ab his qui aliquam fiſtulam tibiamq; inijciunt in eam, & per ipſam hiant abſorbentque cochlearia. Eo enim plerunque aerem abſorbent in ipſa tibia, quoniam periclitatur ne vacuum intra capiatur, vnde diuulgata vis vacui mouet aquam præter naturam, porro hoc modo totam amphoram exhauriunt abſorbentq; flectentes denuo alteram tibiæ partem, & deprimentes immergenteſq; alteram extremitatem in amphoram, deinde per alteram abſorbentes aerem qui intus eſt, vi vacui ſimul attrahũt aquam quæ cum iam cepit initium motus nõ quieſcit, quouſq; totam exhauriant amphoram. Hoc autem hac de cauſa fit, quoniam poſteaquam præuenit aqua implendo totam tibiã, & in ipſa

Extra mundũ locus.

Vide quomodo vult Ioan. Gram. interuallum eſſe diuerſum ab omnibus corporib'. Sed non ſeparatum ab omni corpore.

curuaturam ingreſſa cepit ſecundum naturalem lationem ferri, aer ſubire in eandem rurſus non poteſt propter fluxum ac impetum naturalem aquę, ac propter tortuoſitatem tibiæ ex ipſa curuatura prouenientem. Cum igitur aer ingredi nequeat, & rurſus impoſſibile ſit tibiam fieri vacuam cõtinuo fit aquæ fluxus per ipſam fiſtulam. Nam cum principium tibiæ aqua ingrederetur & perueniret vſq; ad curuaturam fiſtulæ et alia aqua inferius non ingrederetur, neq; aer poſſet cogere aquam vt impleat illam tibiæ fiſtulæq; partem, neceſſario accideret vacuũ eſſe, igitur vacui vis cum ſemper expleat vacuam partẽ, non quieſcit quouſque conſumpta aqua quæ in amphora erat inferius a principio tibia aere impleatur, dico. ſ. ab ea extremitate tibiæ quam immergunt in amphoram. Nam amphora impletur aere per os ſuum cum continuo exijt aqua per fiſtulam, qui ſane aer cum ingrediatur in amphoram continuo conſumpta aqua. ſ. quantum aquæ fiſtula imbibunt abſorbentq; tantum aeris continuo per os amphoræ in ipſa ingreditur, extremo & vltimo aquæ cochleario præſto aer eſt, qui partes inferiores tibiæ impleat in quibus non eſt aqua. Si ergo nihil interualli eſſet inter extrema clepſydræ, vel tibię fiſtulæq;, quod diuerſum foret a corpore ibi exiſtente, ſua ac propria ratione vacuum, quamobrem natura prohibet aquam in clepſydris ſecundum naturam moueri quãdo obturatum eſt os ſuperius, aut in tibijs cogit aquam ſurſum ferri præter naturã? Cõis igitur oĩum reſpõſio eſt, ne fiat vacuum. Sed quale vacuum fore putas (o vir optime) ſi nullum aliud eſt interuallũ inter extrema amphoræ præter ſpacium aquæ? quo fiet, vt quãprimum aqua exierit nihil relinquatur, niſi ſuperficies cõcaua vaſis. Quid igitur qualeq; foret vacuum? Nũquid ſuperficies? ſed me hercle exiſtimo te nihil aliud dicere poſſe quam plenam ſuperficiem vacuam eſſe. Nã ſi ſuperficies qua ſuperficies eſt, quodam corpore impleri idonea eſt, quantum igitur capiet profunditas aeris, quæ ſuperficiem terrę implet? Non. n. poteris determinare quantum id ſit quod huius cubi verbi gratia ſuperficiem implet, num illius quantitas ſit vnius digiti, vel maior, aut minor. Et quę aſſignatio afferri poſſet? Quod vero non poſſemus certam ac definitam quantitatem habere aſſignareq;, ex his conſtat quoniam poteſt alterum corpus circulare immitti quod magis & minus, vel approximari, vel diſtare ob ipſo queat, & in differentibus diſtantibuſq; dimenſionibus cubi ſuperficiem certe non magis plenam q̃ vacuam dicere poſſumus. Quod vero neq; vacua, neq; plena ſuperficies eſſe queat, manifeſtum etiam hinc eſt, quoniam aſſerunt neq; vacuũ aliquid eſſe, neq; extra conuexam inerrabilis ſpæræ ſuperficiem aliquid haberi, & rurſus conſtat, quoniam nemo bonæ mentis ſuperficiem vltimam coeli vacuam, vel plenam dicere poteſt. Si ergo ſuperficies eſt locus, & non eſt aliquod ſpacium propria ratione vacuũ, quæ igitur eſt illa vis naturæ, quæ corpora præter naturam ſæpe ciet ne vacuum fiat, cum nullum ſit in vniuerſo ſpacium quod periclitetur vacuum fieri? Num hoc forſitan vacuum aſſentiunt. ſ. ſuperficiem non tangi aliquo corpore, tanq̃ ipſa natura neceſſariũ ſit omne corpus aliquod tangere? Atqui hoc modo introduceretur omne finitum ad aliquid terminari, q̃ quidem falſum eſſe ſatis Ariſt. in tertio libro demonſtrauit. Siquidẽ diuerſa ſint terminari claudiq; termino, & tangi, cũ tangi ſit de numero eorũ quæ ad aliq̄d referuntur, & terminari minime. Itẽ demonſtratũ eſt extra coelũ nihil eſſe quare coelũ nihil tangeret, & ſimplr (ſi non eſt vniuerſum infinitũ) neceſſe eſt vltimã coeli ſuperficiẽ nihil tangere. Et quanq̃ ea q̃ intra vniuerſum complectuntur prorſus aliquod tangant, attamen hoc illis inquit accidere. Si ergo accidit his tangere, & ſi nihil tangerent profecto nihil detrimẽti eorum natura acciperet. Quod autem hoc vacuum nõ ſit. ſ. corpus non tangere corpus hinc conſtabit. Nam ſi hoc eſſet, quomodo itaq; Ariſt. oſtendit extra coelum non eſſe vacuum. Nam ſi aſſerunt vacuum eſſe ipſam ſuperficiem, quando nullum corpus tangit, certe extra coelum vacuum eſſet, ſiquidem ſuperficies vltimi coeli extra ſe nihil tangat. Atqui Ariſto. negat vacuum eſſe extra coelum, igitur non aliquod tangere vacuum non eſt. Rurſus ſi hoc eſſet vacuum. ſ. corpus non tangere corpus, profecto in rationibus cõtra vacuum Ariſt. oſtendere omne corpus neceſſario tangere corpus contendiſſet, ſed hoc ridiculum eſt. Nam quomodo diceret nõ ſolum intra vniuerſum minime vacuum complecti, ſed etiam extra coelum non eſſe, immo ſecũdum ſuam opinionem coelum nihil extrinſecus tangit. Sed quid multis moror ac multa dico ipſius philoſophi contextus & verba adducemus, quibus oſtenditur omnes exiſtimaſſe vacuum eſſe, ac ipſe nititur demonſtrare vacuum nõ eſſe. Nam (inquit) q̇ dicunt vacuũ, vt locum quendam, & vas, ipſum ponunt. At plenum eſſe videtur, cum eam molem habet, cuius eſt ſuſceptiuum, cum autem priuatur ea, eſt vacuum. Item inquit homines vacuum ſpacium eſſe volunt, in quo nullum eſt ſenſibile corpus, & cum ipſe quærit vacui ſignificationem & intelligentiam quid ipſum ſignificet (inquit.) Vno quidem modo vacuũ dici videtur, id quod non eſt plenum ſenſibili corpore. Item ſubiũgit paulo poſt. Alio vero modo in quo non eſt hoc aliquid neq; ſubſtãtia corporea vlla. Vnde ex hac definitione videtur vacuum dici materiam eſſe, quo ſit, vt hæc duo a vacui voce ſignificẽtur, quę itaq; cum dicit non explicat, neq; inquit vacuum eſſe corpus quando per ſuperficiem ſuam nihil tangit. Immo etiam cum obijcit vacuum non eſſe oſtendit ipſũ non ens eſſe, quod reuera nomen ſignificat, & omnes intelligunt ipſum eſſe velut interuallum trifariam diuiſibile in ſeipſo nullum corpus habens. Vnde inquit & eiſdem rationibus quibus tollitur refelliturq; locum eſſe ſpacium & vacuum eſſe refelletur. Nam hoc modo idem dicitur eſſe vacuum, & locus. Si ergo vacuũ non dicitur, id quod nihil tangit, ſed aliquod ſpacium in quo corpus nullum eſt. Et nullum eſt inter extrema illius vaſis quod ſurſum attrahit aquam, & tibiæ interuallum diuerſum a corporibus quæ in illo ingrediuntur, certe patet, quod ſi exierit aqua nihil vacui relinquetur. Neque. n. eſt aliquod alterum interuallũ. Cur igitur natura cogit aquam præter naturam manere, vel moueri? Equidem non cogit, vt non maneat intus vacuum, tanq̃ aliquod interuallum inter extrema cõprehenſum ſit, quod ab aqua impleatur, ac ſi exierit aqua, & in eodem non concedat ſubeatq; aer, vacuum fieri periclitetur. Plane igitur exiſtimo his demonſtraſſe aliquod interuallum eſſe a corporibus quæ in illo recipiuntur diuerſum quod quidem propria ra-

tione

tione vacuum ſit & proprie locus. Sed immorandum amplius eſt. Quoniam ſi corpora quæ mouentur, & fiunt non egent extrinſecus aliquo interuallo æquale ipſis ſecundum tres dimenſiones, cur vtres & dolia a muſto effringuntur vino euaporante? Atqui ſi Deus corporum opifex illis, aliquod ſpaciũ non ſubiecíſſet adiunxiſſetq; quod ab eorum ſubſtantia ſeiunctum eſſet, ſed duntaxat ipſas ſubſtantias produxiſſet, quæ externo loco non egerent, qua de cauſa & in ipſo vtrę corpus ingreſſum non ita cõditum eſt, vt nullo recipiente receptaculoq; egeat. Nam ſi corpus tangit corpus, id ſane per accidens corporibus ineſt, quia vniuerſum non eſt continuum, ſed diuiſum. Hac ratione fit, vt apud Ariſtot. alterius atq; alterius corporis alius atq; alius locus ſit. Idcirco fit vt non ſit eiuſdem locus. Non.n. ob id cœlum conditum eſt, vt ſit locus eorum corporum quæ intra ſui ambitum cõtinentur, ſed propter ordinem eorum quæ fiunt, ac naturales vires et inclinationes rerũ accidit alterius atq; alterius alium atq; alium locum eſſe. Si ergo accidit corporibus ſeſe mutuo tangere, & ſecundum eſſentiã non egent extrinſecus interuallo quod ipſa recipiat, oportebit (vt ipſe dicebam) venti qui in vtrę fit traſmutato muſto, non egere extrinſecus alio quodam loco At nunc eget, ſiquidem vtres effringat. Quod vero neq; corpus extra ſpacium per ſe eſſe queat, neque idem ſpacium poſſit duo corpora recipere, conſiderandum demonſtrandumq; hoc modo eſt. Si nullum eſt ſpacium diuerſum præter corpora ingredientia ꝙ ipſa recipiat, per cogitationem ſeparemus ipſa intermedia corpora. Et videamus, ſi reuera ita ſe habet.

A centro imaginatur ſpaciũ vſque cõcauũ lunæ.

Nõne ſi intellexerimus cogitauerimuſq; intra cœlum corpora nõ eſſe, dico.ſ. terram, aquam, aerem, & ignẽ, quid reliqui erit inter hunc ambitum, quam ſpacium vacuum, quo.n. fit vt a centro ad periferiam vſq; corpora recta vndiq; abijciantur & tollãtur. Hoc igitur per quod corpora recta abijcimus quid aliud eſſe poterit, quam ſpacium vacuum trifariam diuiſibile. Niſi quis dicat impoſſibilem eſſe petitionem, quoniã mea ſententia hoc non ſequitur. Nam cum ex aliqua ſuppoſitione ſequeretur aliquid, quod fieri nequit, tũc eo quod conſequẽs impoſſibile eſt, ſuppoſitionem negamus & cõfutamus.

Cur aliquãdo impoſsibilia ſupponimus.

Veruntamen rerum naturam per ſe percipiendi tractandiq; cauſa ſæpe ſolemus & impoſſibilia ſupponere. Nimirum Ariſt. contra illos, qui aſſerebant ob velocem reuolutionem cœli terram immobilem manere, inquit ſi cœlum cogitatione firmaremus, vbi nam moraretur. Item deinceps in hoc libro ſeparat corpora ab omni qualitate, & omni forma, quoniam hoc modo ipſa per ſe contemplatur. Hoc etiam modo venimus in cognitionem materiæ omnem formam ſeparantes ab ipſa, & ipſam ſolam ꝑ ſeipſam contemplantes. Itaq; abſurdum non eſt quibuſdam ſuppoſitionibus vti (& ſi impoſſibile ſint) ad conſiderationem aliorum. Hinc.n. quoniam nonnulli motu cœli aſſignarunt cauſam, cur terra ſtaret, propter hoc inquit Ariſt. Vt videamus, ſi reuera motus cœli cauſa ſit, vt terra immobilis maneat cogitatione animoq; cœlum firmemus, & quęremus, vbi nam terra ſecũdum naturam moraretur & quieſceret.

Quid Plato.

Item Plato vniuerſi ordinis cauſam cum inueſtiget, ſecundum cogitationem & conſiderationem ſeparat mundum, & quærit quonam modo vniuerſum ipſum ſe habet per ſe a Deo ſeiunctum. Atqui horum vnumquodq; impoſſibile eſt factu, & tamen ratio ope cogitationis ea quæ ſunt natura coniuncta & connexa ſeiungit, vt percipiat videatq;, quo modo vnumquodq; per ſe ſecundum propriam naturam ſe habeat. Hoc etiam modo ipſe igitur facio, quoniã nonnulli negant ſpacium quodam recipiens corpora alterum eſſe ab his corporibus quæ recipiuntur, ſed ſolum eſſe in rerum natura ſpacium corporeum trifariam dimẽſum diuiſibileq; aſſerunt, eodem itaq; modo ipſe dico, quõ ſi hoc ita eſt. Detur mihi ſaltim intellectus cogitationiſq; ope non eſſe intra cœlum corpora. Nũ ergo vacuũ ſpaciũ inter medium relinquitur? ſed hoc perſpicuum eſſe exiſtimo. Nam ſi nõ eſſet aliquod interuallum inter terminos ſuperficiei concauę cœli ſublatis per cogitationẽ corporibus ipſis quæ modo ibi ſunt, termini extremaq; cœli frangerentur ruerentq;, ꝙ quidem impoſſibile eſt, quandoquidem cœlum nõ ita ſe habet vt modo eſt propter corpora quæ intra illud complectuntur, ſed & ſi nihil foret ſimiliter ſe haberet. Quod autem de vniuerſo contemplamur, idem de parte videndum eſt. Sit.n. ſphæra ænea non ſolida, ſed concaua, conſtat ſane, vt id quod intus comprehẽſum eſt, aer ſit, ſi ergo cogitauero intellexeroq; aerẽ, qui intra iacet non corruptum & ad nihil redactum, ſed in naturam terræ conuerſum & mutatum, vel in aquam. Hoc enim impoſſibile non eſt, tũc ſane minorem locum aer occuppauit cum factus ſit terra vel aqua, eo.ſ. in quo aer prius erat, vnde ſi nullum eſſet ibi ſpacium, nihil eſſet, & neceſſario vacuum foret. Verũ Themiſtius obijcit contra hoc, & dicit immo diſſilirent frangerenturq; potius æra concauæ ſuperficiei, quam corpora quæ intra continentur, vel egrederentur, vel tranſmutarentur in terra. Hoc autem vere dicit, ſed non ſcite ac perite. Nam dic mihi (o Themiſti) cur frangeretur ſpæra ænea? Num a corpore quod intra capitur, rumperetur? vt etiam vtres a vẽto cum inflati ſunt ac tument, quæ igitur cauſa frangendi æs afferri poteſt qualiſq; alia adducenda eſt, quam illa, vt non maneat intra interuallum vacuum et inane. Enim vero & ſi natura hoc nõ habet, ratione cogitationeq; id ſumendum eſt.ſ. non frãgi æs, & cum aer qui intus manet in terram mutetur, iam cernere licet, vt ſit aliquod interuallum diuerſum ab his corporibus, quæ intra continentur. Nam quid abſurdi incommodi ſequitur, quemadmodum materiam ab omnibus formis intellectu & cogitatione abſtrahimus atq; ſeiungimus, vt eius naturam conſideremus percipiamuſq; quod ſane aliquando fieri non poteſt, ita & aerem cõprehenſum inter concauam ſuperficiem æneæ ſphæræ ſupponere in terram tranſmutari ære non fracto neq; deſtructo, vt videamus quid ſequatur. Atqui petitio neq; extro rei naturam eſt, ſed fit ſecũdum illam dico.ſ. hanc petitionem, qua petimus paruum aerem tranſmutari in terrã. Sed quid prorſus vrget æs frangi, aere qui intra ſedet, tranſmutato in terram. Nam ſi non eſt interuallum intra comprehẽſum diuerſum ab eo corpore quod intra continetur, quod itaq; periculum imminet, vt quamprimum aer trãſmutatu in terram, neceſſario æs diſſiliat frangaturq;. Vnde praue Themiſtius illud Galeno obiecit. Nam cum ille peteret ſecundum ſuppoſitionem, ſublata demptaue aqua ex vaſe nullum aliud corpus ingredi, vt quid incom-

modi ſequi poſſet, conſideraretur. Themiſtius ei obiecit tanq̃ petenti id quod in quæſtione ponitur. Hoc modo itaq; dicit. Sed ſtatuamus aqua dilapſa nullum alterum corpus ingredi, nonne iacebit intra ſuperficiẽ ſpacium ſeparatum? At Galene vir. ſ. ſapientiſſime nõ ne abſurda & futilis tua petitio eſt? quippe qui id petas ſupponaſq;, quod quærimus, ac in quæſtione ponitur. Nam cum nos quæramus ne ſpacium ſeparatum eſſe queat, idipſum petimus ac ſupponimus. Dicis eqdem ſpacium ſeparatum eſſe, itaq; tu tibi conſtituis effingiſq; illud ſpacium quod volebas, id nulla ratione eſſe conueniens. Hæc itaq; Themiſtius contra Galenum dicit. Quod vero ſtolida hæc obiectio ſit, cuiq; puto compertum eſſe. Nam perſpicuum eſt, quod ſi ſpacium eſſe fateremur, & vltra inquireretur ſi idipſum per ſe queat eſſe aliquando corpore vacuum, ꝙ quidẽ Ariſt. deinceps quærit, & deinde Galenus adijceret nullum aliud corpus exeunte diffluenteq; aqua incidere ingrediq; in ipſo interuallo, reuera id quod quæſtione dignũ eſt ſumere petereq; videretur. Sed modo hoc nõ quæritur, ſed an ſit prorſus aliquod interuallum præter ſpacium corporale ꝙ locus ſit corporum. Galenus autem cum petit exeunte aqua non ingredi alterum corpus, illud nõ aſſerit, quod tu Themiſti narras videlicet ſit ſpacium ſeparatum a corporibus inter amphoram comprehenſum. Sed petit nullum aliud corpus ingredi exeunte aqua, vt hoc modo videamus ſi ſit aliquod interuallum vel ne. Si autem penitus ſit quoniam exijt aqua, ſupponamus igitur alterum corpus nõ ingredi, accidit igitur aliquod interuallum ſeparatum eſſe, quare ſua voce comprehenditur ac reuincitur. Nã tu idem aſſeris quod nos aſſerimus. ſ. aliquod aliud interuallum eſſe quod tamen nũquam corpore vacuũ eſt. Neq;. n. nos hoc dicimus. ſ. aliquando manere ſpacium corpore vacuum, ſed aſſerimus illud eſſe diuerſum ab omnibus corporib. quæ in eo ingrediuntur, quod tamen nunq̃ ſit corpore vacuum, & ob id ſit viciſſitudinaria corporum tranſmutatio, & vis vacui præſto cuiq; eſt, ne ſpacium locale ſolum ſine corpore maneat. Sciendum autem eſt ꝙ ea ſuppoſitio quam ſuppoſuit Themiſtius, perinde ac aliqui dicerẽt hoc eſſe ſpacium locale ceu eſt ſpacium corporeum ſine qualitatibus, prorſus extra veram rationem adducitur. Nam ſi nihil aliud foret huiuſmodi ſpacium quam corpus qualitatum expers, merito his qui ita ſentirent, & alia abſurda incommodaq; acciderent, & illud præſertim corpus corpore recipi ac penetrari. At nos minime hoc modo ſentimus aſſerimuſque, quippe qui negemus ſpacium eſſe corpus, & aſſeramus illud receptaculum corporis, ac ipſas ſolas dimenſiones vacuas extra omnem ſubſtantiam & materiam eſſe. Nobis etiam ponentibus talem locum aſſentiuntur omnia conceſſa & communia poſtulata de loco. Etenim ęqualis eſt maxime illi quod eſt in loco, & longe magis quam terminus continentis. Item immobilis eſt (vt dixi.) Deinde nihil eſt rei, & ſeparabilis. Præterea magis continet id quod eſt in eo, q̃ terminus continentis. Nam vt ij qui autumant locum eſſe ſuperficiem, aiunt ipſam continere, quanq̃ ipſa adæquetur ac cohæreat termino corporis. Ita & ſi ſpaciũ adæquatum fuerit ac cohæſerit corpori, continebit ipſum, quocirca vacuum non recipitur in corpore, ſed corpus recipitur in vacuo, quemadmodum iam dixi.

Nam ſi eſſet locus corporale ſpacium, & mearet diffunderetur q; per corpus, oporteret ſeſe mutuo ſpacia recipere ac penetrare. Sed cum locus ſecundum ſe ſit vacuum nemo ipſum per corpus recipi ratione ipſa dicere aſſerereq; poterit, ſed potius corpus per illud ſeſe inſinuare ac recipere, quandoquidem corpus duntaxat impleat ipſum, & non mutuo ſeſe recipiant, neq; penetrent. Quocirca neq; pars per ſe in loco erit. Nã ſi corpus receptum ab ipſo interuallo diuideretur ab eodem neceſſe foret, cum vnaquæq; pars proprio circunſcriberetur loco, vnaquanq; in loco per ſe manere. Atqui ſi non diuideretur corpus ab ipſo ſpacio, neque interuallum per corpus reciperetur, quid cogeret partem per ſe in loco eſſe? Sed illud forſitan contra rationem aliquis obijceret, quod nos iam diximus. Quoniam ſi locus eſt ſpacium abſq; omni ſubſtantia & materia in ſolis dimenſionibus conſtitutum, & dimenſiones ſunt quantitates, igitur quantitas ſeparata ſine ſubſtantia eſſe poterit, ſed hoc fieri nequit, quoniam omnia alia prædicamenta ſunt in ſubſtantia. Si ergo impoſſibile eſt quantitatem per ſe ſubſiſtere ſeparatam a ſubſtantia, ergo tale ſpacium eſſe non poterit. Ego igitur reſpondeo non oportere rerum naturã ſequi noſtras poſitiones, ſed potius econtra noſtras aſſertiones rebus ipſis conuenire & congruere, igitur quoniam nos determinamus fieri nõ poſſe, vt aliqua quantitas per ſe ſubſiſtat ſine ſubſtãtia, iam neceſſe eſt rerum naturam ita ſe habere. Sed conſiderandum eſt etiam, quoniam ſi eo quod in corporibus quãtitatem vna cum ſubſtantia prorſus eſſe videmus ipſam per ſe ſubſiſtere, negamus, ne cogamur etiã fateri ipſas ſubſtantias non per ſe ſubſiſtere, quandoquidem omnis ſubſtãtia naturalis aliqua certa quãtitate prius egeat vt exiſtat. Itaq; in quauis magnitudine quæuis forma temere ſubſiſtere non poteſt (vt in primo huius operis libro demonſtrauimus) ſed caro, os, homo, & omnes aliæ formæ naturales ſubſiſtunt in aliqua quantitate certa ac definita, & ea corrupta in qua caro ſubſiſtere idonea eſt, ſimul corrumpitur & forma. Hac ratione igitur dicerem naturales formas eſſe in quantitate veluti in ſubiecto. Sed quid de quantitate verbis cõtendere oportet, quandoquidem nulla forma naturalis queat eſſe ſubſiſtereq; ſine materia, omnes igitur acciderent materiæ, quare magis per ſe ſubſiſtens eſſet quantitas, quam formæ ſubſtantiales. Sed quomodo hæc ſe habeant, longa diſputatione ac non exiguo tempore egent, vt recte exploratęq; cognoſcantur. Cæterum quod ipſe a principio dixi nunc etiam affirmo, quoniam qui tollunt ipſum ſpacium, vel demonſtrent ipſum non eſſe, & rationes ac ea quæ demonſtrauimus, ſoluant, vel illa maneant concedanturq;, ne rerum naturam tollamus, quoniam quibuſdam videbatur affirmari non poſſe quantitatem per ſe ſubſiſtere. Sed neq; ſilentio illud prętereundum eſt, quoniam omnia prædicamenta ſine connexione cõiunctioneq; inter ſe nõ ſubſiſtunt, igr̃ neq; locus ſubſiſtet inter alia quæ nequeũt per ſe ſubſiſtere. Nam locus, & id quod eſt in loco ſunt de numero eorum quę ad aliquid ſunt, quorum vnũ ſine reliquo eſſe non poteſt, quare propria ratione locus eſt ſeparabilis a corporibus, ſed actu nunquam poteſt eſſe ſine corporibus. Et quid de quantitate ſolum diſſero, quandoquidem nullum prædicamentum ſine reliquorum, vel omniũ, vel aliquo-

rum

rum complexione & coniunctione ſubſiſtat, immo neq; ipſa ſubſtantia, quam per ſe ſubſiſtere poſſe fert. Materia igitur & ſecundum ſubiectum dico.ſ. trinam dimenſionem, & corpus qualitatis expers quantum ad ſuam rationem poteſt per ſe ſubſiſtere, tamen nunquam ſubſiſtit ſine qualitatibus, ſimiliter itaq; & ſpacium locale, quanquam quod ad ſuam rationem poſſit per ſe ſubſiſtere. Nam quid vetat ipſum receptaculum corporis vacuum eſſe, vt diximus de amphora, quam ſi cogitauimus nullum corpus intra continere, attamen nũquam ipſum per ſe corpore vacat. Sed vt in materia vna forma corrupta, alia ſtatim introducitur, ita plane de ipſo ſpacio dicendum eſt. Nam viciſſitudinaria corporum tranſmutatio nunquam relinquit locum receptaculumq; vacuum, ſed quamprimum vnum egreditur corpus, alterum ſubit & ingreditur, qua ratione nunquam ſine ſubſtantia eſt, neque talem quãtitatem inuenire poſſumus, neq; hæc vis vacui eſt nunquam ſeparari talem quantitatem a ſubſtãtia quare etiam ſeruaretur illud commune continuo dictum vulgatumq; conceſſum, dico.ſ. quantitatem non ſubſiſtere per ſe ſine ſubſtantia, quoniam nũquam poteſt eſſe vacuum q; omni corpore vacat, quare eũ loco quem definiuit Ariſto. nondum omnia conceſſa & poſtulata videantur competere, & loco huiuſmodi quem nos affirmamus illa competere demonſtrauimus igitur is erit vere locus. Verum vnum adhuc reſtat, dico.ſ. vniuerſaliter definire in loco ſurſum & deorſum. Etenim quiſpiam merito ambigeret inſtituto ſententięq; Ariſt. addictus, quoniam ſi locus tribuitur corporibus grauibus & leuibus illud vacuum trifariam diuiſibile, quod inter concauã ſuperficiem ſphæræ lunæ complectitur, (vt ipſi dicitis) leuia ſurſum natura ducerentur, & grauia ad imum locum contenderent. At quomodo in hoc ſpacio determinare ſeiungere ac ſtatuere ſurſum & deorſum poteritis. Nam vbi & vſq; quo ſupremum locũ ſtatuetis, ac vbi collocabitis ipſum deorſum. Item ſi oportet locum habere quandam vim naturalem per quam leuia & grauia propria loca expetunt cum vnumquodq; ſuapte naturæ impetu, ac naturali inclinatione ad proprium locum feratur, & huiuſmodi ſpacium ſua ac propria ratione vacuum nullam vim potentiamq; habere poteſt qua nam ratione alia ad illius partem cierentur, & alia ad alteram. Si ergo maxime oportet loco competere ſurſum & deorſum, & huiuſmodi loco ſcilicet ſpacio non competunt, ſed duntaxat termino continẽtis, quatenus continet contentum inſunt (vt Ariſt. definiuit) is ergo erit proprie locus. Nam cum meliora & ſuperiora rationem formę inferiorum reſpectu habeant, ſiquidem illa reſpectu ſuperiorum habeant rationem materię, & appetit materia formam, velut fœmina marem, & turpe bonum, quoniam vnũquodq; eſſe appetit, & vnumquodq; eſt quod ſuam perfectionem recipit, quæ forma eſt, merito ignis ſuum locum naturalẽ appetit, id eſt contineri a ſuperficie corporis ſphæræ lunæ, vt ab eodem ornetur & formetur ornatur inquam & perficitur ab eodẽ eo quod agit & patitur, & non aliter agit & patitur niſi quia tangit. Similiter aũt & aer appetit contineri a ſphæra ignis, & ita vſq; ad extrema. Sed etiam ad hæc facilis eſt reſponſio. Nam eadem rationi Ariſt. nihil minus accidererent, quoniam ſi terminus continentis eſt locus, & alia quæ continentur ab alia ſuperficie aeris vel aquæ continẽtur, cum vnumquodq; habeat magnitudinẽ, vel paruitatem, nobis quæſo explicent, vbi infimum locum ponemus definiemuſq;. Nam ſi definiueris aliquas magnitudines adeo mole ingentis, vt proxime lunæ ſphæram attingant quæ ob id vocentur lunæ magnitudines ſi has intellexerimus terræ continuas non eſſe ſed diuiſas, nunquid ergo hæ dicerentur in ſupremo loco, vel in imo eſſe cõſtitutę? ſed quid aio de his? Lapides nanq; qui ſupra ædificia ſtatuuntur, vel ea quæ circa vniuerſi centrum iacent, vel terræ nonnullę partes diuiſę a toto ſunt ne in loco deorſum? Itaque aer ille qui ſub illis terminis comprehenditur, eſſet in loco præter naturam, cum longe inferius iaceat quam corpora grauia. Et ſi non intelligerentur cogitarenturq; illę partes quæ altiſſimo loco conſtitutę ſunt diuiſæ eſſe, ſed ita compactæ, quemadmodum ſunt toti terræ cõtinuæ. Nunquid ergo ſuperficiẽ aeris continentẽ earum vertices ſeu cacumina montiũ dicemus eſſe partem loci deorſum, vel ne, & hoc ad quam altitudinem vſq; durabit. Eadẽ etiam dicemus de loco ſupremo. Nam qualem dicis eſſe ſupremum locum, nunquid cõcauam ſuperficiem ſphæræ lunæ? ſed ſi ea ſolum eſſet locus ſupremus, & ea quæ ab ipſa proxime continentur ſola eſſent in ſupremo loco, igitur aer in ſuperno loco non erit, cum ab eadem ſuperficie non contineatur, ſed a ſuperficie ignis, alioquin ſi etiam ipſa ſurſum eſſet, duæ ſpecies eſſent loci ſuperni, & eodem continerentur. Et eadem ratio eſſet de loco imo qui vnus & idem eſſet duarum ſpecierum.ſ. terræ & aquę. Vnde quæ differentia eſſet loci ſuperioris ad ſeipſum, ſimiliter & loci infimi? Quod quidem igitur eædem dubitationes non minus rationem Ariſt. ſequantur ipſiq; accident hinc perſpicuum eſt, quo pacto autem hoc verum ſit hoc modo cognoſces. Proprie quidẽ in vniuerſo non erunt ſecundum naturam ſurſum & deorſum, ſed (vt ipſe inquit alias) in vniuerſo ſecundũ naturam erunt orbiculatio & circuncirca, ſi autem dixerimus ſuperius eſſe vbi circũcirca voluitur cœlum, & deorſum medium mundi, erit quidem locus deorſum qui comprehenditur ſub corporibus grauibus, et ſurſum qui complectitur & capitur ſub corporibus leuibus. Nam terminorũ ſuperiora interualla & ſpacia vi totum ſupra retinebunt, dico aũt vi, propterea quod & ſi non eſſent continua toti terræ attamen ipſam vndiq; ſimul tangerent. Nam per ſimile eſt in his lapidibus qui inſtruendis ædificijs ſupra alijs ponuntur, quorum poſitionem præter naturam eſſe ſatis indicant eorum ſciſſure ac excidia quippe qui demoliri excidi abrumpiq; videantur tanq; ibi maneant præter naturam appetentia ad proprium locum ferri ac pergere. Verum & ſi vnumquodq; ad ſuum naturalem locum duceretur, attamen ridiculum eſt aſſerere locum per ſe habere aliquam vim & potentiam, quãdoquidem ſingula quæ ad proprium locum feruntur non appetant ſuperficiem. Neq; enim grauia appetunt ſuperficiem continentem, ſed fluxum & motum ad centrum cum ſingula appetãt ordinem, quem iam ab opifice ſunt conſecuta, cum igitur tellus vltimum locum ordine obtinuit atq; accepit, vt cunctis rebus ſubſideret & ſecundum locum aqua, tertiũ aer, quartum ignis merito eum ab eodem ordine aliquid ammoueretur & fluctuaret aptum alibi inſidere & eidẽ

quadam vi non inſideret ac in eius ſuperficiem non
eſſet,ſed ab eo ordine diſtaret,quem ab opifice acce-
pit,eundem appetens moueretur quouſque illum aſſe
queretur,feruntur itaque leuia ſurſum,non vt ſimpli-
citer appetant tangere ſuperficiem continentis, ſed
vt conſequantur ordinem,quem ipſis opifex tradidit
& aſſignauit. Nam tum maxime habent eſſentiam ac
ſunt,cum ſuam perfectionem obtineant. Igitur locus
non habet vim,qua corpora ferrantur ad propria lo
ca,ſed ipſa corpora appetunt tueri & conſeruare ſuũ
ordinem. Cum igitur quatuor ſint elementa,& duo
quidem ſint leuia,& duo grauia. Ego quidem(ſcilicet
omnino determinare)aſſero ſupremum locum eſſe
ſpacij partem quem leuia recipit & complectitur, &
locum infimum eſſe alteram eiuſdem partem,quæ ca
pit grauia. At Ariſtoteles non habet dicere afferreꝗ
quis ſit proprie locus ſupremus, & quis ſit infimus.
Nam ſi locus ſupernus leuium eſt & infimus grauiũ,
& locus ſurſum eſt terminus continentis,qui quidem
ſit ſuperficies concaua ſphęræ lunæ,& ipſa duntaxat
ignem proxime continet, aer certe ſurſum non erit,
vel duę ſpecies eodem loco ſurſum potientur,ſimili-
ter etiam de loco infimo & deorſum dicendum eſt.
Item ſi ſphęras quæ inerrabili ſphęra & firmamen-
to continentur,in loco eſſe vult,& in loco prorſus ſur
ſum & deorſum ſunt,ergo & in illis erit ſurſum ac de-
orſum quare vna erit grauis & altera leuis,quod ſane
Ariſto. negat. Quamobrem neceſſe non eſt omnino
diuidere locum in ſupremum & infimum,neꝗ iuxta
ea quæ Ariſtoteli videntur admittenda eſſe. Item
quomodo non eſſet idem continens & contentum. Et
enim pelagus(ſiquidem in loco eſt)contineretur a ſu
perficie quæ ſuſtinet ipſum videlicet a ſuperficie ter-
ræ vnacum aere qui ipſi inſidet ac ſupereminet. Si-
militer autem(ſiquidem vniuerſa terra ſecundum ſe
totam in loco ſit)contineretur ſecundum aliquam ſui
partem a ſuperficie aquę ea pręſertim,quæ in profun
do pelagi iacet, quare ſuperficies terræ erit locus a-
quæ,& ſuperficies aquæ erit locus terræ,& idem ſe-
cundum idem continebitur & continebit. At nullum
horum abſurdorum accidit his,'qui aiunt locum eſſe
ſpatium. Sed rurſus rationi obijciũt,& dicunt quod
ſi eſſet tale ſpatium propria ratione vacuum, neceſſe
eſſet,vt hoc quod corporum eſt capax infinitũ eſſet,
quoniam nullum terminum habebit. Nam terminus
trifariam dimenſi diuiſibiliſque ſuperficies eſt,ſed ip
ſum non habet pro ſuo termino ſuperficiem cum ipſa
in corporibus ſubſiſtat, quare ſi per ipſum vniuerſa
corpore a cœli moles reciperetur vſque ad extremã
ſuperficiem. Et ipſum terminus eſſe non poteſt,neceſ-
ſe eſſet,vt illud extra cœlũ in infinitũ recipiatur & ex
tendatur quod quidẽ per ſe abſurdum eſt, ac affatim
exacteque ab Ariſt. in hoc operę, & in libro de cœlo
confutatum eſt. Ego autem non video quonam pa-
cto perſuadere queas huiuſmodi dubitatio,& quonã
pacto veriſimile habere videatur. Imprimis nanque
quemadmodum tale trifariam diuiſibile intelligere
conciperéque animo poteſt,ita poteſt huic ſuperficiẽ
reſpondentem & ſimilem cogitare. Deinde ſi ſuperfi
ciem huic reſpondentem & ſimilem intelligere conſi
derareque non poſſunt aduerſarij non ob id cogitur
vacuum in infinitum extendi exporrigique. Nam cũ
locus corporum ſubſiſtat,tantum equidem ſubſiſte-
ret,quantum pro recipiendis mundi corporibus op-
portunum eſſet. Concludit nanque corporum fines
ac terminos. Nam vt ſi conciperemus animo intra li-
mites amphoræ vacuum eſſe,& in ipſa amp hora inij
cerentur diuerſa corpora non continua inter ſe,ſed at-
tigua,vt vnaquęque pars aliquid loci intra caperet,
neceſſe foret vnãquãque partem vacui corpus rece-
ptum concludere vnaque terminare,& totum vacuũ
vſque ad ſuperficiem concauam amphoræ termina-
re omnia corpora quæ intra terminantur vſque ad ſu
perficiem,ita & in omni loco. Etenim vnaquęꝗ ſphę
ra partem aliquam vacui extra finitam accepit & oc
cupauit, & vniuerſum vacuum vniuerſum ipſum ac
totum mundum concludit & terminat non ſolum ter
minum proprium habens. Non enim impoſſibile eſt
& huius ſpatij ſuperficiem intelligere,quemadmodũ
& illius partis ꝗ intra corpora recipit & cõplectitur,
eſt omnino aliquis finis & terminus,ac inſuper poſſu
mus intelligere eandem(vt dicebam)ſuperficiem vl
timi corporis ſimul cum eiuſdem termino eſſe. At
vero hęc nobis obijcientibus & cõtradicentibus Ari
ſto. dictis de loco quidam philoſophus reſpondens di
xit,quoniam cum Ariſto. ſit naturalis dę his rebus ſer
monem facit,quæ cum ſunt tum etiam a natura diſpo
nuntur,eſt autem natura principium motus & quie-
tis,quare ſi hoc eſt natura, igitur quęcunque ſunt res
naturales in ſeipſis habent principium motus & quie-
tis,quęcunque autem in ſeipſis non habent principiũ
motus & quietis,hęc neque naturalia ſunt,quare neꝗ
de his naturalis diſputabit, cum igitur hoc ſpatium
nullum in ſeipſo habeat principium motus & quietis,
quippe non augeatur,nec alteretur,nec ſecundũ locũ
moueatur,nec generetur,nec intereat,quare neꝗ res
naturalis erit,cum igitur Ariſto. de rebus naturalibus
diſſerat nunc quęrit quid ſit locus rerum naturalium,
& cum & ipſe ſit plane naturalis, merito huiuſmodi
ſpatium non dixit eſſe locum naturalium rerum ſiue
ſit,ſiue non ſit. Neque enim ipſum eſt naturale. Vnde
ſolum inuenit in naturalibus locũ qui ſit corporibus
naturalis terminus continentis quatenus continet con
tentum Ego autem reſpondeo ad hęc, quod ſi Ariſt.
reuera nullum ſermonem feciſſet ſiue huiuſmodi va-
cuum aliquid ſit,ſiue non, & ſolum oſtendere cona-
tus eſſet locum corporum naturaliũ nõ eſſet aliquod
tale ſpatium, dico ſcilicet trifariam diuiſibile,argu-
mentum huius philoſophi foret haberet aliquid veri-
ſimile demonſtrans neque Ariſto. tollere de medio
huiuſmodi ſpacium,ſed eſſe locum corporum natu-
ralium cum & ipſe ſit naturalis. Sed quoniam Ariſto.
vbique fere & hic & in libris de cœlo nititur oſtende
re non eſſe aliquod ſpatium præter corporea ſpatia
iccirco reſponſum huius philoſophi pro Ariſto. fa-
ctitium & purum figmentum eſt. Deinde dicere eo
quod ſpatium immobile eſt,naturalem philoſophum
illud ignoraſſe ac pręteriſiſſe, propterea quod na-
turalis ſolum diſputat de naturalibus rebus, & natu-
ralia ea ſunt quæ habent principium motus & quie-
tis,plane pręter ea quæ Ariſtoteli videntur,hoc ſane
dicitur. Nam ipſe in ſuis verbis inquit ac vult locum
omnis motus expertem ac immobilem eſſe, qui ſic
inquit. Quocirca cum id quod intus eſt mouetur at-
que transfertur, vt in fluuio nauigium, vt vaſe tunc
vtitur illo quod continet magis quã loco. Locus aũt

vult

vult eſſe immobilis. Quapropter vniuerſus fluuius magis eſt locus, quia eſt immobilis vniuerſus. Quare locus eſt finis continentis immobilis primus. Et paulo ante oſtendere contendens ſpacium non eſſe locum, ad abſurdum deduxit rationem, cum dixit. Et inſuper locus etiam transferetur. Vnde ita vult hoc ineſſe loco. ſ. ipſum immutabilem eſſe velut axioma quodam. Et merito quidem. Nam ſi locus qua locus tranſmutaretur, vel ſecundum ſubſtantiam tranſmutaretur, vel ſecundum quantitatem, vel qualitatem, vel ſecundum locum, ſed neq; ſecundum ſubſtantiam mutatur, quoniam non eſt ſubſtantia, neq; ſecundum qualitatem, quoniam locus potius eſt quantitas quā qualitas, & multo magis neq; ſecundum locum, alioquin loci alius locus foret. Quod vero neq; mutetur, ſecūdum quantitatem non augendo nec diminuendo Ariſtot. teſtatur. Nam velut vnum poſtulatum hoc. ſ. locus nō augeri nec minui in dubitationibus de ipſo ponit. Si ergo vult locum immutabilem eſſe, non igitur ſpacium quia immutabile eſt reprobauit cōfutauitq; locum eſſe rerum naturalium, ſed quia putat omnino non eſſe aliquod tale ſpacium, hac ratione illud demere periclitatus eſt praeterea multae res naturales immobiles ſunt de quibus naturalis diſſerit, ceu contra ſphaerarum, & cardines mundi, ac ipſe animae ſecundum Ariſt. praeſertim immobiles motu naturali ſunt, & non ſolum rationales, ſed etiam irrationales quae ſunt naturales, videlicet vitae de quibus tamen philoſophus ſermonem facit. quare & tale ſpacium de quo loquimur, ſiquidem illud prorſus ſubſiſtere Ariſt. cenſuit, neq; eo quod immobile eſt, non eſſe penitus demonſtrare contendebat.

Videtur autem magnum quid & difficile eſſe percipere locum: tum quia partim materiae: partim formae ſimilis eſſe videtur.

Cum argumenta adduxiſſet ad vtranq; partem de loco, & dixit talem oportere de loco definitionem afferre ac tradere, quae dubitationes adductas contra ipſum ſolueret, ac oſtenderet ea quae communi conceptione conſenſuq; loco competere videntur, & cauſam difficultatis de ipſo indicaret. Tradēs igitur quid ſit locus quoniam eſt finis terminuſue continentis quatenus continet contentum, nunc vult oſtendere & explicare ea quae prius pollicitus eſt. Et imprimis indicat quae ſit cauſa difficultatis, quoniam in contemplatione eius partim materiae, partim formae, partim ſpacio ſimilis eſſe videtur. Et multitudo eorum quibus ſimilis locus videtur confundit perturbatq; conſiderationem de ipſo, & maxime quia videtur eſſe ſpacium. Nam magnam cum hoc ſimilitudinem gerit. Etenim ſpacium videtur eſſe immobile veluti primus locus, ac idem manens recipere diuerſa corpora. Sed aperta & manifeſta cauſa deceptionis, & contentionis eſt, quoniam corporibus connexum & adaequatum interuallum quatenus ipſa ab alijs qualitatibus differunt, & ea quae aequalem locum implent eadem ſunt, & aequalia ſpacio, vnum & idem eſſe videtur & immobile, ipſius immutatione immobilitateq; abſcondita celataq; ob velocitatem viciſſitudinariae tranſmutationis corporum, ad cuius rei opinionem confirmādam confert & cōducit ipſe aer, qui multis ob tenuetatem illius partis viſus eſt incorporeus. Nam imaginantur vacuum eſſe locum, inter extrema comprehenſum quem aerem eſſe dicebant cum non ita feriat oculos & ſenſus, vt alia elementa. Quocirca inquit non modo terminos vaſis locum videri, ſed etiam omne interuallum. Nam locus eſt vacuum per ſe. Quapropter multis egemus rationibus ad demonſtrandum aerem aliquod corpus eſſe. Quod vero ſit corpus conſtat bullarum ac ſtrepitus argumento quae fiunt cum amphora impletur aqua introeunte. Atq; eo quod vi eget, vt per foramen & os ingrediatur & deſcendat. Item ex eo quoniam per anguſta foramina non egreditur aqua ab aere repulſa & impedita. Item eo argumento quod vtres vento & aere impleti ſupernatant aquae, & illi iniecti ſupereminent. Praeterea idem liquet ex vtribus & dolijs quae a muſto effringuntur, propterea quod ventus in ipſis clauditur, ſimiliter ex alijs infinitis idem conſtat. Itaq; quoniam ſuſpicantur & putant interuallum inter extrema amphorae comprehēſum vacuum eſſe, hinc modi omnem locum putant eſſe huiuſmodi interuallum. Non enim videtur aliquod differre locus ab ipſo vaſe, ſed ipſum vas eſt locus tranſlatilis, at ipſe locus eſt vas immutabile, igitur naturalis locus & vas ſolum differunt penes mobile & immobile. Et propter hoc inquit quando immobile aliquid moueretur hoc magis velut in vaſe eſſet, quam in loco, ceu in fluuio nauigium mouetur. Nam cum ipſo fluente ac eius impetu vna rapitur fluit mouetur q; nauigium. Quare aqua proxime continens nauigium magis proprie diceretur vas quam locus; quoniam oportet locum qua locus eſt immobilem eſſe. At ſi oportet (vt inquit) nauigio locum tribuere, ac aſſignare potius totum amnem totuſq; fluuius diceretur eius locus, quam aqua quae ipſum proxime continet, locus. ſ. communis, & non primus. Nam totus fluuius vt totus immobilis eſt, igitur magis, totus fluuius erit locus nauigij, locus. ſ. non primus, ſed communis. Verum per totum fluuium intelligenda nō eſt vniuerſa aqua, quę a fontibus vſq; ad oſtia & exitum effluit, ſed illius vniuerſū ambitū & lectū in quo aqua iacet & expanditur, quare & ſi in aere aliquid moueretur ſimul moto aere & non manente, hac ratione illud diceretur velut in vaſe, & nō in loco eſſe. Verum ſi aer eſſet immobilis, tunc idem velut in loco foret, ſiquidem oporteat locum eſſe immobilem, licet id qđ eſt in loco moueretur. Hoc modo itaq; cum oſtēdat cauſam difficultatis de loco ex tradita definitione de ipſo, dico. ſ. ex hac, locus eſt terminus continentis immobilis, mox oſtendit ex hac definitione ſequi ea quę communi conceptione & conſenſu inſunt loco. Erant autem numero quinq;, primum continere & nihil rei eſſe. Secundum locum primum non eſſe maiorem neque minorem eo quod continetur. Tertium omnem locum habere ſurſum & deorſum. Quartum derelinqui ab vnoquoq;, & ſeparabilem eſſe. Quintum immobilem eſſe. Et tādem adiecit immobilem eſſe, quoniam ſurſum & deorſum loco inſunt. Nam cum locus ſit terminus continentis, tunc mediū totius mundi, & extremum coeli, illud. ſ. quod ſecundum ſuperficiem concauam ad nos proxime ſe habet, communiſſima loca ſunt. Locus autē leuium corporum ſurſum maxime & proprijſſime videtur eſſe, qui ſane eſt concaua ſuperficies ſphaerae lunae. Et locus grauium eſt medium vniuerſi deorſum. Medium autē vocat vel

centrum vniuerſi, vel maxime terminum continentem terram, qui partim aeris terminus eſt, & partim aquæ. Nam vniuerſi medium tellus eſt, quare & locus continens ipſam medium erit continet autem ipſam ſecũdum aliquas partes terminus aeris, vt ille qui terræ proximus hęret, & ſecundum aliquas aquę terminus terræ attigua eſt. Pręterea inquit id loco competere, ſcilicet immobilem eſſe. Nam locus ſurſum, ſpetie & numero totus vt totus immutabilis eſt, quoniam etſi ſecundum partes moueatur, a tamen ſecundum totum omnis motus expers eſt Locus aũt imus & deorſum, ſpetie quidem ſemper idem eſt, ſed numero non amplius idem. Nam partes aeris & aquæ generabilrs & corruptibiles ſunt, & non ſemper ſecundum eaſdem partes aer, & aqua tangunt terram, verum ſpetie ſemper eadem ſuperficies continet terram, & rurſus vt tota eſt omni motu immobilis. Sed cum hæc dicit has differẽtias ſurſum & deorſum multifariam dici aſſerit. Nam dicitur ſurſum (inquit) locus ſupremus, ideſt ſuperficies concaua ſphęrę lunę ac ipſum corpus, ſcilicet quod continetur ab ipſa dicitur nãque totum lunę. Deorſum pariter dicitur vel ſuperficies aeris, vel ea quæ ſunt ꝓxima medio mundi, dico, ſcilicet ea quæ continent terram, & ipſa corpora, ſcilicet grauia quæ ſunt in medio conſtituta.

Præterea id inerat loco, neque maiorem neque minorem eſſe illo quod eſt in loco, & hoc definitioni loci competit. Nam ſi locus eſt terminus continentis, & termini continentis & contenti ſunt ſimul. Nam ſuperficies inter ſe cohęrent & adęquantur, igitur locus nec maior nec minor erit eo quod eſt in loco, ſed ęqualis, ſcilicet ſecundum ambitum & continentiam, non enim ſecundum totum erit ęqualis trifariam diuiſibili, ſcilicet corpori, quapropter qui aiunt locũ eſſe ſpatium magis accommodate ſeruarent locum ęqualem eſſe illi q eſt in loco. Nam ſecũdum eandem opinionem locus erit ęqualis ſecundum omnem dimenſionem, ac multo magis ſecundum eandem opinionẽ defenderetur ſeruareturque locum immobilem eſſe. Nam terminus continentis vna cum corpore cuius eſt terminus mouetur. At ſpatium cum ſit vacuũ per ſe, & non ſubſtantia omni motu immobile eſt, quare illo modo nullus locus immobilis foret, ſed hoc modo quatenus locus eſt ſpatium, omnis locus expers cuiuſuis motus eſt. Neque enim locum oportet eſſe ſpetie ſolum immobilem eſſe, ſed etiam numero. Et forſitan neque ſpetie illo modo immobilis locus eſſe poteſt. Nam ſi eſſet aliquid in flumine imerſum quod ſtaret, deinde aqua deceeſcente imminutaue ſubſideret, certe aquæ ſuperficies non amplius ipſum continẽt, ſed ſuperficies aeris quomodo igitur non mutaretur locus ſpecie, & moueretue, re ipſa mobile exiſtente. Sed ad hæc reſpondent dicentes non oportere ſimpliciter terminum continentis locum exiſtimare, ſed terminum cum tali poſitione & ſitu qua vergit, & ſe habet ad contentum. Quemadmodum igitur ea quæ augenur & omnino ea quæ nutriuntur, eadem numero manent eo quod eandem formam ſeruant, quanq̃ materia refluat, difluatq;. Ita vnus & idẽ locus erit quoniam in eadem poſitione ſitu ſeruatur contentum. At hoc rigidum & valde abſurdum eſt, quoniam hoc modo accideret aliquod mobile nunquam mutare locum neq; modo, huc modo illuc concedere. Nam & ſi aer immobilis eſſet, nos tamen moueremur, & paſſim nõnullias eius partes occuparemus quibus neceſſe eſt eandem poſitionem habere reſpectu ipſius, ſecundum quam ab eodem continemur, quare in vno & eodrm loco Socrates, cum eſſet in foro & liceo moraretur, igitur neque moueretur. Impoſſibile ergo eſt, ſiquidem locus eſt terminus continentis, locum immobilem eſſe, ſed neceſſe eſt ipſum moueri, & ſi res ipſa quę eſt in loco quieſceret, quare & ob id ſpacium locum eſſe oportet. Atqui ſi quiſpiam dixerit, immo locus qua locus eſt non mouetur, quoniam ſuperficies eſt, & ipſa immobilis eſt quantum in ſeipſa cum etiam incorporea ſit. Reſpondeo ad hoc ſuperficiem non eſſe ſimpliciter locum, alioquin omnis ſuperficies locus eſſet, ſed ipſa eſt locus quatenus continet, quæ etiam vt continet, mutatur. Nam ſi res ipſa quæ continetur immobilis maneret, ipſa autem aliquando continet, aliquando vero non, vel interdũ aliis, & alia ſuccedit, perſpicuum eſt igitur, vt ipſa ſit tranſmutata ſimul cum corpore tranſmutato cuius eſt terminus. Hæc igitur hactenus dicta ſint. Reliqua vero duo eorum quæ loco competunt. ſ. continere cum nihil ſit rei, & a corporibus derelinqui ſeparabilemq; eſſe Ariſt. non adiecit tanquam perſpicua & manifeſta. Nam ſi locus eſt terminus continentis & ipſum cõtinere per ſe ex definitione eius conſtabit, ſimiliter ꝑſpicuum eſt ipſum ſeparabilem & nihil rei eſſe. Nam id quod locum occupat a loco ſeiungitur. Terminus autem continentis non ſeiungitur ab eo cuius eſt, terminus ſed ſeparatur a contento, cuius nec terminus, eſt nec paes, nec affectio, nec quicquam aliud. Verum eadem ſeruarent etiam ij qui tuẽtur locum eſſe ſpacium præter hoc quo dicimus locum continere. Etenim ſpacium diuerſum eſt ab eo corpore quod in eodem recipitur, & ſeparatur ab eodem. Sed locum continere vel negant, tanquam id loco omnino non competat, vel magis, & ita ineſt loco continere apud ipſos, quẽadmodum apud illos. Nam ij qui aſſerunt locum eſſe terminum continentis, quia eſt alicuius corporis terminus, & terminus extrinſecus cõtinet id quod eſt in loco quocirce videtur plane locus cõtinre, non reſpiciunt ad terminum, qui propeie locus eſt, ſed ad corpus cuius eſt terminus. At quemadmodum terminus qui eſt proprie locus cohæret termino qui eſt in loco & neq; maior, neq; minoe eodem eſt, ſed in eodem exiſtens, ipſe tamen continere dicitur. Ita profecto & ſpacium ſecundum terminum ſuum cohæret termino corporis, quod eſt in ipſo, qua ratione & ipſum continere diceretur. Nam quæ maioe aſſignatio eſſet? quẽadmodum enim alteri opinioni ita & reliquę fauere poſſumus cum vtreq; aſſentiant terminos mutuo inter ſe cohærere per ſcilicet terminum localem & terminum corporis, quod eſt in loco licet alter cõtineat & alter non contineatur. Vel igitur de neutro termino dicito continere, vel de vtroq; cum ſint æquales.

Tum quia translatio eius quod fertur in ipſo continente fit cum quieſcit. Nam uidetur poſſe interuallum eſſe aliud quodam a magnitudinibus quæ mouentur. Confert autem ad hoc & ipſe aer: qui uidetur incorporeus eſſe. Non ſolum enim termini ipſius uaſis: ſed interuallum etiam ipſum ut uacuum locus eſſe uidetur.

Nam quieſcente vaſe in ipſo tranſmutatur contentum,

tum, ac alium atq; alium locum occupat. Verùm id non ſolum in vaſe fit ſed etiam in ipſo aëre continente cum immobilis manet aliud atq; aliud corpus ingreditur & ſuccedit. Cum igitur quieſcens aliud atq; aliud corpus recidit, videtur eſſe inter extrema continẽtis aliquod ſpatium per ſe diuerſum ab his ſpatijs corporeis quæ ibi recipiuntur & ingrediuntur.

Vt autem uas locus eſt potens transferri: ſic & locus uas immobile eſt. Quocirca cum id quod eſt intus mouetur atque transfertur: ſi id mouetur in quo eſt, ut in fluuio nauis: ut uaſe tunc utitur illo magis quam loco continente.

Quoniam veluti de vaſe rationem exequuit & fecit, ne quis dicat ita ſentiendum eſſe aliquid de loco, ſicut de vaſe propter hoc inquit non differre locum a vaſe, niſi quia vas mobile eſt, & locus immobilis. Vnde etiam nomina mutuat alternatim & appellat locũ vas, & vas locũ, vt quæ aliquis dicturus eſſet de vaſe eadem etiã proferat de loco, & econtra quæ de loco ageret, eadem etiã ſentiat de vaſe. Iccirco inquit. Et ſi nõ velut in vaſe aliquid eſſet, ſed velut in loco, moueretur autẽ hoc in quo eſt, ceu fluuius cum nauigio, & aer cum volatile, & maxime ſi æque cierentur, tanquam vaſe vteretur continente, & non velut loco.

Locus autem uult eſſe immobilis. Quapropter uniuerſus fluuius magis eſt locus: quia immobilis eſt uniuerſus.

Ecce quod ſane principio dixit, reliquorum aliorum de axioma & proloquium hic appoſuit, quoniam loco in eſſe oportet hoc, & immobilem eſſe, & nõ moueri ſimul cum illo quod in eo eſt.

Quare locus eſt terminus continentis immobilis primus.

Ex dictis concludit & deducit quid ſit locus, quoniam eſt primus terminus continentis immobilis exiſtens. Dixit autem primum pro hoc (proxime contento, & hoc, quatenus continet.) Quare & ſi vas diceretur locus tranſmutabilis tranſlatilisue, non quatenus tranſlatile eſt hac ratione locus vocaretur, ſed quatenus terminus eſt & extremum illius quod intus eſt, dico autem ſuperficies concaua; quæ immobilis eſt per ſe, & mouetur per accidens eo quod corpus cuius eſt terminus mouetur. Nam ſi partes, per ſe non mouentur, ſed per accidẽs moto ipſo toto & vniuerſo, quãto magis termini. Quare vniuerſus locus qua locus eſt, immobilis eſt per ſe.

Atque ob hoc medium cœli & extremum citerioris circum lationis uerſus nos uidentur maxime omnibus proprie ſupra & deorſum eſſe.

Hic dicit quod ea quæ comuni intelligentia & conſenſu loco inſunt, ex definitione tradita de loco eidem ineſſe demonſtranda ſint. Quapropter inquit locus eſt terminus cõtinentis, & in loco ſunt ſurſum & deorſum. Quocirca inquit omnibus videtur locus ſupremus eſſe ſuperficies concaua ſphæræ lunæ. Nam ad ipſam videntur leuia corpora ferri ac petere. Et medium vniuerſi eſſe locus deorſum, quippe ad hoc feruntur grauia corpora.

Quia illud quidem ſemper manet.

Ideſt medium cœli, quod quidem eſt locus grauium corporum, ſemper autem manet, ideſt ſemper eſt immobile, licet numero mutetur, ſpecie autẽ non.

Extremum autem cœli eodem modo ſe habens manet.

Ideſt concaua ſuperficies ſphæræ lunæ. Nam etſi ipſa ſecundum partes moueatur, attamen tota vt tota, immobilis eſt numero & ſpecie vna & eadem exiſtens, & ſemper eodem modo ſe habens.

Quare cum leue quidem ſit: id quod ſurſum pergit natura: & graue id quod deorſum fertur: terminus qui uerſus medium continet: deorſum eſt: & ipſum etiam medium. Terminus autem qui uerſus ultimum continet ſurſum & ipſum etiam extremum ultimumue eſt.

Quoniam inquit, eſt id quod ſuapte natura ſupra fertur, quod leue eſt, & habetur etiam id quod deorſum ducitur, quod ſane graue eſt, duplex erit ſurſum & deorſum. Quomodo autem duplex induxit dicens. Terminus qui verſus medium continet deorſum eſt & cętera. Medium quidem terram vocat. Terminus autem verſus medium, ideſt continens medium, quod terra eſt, qui ſane terminus partim eſt ſuperficies aeris, ea ſcilicet quæ terrã tangit, & partim eſt ſuperficies aquæ. Similiter & ſurſum duplex, & terminus qui verſus non vltimum cœli eſt, quod eſt concaua ſuperficies ſphæræ lunæ, & ipſum extremum. Hoc autẽ eſt corpus leue dico, ſcilicet ignem. Hoc modo igitur nonnulli præpoſitos contextus exponerent interpretarenturque, vt iam in contemplatione & conſideratione verborum diximus. Themiſtius autẽ ſic interpretatur, corporibus inquit motus fit ſecundum naturam ſurſum & deorſum, leuia quidem ſurſum natura migrant, grauia vero deorſum, faciunt autem (inquit) locum infernum illa corpora ipſum medium, & ea quæ circa medium ſunt. Hæc vero ſunt terra, aer, & aqua. Nam ſi quodque corpus graue ab hiis continetur elementis vel omnibus, vel quibuſdã, ab omnibus quidem (inquit) continetur, ceu lapides in fluuijs extantes. Nam hos ſecundum quippiam terra aquæ ſubacta continet, ſecundum aliquid aer, & ſecundum aliquid aqua. Duobus autem continentur gradientia & ea quæ natant. Gradientia namque terra & aere continentur. Natantia vero aere & aqua. Sunt prætereà nonnulla quæ vnis duntaxat continentur. Equidem ab aere continentur, quæ in aere ſunt, vt aues, ab aqua vero, quæ ſub ea natant ceu piſces, demum à terra nonnullę partes terræ ab ipſa diuiſę, licet vndique eam attingant & contineantur ab eadem. Eſt hæc interpretatio accommodatior eſſe videtur. Quidam autẽ medium cœli exiſtimarunt eſſe centrum vniuerſi qui prorſus deuiant. Nam nullus locus omnino centrum eſt. Sed omnia grauia tanquã ad centrum feruntur. At nullus locus centrum eſt, ſiue locus ſit terminus continentis, ſiue interuallum inter terminos clauſum. Sciendum autem eſt quod hoc etiam loco demonſtratur locum non eſſe terminum continentis, quoniam accideret eadem inter ſe multa loca eſſe. Nam locus terrę eſt ſuperficies aquæ ipſam tangens, & aeris ſimiliter. Hęc enim dico, ſcilicet aer & aqua ſunt loca terræ, cum vndique ipſam ſecundum aliam & aliam partem contineant, ſcilicet ſecundum eam

ſuperficiem aeris & aquæ quæ terræ proxima eſt. Sed cum & aqua ſit de numero illorum corporum quæ ſunt in loco, certe & ipſius erit aliquis locus, & hic non vnus ſimpliciter, quippe non ſolus aer tangat vndiq; aquam, ſed ſecundum aliquas partes aer tangit, & ſecundum aliquas terra quare ſecundum aliquam partem terræ locus eius eſſet aqua, ideſt ſuperficies eius, & ſecundum hanc ipſam terra erit locus aquæ, quare aqua & terra ſecundum idem erunt ipſiſmet mutuo loca. Ergo accidet idem ſecundum idem locum eſſe, & id quod eſt in loco, ſi ergo hæc ſunt impoſſibilia, igitur non erit terminus continentis locus, ſed magis ſpatium quod intra ſe complectitur vnumquodq; corpus naturale, quod per ſe vacuum eſt, licet nunq; ſit prorſus vacuum, ſed ſemper aliquo corpore impletur in eo recepto, cuius etiam locus eſt.

Et propterea locus ſuperficies quædam: & quaſi uas: & continens eſſe uidetur.

Hæc non dicit propter ea quæ proxime dixit, ſed quoniam locus eſt terminus continentis. Nam ſi terminus eſt locus plane ſuperficies erit. Et ſi vndiq; locus continet. Et tale ſit vas quod vndiq; continet id quod eſt in ipſo. Videt igitur locus vaſi ſimilis eſſe,

Præterea cum ipſa re ſimul quodammodo eſt. Nam termini cum finito ſunt ſimul.

Ideſt neq; eo minor inferiorq;, neq; eo maior. Nã ſi eſt terminus continentis cohæret termino contenti, ac illum tangit, ſed id q̃ cohæret & tangit ſimul eſt cum eo quod tangit, ergo etiam ſecũdum idem, neq; minor eo neq; maior erit.

Corpus quidem igitur, id eſt in loco extra quod aliquod corpus eſt continens ipſum. Quod uero non ita ſe habet nõ eſt in loco. Quapropter etiam ſi aqua fuerit tale partes quidem ipſius mouebuntur. Nam alia aliam continet. Vniuerſum autem partim mouebitur: partim autem non. Quippe ut totum ſimul locum non mutet.

Cum dixerit Ariſt. ea quæ ſunt in loco, nunc explicat ea quæ non ſunt in loco. Nam ſi locus eſt inquit, terminus continentis, igitur ſi aliquid non habet ex ſe aliquod corpus id non eſt in loco, quoniam nullum habebit extrinſecus continens, ceu vniuerſum non eſt in loco, ſiquidem extra ipſum nihil ſit. Nam ſi haberet aliquid extra, non eſſet proprie vniuerſum. Quocirca ſi nihil extra cœlum eſt, quemadmodum igitur non eſt, neq; in loco erit. Quemadmodum igitur inquit ſi vnum ſolum eſſet vniuerſum, ceu aqua, quæ ꝓ conceſſo & comperto eſt in loco, quippe quę diffluat & in ſeipſa manere ſuapte natura non poſſit, ſed eget continente, et definiente partes quidem eius, ſiquidem eſſent diuiſe, velut nunc diuiſe ſunt vniuerſi partes, ipſe quidem in loco eſſent & tamen tota aqua in loco non foret, cum neque habeat aliquod corpus continens extra ipſam. Ita ſe habet nunc vniuerſum, quoniam cum non ſit aliquid extra ipſum, neque in loco erit. Sed ſi cœlum nõ eſt in loco, quonam pacto mouetur ſecundum locum? Inquit igitur ipſum partim moueri. Partim vero non, ſecundum ſeipſum totum quidem non mouetur, quippe non mutet totum locum. Nam hic eſt vniuerſi, ac totius motus ſecundũ locum, quando totum locum mutat in quo eſt, qualia ſunt ea corpora quæ motu recto mouentur. Quare cœlum ſecũdum ſeipſum totum, quemadmodũ non eſt in loco, ita neque mouetur ſecundum locum, & cum circulo moueatur, talis vero motus partiũ eſt. Nam in motu orbiculari totum vt totum immobile eſt, & partes ſuccedunt ipſiſmet mutuo in proprijs locis. Hęc igitur mouentur ſecundum locum, quibus totũ moueri dicitur. Nam motis omnibus partibus, & totum dicitur moueri non primo, ſed vt dicebam ſecundum partes. Vnde partium locus apud Ariſto. erit vna pars alterius, quoniam vnaqueque continetur ab ijs quæ circũcirca voluuntur. Nam partes ita ſe habent, vt vna ſit alterius locus, cum vnaqueque contineatur circulo ab ijs quæ circũcirca mouentur. Item vt interpretibus eius videtur, erit locus inerrabilis ſphæræ ſecundum partes ſuperficies conuexa ſphæræ quæ intra continetur, cuius aliam atq; aliam partem tangunt partes ſphæræ inerrabilis, videlicet hunc locum nobis appellantibus ſecundum proportionem & ſimilitudinem, quoniam extrinſecus non continet, ſed quatenus ſeparatiuus & definitiuus eſt quandam ſimilitudinem habet cum proprio loco. Nam vt proprie locus vnumquodque ſeparat ſecernitque ab alijs, ita & ſuperficies conuexa ſphæræ intra contentæ corpus extra ſeiungit a reliquis. Hac igitur ratione ſecundum ſimilitudinem locus ſphærę inerrabilis eſſet ſuperficies conuexa ſphæræ quę intra continetur, & locus totius ſecundum partes. Nam hę ſunt, quę aliam & aliam eiuſdem ſphæræ partem complectũtur recipiũtq;. Quod autem de loco ſphęræ inerrabilis dicitur, idem etiam de vniuerſo dicetur. Nam vniuerſum ipſum nõ eſt in loco quippe extra ipſum nihil ſit. Verum ſecũdũ ſuas partes in loco erit. Nam vniuerſi partiũ quę circulo mouentur ſempiterne ſunt, quę vero ſurſum & deorſum generabiles & corruptibiles habentur. Hæc autem cum dicat Ariſto. volens clarius exponere quomodo cœlum non ſit in loco, & quomodo ſit, diuiſionem eorũ quę ſunt in loco facit. Nam eorũ quæ ſunt in loco inquit, quædam poteſtate in loco ſunt, quædam vero actu, ea autem actu ſunt in loco, quæ iam habentia circũſcriptionem ſeiunguntur a reliquis locis, potentia autem ea dicuntur in loco, quæ ſunt totius continui partes, ſecundum potentiam ea dicuntur, quę cum ſeparantur a toto poſſunt eſſe in loco per ſe, & continua amplius non ſunt, ſed attigua, ceu ſe habet aceruus tritici. Nam vnuſquiſq; accinus pars totius cum ſit in loco eſt, quoniam non eſt continuus aceruus, ſed vnuſquiſque accinus in propria ſeorſum circumſcriptione eſt. Rurſus eorum quæ ſunt in loco alia per ſe ſunt in loco, alia vero ſecundum accidens, ea autem ſunt per ſe in loco, quæ latione mouentur, vel auctione, vel diminutione. Hæc autem ea corpora ſunt, quæ ortui ſubijciuntur. Secundum accidens autem moueri dicuntur omnia accidentia, & anima ſiue in corpore ſit velut in ſubiecto, ſiue ab eo ſeparata fuerit. Nam hæc nunquam per ſe in loco ſunt, quippe quæ incorporea ſint. Cum igitur quatuor modis dicatur quippiam in loco eſſe, cœlum inter ea quæ per accidens in loco ſunt, adnumerandum ponẽdumq; eſt. Neq; enim actu in loco eſt, ſiquidẽ a nullo

extrinſecus contineatur, neque potentia, quoniam nunquã continebitur. Nam talia ſunt potentia in loco, quoniam aliquando poſſunt actu in loco eſſe, ſed neque per ſe coelum in loco eſt, quoniam mobile ſecundum lationem nõ eſt. Nam id quod fertur totum mutat locum. At coelum in eodem manens mouetur ſecundum partes. Et motus totius non eſt, ſed partium. Reſtat igitur coelum eſſe in loco per accidens. Dubitat autem contra hoc Themiſtius, quoniam quomodo Ariſto. ſibimet non pugnat & aduerſatur. Cũ modo aſſerat motum ſecundum partes per accidens motum eſſe, & ſupra cum oſtenderet aliquid idem poſſe in ſeipſo eſſe velut in loco, dixit aliquid idem ſecundum partes poſſe in ſeipſo eſſe velut in loco, ſed per accidens non poſſe, perinde ac diuerſa ſint ſecundum partes, & ſecundum accidens. Et ſoluit dubitationem dicens Ariſto. forte latius cõmuniuſq; vſum fuiſſe hoc vocabulo per accidens. ſ. pro alio. Alioqui mos Ariſto. eſt ſępe vti vocabulis ſpecierum pro vocabulis generum, perinde ac ſit ſecundum aliud latius fuſiuſue, q̃ per accidens, quandoquidem per aliud dicatur de eo quod eſt per partes, ac de illo ꝙ eſt per accidens. Vel magis tutum eſt dicere, ipſum abuſum fuiſſe nomine. Nam vt ſępe toto moto dicimus partẽ per accidens moueri, & cum totum in loco eſt, partẽ in loco per accidens, quãquã non diceretur proprie toto moto manum per accidens moueri, ſed per ſe quidem mouetur licet nõ ſeorſum, neque qua manus eſt vel ſimpliciter pars, ſed qua cõplicita connexaq; toti eſt. Iccirco diceretur magis proprie non moueri primo ſed per aliud. Nam partes mouentur ad totius motum. Igitur (vt dicebam) quẽadmodum abutentes ſępe nomine, dicimus toto moto partem per accidens moueri, ita & partibus motis diceretur totum moueri per accidens non proprie, ſiquidem magis proprie diceretur moueri per aliud motis partibus. Nam quæ primo mouentur partes ſunt. Hoc igitur modo & coelum totum diceretur in loco eſſe non per accidens. Non enim accidit alteri; quod per ſe in loco ſit. Talia nanque vult eſſe per accidens Ariſto. ſed magis per aliud, omnes eius partes in loco ſunt. Sed quoniam Ariſto. dixit quędam eſſe in loco per ſe, merito ipſi per accidẽs per ſe opponi inſtituit, ſed in hoc per accidens comprehendit ea etiam quæ ſunt per aliud in loco. Nam cum dicit, alia autem, per accidens, ſubiunxit ceu anima, & coelum, quorum aliud eſt in loco per accidens, vt anima, alterum autem per aliud vt coelum. Nam oportebat ipſum cum dicit, quędam ſunt in loco potentia, & actu, ac per ſe, & per accidens, etiam dicere, & quędam primo, & per aliud. At quæ ſunt primo in loco cõplexus eſt cum his quæ actu & per ſe in loco eſſe dixit, alia autẽ quæ ſunt in loco per aliud comprehendit in his quæ dicit eſſe potentia, & per accidens in loco. Nam quæ actu ſunt in loco dico. ſ. non continua inter ſe, ſed quæ habent propriam circũſcriptionem, primo & per ſe in loco ſunt. Talia autem ſunt, quæ latione mouẽtur (vt ipſe ait) ideſt quæ ſecundum ſeipſa tota mutant loca, quę etiam primo in loco ſunt, quare & huic oppoſita, ſcilicet potentia in loco & per accidens continent comprehenduntque in ſe ipſis, etiam illa quæ per aliud in loco eſſe dicuntur. Nam id quod eſt in potentia in loco, ceu partes, per aliud ſunt in loco, & per ſe. Nam cum totum ſit per ſe in loco, & pars ſane per ſe in loco erit, quæ autem ſunt per accidens in loco, non omnino & per aliud ſunt in loco, ceu anima vel album, quippe quæ ſolum per accidens ſint in loco. Vnde Ariſto. ob exempla comprehendit in his per accidens ea quæ per aliud dicuntur eſſe in loco. Vniuerſum itaq; coelum dicit ſecundum omnes partes in loco eſſe. Nam vnaqueque pars continetur ab ijs circa quæ reuoluitur & partes ipſiſmet mutuo vt loca ſunt, vniuerſum autem non eſt in loco, quoniam ſi eſſet in loco, foret aliquid extrinſecus continens ipſum, & ita neque totum, neq; vniuerſum eſſet, ſi quippiam contineret ipſum extrinſecus. Et ob id (inquit) omnia eſſe in coelo dicimus, propterea quod coelum eſt vniuerſum, extrinſecus enim omnia continet, & in ſeipſum comprehendit. Cum itaque Ariſto. dixit quomodo cauſa difficultatis & obſcuritatis ex tradita definitione loci manifeſta ſit, ac demonſtrauit omnia quæ communi conceptione in ſunt loco per definitionem eius indicari claraque haberi, deinceps oſtendit omnes dubitationes, quæ contra locum adducebantur ex aſſignata loci definitione perſolui. Et imprimis dubitabatur, quoniam ſi eſt locus, cum corpus ſit trifariam dimenſum diuiſibileque, neceſſe eſt ipſum etiam trifariam dimenſum. Nam per hoc omne corpus definitur, quare corpus per corpus reciperetur. Si ergo demonſtratum fuerit locum non eſſe ſpacium, ſed terminum continentis, ſoluta erit dubitatio, & multo magis neque principium eſſe conſtituent. Rurſus dubitabatur, quoniam ſi locus corporis eſt, etiam ſuperficiei lineæ & puncti locus erit, ſed reſpondet non neceſſe eſſe, vt ſi corpus locum occuper, etiam ſuperficiem & punctum in loco eſſe. Neq; enim hæc ſeparabilia ſunt, neque per ſe in loco. Si enim neque partes per ſe in loco eſſe aſſerimus, ſed totum in loco eſt quo partes in loco eſſe dicimus, quanto magis de ſuperficie, linea, & puncto idem dicendum eſt? Nam terminus continentis totius vt totius eſt locus, minime autem partium ſeorſum. Item dubitabatur, quoniam ſi locus eſt, oportet creſcentibus auctiſque corporibus ſimul augeri & locũ. Reſponder ſiquidem ſpacium eſſet locus, neceſſe foret ipſum augeri vna cum corpore per ſe, ſed quia nunc eſt terminus continentis, non augebitur vna cum corpus augetur, quippe terminus non augeatur per ſe. Nam corporum eſt augmẽtum, ſed augmento illius ꝙ eſt in loco cedente corpore continente vel ſecũdum cohibitionem quatenus. ſ. cohibetur cõprimiturue & cędit, vel ſecundum cõſtrictionem, & denſitatem (termini etiam cędunt) & ita quæ augentur maiorẽ locum occupant, quare & locus maior ſit. Sed nequaquã augeri concederetur. Item quoniam auctio corporum non ex nihilo, ſed per cibi ingreſſum eo tranſmutato in partes corporis ſit, manifeſtum eſt quod auctum corpus hunc locum occupat quem continebat cibus & alimẽtum. Qua de cauſa non neceſſe eſt vacuum eſſe neque aliquod corpus non eſſe in loco. Sed conſtat eos etiam hæc ipſa ſentire, qui aiunt locum eſſe ſpacium trifariam dimenſum, immo multo magis, quandoquidem corporis ſuperficies cum maius factum fuerit id quod augetur, & ob id corpus continens dimenſum diſtanſque, eſt maior fiat, q̃ prius, non eo quod ipſa augeatur, ſed (vt dice-

ſam) eo quod corpus extenditur ac diſtat cuius eſt ſuperficies, & ob id exiſtimatur augeri. Secundũ vero alteram opinionem neq; quædam leuis relinquitur ſuſpicio augendi locum. Nam cum ſpatium ſit ſeparabile ab omni corpore, & ob id immobile quando augeretur corpus tantum corporis ſibi proximi ſiue aer fuerit, ſiue aqua duntaxat expellens occupabit eiuſdem locum, ipſo interuallo prorſus immune affectionis & motus manente, & ita quod augetur in maiori loco fieret loco nullam alterationem ſubeunte ac ſuſtinente. Item quanq; id quod additur ei quod augetur, locum nutrimenti occuparet, quid tamen cogit augeri interuallum. Cogeretur nanq; locum duntaxat ſimul augeri, ſiquidem locus eſſet forma illius quod eſt in loco. Nam hæc eſt illa quæ augetur, vt in libro de generatione oſtenditur. Sed neq; ſuperficiei locum eſſe oportet, neq; termini corporis ſunt penitus in loco. Nam ſi demonſtrauimus partes non eſſe per ſe in loco, quanto magis neq; termini erunt per ſe in loco? Quod ſi ea de cauſa putant terminos eſſe in loco, quia cohærent ſimulq; ſeſe tangunt cur magis hoc accidet huic poſitioni quam poſitioni Ariſto. Et enim ibi neceſſe eſt terminos cohærere inter ſe. Et ſi non differt vas a loco niſi quia vas mouetur, ſed vas impletur ab eo quod eſt in ipſo, ſiue ſit illud aer ſiue aqua, igitur & locus impletur ab eo quod eſt in ipſo vacuus propria ratione exiſtẽs. At ſuperficies ſuperficiem, vel linea lineam, vel punctus punctum non implet, neq; hæc ſunt propria ratione vacua, ſed ſolum cohærent inter ſe, perſpicuum igitur eſt nihil nos cogere, vt aſſeramus ſuperficiei, lineæ, & puncti eſſe locum. Hæc igitur hactenus dicta ſint. Præterea Ariſt. perſoluit dubitationem Zenonis. Nam ſi omne quod eſt alicubi eſt (vt ille tulit.) Et locus eſt, igitur locus alicubi erit, quare erit locus in loco, & hoc in infinitum. Soluit ergo & hanc dubitationem. Nam inquit ſi oportet omne quod eſt alicubi eſſe, & ob id locus alicubi erit. Verum locus alicubi erit non velut in loco ſed velut terminus in terminato. Non enim inquit omne quod eſt in loco eſſe opus eſt, ſed corpus ſecũdum lationem mobile, ideſt quod ſuapte natura aptum eſt moueri & quieſcere, vt dicat id quod recto mouetur motu. Nam omne tale prorſus in loco eſt, ſed nõ omne corpus orbiculare in loco eſt, ſed ſphæra quæ intra continetur. Nunc autem velut vnum continuum accipit omnes ſphæras. Conſentaneum autem eſt & his quæ occupant locum, ineſſe hoc, vt vnumquodq; ducatur in ſuum locum, & ibi maneat. Hoc aũt probat elegantiſſime & acutiſſime. Verum illud prius ſumit, & inquit omne quod tangit aliquod ſecundum naturam, & nõ vi, hoc ſane cognatum proximumq; illi eſt quod tangit. Adiecit autem (non vi) merito. Nam tangit aerem gleba terræ proiecta aut ſtatuta alicubi, ſed non natura ſed vi. Ea enim ſeſe tangunt mutuo (vt in libro de generatione dicitur) quæ communem qualitatem ſimbolam habent inter ſe. Quocirca terra tangit aquam, quippe quæ habeãt communem qualitatem ſimbolam, ſcilicet conſimilem ipſam frigiditatem. Aerem quoq; tangit aqua quia communem poſſident qualitatem humiditatem ipſam vel humorem. Item aer tangit ignem, ſiquidem vterq; communem teneat qualitatem ipſa caliditatem. Ignis etiam tangit lunæ ſphæram, quoniam ſecundum proportionem & ſimilitudinem hic eſt quædam conuenientia & communio. Nam ambo velocia motu & elucentia ſunt, cognata autem attigua ſunt, quocirca facilis eſt eorum permutatio inter ſe, vt in libro de generatione dicendum eſt. Cum igitur vnaqueq; pars a ſua vniuerſitate demitur & ſeiuncta eſt, hanc cupit appetitq; conſequi & occupare. Nam ſingulæ affine cognatumq; & ſuam vniuerſitatem amant: quocirca etiam cupiunt eſſe & permanere. At vnaqueque eſt, quando delata ad ſuam vniuerſitatem, in illa fuerit. Nam ad hanc latio, & appetitus promouet vnamquanque in ſuum locum mouert, quippe hæc ſit toti cognata. Sed aliquis dicet, ſi attiguum natura proximum cognatumq; eſt, & aer inferius tangit aquam: igitur partes eius deorſum differri oporteret. Quod itaque aer ſit aquæ cognatus quatenus communem habent qualitatem ſimbolam perſpicuum eſt. Sed de induſtria diximus quod vnaqueque pars præcedens & producta ducitur ferturque ad ſuam vniuerſitatem. Eſt autem vniuerſitas aeris de numero eorum, quæ ſurſum manent, & ipſa magis eſt cognata igni quam aquæ, ſed vbique ſeſe inſinuat, non eo quod naturam habeat, vt vbique feratur, ſed propter vacui vim, ob quam ſæpe & aqua ſurſum fertur, & in aere non ſeſe fundit & inſinuat, ceu patet in clepſidris. Quare & ſi tangeret aer aquam, attamen propter vacui vim tangit, quoniam ſuapte natura ſurſum manet & fertur. Quocirca merito inquit, & manet natura vnũquodque in ſuo loco, cum etiam pars maneat in propria vniuerſitate, quod eſt in loco, inquit, ceu pars in toto eſt, quam enim rationem habet diuiſa pars ad totum, eandem etiam habet id quod eſt in loco ad locũ. Nam ceu ſiquis immergeret manum in aqua diuideret aliquam partem aquæ, eandem etiam rationem habet id quod eſt in loco ad continens ceu ſit continens aliquod totum, & contentum pars. Nam inquit continens ad contentum eſt ceu aliquod conſtitutum ſe habet ad materiam, materia nanque aeris eſt aqua. Aer autem velut aliqua forma & actus. Equidẽ mutatio aquæ in aerem eſt generatio (vt in libris de generatione dicitur) & econtra aeris mutatio in aquam eſt corruptio. Vult autem materiam & formam partes conſtituti eſſe, quare aqua aſſimilatur materię, aer autem formæ vel conſtituto ex vtraq;, materia autem eſt pars conſtituti, pulchre igitur dictum eſt contentum ad continens eſſe veluti partem diuiſam ad totum. Pars autem vult manere in vniuerſitate, merito itaq; & vnaqueq; manet in ſuo loco, ideſt in continẽte, & continens eandem rationem habet ad contentũ veluti totum ad partem.

In orbem mouetur. Nam partium eſt hic locus: nec ſurſum nec deorſum mouetur. Quædam autem circulo uerſantur: quedam uero ſurſum & deorſum, quæ denſitatem & raritatem habent. Vt autem dictum eſt, quedam in loco potentia ſunt, quedam uero actu. Iccirco cum id quod eſt ſimilium partium continuum eſt, tum partes potentia ſunt in loco. Sed cum ſeparate atq; ut in cumulo ſit, ſe tangunt, tunc in loco actu ſunt. Rurſus & alia per ſe, ut omne corpus aut latione, aut auctione mobile per ſe alicubi eſt. Cælum autem, ut dictum eſt, non eſt alicubi totum, neq; eſt ullo in loco, ſiquidem nullum ipſum contineat corpus.

Quærunt hic quales partes inquiat Ariſt. An partes totius mundi, quæ ſeſe duntaxat tangunt, & diuiſæ ſunt, vel continuas partes vltimæ ſphæræ. Nonnulli ergo aſſerunt ipſum dicere partes attiguas & ſeſe tangentes, quæ ſunt ſphæræ, & reliqua corpora. Inquit igitur, quod totum non eſt in loco, ſed partes in loco ſunt. Vt igitur oſtendat quis ſit partium locus ſubiunxit. In orbem mouetur. Nam partium eſt hic locus, qui non dicit eo quod vltima ſphęra in orbem ducitur, idcirco ipſa eſt locus aliorum, ſed uult oſtendere, quod ipſa non ſit continua ad ſequentia corpora ſed diuiſa. Propter hoc enim (inquit) mouetur per ſe in orbem, ſed circulo moueri idem dictum eſt, ipſam eſſe diuiſam ab his, quæ intra continentur, ac continere ipſa, qua ratione eſt locus partium. Et quod partes vniuerſi vocet ea, quæ intra continentur corpora, conſtat ex his quæ mox ſubiungit. Nec ſurſum, nec deorſum mouetur. Quædam autem circulo mouentur, quædam autem ſurſum & deorſum, quæ denſitatem & raritatem habent. Nam ſi partium vniuerſi quædã ſurſum cientur, & deorſum quæ ſane ſunt ortui ſubacte. Et quædam in orbem mouentur, perſpicuum eſt quod vniuerſum uocat totum mundum, cuius autem partes ſunt elementa & ſphæræ ac ea quæ intra hæc continentur corpora. Alij autem intellexere partes continuas vltimæ ſphæræ quæ ſecundum ſe totã nõ eſt in loco, quippe ea nihil contineat, neque eius vnaquęq; pars in loco ſit per ſe, continue enim ſunt toti, ſed neq; tota vt tota mouetur, quoniam totum locũ non mutat, neq; partes qua partes mouentur, quippe quę continuæ ſint, ſed tota partium ope mouetur, & locus eſt partium quemadmodum diximus, ſiue ſint illæ partes quæ circũcirca continent, ſiue magis proprie ſuperficies conuexa ſit illa. ſ. quæ eſt ſphæræ Saturni intra contenta, quemadmodum diximus ſecundum proportionem & ſimilitudinem, equidem hanc ſuperficiem Saturni ſphæræ eſſe locum totius ſphærę inerrabilis proportione non eſt impoſſibile dictũ. Nam ſeparat ipſam vndiq; ab his quæ intus continẽtur. Vnde iuxta hanc interpretationem ita intelligendus eſt contextus. In orbem mouetur. Nam partiũ eſt hic locus. Quoniam dixit ipſam non vt totam ſimul mutare locum, decebat ac congruum erat dicere ſaltim illam mutare locum ſecũdum partes. Dixit autem in orbem mouetur, quod quidem dictu eſt hoc. Nam orbicularis motus ſecundum partes motus eſt, illud autem. Nam partiũ eſt hic locus pro hoc dixit in orbem & circulum vna aliam continet. Nam cum in orbem moueantur, circa ſuperficiem ſphæræ Saturni mouentur in eo modo dico. ſ. ſuperficiem conuexam aer ſphæræ quæ intra complectitur, quo ipſe dixit eſſe locum partiũ. Rurſus & alia per ſe, ceu omnia quæ latione, aut auctione mouentur per ſe alicubi ſunt. Inquit ferri ea quæ motu recto mouentur, quæ quidem etiam eſſe in loco per ſe dixit. At cœleſtia nõ feruntur ſed circunferuntur. Nam diuerſa eſt latio ab orbiculatione, ſiquidem illa ſit ſecundum totum mutatio, hæc autem ſecundum partes. Verum aceruum octo ſphærarum vt vnum aliquid accipit. Iccirco inquit totum vt totum cœlum non eſſe in loco.

Quo autem mouetur, hac ratione locus eſt partibus. Alia nanq; partium alij hæret.

Hoc etiam ſuperius dixit cum tulit in orbem autẽ mouetur. Nam partium eſt hic locus. Et idem hic inquit. Quo autem mouetur, in orbem nanq; mouetur, quo partibus eſt locus. Nam eo quod vnaqueq; cœli pars dico. ſ. aceruí octo ſphærarum mouetur, hac ratione ſemper partes exterioris & vltimæ ſphæræ ſunt locus partibus ſphæræ intra contentæ, partes igitur vocat unamquanq; ſphęram, quod quidem etiam indicat, quod ſubdit adiungitq; cum dicit. Alia nanq; partium alij hæret & conſequens eſt. Nã conſequens eſt (vt ipſe inquit in quinto huius operis libro) quod cum deinceps alicui alio eſt, tangit ipſum, ita etiã ſphęræ inter ſe ſunt. Extrema autem ſphæra non eſt in loco niſi proportione & ſimilitudine, quemadmodum diximus ſecundum conuexam ſuperficiem ſphæræ, quæ intus complectitur.

Alia uero per accidens, ut anima atq; cœlum. Nam omnes partes quodammodo in loco ſunt. Circumquaq; enim alia aliam continet.

Hoc habet conſtructionem cum ſuperioribus verbis. Nam ſuperius dicens. Et rurſus alia per ſe, ceu omne corpus, aut latione, vel auctione mobile. Hic contrarium huic aſſignat & affert, dicet & alia per accidens. Verum alia intermedia dicta ſunt de cœlo. Nã dicens ea quæ mouentur motu recto per ſe in loco ſunt, deinceps explicat quomodo ſe habeant ea quæ in orbem ducuntur, vt hic faceret aſſignationem contrarij, per accidens igitur inquit animam eſſe in loco, et cœlum totum. ſ. vt totum. Nam quia partes ſunt in loco, & totum in partibus eſt, igitur totum diceretur eſſe in loco per accidẽs, vel magis ſecundũ aliud. Pulchre autem adiecit (quodammodo omnes) quoniam non omnes partes proprie ſunt in loco, neq;. n. vltima ſphæra ꝓprie in loco eſt, neq; partes cõtinuę.

Quapropter ſupremũ corpus in orbem mouetur ſolũ.

Quoniam non eſt cœlum in loco, niſi vt dictũ eſt per accidens, videlicet ſecundum partes, ob id etiam mouetur duntaxat motu in orbem, nunq; vero motu recto. Nam quæ mouentur motu recto prorſus etiã in loco ſunt. cum igitur cœlum non ſit in loco, merito ſolo motu orbiculari cietur.

Vniuerſum autem alicubi non eſt. Nam quod alicubi eſt, & ipſum eſt aliquid, & inſuper aliquid aliud oportet eſſe extra ſe quod continet. At præter uniuerſum, & totum nihil eſt extra.

Cum dixerit cœlum ſecundum partes in loco eſſe, oſtendit ipſum ſecundum totum non poſſe in loco eſſe. Nam (inquit) quod eſt in loco eſt aliquid, & extra ſe habet aliquod cõtinens ipſum, quod quidem eſt locus. Si ergo cœlum totum aliquod eſt & vniuerſum certe extra ipſum non erit quippiã eius cõtentiuũ, q̃m non foret vniuerſum. Nã extra vniuerſum nihil eſt.

Et propterea omnia ſunt in cœlo. Nam cœlum forſitan eſt uniuerſum.

Inquit verbis noſtris quod cœlum non ſit in loco conſona eſt vetus de ipſo ſententia & opinio, quæ dicit omnia in cœlo eſſe. Nam ſi cuncta in cœlo ſunt, nihil extra ipſum erit, ſi autẽ nihil extra ipſum, non erit

in cœlo. Oportet enim locum extrinſecus continere id quod eſt loco, deinde dicens cœlum eſt vniuerſum adiecit (forſitan) quoniam nondum demõſtrauit extra cœlum nihil eſſe.

Eſt autem locus non ipſum cœlum: ſed cœli aliquod extremus terminus quieſcens: quo tangit mobile corpus.

Quoniam dixit, in cœlo cuncta eſſe, ceu cœlum ſit communiſſimus omnium locus. Quonam pacto itaque cœlum ſit locus adiecit, quoniam non ſecundum ipſum totum, ſed ſecundum terminum eius qui intra capitur, quo tangit corpus mobile, ideſt corpus ꝙ poteſt moueri & non moueri, ideſt generabile & corruptibile. Quomodo autem quieſcens ſit terminus cœli quo ad nos, quod quidem locus eſt ſuperioribus dictum eſt.

Et idcirco terra in aqua: hæc in aere: aer in ethere: & ether in cœlo eſt collocatus. Cœlum vero non amplius in alio collocatum eſt.

Quonam pacto omnia ſint in cœlo dicit, quoniã non eo quod continet omnia proxime, ſed quia ipſum eſt extremum & vltimũ omnium continentiũ.

Patet autem ex his: ſi hoc modo locus dicatur: omnes dubitationes ſolui Neque enim una cum corpore: neceſſe eſt locum augeri: neque locum eſſe puncti: neque in eodẽ loco corpora duo eſſe: neque interuallum quidem corporeum eſſe. Nam corpus quoduis inter terminos continentis eſt.

Hic ſoluit dubitationes, de quibus nos ſatis ſuperius diximus.

Sed non corporis ſpatium. Eſt etiam ipſe locus alicubi; non ut in loco: ſed uelut terminus in eo quod eſt finitum. Non eſt enim in loco omne quod eſt. ſed tantum mobile corpus. Et fertur igitur unumquodque ad ſuum locum non ab re. Quod enim deinceps: & ui non tangit: id cognatum propinquumque illi eſt.

Ideſt corporis capax, vel magis non corporeum, ideſt trifariam dimẽſum diuiſibileque. Nam ſpacium ac dimenſio ſuperficies quoque ac linea eſt.

Atque ſi ſimul coniungi apta paſſione carent: quæ autem ſeſe tangunt paſſiua ſunt uiciſſim atque actiua.

Quoniam videntur & partes eſſe conſequentes, ac deinceps ſe habentes, ac ſeſe tangere viciſſim, diſcrimen affert illius ꝙ eſt in loco, & illius quod eſt vt in toto. Nam conueniunt vtraque quo ad deinceps ſe habẽtia, ac quatenus tangunt id in quo ſunt. Sed quando hęc fuerint ſimul apta coniungi, tunc paſſione mutua & viciſſitudinaria inter ſe carent. Et vt pars eſt in toto. Quando autem ſolum tangerent, & tamen non eſſent apta coniungi continuaque fieri, tunc velut in loco ſunt contenta in continentibus, & actiua & paſſiua inter ſe mutuo ſunt contenta, & continentia. Differunt igitur ea quæ ſunt velut in loco, & ea quę ſunt velut in toto, eo quod ea quæ ſunt velut in toto continua ſunt cum ſuis totis, & ab ipſis non patiuntur nec illa ab iſtis viciſſim. At ea quæ ſunt in loco contrarium ſortiuntur, quoniam cum ſint diuiſa ſolũ tangũt cõtinens ipſum, & agunt & patiuntur mutuo inter ſe.

Preterea manet quoduis non ab re in ſuo loco ſuapte natura. Etenim hæc pars toto in loco: ut diuiſibilis eſt pars ad totum: ceu cum aeris uel aque partem quis mouerit: ita & aer ſe habet ad aquam: ceu enim materia unum eſt: alterum uero forma: materia quidem aeris eſt aqua.

Quoniam dixit, quod non ab re, & ſine ratione vnumquodque manet in ſuo loco, quoniam cũ pars ad ſuam vniuerſitatem peruenit ibi manet, vult oſtendere contenta eſſe veluti partes eorũ quæ continent. Partes autem non continuas inquit, ſed diuiſas actu, clarum autem exemplum poſuit illud de aqua. Ita & aer ſe habet ad aquã, ceu enim materia vnum eſt, alterum vero forma. Nam qualem rationem habet pars aquæ (inquit) diuiſa ab ea & attigua. Hanc etiã habet aqua ad aerem, quemadmodum etiam ſe habet aer ad ſuccenſionem. Sed quo pacto eſſet pars induxit dicens, quoniam materia aeris eſt aqua, & forma aliqua eſt aer introducta in ipſa aqua. Eſt igitur aer, ceu aliquod cõſtitutũ ex materia & forma. Eſt autem & materia velut aliqua pars aggregati ex vtroque.

Aer autem quaſi quidam illius actus. Aqua nanque potentia aer eſt. At aer alio modo potentia aqua: ſed de hoc poſterius agendum eſt. At temporis opportunitate neceſſe nobis fuit hæc dicere: licet obſcure nunc dictum ſit: tunc dilucidius explicabitur.

Si enim & vtraque potentia alterum eſt, attamen (inquit) non eodem modo. Nam dictum eſt in libro de generatione, mutationẽ ex aqua in aerem eſſe generationem, econtrario autem corruptionem. Eſt igitur aer potentia aqua, ſed velut ad corruptionem, & non in ens ducendus. Aqua vero potentia aer eſt veluti materia ad formam deducenda. Sed inquit diligentius exquiſitiuſque in libro de generatione tractaturi ſumus. Nunc enim (inquit) quantum opportunitas poſtulabat atque occaſio, hæc cõmemorauimus. Opportunitas occaſioque fuit, quoniam voluit oſtendere, ita ſe habere ea quæ ſunt in loco ad locum, vt ſe habet pars ad totum. Vt autem hoc oſtendat, dixit, vt ſe habet materia ad formam, ita ſe habet aqua ad aerem. Sed de his (inquit) rationem in alijs exactius dicturi ſumus.

Si igitur id eſt: eſt materia atq; actus. Nam aqua ambo eſt. Verum alterum potentia alterum actu: ipſa ſane ad aerem: ut pars quodammodo ſe habet ad totum. Quapropter & his eſt tactus: copulatio tunc erit: quum ambo fuerint unum actu. Sed eſſe quidem locum: & quid nam ſit locus ſatis iam diximus.

Si aqua (inquit) materia eſt & forma, forma quidem potentia actu autem materia. Nam aquæ aer forma eſt, quando igitur fieret aer, vtrunque ſimul aliquid eſt. Quamobrem quoniã materia eſt pars compoſiti, igitur & aqua erit pars aeris. Pulchre autẽ dixit (quodammodo.) Non enim proprie eſt pars, ſed ſecundum proportionem, & ſimilitudinem. Iccirco inquit, cum rationem partis continet ad aerem, tangit ipſum ſecundum naturam, quãquam non ſit et coniuncta continuataque. Sed quando mutaretur in aerem, tunc continuatur illi & coniungitur, & proprie eiuſdem pars eſt.

Eodem modo putandum eſt philoſophi naturalis eſſe et de uacuo contemplari ſi ſit: nec ne.

Poſt ſermonem de loco aggreditur deinceps diſſerere de vacuo propter affinitatem cognationē propinquitatemque Theorematum: Et enim videtur vacuum & locus aliquomodo idem eſſe, his præſertim qui prorſus vacuum eſſe ponunt. Nihil enim aliud inquiunt vacuum eſſe, q̃ locum corpore priuatū. Merito igitur poſt ſermonem de loco, ſtatim ſermonem de vacuo aggreditur. Eodem autē modo inquit, quo de loco diſſeruimus etiam de vacuo diſputaturi ſumus. Nam primum quærit de vacuo ſi ſit, nec ne, & ad vtranque controuerſiæ partem arguit, deinde cōmunes opiniones de vacuo exponit. Verum priuſq̃ ſermonem de ipſo ingreditur, & ponit rationes introducentes vacuum, confutat veterum illos qui male nitebantur oſtendere vacuum non eſſe, vt opem patrociniumque ferendo ei ſermoni qui vacuum tāquā poſſibile introducit, poſtea demonſtrando nullo pacto vacuum eſſe, ne videatur in dicta cauſa, nulloque defendente ſermonem & ſententiam antiquorū damnare. Anaxagoras igitur (inquit) & quicunque periclitati ſunt contenderuntque demonſtrare vacuū nō eſſe, ij ianuas ſermoni ſententiæque antiquorum optime obijciendi non ſunt ingreſſi, quippe ij non demonſtrent id vacuum non eſſe quod illi putant vacuum eſſe. Neque inſtant contra vacui inaniſque naturam, ſed illud vacuum tollunt demuntque de medio, quod ipſi errantes aiunt eſſe, oportebat autem eos illa obiecta adducere, quæ eſſent contra eorum intelligētiam ac ſententiam, & non contra opinionem aberrantem circa vacui naturam. Nam illi ponētes vacuum eſſe, putāt ipſum eſſe aliquod ſpacium omni corpore naturali priuatum. Nam cum exiſtiment omne quidem ens naturale corpus ſenſibile eſſe, & aerē non eſſe corpus ſenſibile, quippe qui neque ſub aſpectu, neq; ſub auditu, neque ſub reliquis ſenſibus cadat. Non enim habet manifeſtas differentias ſenſibiles, putarunt omnino aerem non eſſe, & ob id aere plenum vacuum eſſe aiunt. Congruum igitur ac decens illis erat, ſiquidem recte contra hanc opinionem inſtare obijcereq; voluere, illud vacuum oſtendere non eſſe, quod illi imaginabantur eſſe, dico. ſ. confutare ſpacium quodā corpore priuatum, quod ſane non demonſtrant. Verum q aer quippiam ſit, ipſi oſtendunt. Nam cum impleant quoſdam vtres vento & aere oſtendunt eos priuſquam vento implerentur conſtrictos contortoſque fuiſſe poſtea vero cum impleti ſunt, non amplius conſtringi cōtorquerique poſſe quod quidem non accideret, niſi aer eſſet quodam corpus robuſtū. Nam ſi vter vacuus foret, quid vetaret illum contorqueri, quemadmodum etiam contorquebatur priuſquam inflatus eſſet. Rurſus idem oſtendunt in vaſibus quæ ſurripiunt aquam & clepſydris includentes aerem, clepſydra autem eſt vas quodam, quod habet in rectitudinem ſecundum diametrum foramina, cuius vnum foramen obturantes & demittentes ipſum in aqua oſtēdunt aquam non ingredi quod ipſum eſt iam aere plenum. Non ingreditur autem, quia non poſſunt duo corpora in eodem loco eſſe, ſed poſteaquā aperuerimus foramen, tunc aqua per alterum reliquæ aquæ cedente aere intrabit. Atqui oſtēdere aerem eſſe, non eſt tollere naturam vacui. Nam poteſt eſſe vacuū inſertum interſperſumque intra aeris partes, quemadmodum ſectatores Democriti dicebant, vel ipſum eſſe extra cœlum, ij ergo (vt dicebam) alia via q̃ per ianuam contra problema & cōcluſionem inſteterunt obiecerUntque. Sed longe magis cum ratione videntur dicere ij qui vacuum autumant & introducunt. Equidem ij qui vacuum admittunt illud quinque argumentis oſtendere nituntur. Primū quidem ex motu corporum ad locum. Et cum duplex ſit motus ad locum, aut ea quæ mouentur ſecundum tota mouentur, aut ſecundum partes. Secundum tota quidem, ceu illa quæ ab imis locis ad ſuperna feruntur, vel econtra, aut obliquæ, ſecūdum partes autem, ceu illa quæ augentur, nunc igitur probat & oſtendit vacuum eſſe ex his quæ ſecundum tota mouentur. Infertur autem deducitque rationem ſecundum primum modum ſyllogiſmorum hippoteticorum hoc modo. Si eſt motus, & non recipitur corpus per corpus erit vacuum, ſed motus eſt & non recipitur corpus per corpus ergo vacuum eſt. Nam ſi motus eſt prorſus oportet, vel ea quæ mouentur recipi per vacuum, vel per corpus, ſi ergo per corpus duo corpora in eodem erunt. Hoc ſane fieri nequit. Nam hunc in modum maximum corpus reciperetur in paruiſſima. Reſtat igitur per vacuum motum fieri, igitur vacuum eſt. Et huius rationis teſtis adducit Melliſſum. Etenim Melliſſus ob id exiſtimauit ens imobile eſſe, quia cenſuit opinatuſque eſt non eſſe vacuum, tāquā aliter fieri motus nequeat niſi per vacuum. Melliſſus igitur deſtructione negationeque manifeſtarum rerum immanifeſta oſtendit. Nam ens & motum eſſe plana aperta nudaq; ſunt illi, qui ſenſus particeps eſt, atqui vacuum eſſe, vel non eſſe, imanifeſtum eſt, cum itaque accipiat immanifeſtum tanquā conceſſum & poſtulatum, ita tollit perſpicua & cuique manifeſta. Si enim (inquit) motus eſt, vacuum ſtatim prodit. Atqui vacuum non eſt, itaque neque motus erit. At ratione longe magis incedunt ij qui vacuum introducunt probantes oſtendenteſque poſitione eorum quæ confitemur, ignotum qui inquiunt. Si enim eſt motus, vacuum eſt. Atqui motus eſt, ergo vacuum eſt. Sed cauſa erroris iſtorum perſpicua eſt. Non enim perceperunt neque ſciuerunt compreſſionem corporum. ſ. quomodo corpora ipſiſmet mutuo cedunt. Secundum argumentum adducitur ex his quæ mouentur ſecundum partes, qualia ſunt ea quæ augentur. Non enim eſſet (inquit) auctio, ſi vacuum non eſſet. Nam auctio per corpus fit vndique cibo nutrimentoque per corpus quod augetur, diſperſo atque diſtributo. Quonam igitur modo diſtribuitur digeriturque cibus? Neceſſe enim eſt vel cibum receptū per ea inania vacuaque corporis, quæ intra ſunt conſtituta ita diſtribui per corpus, vel corpus penetrare corpus ac recipi per corpus, quare ſi ſecundum falſum eſt oportet primum verum eſſe, dico. ſ. vacuum corpori imbibitū inſertumque eſſe, contra quos Ariſto. in libro de generatione eleganter diſſerit, quoniam ſi fieret auctio hunc in modum ſecūdum totum ipſum aucto corpore, accideret totum corpus vacuū eſſe, ſiquidem oporteat vndique cibum per corpus

diſtribui,& ipſe diſtribuatur per vacuum. Preterea non fieret auctio,ſed ſolum vacuũ impleretur. Hunc igitur in modum ex motu ad locum qui totius eſt & partium contendunt nituntur q; oſtendere vacuum eſſe. Tertium argumentum ſit ex denſitate & raritate corporum. Nam quo pacto denſitas fieret (inquit) niſi intra conſtituta inania eſſent cum corpus conſtringitur cohibetur & cohercetur. Item quomodo raritas fieret,niſi cum partes diſtant in amplum q; tendũt vacuas ſedes intra imbibitas relinquerent. Signo autem inditio coniectur ę q; manifeſte etiam id eſt quod de vino accidere ſolet. Nam ipſum dolium (inquit) quantum vini reciperet per ſe tantum illius iniecti in vtre vna cum ipſo vtre recipiet,quod quidem nõ acciderer (inquit) niſi vacua eſſent intra vinum in quæ conſtringitur cohercetur q; vinum in minorem molem ſeſe cõtrahens ac reſtringens. Hoc autem de muſto ſolum accidit,non tamen de omni vino. Vnde & cauſam manifeſtam dicturi ſumus latius in ſequentibus, quum ipſe perſoluit dubitationem. Quartum argumentum adducit exemplo illius quod accidit in cinere & aqua. Nam ſi impleueris poculum & calicem aqua,deinde aquam tranſmutaueris in aliud vas, & implebis poculum calicem ue cinere poſtea in eodem aquam infundes,poculum & calix recipiet totã aquam quæ quidem ipſum impleuerat antequam cinerem reciperet,quod ſane fieri non poſſet, niſi quædam inania & vacua his corporibus cineri & aquæ imbibita inſerta q; eſſent. Quintum argumentum ſit authoritate earum perſonarum quæ dignæ authoritate eſſe videntur,dico. ſ.pitaghoreorũ. Et enim ij aiũt vacuum extra mundum eſſe quodam infinitum exiſtens,quod quidem cum inſpiraretur his,quæ ſub cœlo continentur, ingrediebatur cœlum vniuerſum q;, & rerum diſcrimen faciebat. Nam nulla cauſa diſcriminis ſeparationiſ q; rerum alia eſſe poteſt,quam vacuum. Niſi enim eſſet vacuum intercidens ac interpoſitum prohibens ipſas concidere connecti q; ſimul inter ſe ac in vnum redigi,proculdubio vniuerſum foret vnum & continuum. Si ergo res inter ſe abiungũtur,& ſeparationis diſcriminiſ q; cauſa ex ipſa vacui inſerta connexione,igitur vacuum eſt. Præterea nec ſolum hunc mundum participare vacuo quod extrinſecus in ipſo ingrediebatur ac ſingulis rebus ſeſe inſinuabat,ſed multo prius numeros illius participes eſſe dicebant. Etenim ipſorum diſcriminis & ſegregationis cauſa vacuum erat,immo fatebantur penitus tolli numeros,niſi vacuum eſſet extaret que. Nam cauſa ſeparationis vnitatum vacuum eſſe autumabant. Verum perſpicuum eſt quod quemadmodum pithagorei conſueuerũt omnia dicere enigmatibus & metaphoris,ita & hoc per enigma & metaphoras dicebant. Nam rerum vim & potentiam quæ ſegregare poſſet eaſdem,per vacuum ſignificabant. Nam manifeſtum eſt quemadmodum in ipſo vniuerſo eſt vis congregandi connectendique res,ita eſſe vim ſeiungendi & ſegregandi.

Et quonam ſit modo: aut quid tandem ſit: quemadmodum & de loco querebatur.

Et quonam ſit modo, videlicet nunquid ipſum ſit aliquod vacuum infinitum per ſe extra mundum,vel interſperſum imbibitumque corporibus, quemadmodum dicebant,qui athomos inſectiliaque opinabantur eſſe. Nam ij autumabant in vacuo athomos eſſe ſeiunctos inter ſe commiſceri,vel tangi nunquã, quare corpora conſtare athomis & vacuo interſperſo per minima & parua dicebant. Item nunquid ſeparabile ſit a corporibus,vel inſeparabile, deinde cum dicit,aut quid tandem ſit,ideſt nunquid ſit aliquod interuallum per ſe nullum habens corpus naturale,vel materia corporum,vel quippiam aliud.

Et enim ſimiliter creditur: atque non creditur eſſe: ob ea que de ipſo putantu.

Quemadmodum inquit locus ex opinionibus de ipſo,videbatur ſimiliter eſſe,& non eſſe. Nã ad vtrãque queſtionis partem eque pollentes rationes adeo videbantur adduci,vt non magis eſſe,q̃ non eſſe crederetur. Ita etiam de vacuo accidit. Equidem ex argumentis ad vtrãque partem adductis eque creditur eſſe & non creditur eſſe. Verum non oportet,illud (ſimiliter) accipere ita exacte ac diligenter, vt plane et ad vnguem aſſimiletur pſuaſio & fides, que ſumitur per argumenta de vacuo ad vtranque partem facta, ei fidei ac perſuaſioni,que habetur ex argumentis de loco. Sed prope quandam ſimilitudinem ſe habent argumenta de vacuo, & argumenta de loco circa fidẽ & perſuaſionem,ac diſſuaſionem. Nam rationes probantes vacuum imbeciliores ſunt,quam ille quæ locum dirimunt ac tollunt.

Nam qui dicunt uacuum eſſe: ipſum ceu locum quendam: & uas ponunt.

Quoniã dixit eodẽ modo ad phyſicũ attinere de vacuo diſſerere quemadmodum & de loco, huius fidem per hoc induxit ac adiunxit,quoniam qui vacuum eſſe ſtatuunt, ipſum ponunt ceu locum & vas. Quare quecunque de loco querebantur,totidem de vacuo inquirenda ſunt. Deinde copulanda hec ſunt. Et enim ſimiliter creditur, atque non creditur eſſe. Nam his omnibus propinquitatẽ theorematum & queſtionum oſtendit & ſignificat.

Plenum autem uidetur eſſe: quum eam habet molem: cuius eſt capax: quando autem ea priuatur uacuum eſt: quod idem eſt uacuum: plenum & locus. Eſſentia autem ipſorum non eadem eſt: ſed diuerſa. Incipere autem conſiderationem oportet accipientes ea quibus uacuum eſſe affirmant: ac ipſa que dicunt ij qui illud eſſe negant.

Vacuum,locus,ſpacium & plenum ſunt ſubiecto eadem,& habitu poſitione,diffinitioneque differunt. Spacium quidem igitur dicitur, quum ipſum per ſe conſideratur abſolute, & non in habitu & reſpectu, locus autem cum ſuſcipit habitum & habet reſpectũ ad corpus. Vacuum autem eſt locus corpore priuatus. Plenum denique videtur idem eſſe cum loco, & forſitan nihil differt. Si autẽ ipſa aliquomodo differre oportet,differrent ſane eo quod conſideratur in loco quippiam alterum eſſe recipiens, & aliud eſſe id quod recipitur. In pleno autem ſpacium locale conſideratur velut vnum aliquid totum & materia corporis eſſe.

Et

Et tertio communes opiniones de ipſis. Qui ergo illud non eſſe oſtendere nituntur: non id e medio tollunt: quod uacuum uiri dicere uolunt. Sed quod dicunt errantes: ut Anaxagoras: & qui hunc in modum redarguunt. Nam aerem aliquid eſſe demonſtrant torquentes utres: & demonſtrantes aerem roboris participem eſſe.

Quãquã enim vacuum non ſit, neque aliquã naturam habeat in his quę ſunt, attamen quoniam cogitãdi vis ipſum prorſus eſſe imaginatur, dicere oportet, cur illi qui ipſum inter ea quę ſunt adnumerant, idipſum eſſe ſuſpicantur etiam explicare oportet quid ipſum ſit, ac non ſit, ceu quoniam videtur ſpacium quodam eſſe, & locus priuatus corpore, atque velut vas nihil habens. Etenim de tragelapho quodam, ſcilicet figmento, & ſi non ſubſiſtat, tamen quęreret aliquis, cur phantaſia illud cogitat ſuſpicatur ac imaginatur.

Et item ipſum clepſydris includentes.

Clepſydras autem dicit, vel ea inſtrumẽta, quibus mechanici ſibilos efficiunt & alias tales voces emittunt. Vel quod etiam magis dicẽdum eſt, clepſydras vocat (vt olim dicebam) vas quoddam, quod multi nuncupant arpagium, ſcilicet vas quod aquam ſurripit. Hoc enim habet orificium anguſtum, & in ima parte anguſtiſſimis foraminibus perforatum eſt. Vnde dicit includentes, ſcilicet ventum aerem includentes, quoniam os obturatur. Nam quãdo vas aqua vacuum eſt, obturãtes os eius ſubmittimus infundimuſq; idipſum in aqua, certe non impletur aqua intercluſo aere propter cauſam quam diximus. Vel enim nihil penitus recipitur, vel id quod recipitur exile exiguũque maxime eſt. Sed quum plenum fuerit aqua includentes aquam eodẽ modo oſtendunt aerem aliquid eſſe, alioquin cur obturantes aeris ingreſſum vetamus impedimuſque aditum aquę, & dimittentes aperienteſque orificium vaſis prębemus aquę ingreſſum atque aditum. Nam id nulla alia de cauſa accidit quã ob vacuũ ipſum, ne poſſit eſſe. Quum igitur damus aeri aditum, vt locum impleat exeunte diffluenteque aqua, tunc aqua exibit, quare per vtrũque oſtenditur aerem eſſe. Verum magis conſentaneum eſt cum dicit (& item ipſum includentes) aerem potius intelligere quã aquam includi. Nam volebant oſtendere vacuum non eſſe aliquod ſpacium, ſed aerem aliquid eſſe. Nam ob id Ariſto. eis obiicit. Verũ priore exẽplo magis oſtenditur aerem eſſe aliquid.

At homines uacuum ſpacium eſſe uolunt; in quo nullum ſenbile corpus eſt. Atque omne quod eſt: cum corpus eſſe exiſtiment: id in quo nihil penitus eſt: uacuum eſſe dicunt. Quapropter id quod eſt aerę plenum: uacuũ inquiunt eſſe. Non igitur id eos oſtendere oportet: aerem, ſcilicet eſſe.

Quoniam vacuum eſſe exiſtimant locum priuatum corpore ſenſibile. Dicit autem ſenſibile propter corpus mathematicum. Huiuſmodi autem eſt & vacuum trifariam dimenſum qualitatis expers. Cum igitur dicunt vacuum eſſe id quod corpore ſenſibile caret, & omne ens corpus eſſe dicunt. Nam quod non eſt corpus, non eſſe dicebant, ob id inquit. Vacuum eſt in id quo prorſus nihil eſt. Cum ergo aer non habeat qualitates manifeſtas ſenſibiles, idcirco aiunt ipſum non eſſe aliquid, ſed vacuũ aeris interuallũ eſſe.

Sed ſpacium non eſſe diuerſum a corporibus: neque ſeparabile; neque actu: quod quidem uniuerſum corpus ſeiungit: ut non ſit continuum: quemadmodum Democritus & Leucippus & complures alij naturalium dicunt: aut etiam ſiquid eſt extra corpus continuum uniuerſi. Hi ergo alia uia quam per ianuam contra problema obijciunt.

Dixit autem ſeparabile pro eo quod poteſt ſeparari, dico, ſ. ſpacium habens corpus, cum poteſt ſeiungi, ac eſſe vacuum per ſe, actu autem ſpacium corpore vacuum. Et hoc eſt vel inditum inſperſumque corporibus, & prohibens ipſa continua eſſe, quemadmodum dicebant Democriti & Leucippi imitatores. Vel non interſperſum imbibitumq; corporibus eſt, ſed continuum ac extra cœlum per ſe exiſtit, vt complures maxime imaginabãtur, qui putarunt aliquod infinitum vacuum eſſe extra cœlum, quo pacto Pitaghorei dicebant (vt iam dixi) Zenonis citienſis quoque imitatores, ita ſenſiſſe opinatoſque fuiſſe nonnulli tradunt.

Sed hi magis qui uacuum eſſe dicunt.

Inquit quod magis credenda dicunt, qui vacuum eſſe aſſerunt, quã ij qui contra hanc opinionẽ inſtant, quorum vnus extitit Anaxagoras.

Dicunt autem unum quidem: quod motus ad locum non eſſet: qui ſane eſt latio & auctio. Non enim motus eſſe uideretur niſi uacuum foret. Nam fieri non poteſt: ut ipſum plenum ſuſcipiat. Quod ſi ſuſceperit ſu rintque duo corpora in eodem: poſſunt & quotquot uolueris corpora ſimul eſſe.

Cum dixerit rationes quæ tollere vacuum videbantur, & redarguerit eos qui alia via quam per ianuam obiectiones faciebant, nunc ponit eas rationes, quæ vacuum eſſe probant. Et prima eſt ex motu ad locum, qui cum duplex ſit, vnus quo tota vt tota mouentur, & alter qui partibus tribuitur, ex vtroq; motu fidem facit & inducit, & duo fiunt argumenta ex motu, primo ergo ex motu, qui toti tribuitur arguit.

Differentia nanque dici non poteſt: per quam dictum non eſſet. Quod ſi hoc poterit eſſe ſuſcipiet minimum maximum. Nam multa parua ſunt ipſum magnum. Quare ſi ſit: ut equalia multa ſint in eodem fieri poteſt: ut etiam multa inequalia in eodem eſſe queant.

Quoniam dixit Quod ſi duo corpora in eodem eſſent, quotquot volueris alia in eodẽ poterunt eſſe, hoc probans induxit ſubiunxitq;. Nã propoſitũ eſſet aliquorũ placito ac pro arbitrio vſurpatũ (inquit) ſi duo quidẽ corpora poſſe in eodẽ eſſe dicerent, & nõ plura vel infinita eſſe poſſe cõcéderẽt. Nã qđ qualecq; diſcrimen afferre poſſunt, vt duo corpora in eodem collocari queant, & non plura, quippe nũc magis plenum non ſit quia duplicatũ, quã prius cum vnum corpus implebat. Nam tunc ęque continuum erat & plenum, attamen recipere & aliud poterat, cur igitur nõ iterum aliud, & rurſus alterum, & adeo frequenter, vt maximum corpus in minimo recipiatur & collocetur. Nam fieri poteſt, vt maximum ſecetur in multa equalia paruo & exiguo. Quare inquit non ſolum

multa equalia in eodem eſſe poterunt ſed etiam multa inequalia. Verum inequalia non per ſe, quoniam non concederent hoc qui aiunt corpus per corpus recipi ac penetrari, ſed quoniam poteſt inequale in equalia ſecari & diuidi.

Melliſſus quidem igitur & ex his oſtendit uniuerſum immobile eſſe. Nam ſi mouebitur: neceſſe eſt (inquit) uacuũ eſſe. At uacuum non numeratur inter res. Vno igitur modo uacuum non eſſe aliquid ex his oſtendunt. Alio autem modo: quia nonnulla alia corpora premi: & cogi uidentur: ceu dolia una cum utribus (inquiunt) uinum ſuſcipiunt: propterea quod corpus quod dẽſatur ingreditur ea uacua quæ intus iacent.

Quod neceſſe ſit motu exiſtente vacuum eſſe, ex opinione Melliſſi probat. Et ille itaque cum aſſentit rationi quæ vacuum tollit, mox motum de medio dirimit, ac delet. Nimirum cum voluiſſet vniuerſum immobile eſſe, vna cum motu vacuum de medio ſuſtulit tanquã plane motus notitia & cogitatio ſtatim vacuum vna ſecum introducat, & econtra ſublato vacuo ſimul & motum eripiat aboleatque. Atqui Melliſſus motum omnibus manifeſtum tollit per immanifeſtum, dico. ſ. quia ſuſcipit & perit vacuum non eſſe, quo fit igitur, vt longe magis conſentaneum ij faciant, qui ex manifeſto perſuadentes ſyllogiſmo concludunt immanifeſtum & ignotum.

Præterea auctio etiam per uacuum omnibus fieri uidetur. Nam alimentum eſt corpus: fieri uero non poteſt, ut corpora duo ſint ſimul. Teſtem etiam huius id afferũt: quod in cinere fieri ſolet: qui quidem tantũ ſuſcipit aquæ quantum uas uacuum capit. Eſſe autem & pithagorici uacuum dixerunt.

Tertium argumentum fit ab auctione. Eſt autem auctio motus ſecundum partem. Nam ſi auctio fit alimento diſtributo in eo quod augetur, & alimentum cibuſque corpus eſt, & totum corpus augetur per totum. Nam non poteſt alimentum cedere corpori omnino, quare erit corpus in corpore. Neceſſe eſt igitur (ſi hoc fieri nequit) vt aliqua inania & vacua ſint in corpore, in quo alimentum recipitur.

Et ipſum ex infinito ſpiritu halituque cœlum ingredi: quaſi cum reſpirando cœlum uacuum inſpiret attrahatque quod naturas ipſas diſtinguit: propterea quod uacuum eſt ſeparatio quedam eorum atque diſtinctio, quæ ſunt deinceps collocata: quod etiam primum in numeris eſſe aiunt. Nam uacuum naturam ipſorum diſtinguere dicunt. Talia igitur & tot fere ſunt ex quibus quidam eſſe: quidamque uacuum non eſſe putant.

Forſitan ij qui extra cœlum infinitum aliquod vacuum eſſe ſtatuerunt, idipſum vocabant & halitum, tãquã idem dixerint vacuum & halitum geminatione vocabuli. Hoc igitur vacuum inquiunt ex his quę extra cœlum ſunt, ipſum cœlum ingredi, quaſi cum cœlum reſpiret vacuum attrahat, quod quidem cœlum inſpirat & attrahit ad ſegregandum naturas rerum, perinde ac (inquit) vacuum ſit cauſa ſeparationis & diſcriminis rerum. Cæterum in quinto huius operis libro deſinit ea eſſe deinceps collocata, quorum nullum eſt intermedium eiuſdem generis propinquum. Vacuum itaque (inquit) cauſa eſt eorum quæ non ſunt continua, ſed ſeparata. Nam ipſum eſt quædam ipſorum ſeparatio & diſcrimen, ac ſegregationis diſcriminiſque illorum cauſa.

At nos ut percipiamus utro nam modo res ſe habeat; oportet accipere quid ipſum nomen ſignificat. Videtur autem uacuum locus eſſe in quo nihil eſt.

Ipſe in libro de demonſtratione dixit, quod cum de aliquo vocis equiuoce ſignificatu ſermonem facimus, prius oportere differentes ac varios ſignificatus diuidere & diſtinguere, deinde determinare de quo illorum ſermo nobis habendus ſit, cęterum poſt hęc problemata ingredi primum quęrentes, ſi talis res ſit, ceu a voce ſignificatur, deinde quid ſit, poſtremo quãobrem ſit, ceu ſi de tragelapho ſermo haberetur, imprimis quęremus quid eadem vox ſignificet, & ſi plures fuerint ſignificatus, de quo ipſorum ſermo habendus eſſet, quem quidem inuenientes dein de quęremus an ſit talis res, ceu a voce ſignificatur, & reliquas deinceps quęſtiones tractabimus. Hunc igitur in modum hic Ariſto. cum rationes ad vtrãq; partem ponat eas. ſ. quæ videntur probare vacuum eſſe, & eas quę videntur ipſum tollere ac delere, conuerſus ad exponendam veram opinionẽ, quęrit quid ſignificet nomen vacui. Nã videtur eſſe aliquod ſimplex, quippe quod de materia etiam dicatur, vt ipſe procedens dicit. Aliqui ergo (inquit) vacuum dicũt eſſe, in quo nihil eſt. Nam omne ꝙ eſt putant eſſe corpus quare in quo nullum eſt corpus hoc eſſe vacuũ dicunt, omne autem corpus tangibile eſſe dicunt, omne vero tangibile grauitatem, vel leuitatem habere etiam tradunt, quare ex ſyllogiſmo accidit in eis dicere vacuum id eſſe, in quo nullum graue neque leue eſt. Sed ſi hoc eſt (inquit) vacuũ, in quo nullum graue, vel leue eſt, punctum quoque vacuum erit, quoniam in ipſo nullum graue, nec leue eſt. At abſurdum eſt dicere punctum vacuum eſſe. Verum hoc abſurdum accidit eis, quia non addiderunt hoc. ſ. dicimus vacuum eſſe ſpacium, in quo nullum graue neq; leue eſt. Nam etſi locum addant dicentes vacuum eſſe locum, in quo nullũ graue, vel leue eſt, tamen nihil perfecti dicunt, quouſque non definiuerint, ſi afferant illud talem locum eſſe in quo ſpacium intercapedoq; ſit grauis & leuis capax. Vnde (inquit) etſi vacuum definientes eſſe ſpatium, in quo nullum graue vel leue eſt, ſiue ſpacium ſuſceptiuum grauis & leuis, ij euaderent dicere punctum vacuum eſſe, in alterum tamen maioris dubitationis ſcrupulum incidunt. Nam ſi hoc ſpacium (inquit) neque leuitatem, neque grauitatem haberet, ſed colorem, vel ſonum, ideſt ſi corpus eſſet colore formatum & ſonatile neque grauitatem, neque leuitatem habens, ceu eſt corpus cœleſte, dicunt ne aliquid tale vacuum eſſe, vel non? Deinde reſpondens pro ipſis inquit eos forſitan reſponſuros, quod ſi quidem hoc eſt vacuum, quod poteſt recipere graue & leue, quãquã alio corpore plenũ fuerit, idem tamen erit vacuum. At ſi vacuum diceretur eſſe id quod ſuſceptiuum eſt cuiuſuis corporis, nondum aliquod habens, tale profecto vacuum non erit,

ſed

ſed plenum. Sed inquit Ariſto. ſiue tale dicant plenũ eſſe ſiue vacuum abſurdum eſt. Nam accidit idẽ eſſe vacuum & plenum, vacuum inquã erit, ſi vacuum illud eſt quod nullum corpus graue, vel leue habet. Plenum rurſus erit, quoniam corporeum eſt quoniã ſubijcitur colori, vel ſoni particeps eſt, & alterum recipere non poteſt, alioquin eſſent duo corpora in eodem, igitur idem eſſet plenum & vacuum, & diffinitionem vacui, quã ipſi tradiderunt plane tollerent dicentes vacuũ eſſe ſpacium in quo nullum graue, vel leue eſt. Vno igitur quidem modo (inquit) ita definiunt vacuũ ſpacium eſſe in quo nullum corpus tangibile eſt. Tangibile autem eſt id quod grauitatem, vel leuitatem habet. Verum alij alio modo (inquit) vacuum definiunt, vt hæc abſurda fugiant, dicentes vacuum eſſe ſpacium, in quo nullum corpus penitus eſt, neque aliqua natura corporea, qui etiam aſſerunt vacuum materiam eſſe, quippe quæ nullum corpus actu ſit ac ijdem ſentiunt locum eſſe materiam. Atqui materiam dicere vacuum, vel locum eſſe perridiculum eſt ſiquidem materia inquit non ſit ſeparabilis a rebus & vacuum ſit ſeparabile a rebus. Nam ſic dicunt ij, qui ipſum ſuapte natura per ſe ſubſiſtere poſſe aiunt. Eadem etiam nos dicimus de loco, & quod locus & vacuum nihil eſt rei, quæ in ipſo eſt materia autem eſt elementum rei, & quęcunque alia dicimus de vacuo & loco, quæ ſuperioribus tractauimus. Cæterum quod vacuum non ſit ſpacium, in quo nullum corpus penitus ſit queadmodum paulo ante dictum eſt, hoc in loco demonſtrat, vtitur autem ad tollendũ vacuum exemplis de loco. Nam inquit quoniam dicentes vacuum eſſe, nihil aliud ipſum dicunt eſſe quã interuallum locale carens priuatumque corpore, demonſtratum eſt in rationibus de loco tale ſpacium alterum a corporibus, & ſeparabile locũ eſſe non poſſe igitur neque vacuum erit. Nam vacuum & locus apud eos qui ita ſentiunt ſola conſideratione & reſpectu differunt vt diximus, locum inquã intelligimus eſſe, quando iam recepit corpus. Nam locus alicuius eſt locus. Vacuum autem quando corpus nõdum recepit. Deinde quia vtriſque competit ſpacia diuerſa eſſe a corporibus. Etenim ex quibus venerunt in cognitionem vt locus ſit ſpacium ex eiſdem in notitiam vacui peruenerunt. Nam motus ſecũdum locum eos deduxit in cognitionem loci. Nam eo quod videbãt ea quæ mouentur alium atque alium occupare locũ, & in eodem alia atque alia corpora ingredi, in cognitionem venerunt quod ſpacium ſit per ſe aliud atque aliud corpus recipiens. Ex eadem autem rurſus notitia vacuum eſſe ponunt. Nam cum ſit motus, & corpus non recipitur per corpus, oportet vacuum eſſe per quod recipitur mobile, cum ignorarent corporum compreſſionem. ſ. quomodo corpora cedunt ipſis inter ſe, cum igitur (inquit) vacuum & locale ſpacium ſunt idem ſubiecto, & eadem cauſa ducit nos in notitiam ipſorum, quibus igitur rationibus inquit refutauimus redarguimuſque locum non eſſe ſpaciũ, eiſdem etiam demonſtrabimus neque vacuum eſſe. Nam ſi eſſet aliquid tale vacuum, quando ingrederetur corpus in ipſo ſeſe reciperent ſpacia mutuo ac viciſſim, & ſeſe diuiderent in infinita, & quęcunque alia ſequerentur quæ in ſermone de loco cõcludebantur. Igitur & nos quibus confutauimus rationes deſtruẽtes tollenteſq; ſpacium eſſe locum, eiſdem redarguemus eas quæ vacuum quoad propriam rationẽ tollunt. Sic igitur & per ea quæ iam dicta ſunt tollitur & confutatur vacuum. Cum autem ij qui ſtatuere vacuum eſſe, illud putauerint eſſe cauſam motus, & cauſam eſſe velut receptaculũ, in quo aliquid mouetur, cæterum vult hic oſtendere vacuũ nullo modo cauſam eſſe motus ſecundum nullum modum cauſarum.

At nos vt percipiamus vtro nam modo res ſe habet. Quoniam poſuit rationes ad vtranque partem reliquum vertitur ad inquiſitionem veri, & inquit quoniam ad percipiendum vtro nam modo res ſe habet, ideſt ſiue ſit, ſiue non ſit, oportet prius diſcere ac percipere, quid ſignificet nomen vacui, an vnum aliquid, vel plura, & quæ ſint hæc. Textus.

Huius autem cauſa eſt: quod omne quod eſt corpus eſſe putant: & omne corpus eſſe in loco: & uacuum eſſe locum in quo nullum eſt corpus. Quare ſi alicubi non eſt corpus: ibi nihil eſſe aiunt. Rurſus corpus omne tangibile eſſe putant: & tale ut grauitatis aut leuitatis ſit particeps. Accidit igitur per ſyllogiſmum: ut id ſit uacuum: in quo non eſt graue quicquam uel leue. Hæc igitur quemadmodum prius diximus ex ſyllogiſmo accidit.

Ob id (inquit) aſſerunt vacuum eſſe locum in quo nihil eſt, quoniam omne quod eſt corpus eſſe aiunt. Cum igitur vacuum ſit, in quo nullum corpus eſt, & omne quod eſt corpus eſt, & vacuum eſt id in quo nihil eſt, accidit ergo ex ſyllogiſmo vacuum eſſe id in quo nullũ graue, nullumq; leue collocatur & eſt. Nam ſi vacuum eſt locus, in quo nihil eſt, & omne quod eſt corpus eſt, & omne quod eſt corpus, tangibile eſt, dico ſ. omne quod habet grauitatem, vel leuitatem, concluditur igitur vacuum eſſe, in quo nullum graue, nullumq; leue exiſtit. Pulchre autẽ dixit (ex ſyllogiſmo) quoniam ipſi hoc non dicunt, ſed aiunt vacuum eſſe, in quo nullum corpus eſt, cum autem omne corpus tangibile ſit, & tangibile inquit eſſe id quod habet grauitatem & leuitatem, ex dictis eorum concludit ac deducit illis accidere ex ijs quæ aſſerunt proferuntue, vacuum id eſſe, quod non habet aliquod corpus graue, vel leue.

Abſurdum autem eſt ſi punctus ſit uacuum.

Cum dixerit eos dixiſſe vacuũ eſſe locum, in quo nullum graue, vel leue eſt, refutat reprehenditq; definitionem dicens hoc modo facile ſequi, vt etiam punctum ſit vacuum, quippe & huic definitio conueniat, quoniam nihil eſt in ipſo quod graue, aut leue ſit.

Oportet enim eſſe locum in quo corporis tangibilis eſt ſpacium.

Hæc dicit pro his, oportet enim ita definire, q̃ locus vacuumq; eſt ſpatium corporis tangibilis, & tangibile habens grauitatem, vel leuitatem, quare locus eſſet ſpatium ſuſceptiuum grauis, vel leuis.

Attamen uacuũ uidetur uno dici quidem modo id quod non eſt plenum corporis ſenſibilis tactu. Senſibile uero eſt tactu: quod grauitatem uel leuitatem habet.

Quædam autem exemplaria habent plenum. Et ſi

cunda ex auctione, tertia ex denſitate, quarta ex cinere. Et tandem oſtendit rationem de motu ſecundum locum nihil neceſſarij concludere. Erat autem ratio hæc, ſi motus eſt, & non recipitur corpus per corpus vacuum eſt, atqui primum eſt. ſ. motus, ergo & ſecūdum. ſ. vacuum erit. Primum enim inquit & ſi vacuo aliquis motus egeret, vt motus ad locum. Saltem non quicunque motus vt fiat, vacuo eget. Nimirum alteratio loco prorſus non eget. Nam id quod alteratur quatenus alteratur nullo eget loco. Etenim fieri poteſt, vt id quod īmobile eſt motu locali alteretur. Item neque ſi motus fuerit ſecundū locum mox neceſſe eſt vacuum eſſe. Nam poſſunt partes viciſſim ipſiſmet ſuccedere, & ſua loca ipſiſmet inter ſe mutare quæ tamen non egent vacuo ſpacio ſeparato ab ipſis, quod quidem videre licet in motu locali recto, & hoc etiam manifeſtiſſimum eſt in reuolutionibus continuorum, ceu ſe habet globus ſphæraque tornatilis. Item videre licet in ipſa aqua quę mouetur in lebete. Nam hæc per vacuum non mouentur quippe quæ eundem contineant locum ſecundū ſuas vniuerſitates, ſed mouentur partibus propria loca mutuo cędentibus. Et quid ipſe dico de his quæ mouentur in orbem. Etenim quæ mouentur motu recto (vt iam dicebam) eodem modo mouentur, & vacuo non egent. Nam immitens digitum in aqua ſi mouero ipſum, & ſimpliciter omnia quæ mouētur in aqua, hęc ſane motu recto locali mouebuntur, & tamen per vacuum non mouentur, neque enim ſunt talia inania in aqua ſeparata, qualia ſunt piſcium & natantiū corpora in ipſa, hoc autem manifeſtum eſt, ſed aqua ſemper cędit ei quod mouetur, & vtrūque pariter accipit locum alterius. Nam ſi per ſolida & renitentia reſiſtentiaque corpora motus fieret, merito putarentur mobilia moueri per vacuum, propterea quod non facile cędunt hæc. At ſi per humida motus fit dico. ſ. per aerem & aquam, non eſt neceſſarium introducere vacuum propter motum. Nam diuiſo illo per quod fit motus, & cędente ſuum locum mobili, ita motus fit. Ex his ergo argumentis quod neceſſariū non ſit motu exiſtente aliquod ſeparabile vacuum eſſe prorſus corpore carens oſtenſum eſt. Quod vero ſimpliciter non ſit, nondum ex his demonſtratum eſt. Quāobrem, ſ. quoniā quāquā motus non fieret per vacuū, attamen foret alio modo aliquid vacuum per ſe ſeparatum, vt poſuere pithagorici extra cœlum quod quidem igitur vt dicebam, motu exiſtente non poſſit eſſe vacuum ſeparatum ſatis per hęc puto demonſtratum eſſe, quod autem neque inſeparabile ſit vacuum eo modo quem ipſe dicebam. ſ. quod quidē propria ratione ſit ſpacium omni corpore vacuum nūquam autem ſine corpore, ſed ſemper aliquo corpore plenum hiſce rationibus demonſtratum non eſt, immo contrariū eſt neceſſarium ex dictis. Nam quando dicimus ea quæ mouētur non egere vacuo, ſed traſmutari cędereq; partes ipſiſmet mutuo loca ꝓpria, quid aliud dicimus cędere ipſiſmet mutuo loca q̄ ſpacia in quibus ſunt. Verum de his affatim ſatiſq; dictum eſſe in rationibus de loco exiſtimo. Secunda dubitatio erat ex denſitate & raritate corporum, cuius exemplum erat de muſto & vtribus. Nam dicebant ea corpora quæ mouentur, recipi in ea vacua quæ in ipſis exiſtunt. Reſpondet igitur neq; neceſſarium, neq; verum eſſe vt hoc modo fiat denſitas. Nam poſſunt (inquit) ipſa corpora denſari ac comprimi non in vacua actu quæ intus manent, ſed compreſſis extruſiſque in ipſis tenuioribus corporibus in illorū loca recipi ac meare quod quidē & de vino fieri accidit. Nā compreſſis conſtrictiſq; vtribus ea ſubſtantia tenuis quæ incluſa eſt ſiue aerea, ſiue quædā alia, ceu vaporoſa, vel vētoſa, diſſlat euaneſcit & excluditur, cuius modi eſt muſtū. Hac igitur ratione vinū cū denſatur & in minorem molem contrahitur, ſane recipitur ab ipſo dolio cum vtre, quod ante vtrum ac ſine illo ad ſummam implebat. Item muſtū eſt multū exhalans euaporanſq; cuius rei inditio eſt ſpuma eius quæ mouet ab halitu, ac multū aeris interclusum habet, ceu indicant bullæ ampullæq;. Cum igitur motus prohibeat a conſtrictione cōpreſſioneq; vtris aer qui intercluſus eſt, vt diximus, euaneſcit exhauritur & diſſlat quo pacto vini partes capiuntur recipiunturq; in loco illius. Præterea ſemper aliquod corpus tenuius cędit craſſiori, quocirca aqua denſatur aere profligato extruſoq;, & aer igne depulſo, ac terra expreſſis aere & aqua. Idcirco ignis cōprimi coercerīq; nō poteſt (vt inquit Themiſtius) quoniam aliquod corpus tenuius ipſo non eſt quod intus ipſum complectatur & contineat. Tertium argumentum erat. Si auctio eſt vacuum eſt, corpus enim non meat recipiturq; per corpus, nam id quod augetur alimento recepto in ipſum & diſtributo ei quod augetur plane accreſcere videtur, neceſſe eſt igitur ſi corpus nō meat per corpus, in vacuis illius quod augendū eſt, recipi id quod auget Ariſto. igitur accipiens prius auctionem abuſiue improprieq;. ſ. eam omnē mutationē qua ſimpliciter ex minori mole in amplum aliquid tendit, ſic cōfutat rationē. Deinde oſtēdit neq; hoc verū eſſe, neq; dubitationem eſſe neceſſariū. ſ. quippiam neceſſarij cōcludentē de auctione proprie dicta, prius itaq; inquit, nō neceſſe eſt omne ſimpliciter ex minori mole in maiorem incrementū aliquo ingredeūte in ipſo quod accreſcit fieri. Nam cum tranſmutatur aqua in aerem, maior quidē fit ex minori, quæ tamen nullo ingredeunte & augēte ipſam eget, quare neq; p vacuū fit auctio. Nam ob id videbatur vacuū ſequi ex auctione, q̄m aliquo corpore ingredeunte auctionē fieri dicebant. At ſi quis diceret eo, maiorē molem aquæ conuerſe in aerem factam eſſe quoniam quaſdā ſedes vacuas extrinſecus accepit & occupat quo fit vt ratio Ariſt. ſane nihil neceſſarij oſtendiſſe videatur. Nā vt aqua mutata in aere ex minori mole in maiorē mutata eſt, ita & quidā alius aer in aquam mutatus in minorem molē cōtraheretur ac coerceretur quo pacto ęque ſit viciſſitudo & reditus mutuus ad ſuas ſedes, quo fit, vt merito non ſolum de auctione proprie dicta refutet rationē quemadmodū deinceps facit, ſed etiā de mutatione ex minori in maiorē molem, quæ fit per generationem & corruptionē. Nam illi quęrentes modū auctionis, quo modo ipſa fieret hūc omiſerūt, quippe nullus de hoc ſermonē vſq; ad hodiernū diem fecerit. Sed cū ipſi voluiſſent oſtendere vacuum eſſe vtebantur dubitatione de auctione, q̄m ſi fit corpus ex minori maius, & neceſſe eſt incrementū fieri aliquo corpe ingredeunte & diſtribuēte ſe per totū corpus, neceſſe erit vacuū eſſe. Ad demonſtrandū igitur vacuū eſſe varius augēdi modus nihil cōducit, ſed quo-

niam ſimpliciter eſt aliquod incremẽtum in eo quod maius fit, ob id neceſſe eſt hoc fieri per vacuum. Iuxta igitur hanc intelligentiam & ſententiam eorum, & hac vtitur reſponſione & obiectione. Vnde ſiquidẽ dicent auctionem eſſe omnem ſimpliciter in maiorẽ molem accretionem, ita confutabitur & redarguentur, ſi autem proprie dixerint auctionem contra hanc hæc inquit. Dubitatio autem de auctione comprehendit complectiturq; eam etiam dubitationem, quę de aqua in cinerem infuſa ab illis adducta eſt. Vnde cõmuniter vtrãque redarguens inquit tam rationem de auctione, quam eam de aqua infuſa inlectaque in cinerem ſeipſam impedire, id eſt ſeipſam vincere & deſtruere, ac ſeipſam redarguere. Cõmunis enim inquit cum ſit dubitatio naturalis circa diſputationẽ de auctione, & cum videãtur quatuor abſurda eſſe quorum vnum euitare non poterant. ſ. vel non eſſe auctionem, vel illam non corporis eſſe, vel corpori incrementum non aduenire, vel corpus recipi ac meare per corpus, nitebantur illi ſoluere has dubitationes ſtatuentes vacuum eſſe. Verum ob id non perſoluerunt has dubitationes quinimo illas indicarunt & ampliarunt, quare neque vacuum eſſe oſtendunt, neque dubitationes ſoluunt. Rurſus autem quærunt naturales vtrum auctio ſit vel non ſit. Verum auctionem eſſe pro comperto haberi neceſſe eſt. Deinde quærunt ſi corporis ſit auctio vel incorporei atqui corpora augeri euidẽtia ipſa teſtatur, quo rurſus quęritur ne id quod auget velut materia ſit corpus vel aliquid incorporeum. Sed hoc etiam perſpicuum eſt. Nam alimẽtum corpus eſt. Si ergo auctio eſt & corpus eſt id quod augetur, & auget, & id quod auget per totum illud quod augetur, diſtribuit, cum ergo totum id quod augetur per totum adoleſcat accreſcatque neceſſe erit corpus per corpus meare penetrari ac recipi, quod quidem fieri nequit. Vndique igitur ſermo de auctione ambiguus eſt. Has igitur (inquit) volentes dubitationes ſoluere ſuppoſitionem indemõſtrabilem petiere ac poſuere. ſ. vacuum eſſe. Nam (inquit) cum ſint inania vacuaque nonnulla in corpore, alimentum in illis recipitur, & ita videntur auctionem defendere, & ea quæ auctioni competunt, dico. ſ. auctionem eſſe, & corporum eſſe aliud quod auget, & aliud quod augetur, ac euitare hoc abſurdum corpus per corpus meare ac recipi. Sed hæc ratio (inquit) ſeipſam deſtruit ac tollit. Nam illi putant, quod ſi ſuppoſuerint auctionem fieri per vacuum ſeruare tuerìq; poterunt rationem de auctione, quaſi nequeat aliter fieri auctio quam per vacuũ. At ipſe contrarium potius euenire inquit, quoniam ſi vacuũ eſſet, & per illud fieret auctio, certe non prorſus auctio fieret. Nam ſi totum id quod augetur per totum adoleſceret atque accreſceret, queadmodum conſtat, & neceſſe eſt alimentum per totum diſtribui ac partiri, atque diſtribui alimentum corpori nõ aliter (vt aiunt) quam recipi per ea vacua quæ in ipſo ſunt, igitur oportet totum corpus per totum vacuũ eſſe. Nam vbi non erit vacuum, profecto ibi non poterit cibus diſtribui ac recipi, quare neque illud augebitur. Atqui totum id quod augetur per totum accreſcit. Igitur oportet totum eſſe vacuum, quod quidem abſurdum eſt. At ſi totum per totum & vndiq; non fuerit vacuum, alimentum ingrediens erit dũtaxat repletio earum partium quæ vacuę ſunt, & non auctio, itaque incrementum fieri per vacuum nequit, quare neque vacuum demõſtrant eſſe, ſed illud ſine demonſtratione petunt ac ponunt, neque dubitationes de auctione tollunt, ſed eas pandunt ac ampliant. Ratio autem ipſa de cinere nihil facit ad aſſeuerandum vacuum. Nam cum videatur cinis tota per totam humectari, pariter & tota aqua per totam nigra fieri, neceſſe prorſus eſt totam aquã vacuam eſſe, ac pariter totam cinerem, ſiquidem in vacua viciſſim mutuoque ſeſe recipiant. Hoc autem per ridiculum eſt, & ſi aqua reciperet ſe per vacua cineris & econtra cinis per vacua ipſius aquæ, cur non multo prius in ſuamet vacua vnaquæque earum a principio non ſe recepit, quippe conſentaneum magis foret aquam cum humida ſit in ſua recipi vacua, quam cinerem in ipſa vacua aquæ ingredi.

Atque omnino quidem uacuum omniſ motus cauſa non eſt. Quapropter & Melliſſum idipſum latuit. Nam poteſt alterari plenum. Deinde neq; motus ad locum uacuo accõmodatur. Poſſunt enim corpora mutuo ſibi cedere: etiam ſi nullum ſit ſpacium ſeparabile præter corpora; quæ mouentur. Et hoc in continuorũ ſicut in humidorum conuerſionibus manifeſtum eſt.

Tandem vniuerſalem & indeterminatam enunciationem refellit. Nam dicebãt hoc modo ſimpliciter, ſi eſt motus vacuum eſt. Inquit igitur putare, vel dicere vacuum eſſe omnis motus cauſam, ridiculũ eſt. Nam alteratio cum ſit motus certe non egebit loco vel vacuo. Quapropter & Melliſſum idipſum latuit, quippe qui ſtatuens omne vniuerſumque infinitum eſſe, illud prorſus immobile eſſe aſſeruit quoniam infinitum non habet quo moueri proficiſcique poſſit. Latuit igitur & illum hoc, quia poſſet ſaltem alterari nullo egens loco, & ita non eſſet immobile. Non ſolum autem (inquit) alterari poteſt alio loco nõ egens ab eo in quo eſt, ſed etiam ſecundũ locum moueri poteſt, quum autem ille de motu ſecũdũ locum inquiat. Et hoc patet in his quæ in orbem mouẽtur. Nam hęc in eodem loco vertuntur. Item poteſt aliquid moueri motu recto non exiſtente vacuo mutuo viciſſimq; ipſiſmet cędentibus mobile & eo in quo fit motus.

Poſſunt etiam corpora non ob ingreßionem in uacuũ: ſed ob extruſionem eorum quæ in ipſis ſunt denſari. Veluti cum præmitur aqua: ſic ut aer qui in ipſa eſt extrudatur.

Quod neque ſecunda dubitatio habeat aliquid neceſſarij, vel ea etiam quæ de vino & dolio afferri ſolet, his oſtenditur. Nam poteſt denſari vinum & non in ea vacua quæ pręexiſtant, ſed in locis eorum, quæ extruduntur & ſunt ipſius vini tenuiora corpora, dixit autem ob extruſionem eorum ex metaphora acinorum, qui compreſſis digitis iaciuntur ac extruduntur. Accini autem proprie dicuntur accini oliuarum, ex his autem & multa alia argumenta ſoluũtur.

Præterea augentur non ſolum aliquo ingrediente corpore: ſed etiam alteratione: ceu ſi ex aqua fieret aer. Omnino autem ea ratio quæ de accretione fit: & ea quæ de aqua adducitur: quæ in cinerem funditur: ſeipſam impedit.

Tertiam rationẽ ab auctione reprehendit, & tandem (vt dicebam) cõmunius latiuſque vtitur auctione,

ne, nuncupamus omnem mutationem ſimpliciter in maiorem molem ipſam auctionem.

Aut enim non augetur quicquam: aut non corpori: aut fieri poteſt: ut duo corpora in eodem ſint. Dubitationem igitur cõmunem ſoluere putant: ſed non uacuum eſſe oſtendunt: aut totum corpus uacuum eſſe neceſſe eſt: ſi omni ex parte augetur & per uacuum accreſcunt. Eadem ratio de cinere eſt. Quod quidem igitur ex rationes facile diluere ſit: quibus nonnulli uacuum eſſe oſtendunt: patet.

Dubitationaturalium eſt, quã ſoluere nitentes vacuum eſſe ſtatuerunt. Hanc igitur (inquit) dubitationem ſoluere putant vacuum ſtatuentes, attamen non demonſtrant vacuum eſſe. Non enim quia auctio eſt, vacuum eſſe oportet, ſed cauſa modi augendi inquirenda eſt. Neque enim ſtatuentes vacuum eſſe, dubitationem de auctione ſoluunt, quoniam opus eſſet, vt totum corpus vacuum eſſet, aut omnino & vndique augeatur per vacuum, vbi augeretur, quare non ſoluunt dubitationem ſuppoſito ſtatutoq; vacuo. Nã ſi per vacuũ quodam fieret auctio, totum vacuum erit, ſiquidem nutrimentum toti corpori ſinguliſque eius partibus diſtribuatur. Eadẽ etiam dicimus de cinere.

Rurſus autem dicamus uacuum hoc pacto ſeparatum non eſſe: ut quidam inquiunt.

Cum oſtendiſſet rationes, quæ concludebant vacuum eſſe, nihil neceſſarij habere. Ceterum hic vult ipſam vacui naturam tollere. Et quoniam vacuũ nõnulli qui illud eſſe aſſerebant, ſeparatum eſſe autumarunt, nonnulli vero ipſum inſeparabile. Et inſeparabile vel poteſtate & ſuapte ratiõe vacuum, licet ſemper ſit corpore plenum, ceu ij ſentiunt, qui locum eſſe ſpacium dicunt, vel interſperſum inhibitumque corporibus, vt ſectatores Democriti aiunt, demonſtrat idcirco Ariſtõ. prius non eſſe vacuum ſeparatũ nullum habens corpus. Et quoniam ij qui vacuum eſſe aſſerebant, ipſum motus cauſam eſſe dicebant, quippe qui non exiſtente vacuo motum tollere viderentur, proinde prius oſtendit nullo pacto vacuum cauſam motus eſſe poſſe, neque velut efficientem, neque velut finalem, neque velut in quo, vel per quod, dico. ſ. quemadmodum dicimus nunc motum fieri in magnitudine non ita fieri poſſe per vacuum demonſtrabit. Et prius oſtendit vacuum cauſam motus eſſe non poſſe. Nam cum vacuum omnino & vndiq; ſibi ſimile ſit, & nullum diſcrimen a ſeipſo habeat, & videamus ea quæ natura cientur, differentibus varijſq; motibus mota eſſe. Nã ignis ipſa natura ſurſum fert. Terra autẽ deorſum, conſtat igitur vt differentiũ motuum, immo contrariorum eadem foret cauſa. Atqui contrariorum cauſe efficientes ſunt contrarie. Nam impreſentia nos qui naturales inclinationes motuum cauſas efficientes eſſe aſſerimus, contrariorum contrarias cauſas aſſignamus ac aſſerimus. Nam leue cauſa eſt motus ſurſum, graue autem motus deorſum. Si ergo vacuum eſſet cauſa efficiens motus proculdubio motus non differrent, immo tolleretur funditus motus, quoniam quo moueretur corpus in eo poſitum? Certe conſentaneum eſt vt quocunque moueatur & pergat, quandoquidem ſit vacuum vndiq; ſibi ſimile ac compar, quare ſimul ſurſum & deorſum mouebitur ignis, & reliqua ſimiliter, quodquidem fieri nequit, quare vacuum erit potius cauſa ſtationis & quietis q̃ motus, ergo vacuum non poteſt eſſe cauſa efficiens motus. Item neque eſſet vacuum cauſa motus dico. ſ. vt appetibile, quippe qui eadem rurſus ſic dicenti abſurda obijciemus. Nam motus naturales ſunt differentes, ergo & fines diſcrepant, & ſunt diſtincti. Vacuum autem eſt prorſus ac vndique ſibi indifferens. ſ. vbique conſtat ſibimet ac compar eſt, cur ergo magis ignis ſurſum, q̃ deorſum mouebitur? quoniam vndique finis & appetibile eſt, vel ergo penitus non mouebitur, quoniam ſibimet vndique ſimile eſt quare vbi aliquid poneretur iam ſuum finem, & id quod appetit conſecutum eſſet, vel ſi mouebitur in eo quocunque proficiſcetur. Nam cur magis ſurſum q̃ deorſum vel ad reliquas loci differentias. Nam (vt dicebam) vacuũ vndiq; appetibile eſt, quare illud vndique diſpergeretur membratimq; diſtraheretur dilacerareturque. Item de partibus eadẽ ratio eſt, & hoc in infinitum. Eadem autem (inquit) quæ ſane de vacuo diximus, & de loco dicere licet contra eos qui putant locum eſſe ſpacium. Nam ſi ſpaciũ locale idem eſt cum loco, quæ de vno dicuntur, de altero quoque dici poſſunt, quoniam ſi locus eſt ſpacium qualitatis expers, & incorporeum, quomodo vnumquodque mouebitur in ſuum ac peculiarem locum. At nos qui dicimus locum eſſe continentis terminum, quoniam ipſum eſſe terminum naturalis corporis dicimus, in ipſo naturales vires inſidere ac immiſſas eſſe proprietates aſſerimus, & ob id vnumquodque ad ſuum mouetur locum tanquã ad cognatum & ſibi affine, ſi autem locus eſſet ſpacium expers qualitatis per ſe cur magis huc, quã illuc mearet mobile. Neq; enim eſt aliqua differentia per quã huc magis moueatur q̃ illuc, itaque loci diſcrimina precipua eſſent alterum quod ſurſum appellatur, alterum vero quod deorſum dicitur, quandoquidem ſpacium ſit ſibi vndique ſimile. At nunc apud nos, quoniam corpora differunt, quorum fines loci ſunt, etiã ipſorũ fines & termini differunt quibus cognata continentur. Non enim per ſe termini loci ſunt, velut ſuperficies mathematicæ, ſed ſuperficies quæ in corpore naturali ſunt inſeparate ſunt loci. At ij qui locum ſpacium eſſe volunt, mox ipſum ſeparabile abiunctumq; a corporibus naturalibus, & ſimplicibus eſſe volunt. Nihil igitur diſcriminis erit inter ſpacium ſuſceptiuum aquæ, & ſpacium ſuſceptiuum aeris. Sed ad hæc dicerem, quod eſſe ſpacium diuerſum a corporibus naturalibus, & ſeparabile ab eiſdem ſecundum ſubſtantiam eorũdem ſuſceptiuum & capax, ſatis in ſuperioribus demonſtrauimus. Ad hæc autem impreſentia nuncque dicta reſpondeo vacuum non eſſe cauſam efficientem nec finalem motus, neque neceſſe eſt, vt vnumquiſque locus receptiuus & capax corporum aliquam vim habeat & qualitatem. Non enim quoniam bonum eſt vnicuique hic eſſe vel hic eſſe, oportet ingerere aliquam vim illi in quo ſuapte natura eſſe aliquid poteſt. Neque enim quoniam corpus cœleſte in orbem conſtitutum & in circulo collocatum eſt, ac hoc ipſi bonum eſt, ipſe Ariſto. profecto dixit circulum & orbem habere aliquam vim, quam cœleſte corpus appetendo ſit in circulo, quandoquidem neque circulum locum eſſe aſſentiat, dico igitur non ea de cauſa, quia hæc vacui, vel ſpacij

Se defendit contra Ariſto.

pars aliquam vim & potentiam habet, ſic eadē pars complectitur & continet corpus cœleſte, ceu extremum orbem & vltimum, ſed quia cœli natura eſt, vt omnia circulo contineat, ac omnia intra ſuos limites habeat. Cum igitur hoc ipſi cœlo natura tribuat, merito & hoc modo locum habēs occupat. Accidit ergo non propter vim propriam ſpacij, ſed quia hoc modo cœlum ſuapte natura eſt, dico. ſ. quia omnia capit & continet, vltimam ſpheram ſpacij partem occupare. Quemadmodum igitur in generatione animalium alia pars aliam quādam loci partem tangit, ſiue locus ſit terminus continentis apud Ariſto. ſiue ſit ſpacium, vt mihi videtur, & ratio demonſtrauit. Ceu caput hanc ſuperficiel aeris partem tangit, quāquā actu non ſit diuiſa, & manus aliam, & pedes ſimiliter, & reliquę alię id genus partes, & tamen nemo diceret ob id terminum aeris tangentem caput habere aliquam vim diuerſam ab ea quæ eſt in alia parte aeris, quæ tangit manus vel pedes cuius appetitu & deſiderio caput hanc aeris partem occupet, & alia pars aliquē alium terminum aeris obtineat, ſed quia caput ſuapte natura eſſe ac poni ſupra reliquum corporis aptū eſt, ſimiliter alia atque alia pars aliter & aliter conſtitui & ordinari natura ipſa duce apta eſt, ob id hoc eſt bonum animali, quocirca etiam accidit caput tangere hanc aeris partem, & alia aliam ipſo aere ſibimet vndique ſimili exiſtente. Ita hoc de vniuerſo dico. Etenim mundus eſt quodam animal magnū, cum igitur bonum erat ante totius mundi conſtitutionem, corpora componentia ipſum inter ſe talem poſitionem habere, merito vnumquodq; corpus talem inclinationem ac talem impetum habent, vt deſiderent appetantq; talem poſitionem & ordinem ad reliqua corpora. Cum igitur hoc eidem occupanti aliquam partem ſpacij accidat, merito appetit eandem non ea de cauſa, quia illa quādam vim & potentiam habeat, ſed quoniam vniuerſo, & vnicuiq; eſſe ac vltra bene eſſe tunc bonum eſt, quando alia huic ſubita ſubactaque fuerint, & alia ſuperna & ſupra hoc conſtituta extiterint, appetunt igitur locale ſpacium non propter ipſum, ſed ob poſitionē & ordinem ad reliqua. Quemadmodū igitur (vt Ariſto. inquit) ſi domus eſſet quędam res naturalis, non aliter profecto fieret, quā modo ab ipſa arte ſit extruiturque. Equidem ſi tegulę tectum faſtigiumq; ſuperius collocarentur, & fundamenta imo loco conſtituerentur, & parietes medium ordinem acciperent, profecto ſi domus naturalis res eſſet, tectum ſuapte natura ad hanc partem aeris & reliqua ad ſuas ſeſe reciperent, ſicut modo ſe habent. Vt igitur nunc alia pars domus aliam quādam aeris partem occupat non ea de cauſa, quia habeat aliquam inclinationem & appetitū ad ipſum aerem, ſed quia domus hoc bono potitur quum partes ipſius talem poſitionem inter ſe acceperint. Ita etiam de particularibus animalibus, & de maximo animali quod eſt mūdus, dicendum eſt. Equidem ſpacium interuallumq; mundanum, quod etiam eſt vniuerſi receptaculum & locus, nullam ad ſeipſum differentiam nullumq; diſcrimen habet, ſed eo ſit diſcrimen inter locum ſupernū & imum, quod corpora ipſius mundi inter ſe talem poſitionem petunt & ſuſcipiunt, quocirca etiam dicimus deorſum id eſſe, quod in medio poſitionem habet & recipit, ac id ſurſum quod extremū eſt & continet, ex quibus etiam loca appellamus, eam nanque ſpacij partem quæ medium occupauit, deorſum & imum locum appellauere, eam autem quæ cœli accepit, ſurſum & ſupernum locum vocauerunt. Igitur vnumquodq; appetit cognatum ſibi (vt ipſe etiam dixit) quum ab eo ſeparatum fuerit, fertur igitur ad hoc principaliter, & cum ad hoc fertur, etiam ducitur ad ſpacium quod occupat. Vniuerſitas autem cognata accepit hoc interuallum (vt diximus) propter poſitionem ſitum ac ordinem quem habet ad ipſum vniuerſum.

Plato in Timeo ſic definit mūdum, Mundus eſt animal magnū reuera diuina prudentia conſtitutū. Tu autē vide Gelliū in Timeo exponentē hoc & quid ſit mūdus vide in libro de mūdo.

Nam ſi natura cuique ſimplicium corporum aliqua latio competat: ceu igni ſurſum: terræ uero deorſum: atque ad medium: patet uacuum cauſam lationis non eſſe. Cuius igitur motus uacuum cauſa erit? Nam uidetur eſſe cauſa motus ad locum. At huius cauſa non eſt.

Quod vacuum non ſit cauſa efficiens motus oſtendit. Et inquit ſi vnumquodque corpus quod ſimplex appellatur, aliquam propriam lationem ſecundū naturam differentem a reliquis habuerit, ſane vacuum non erit cauſa efficiens motus. Nam differentium motuū oportet etiam differentes eſſe cauſas. At vacuū ſibi vndique ſimile eſt, igitur cauſa naturalium motuum non eſt vacuum. Cuius igitur motus (inquit) cauſa eſſet. Nam ſi cuius cauſa maxime videtur eſſe, dico. ſ. motus ad locum, & huius demonſtratum eſt non eſſe cauſam, incaſſum ſane alterius motus eſſet cauſa, quare nullius motus vacuum erit cauſa.

Præterea ſi eſt aliquid: ut locus corpore carens: quum fuerit uacuum: quonam feretur corpus quod in illo poſitum fuerit. Non enim ad uniuerſum mouebitur.

Oportet hoc argumentum ſeparari ab eo quod prius dicebatur. Neque aliter ſepararetur, niſi quia prius adducitur contra ſuppoſitionem, quæ dicit vacuum eſſe cauſam efficientem motus, & hoc adducitur contra illam, quæ ſupponit vacuum eſſe cauſam finalem motus. Et conſentanea eſt hęc diſtinctio & ſeparatio, quoniam ſuperius dixit, cum vnicuiq; ſit latio propria ſecundum naturam, & vacuum vndique ſibi ſimile ſit, vacuum non eſſe cauſam differentiam motuum. Nunc autem inquit cum vacuum ſit qualitatis expers (quonam feretur corpus quod in illo poſitum fuerit.) Quod autem fertur ad aliquod determinate & definite velut ad finē & appetibile fertur. (Equidem conſentaneū eſt) cum ſit propoſitū oſtendere vacuum non eſſe cauſam motus, demonſtrare iuxta nullum modum cauſarum ipſum cauſam eſſe.

Eadem etiam ratio adducitur contra eos: qui locum aliquod ſeparatum eſſe ponunt: in quod fertur id quod mouetur. Quo nam modo feretur id quod ibi poſitum fuerit: aut manebit. Et de hiſce differentijs: ſupra inquam & infra.

Quemadmodum rationes de loco adaptauit vacuo, ita & rationes de vacuo loco non ab re accommodat. Dixit enim iam locum & vacuum idem eſſe ſubiecto. Nam vacuum eſt locus corpore carens & priuatus ſecundū eos qui putant locū eſſe ſpaciū. De loco igitur inquit, ſi locus eſt ſpaciū, queremus cum vnūquodq; videamus propriū locum appetere, leuia

quidem

quidem ſurſum, grauia vero deorſum, quonammodo ſpatio exiſtente ſibi vndiq; ſimile velut ad differentia loca alia aliquo mouerẽtur. Nam propter quid ignis ſurſum magis pergere cupit, q̃ deorſum dextrum & ſiniſtrum. Oportet enim videre, ſiquidẽ locus eſt ſpatium & id ſit ſibi vndiq; ſimile, quonam pacto ſpatiũ omnino habebit imum & ſupernum cum ſit vndique ſimile. Nam imum ſeu deorſum & ſupernum ſurſum ue ſunt differentia immo contraria.

Et de uacuo eadem accommodabitur ratio non immerito. Nam qui uacuum eſſe dicunt: locum ipſum inquiunt eſſe. At quonam pacto corpus erit in loco, uel in uacuo. Non enim accidit, cum totum quippiam corpus aut in ſeparato permanenteue loco poſitum fuerit. Pars enim ſi non ſeorſum ponatur, non erit in loco, ſed in toto. Praeterea ſi neque locus eſt, neq; uacuum erit.

Cum dixerit eandem rationem, quæ de vacuo dicta eſt, etiam loco accommodari poſſe, ſi locus ſpatiũ eſſe diceretur, rurſus conuertit dicens ea quæ de loco dicta ſunt ac diſputata, vacuo etiam poſſunt adaptari, vt oſtendat cognationem & propinquitatem loci & vacui. Et huius rei cauſam inducit, quoniam locus & vacuum ſunt idem, quare ſimul introducuntur conſtituunturque, ac ſimul pereunt & tolluntur. Et inquit. At quonam pacto corpus erit in loco, vel in vacuo. Non enim accidit, quum totum quippiam corpus velut in ſeparato loco, & permanente poſitum fuerit. Pars enim ſi non ſeorſum ponatur, non erit in loco, ſed in toto. Idem profecto & in rationibus de loco dixit, ſed ibi obſcuriſſime & occultiſſime dixit, hic autem longe clarius ac lucidius explicat, quo fit, vt hinc locus ille intelligatur. Hoc modo ibi dixit. Quod ſi eſſet quippiam interuallum, quod ſuapte natura eſſet, ac in eodem maneret, infinita loca profecto eſſent. Si enim transferetur aqua & aer, idem faciẽt omnes partes in toto, quod vniuerſa aqua in vaſe. Vt igitur dicebam expoſitionem ac interpretationem huius loci, ex his quæ nunc dicuntur, intelligamus. Quod vero dicit, hoc eſt, fieri non poteſt (inquit) vt aliquid ponatur in loco, aut in vacuo, ſi locus erit ſpatium. Nam communis nunc conceptio ac ſententia eſt, vt partes continuorum non ſint per ſe in loco, cum totum fuerit in loco. Non enim pars ſit per ſe in loco, niſi diuidatur ſeceturq; a toto, ſed eſt velut in toto, per accidens nanq; cum per totum in loco ſunt, dicuntur eſſe in loco. Cum igitur hæc ſit communis de illo, quod eſt in loco, cõceptio, non accidit hoc, quum vnum aliquod corpus in ſeparato & locali ſpatio poſitum fuerit, dico. ſ. non eſſe partes eius per ſe in loco. Nam interualla & ſpatia per ſeipſa mutuo mearent ac penetrarentur, quemadmodum nanq; totum corpus totum ſpatium obtinet, ita & vnaquæq; pars ipſius ſpatij partem aliquam obtinet, & continetur per ſe ab illo. Et quod prius dixit ſ. in ſermone de loco, quod cum magnitudines ſint diuiſibiles in infinitum, accideret locũ, & id quod in loco eſt actu diuidi in infinitum, hoc autem inquit eſſe hoc modo impoſſibile, quoniam non poteſt pars per ſe fieri in loco, niſi abiungatur a toto, & ita ſeorſum per ſe ponatur, quare ſi hoc eſt impoſſibile, igitur fieri non poteſt, vt aliquod corpus ponatur in loco uel in vacuo. Nam vtrunq; idem ſubiecto ſunt, vt diximus.

Accidit autem hiſce qui dicunt uacuum eſſe, ut neceſſarium ſi motus erit, contrarium potius, ſi quis diligenter conſideret, non poſſe inquã moueri quicquã: ſi uacuum fuerit. Nam ut quidam terram ob ſimilitudinem quieſcere putarunt: ita & in uacuo quoduis corpus quieſcere neceſſe eſt. Non enim eſt quo nam magis aut minus mouebitur. Nam qua uacuum eſt non habet diſcrimen. Primum quidem igitur quoniam omnis motus uel ui uel ſecundum naturam fit.

Cum demonſtrauerit vacuum nõ eſſe cauſam motus neq; efficientem, neq; finalem, cæterum vult oſtẽdere neq; vacuum cauſam velut per quam vt inſtrumentalis eſt, motus eſſe poſſe, prius autem reperit dicta, & oſtendit id quod ex ſuppoſitionibus eorum ſequitur. Nam accidit his (inquit) qui vacuum eſſe cauſam motus dicunt, contrarium potius, ac aliter dicere q̃ dicunt. Nam illi aiunt, ſi motus eſt, neceſſe eſt, vt uacuum ſit. Ex dictis autem oſtenditur ipſum contrariũ, quoniam ſi vacuum eſſet, non foret motus. Nam vt quidam aiunt terram quieſcere (inquit) quoniam vndiq; a ſimili cõtinetur. Non enim aliquo moueri poſſet, cum circumcirca vniuerſum ſimile foret. Nã cur magis huc, q̃ illuc cieretur & pergeret, quandoquidem ab æqualitate & ſimilitudine quolibet aliquid eodem modo impellatur & ſummoueatur, hoc etiam magis conſentaneum eſt, vt accidat his, qui vacuum eſſe ponunt. Non enim eſt quonam magis, vel minus mouebitur, quum vacuum ſit vndiq; ſibi ſimile. Cum igitur oſtendat vacuo exiſtente motum naturalem eſſe non poſſe, oſtendit etiam nõ poſſe motum præter naturam eſſe. (Et primum hoc probat tã quam id q ex dictis ſequitur) deinde oſtẽdit ſeorſum & per ſe nihil præter naturam in vacuo moueri poſſe. Nam omnis motus præter naturam poſterior eo eſt, qui eſt naturalis. Et e cõuerſo ipſius naturalis ideſt qui ex altera parte naturali opponitur. Neq; enim eſſet motus præter naturam, & violentus, niſi oppoſitus eſſet motui ſecundum naturam, cum ergo motus ſecundum naturam in vacuo fieri nequeat, perſpicuũ ſane eſt, vt neq; motus præter naturam fieri poſſit. Nam in quibus eſt prȩter naturam, in his multo prius exiſtit id quod eſt ſecundum naturam. Quod autem fieri nequeat in uacuo motus ſecundum naturam iam demonſtrauit, & denuo repetit rationem. Nam ſi nõ eſt aliqua differentia in vacuo infinito (inquit) neque diuerſi motus ac differentes in eodem erũt. Nam qua dicunt vacuum infinitum, tollunt locum ſupernum, & imum, & prorſus medium ac cœli girum & extremum ad quæ motus corporum naturalium vergit et tendit, qua vero ipſum aiunt eſſe vacuum omnẽ eius differentiam adimunt. Nam (inquit) vt non entis nulla eſt differentia, ita neq; vacui vlla eſſe poteſt, vacuũ autem eſt aliquod non ens & priuatio. Si ergo in ipſo nulla differentia eſt, neq; profecto erunt motus in ipſo differentes, ſed motus naturales ſunt differentes. Neceſſe ergo eſt duorum alterum ſequi, vel vacuum non eſſe, vel ſi eſt, motum ſecundum naturam tolli, abolerique, quod ſi vacuo exiſtente non eſt motus naturalis, neque motus præter naturam erit. Si ergo neque motus naturalis, neque motus præter naturam poteſt in vacuo fieri, videtur ergo vacuo exiſtente penitus motum tolli ac demi. Hoc igitur

modo cum oſtendat ſequi ex dictis, vt neque motus pręter naturam in vacuo fiat, hoc ipſum per ſe, ſcilicet quod nequeat in vacuo eſſe motum Ariſto. hoc modo demõſtrat. Omnis motus pręter naturam vel fit ab ipſo mouente quod adeſt & cogit impulſum, ceu liquet in his quæ pellunt aliquid, vel ab eo quod abeſt diſtatque & non tangit id quod principium emittendi dedit, ceu patet in his quæ iaciunt & arcu emittunt iacula & ſagittas, ſed quæ iaciuntur vi mouentur videlicet, inquit cum aer ob impetum illius quod iacitur, circunfluat & circunfluẽdo coerceatur & coercitus impellat. Nam aer a iaculo pulſus, & diffundens ſe ad alias partes aeris, quarum vna aliam impellit eidem iaculo a tergo circunfluit, & ita ſemper impellit ipſum, ac eatenus fit ea reſiſtentia compreſſio & circunfluxus aeris dum vis impetuſque illius quod iacitur deſinit & deficit. Vnus igitur modus pręter naturam (inquit) talis eſſe videtur. Alter autem eſt, quo aer impulſus vna cum eo quod iacitur celeriore motu mouetur, quam ſit latio pulſi naturalis, qua ad proprium locum mouetur, & ita impellit ipſum. Nam aer cum ſit mobiliſſimus modo principium ſuſceperit, longius procedit motum ſibi datum conſeruans, & ocius mouetur (vt dixi) quam id quod in proprium locum fertur, hac ratione igitur impellens mouet pręter naturam. Cum igitur duo ſint modi motus pręter naturam, ſecundum nullum modum poteſt quicquã moueri in vacuo pręter naturã. Nam vacuum neque poteſt cohiberi circunfluere & cedere, neque poteſt impelli, quippe vacuum non ſit corpus, non poteſt igitur quicquã moueri in vacuo, niſi vt ea quæ vehuntur inquit, talia vero ſunt ea quæ habent ſuum primum mouens vna comitans & ſequẽs. Verum hoc dixit per ironiam & diſſimulando, vt ea quæ vehuntur, ceu ſunt ea quæ ab aqua vehuntur, vt cum ſtipula aliqua veheretur vna cum aqua. Nam hæc pręter naturam mouetur neque pulſa, neque circunfluxu & reſiſtentia aquę, deducta ſed vecta & ducta vna cum aqua. Verum non proprie ſtipulę motus diceretur pręter naturam, ſed magis per accidẽs. At neque aliquid hoc motu poteſt in vacuo moueri. Nam quæ vehuntur per corpus vehũtur & non per vacuum, & id quod vehit oportet eſſe magis ineptũ ad diuiſionem & difficile, quã id quod vehitur, igitur non poteſt aliquod in vacuo vehi. Præterea inquit vſquequo id ꝙ mouetur ſtabit. Nam modo dicere cauſam quietis poſſumus, quoniam firmitas roburq; aeris impellentis frangitur. Sed id quod mouetur in vacuo pręter naturam vbi quieſcet, vel a quo firmabitur: neceſſe eſt igitur vel penitus nihil moueri in vacuo, vel quolibet ferri, niſi quippiam prępotẽtius impedierit. Hæc igitur ſunt Ariſto. qui oſtendit neque motum violentum & pręter naturam poſſe fieri, ſi vacuum fuerit. Mihi autem videtur neque hoc argumentum habere quicquã neceſſarij. Primum quidẽ, quoniã nihil abunde ſatiſque hactenus oſtenſum eſt, vt animo noſtro ſatisfaciat, quum inter numeratos modos motus pręter naturã & violenti vnus ſit cauſa. Et ipſe ad hoc theorema in commentarijs octaui huius operis libri opportuna & neceſſaria dicam, cũ ibi Ariſto. pręſertim & principaliter de his ſermonem faciat, ac declaret quomodo ea quæ mouentur pręter naturam moueãtur, tamen nihil detrimenti & mali erit tunc commemorare interpretarique ea abſurda breuibus, quæ contra hanc rationem incidunt.

Videt obſcure inſtare contra Ariſto. verũ facit ſimillimũ diuiſiuũ ex deſtructione vtriuſque partis.

Nam in ipſo aeris circunfluxu ac cohibitione circũfuſa, vel ante pulſus ab ipſo proiecto vel lapide vel ſagitta a tergo currit, & circunfluit ipſi ſagittę vel lapidi ac vndique coercetur, & ita poſt iaculum ac telum aer factus impellit ipſum, & ita deinceps, quouſque impetus ac vis proiecti ſeneſcat & debilitetur, vel non ante circunfluens aer impulſus eſt, ſed aeris partes quæ ex latere circũſtant proiecto ipſum impellunt. Nam pulſa ſagitta ex ipſo aere qui vna expellitur ab ipſa corda arcus a principio, circũfluit ac ſuccedit ſemper aer qui circunſtat, in locum ſagittæ, qui etiam pulſus ab alia parte aeris a pr incipio impulſi ſagittam pellit, & denuo id faciet in aerem coercitum & circũfuſum ſuccedentem ſagittę, ac ita continuo & deinceps faciet, quouſque faceſſat & debilitetur ille motus impetus qui a principio immiſſus ac datus ei erat. Si ergo ſecundum primum modum dixerimus fieri antiperiſtaſim, dico. ſ. aerem pulſum ante ab ipſo iaculo & ſagitta a tergo & retro eidem circunfluere & coherceri vndique, & ita pellere telum & ſagittã, dubitaret aliquis quid cogat aerem ſemel pulſum ante nullo repercutiente ipſum, a tergo retroque currere, videlicet poſt tergum ſagittæ, ac venientem rurſus retro repercuti & impellere ſagittã. Nam neceſſe foret, aerem tribus motibus moueri. Primo enim oportet ab ipſa ſagitta impelli ante, deinde a tergo rurſus currere, tertio a tergo repercuti. Atqui cum aer ſit mobiliſſimus & tale principium motus acceperit longius progreditur, quomodo igitur aer a telo ſagittaque pulſus non mouetur ſecundũ illud principium ſibi datum, ſed rurſus currens retro, vt fieri ſolet in bellis cum cohors a tergo ſubſidet, eandem partem aeris reflectit & repercutit, & retro currens non diſſipatur ac diſpergitur in immenſum vaſtumque aeris circuitum, ſed diligenter concauitatem ſagittæ ad ſignum ictumque deſignans rurſus a tergo currit ad ipſam & eidem continuus vel immediate heret. Hæc igitur omnino abſurda ſunt, & magis ſimilia cõmentis figmentiſue eſſe videntur. Item aer impulſus ante a ſagitta, conſtat ſane ipſum aliquo motu moueri, ſagitta nanque continuo mouetur, quo igitur modo aer pulſus a ſagitta poterit circunfluere ſagittę, & fieri in locum quem ſagitta occupauerat. Nam antequã hic pulſus a tergo curreret, aer qui ad latera ſagittæ, & retro iacet, mox ſubſidebit, & implebit repente locum quem occupauerat ſagitta propter vacui vim, & is maxime aer qui retro mouetur vna cũ ſagitta. At ſi quis dixerit aerem a ſagitta pulſum a tergo currentem expellere aerem circũfluentem circũfuſumque ſagittę, & ita a tergo ſagittæ factus in locum pulſi ſagittam pellit, maxime quidem igitur neceſſe erit ſagittam non continuo moueri. Nam antequã aer circũfluens qui iacet ad latera ſagittę pelleretur conſtat ſane ꝙ ſagitta non mouebatur. Non enim mouebat hic aer, alioquin ſi hic aer mouebat, quid opus eſt aeri pulſo ante a tergo ſagittę currere. Quomodo autem hoc fieri omnino poteſt, niſi ab aliquo aer pulſus ante principium accepit motus currendi retrorſum. Nam ſi omnino poteſt incidentem aerem pellere, quemadmodum nunc eum qui lateribus circunſtat, pepulit, cur non

Secunda pars diuiſionis.

ante

anteprincipium motus quem a ſagitta accepit longius hoc efficit, & non impellit ſemper aerem vltro incidentem, ſed bis ter reciprocat curſus ſine cauſa mouente. Multa igitur hic dicere ac multis refellere figmentum huius ſuppoſitionis poſſumus, ſed hęc tanquã ad propoſitum ſufficianr. Caeterum quo ad alteram ſuppoſitionem, quae aſſerit aerem ex trãuerſo & ex lateribus circũfluere, & hunc pulſum ab aere qui a principio pellrbatur, & a ſagitta pellente ita ſagittam ipſam pellere, dico quod ſi aer ex lateribus non pulſus circũfluit ſagittae, & ſit in eius locũ, multo magis conſentaneum eſt, vt aer qui retro impellit ſagittam, circũfluat & ſuccedat in locum ſagittae & ita ocius moueatur, quare & alius aer qui ex lateribus circũfluit hunc proximum ſagittę mouebit excitabitque, vt ſemper ſagittae circunfluat & eandem impellat donec vis motus a principio eidẽ data diſſoluatur & deficiat. Haec quidem ig tur contra rationem quae dicit circũfluxu & compreſſione aeris

Ctra ſecũdã mouẽ Ariſt.

ea quae mouentur vi moueri. Quo ad alteram rationem, magis perſuadentem quae dicit aerem a principio pulſum, ac ſuſcipientem motus initium, & celerius motum, q̃ ſit naturalis latio pulſi, ita pellere proiectum comitans Idipſum quouſque deficiat vis mouendi eidem data, haec dicenda ſunt. Verum ratio, quam dicturi ſumus & contra rationem ſuperiorem de circũfluxu compreſſioneque aeris accommodari poteſt. Quocirca perſcrutabimur ab ijs primũ, qui haec dicunt, num quando aliquis vi proijcit lapidem & impellendo aerem qui poſt lapidem iacet, ita cogat lapidem moueri pręter naturam, vel potius impellens quandam vim mouendi etiam lapidi ingerit ac largitur. Si ergo nullam vim lapidi confert ac ingerit, ſed ſolum expellendo aerem ita lapis mouetur, quid ergo opus eſſet vel lapidem tangere manum, vel arcus cordam tangrre concauitatem ſagittae, quandoquidem non tangendo haec, ſed firmando ſagittam in extremo ligno, ceu in quadam linea, hoc fieri poſſet. Similiter etiam multum quippiam aeris poſt lapidem infinitis modis ipſum mouere poſſet. Et conſtat quod quanto plus & maiore vi aer moueretur tanto magis pellere deberrtur, ac longius iacere telum. At nunc neque ſi in ipſa linea non lata, vel puncto firmaueris ſagittam vel lapidem, vniuerſus aer qui a tergo iacet cum ſuo toto motus impetu pellet ſagittam neq; lapidem, immo neque interuallum vnius brachij ſagitta moueretur. Si ergo aer multo impetu agitatus propulſuſque non mouit telum, recte etiam conſtare poteſt, vt neque in his quae proijciunt & arcu emittunt, aer a manu vel a corda arcus impulſus, id ſit quod mouet, alioquin cur hoc accidere debet magis quum proijciens tangit proiectum, quam quum ipſum non tangit. Item ſi continua eſt ſagitta quae tangit cordam arcus, & manus quae tangit lapidem, & nihil inter manum & lapidem intercipitur, qualis quiſuę aer a tergo & retro eſſet qui moueretur. Quod ſi aer qui ad latera iacet mouetur, quid confert proiecto cum ab eodem eijciatur. Ex ijs autem & multis alijs cõtueri ac cognoſcere licet ea quę vi mouentur hoc modo moueri non poſſe, ſed neceſſe eſt, vt ab illo qui iacit quaedam vis mouendi incorporea ingeratur & detur illi quod pellitur & iacitur. Item vel pulſus aer non penitus confert ad hunc motum, vel ſi confert, quippiam exiguum praeſtat. Si ergo hac ratione ea quae mouentur vi moueri videntur, profecto conſtat, quod etſi in vacuo aliquis iacrret ſagittam vel lapidem, vi & praetrr naturam haec moueri multo magis accideret, & non egerent aliquo rxtrinſecus impellente, atque haec ratio non in dubium reuocarrtur cum pro ſua confirmatione, teſtem ipſam euidentiam accerſiret, & adduceret, dico. ſ. ſi concederetur quandam actionem & vim mouendi incorpoream ab ipſo proijciente immitti ingerique ipſi proiecto. Vnde oportet proijcientem tangere proiectum. Conſtat nãque ex hoc quaſdam actiones viſibilium peruenire vſqur ad oculos ac viſum, vt Ariſto. videtur. Nam videmus ex quibuſdã coloribus actiones quaſdam ac vires incorporeas proficiſci, & praepoſita ſolidaque corpora colorare quum radius ſolis per colores mrauerit acceſſerit q;, quemadmodum plane videre licet, quum ſolaris radius per coloratum vitrum tranſit. Nam illud corpus cui aduenit radius ſolaris incidens per vitrum ſimiliter colorat, ſicut illud eſt coloratũ per quod tranſit, conſtat igitur aduenire quaſdam actiones incorporeas ex alijs in alia. Item ſi id q̃ proijcitur lapis vel ſagitta eſt, & id quod mouet cogit & impellit homo eſt, quid vetat aliquid proijci vacuo exiſtente inter medio. Nam ſi modo quum corpus intermediũ impediat motum corporum, quod diuidere debent ea quae mouentur, ipſa tamen mouentur, quid prohibet cum vacuum interceptum fuerit, ſagittam vel lapidem vel id genus proijci, cum adſint proijciens, proiectum, & receptaculum.

Vide quomõ Ioã. Gram. defendit motum in vacuo per actionẽ datã ꝓiecto & non propter aerem fieri motum.

Et ſi ſit uiolentus: & cum neceſſario qui eſt naturalis competit eſſe. Quippe uiolentus ſit praeter naturam: qui uero eſt praeter naturam poſterior eo eſt: qui eſt ſecundum naturam. Quare ſi bis motus non eſt: qui corporum naturalium cuique ſuapte natura competit: neque caeterorum motuum profecto quiſquam erit. At quonam pacto motus bis erit naturalis: quum nulla ſit differentia in uacuo & in infinito. Nam quo infinitum eſt: eo nihil infra: nihil ſupra. nihil denique medium eſt: quo uero uacuum eſt: eo nihil intereſt inter ſupernum & imum. Nam ut nullius ſeu ſimpliciter non entis nulla eſt differentia: ſic etiam illius quod non eſt.

Quon aın diuiſit motum in violentum & ſecundum naturam, & motus praetrr naturam confert ad demonſtrandum hoc. Iccirco inquit, quoniam ſi ſit motus violentus, erit etiam motus ſecundum naturã. Nam motus violentus nihil aliud eſt, q̃ motus praeter naturam. Si ergo eſt motus praeter naturam vacuo exiſtente, oportet praeceſſiſſe motum ſecundum naturam. Atqui motus ſecundum naturam non eſt, igitur neque motus praeter naturam, demonſtrat autem deinceps, quomodo non ſit motus ſecundum naturam in vacuo. Sed quoniam nulla ratio neceſſaria demonſtrauit motum ſecundum naturam non eſſe in vacuo, neque hac ratione tolleretur motus praeter naturam in vacuo eſſe. Et ipſe profecto non aſſero vacuum actu rſſe per quod mobilia moueantur, ſed aio quod ſi vacuũ fuerit, nihil vetat in illo eſſe motũ.

Quid dicit Ioan. Vnde plerique falſa Ioanni impingunt.

Vacuum autem non ens quippiam, & priuatio eſſe uidetur.

Non quia nullo pacto ens ſit, ſed non eſt ens, velut materia, & priuatio. Nam dicitur non ens etiam id, cui nulla ineſt forma earum, quæ eidem in eſſe aduenireque ſuapte natura poſſunt, ſimiliter & vacuũ non ens dicitur, quia in eo non eſt aliquod corporum, quod aptum eſt ibi eſſe. Item priuatio etiam non ens dicitur.

At latio quæ natura eſt differentiam ſubit. Quare erunt ea: quæ natura differunt. Aut igitur nuſquã eſt natura latior: aut ſi eſt: uacuum profecto non eſt.

Eorum quæ natura mouentur, alia ſurſum, alia vero deorſum, quare cum differentes ſint motus naturales, etiam naturalia, ideſt quæ natura mouentur diſtabunt. Si autem quæ mouentur differunt, & in vacuo nullum diſcrimen eſt in quo mouentur, alterum duorum neceſſe eſt, vel motum in vacuo non fieri, vel nihil moueri poſſe ſecundum naturam.

Præterea nunc quidem mouentur ea quæ iaciuntur: eo qui pellit non tangẽte: uel ob antiperiſtaſim, ſcilicet per cõpreſſionem circũfuſam reſiſtentem: ut quidam inquiunt: aut quia pulſus aer motu pellit celeriore: quã ſit ea latio pulſi qua ad proprium locum fertur. At in uacuo nihil horum eſſe poteſt: neque profecto quicque feretur: niſi uelut id quod uehitur.

Hic probat per ſe ſeorſumque motum, præter naturam non fieri in vacuo, dixit autem eo qui pellit nõ tangente, pro hoc quãdiu mouerentur aliquo nõ tangente, alioqui ſi cum expellit, tangeret ſagittam, vel lapidem, cum autem manus expellens inter ſe & lapidem aliquid aeris non includat, vt expellendo aerem expellat lapidem, ſimiliter neque arcus corda inter ſe & ſagittam, ſed coherent ſuperficies proijcientis & proiecti mutuo inter ſe, num antequã aer recto tangeret proiectũ & ita expelleret ipſum fit aliquis motus in lapide ab ipſa manu immediate, quemadmodũ in ſagitta ab arcus corda, vel nullus motus fit. Si ergo nullus impulſus fit ab ipſa manu vel corda, igitur nõ oportet, cum expellitur lapis in locum præter naturam, ipſum impelli aliquando a manu atque ab ipſa diſtare. Neque enim ab impetu indito ei fertur in locum præter naturam, neque manus immediate ipſum mouere poteſt. At modo impellitur nullo aere interncluſo inter manum & lapidem, quare ſi non intercipitur aeris quippiam, primum igitur quod impellit eſt manus vel corda, & aer deinde (aiunt) impulſum recipit. Si ergo penitus poteſt impulſus fieri immediate a manu. Quid vetat in vacuo & hoc ipſum fieri. Nihil enim apud me intereſt ſi quippiam plus vel minus per vacuum vel per corpus moueatur.

Probat intentionem ſuã de vacuo Ioan. ſicut ſuperius fecit & ſe defendit ab argũ Ariſto.

Præterea nemo dicere poteſt cum motum alicubi ſtabit: cur enim hic potius: quã ibi manebit. Quare aut quieſcet: aut in infinitum ferri neceſſe eſt: niſi aliquid potentius impedierit.

Hoc eſt alterum argumentum, quoniam nihil mouetur in vacuo præter naturam. Ego autem dico, quod quemadmodũ tu impulſum aeris cauſam motus pręter naturam eſſe aſſeris, ac tãdiu aliquid moueri, quãdiu vis mouendi aeri data & immiſſa ab impellente a principio debilitetur & deficiat, ita dicendum profecto eſſe, quoniam ſi quippiam in vacuo præter naturam moueretur, tãdiu moueretur, quouſque ſeneſceret debilitareturque vis mouendi a principio tradita eidem ab impellente.

Ioan. defendit ſe etiam ab hac ratione.

Inſuper nunc quidem in uacuo eo corpora moueri uidentur: quia cædit. At in uacuo talis conditio ſimiliter ſeſe habet ex omni parte: quare ad omnem partem mouebitur.

Hoc eſt alterum argumentum ex his quæ dicunt ij, qui vacuum interſperſum imbibitumque corporibus ſtatuunt, ceu ſunt democriti ſectatores. Nam (nũc inquit) cauſam ij tradunt, cur quippiam ocius moueatur in aere, ſegnius in aqua, & nullo pacto in terra, quia omnia quidem cõſtant vacui & athomorũ coniunctione, & cum non ſit in omnibus ſimilis complexio ac coniunctio, ſed vacua maiora vel minora ſint in corporibus, ob id ergo in aere celerius aliquid mouetur quia vacuę ipſius aeris partes magnę ſunt, impulſi ergo athomi aeris ab eo quod mouetur, facile ipſum recipitur in vacuas ſedes & partes, quæ tranſitum moto prębent ac cedunt. In aqua autem ſegnior eſt motus, quippe in ea ſint vacua longe pauciora, & conſtrictio eius diuturnior eſt. ſ. diu reſiſtit antequã cędit mobili. In terra demum, quia pauciſſime ſunt partes vacuę motus non fit, quippe nequeant athomi. ſ. inſectilia denſari coerceri comprimique in vacua. Si ergo (inquit) in his hoc modo motus fit, ſi totum eſſet vacuũ quo moueretur aliquid? Non enim vna pars vacui magis quã alia cæderet, cum vndiq; nihil ipediat nec reſiſtat, quare quolibet ſimiliter moueretur & pergeret. Nunc enim alicubi pellenti cædunt athomi, cum ea quę petunt ſurſum, vel deorſum, vel alio moueantur. At in vacuo omni ex parte cędente ſimiliter, ſi fas eſt dicere ipſum vacuum cędere, & nullo nuſquam impediente reſiſtenteque, conſentaneum eſt id quod mouetur quolibet moueri, & non magis huc, q̃ illuc, quod ſane abſurdũ eſt, ac fieri nequit. Item ſi quanto maiores ſunt partes vacue, tanto celerior motus habetur. Si ergo totum eſſet vacuum, aliquid repente & momento in ipſo moueretur. Verum hoc argumentum poteſt etiam accipi velut continuum ſuperioribus dictis, quoniam nũc forte poſſent reddere hanc cauſam. ſ. mobilia pręter naturam non ſimiliter ferri per totum. At ſi totum eſſet vacuum quid dicerent, vel enim momento mouebitur aliquid in vacuo, vel magis quocunque feretur, per hoc argumentum diceretur, quod neq; per vacuum velut per quod poteſt fieri motum, quando quidem nec velocitas, nec tarditas eſſent in ipſo, neq; huc magis q̃ illuc moueretur. Nam ſimiliter vndiq; ſe habet, quare ipſum potius ſequentibus copulandũ coniungendum eſt, q̃ ſuperioribus.

Præterea perſpicuum id erit ex his quæ dicturi ſumus. Videmus enim idem pondus corpuſue duas ob cauſas celerius ferri. Aut quia id differt per quod mouetur.

Cum demonſtraſſet vacuum non eſſe cauſam motus neque vt efficiens, neq; vt finis, reliquum vult oſtendere, vt neque ſit cauſa motus velut per quod. ſ. non ita vacuum ſit cauſa per quod corpora moueantur, vt nunc per aerem vel per aquam ſit motus corporum.

porum. Nam ſi hoc modo demonſtratum fuerit neque vacuum eſſe cauſam, neque vacuo exiſtente fieri poſſe per illud motum ſecundum naturam, & iam oſtenſum eſt neque fieri poſſe per illud motum præter naturam, igitur videtue vacuo exiſtẽte non poſſe vllo pacto fieri motum, ſed motus eſt, ig tur vacuum non erit, quod quidem a principio demonſtrare propoſitum erat. Demonſtrat autem motum fieri non poſſe per vacuum ex inequalitate motus. Nam motus alter ocior eſt, alter vero ſegnior & tardior. Videmus igitur (inquit) in eiſdem rebus motus inequales eſſe, qui duas ob cauſas fiũt inequales, vel eo quod differunt ſpacia, quibus fit abſoluiturq; motus. Nam idem pondus per aquam motum ſegnius mouebitur, & per aerem celerius. Item ſi idem eſſet id per quod mouetur pondus, licet non eodem modo ſe habens, adhuc motus fieret inequalis. Nam quemadmodum per aquam mouebatur ſegnius, quia ipſa aqua difficilis eſt ſectione & diuiſione, q̃ per ipſum aerem qui facile diuiditur ac ſcinditur, ac quia multum temporis euolat & conſumitur dum aqua diuiditur, ita etſi idem eſſet ceu aer per quod mouetur ipſum pondus, & interdum proſpero ſecundoq; ſucceſſu aeris moueretur, & interdum aduerſo & oppoſito, ocius celeriuſque moueretur proſpero & ſecundo ſucceſſu aeris, q̃ aduerſo, quippe ab eo inhibente renitenteq; vltro ire ac progredi impediatur. Nam tunc ſectio fit difficilior eo quod aer motus labitur ex aduerſo, ac opponitur & refluit. Hoc igitur modo fit motus inequalis cum fuerit idẽ mobile, & id per quod mouetur non idem. Et ſi idem fuerit id per quod motus fit & quod mouetur non idem adhuc motus non æqualiter fit. Nam pondus vnius libræ per idem ocius defertur, q̃ pondus quod eſt dimidium eius, quoniã maius momentum maiuſque pondus ocius celeriuſq; diuidit. Et ſi idem põdus eſſet, ceu pondera duo, quorum vnumquodque eſſet vnius libræ, quæ tamen figuris different, vt vnum orbiculare eſſet, alterum vero planũ, profecto celerius deferetur orbiculare pee aerem, q̃ planum per eundem delatum. Nam quanto paucioribus aliquid clauditur angulis, tanto celerius diuidit ſcinditq; interuallum & ſpacium. Quod nãque paucioribus continetur angulis meabit in angulum quod quidem eſt ipſum orbiculare, inter omnes alias igitur celerius deferetur figura orbicularis, quippe quæ in puncto diuiſionem & ſectionem efficiat. At planum, quia multum aeris comprehendit ſegnius efficit diuiſionem, ceu videre licet in obtuſis gladiis dempta eorum acutie, idcirco quanto magis aliquid orbiculare eſt, tanto etiam magis in girum orbemq; volui poteſt, ceu cylindra, & eæ figuræ quæ pauciores angulos habent, quapropter ſphæra omnium volubiliſſima eſt, quippe quæ planum tangat in puncto. Cubum autem omnium in orbem duci ineptiſſimus difficilimusq; eſt, quoniam magnam plani partem continet, & comprehendit. Hoc igitur modo & in his quæ deferuntur orbicularia celerius motum abſoluunt propterea quod minus impeditur, & comprehenditur ab aere, quod autem exiguum eſt facilius ſcinditur, & diuiditur, q̃ multũ. Hæ igitur ſunt cauſæ inæqualium motuum. Quocirca (inquit) non poteſt aſſignari cauſã per quam motus inæquales fiunt, ſi motus fieret per vacuum, quoniam neceſſe eſt in vacuo omnia æqualiter moueri, immo penitus nõ poteſt fieri motus in uacuo, quod quidem hoc modo demonſtrat. Accipit enim duo interualla æqualia in longitudine, ceu aer & aqua quæ ambo ſtadij vnus ſint. Item accipit vnum & idem quod per vtrunque moueatur, vel duo æqui ponderis, & eiuſdem figuræ, nihil enim intereſt, ceu ſi due ſphere põdere auri triũ librarum acciperentur. Si ergo vna moueretur pee aerem, & altera per aquam, quoniam aer tenuior eſt aqua celerius plane altera conficiet abſoluetque ſtadium aeris, q̃ altera ſtadium aquæ, vnde habebunt etiam (inquit) tempora motuum eandem rationem & proportionem inter ſe quam habent aer ad aquã in denſitate & tenuitate. Nam ſi dupla proportione aer tenuior aqua eſſet, neceſſe eſt etiam tempora motuũ econuerſo inter ſe eandem proportionem habere. Nam tempus in quo mouetur ſphera per aquam duplum erit temporis in quo mouetur per aerem, & quanto tenuius eſt illud per quod fit motus tanto breuius eſt tempus ipſius motus. His igitur ita ſe habentibus, oſtendit motum fieri non poſſe per vacuum hoc modo, demonſtrat autem in deſcriptione & lineamento quodã & vocat quod mouetur, a. Aerem autem. d. Aquam, b. Tempus vero motus qui fit per aquam, g. Tempus alterius motus facti per aere, e. Deinde accipit vacuum equalem aeri & aquæ, quod vocat z. Si ergo poteſt a moueri per vacuum, quoniam omnis motus in tempore, fit moueatur ergo a quodam tẽporis interuallo per vacuum. z. Et ſit tempus in quo mouetur per vacuum. h. Cum igitur temporis finiti ad tẽpus finitum ſit aliqua proportio, neceſſe eſt tempus in quo a moueretur per vacuum habere aliquam proportionem ad tempus, in quo mouetur per corpus, ſi autem tempus ad tempus habet proportionem, vt inter ſe tempora ſe habent, ita neceſſe eſt, vt ſe habeant interualla quibus abſoluitur motus, & econtra quam rationem haberent ea interualla quibus abſoluitur motus, eandem etiam neceſſe eſt, vt tempora habeant. Si ergo neceſſe eſt eandem proportionem habere interualla per quæ motus fit, & tempora, perſpicuum eſt quam rationem habet tempus motus qui per vacuum fit ad tempus motus qui fit per plenum, ceu per aquam, eandem rationem etiam habet vacuum ad plenum, ceu ſi tempus decuplum fuerit in quo moueretur, a, per aquam ad tempus quo mouetur per vacuum, decupla quoque proportione aqua craſſior denſiorque vacuo erit, & vacuum decies tenuius erit ipſa aqua, ſed non poteſt vacuum habere aliquã proportionem ad corpus, quod quidem hunc in modum probat. Nam id q̃ excedit aliquod (inquit) habet totum illud quod excedit, & id quo excedit illud, ceu quatuor vnitate excedit tria, habet igitur quatuor tria ipſa quæ excedit, & id quo excedit dico ſ. vnitatem. Quemadmodum igitur numerus non excedit nihil, ne q̃ habet aliquam proportionẽ ad nihil, alioqui ſi numerus quatuor excederet nihil, pfecto cõponeretur ex eo quod excedit, & ex eo quod excedit, quare quaternarius numerus ex quatuor cõſtaret, quippe his excedat, & ex nihilo q̃m hoc eſt quod excedit. Quæ igitur differentia eſſe numeri quaternarij componentis ad compoſitum. Quemadmodum igitur ſtultum eſt aſſerere numerum ad nihil rationem proportionemq; habere, & ipſum exce-

dere,ita ridiculum profecto eſſet dicere corpus aliquod habere proportionem ad vacuum & ipſo excedere ſecundum craſſitiem & denſitatem ,alioqui, componeretur ex vacuo , & eo quod excedit,quare aqua ex aqua & vacuo conſtaret,quod ſane ridiculum eſt,igitur non poteſt vacuum ad plenum aliquā proportionem habere . Si autem ſpacia quibus mouetur mobile inter ſe proportionem non habent,ergo neque motus neque tempora proportionem inter ſe habebunt . Nam demonſtrauimus quod ſicut ſe habent interualla per quæ motus fiunt,ita etiam ſe habere tempora,& econtra , vt ſe habent tempora, ita ſe habere ſpacia quibus motus abſoluitur . Si ergo nullam proportionem habet vacuum ad corpus, neque tempus in quo mouetur per vacuum ad tempus in quo mouetur per corpus aliquam proportionem habebit,in nullo igitur tempore mouebitur per vacuum. Nam cuiuſuis temporis finiti ad vniuerſum tempus finitum aliqua proportio eſt,igitur in tempore nihil mouebitur per vacuum,igitur nihil prorſus mouebitur per vacuum,quippe omnis motus fiat in tempore,non enim habetur motus momentaneus ac ſine tempore. Hoc igitur eſt primum argumentum.

Aduerte Ariſt. dicere ridiculū eſſe vt aqua cōponatur ex aqua & vacuo quod quidē ridiculū eſſe negaret Democritus qui ex vacuo & atomis omnia cōſtare putauit,quo fit vt ratio Ariſt. pauci momenti ſit.

Secundum argumentū eſt tale. Si mouetur,a,in tempore per vacuum,profecto in minori tēpore mouebitur,quā per plenum moueretur,ceu per aerem eiſdem exiſtentibus interuallis quæ diximus. Enimuero ſi duarum horarum ſpacio moueretur in aere , certe in minori tēpore per vacuum mouebitur,verbi gratia in media hora , ſed in hac medietate horæ , in qua mouetur per totum vacuum,aliqua etiam aeris pars ſecundum proportionem abſoluetur , vocat autem partem aeris. Th , accidet igitur in eodē tēpore idem moueri per vacuum & plenum,quod quidem abſurdum eſt cum quo manet etiam primum abſurdum,dico.ſ.vacuum habere aliquam proportionem ad plenum,quam enim proportionem habet pars aeris ad totum aerem,hanc etiam habet totum vacuum ad totum aerem,quoniam & tempus partis aeris,& totius vacui eandem rationē habent ad tempus totius aeris, & rurſus quam rationē habet plenum ad plenum.ſ. pars aeris ad totum aerem,hanc etiam rationem habebit vacuum ad plenum.ſ.totum vacuum ad totū aerem ,propterea quod tēpora vacui & partis aeris eandem rationem habent ad totum aerem . Sed ipſe hoc quidem abſurdum omittit tanquā manifeſtum, dico.ſ.illud prius eandē magnitudinem percurri per vacuum & plenum in eodem tempore. Vt autem ne quis dicat,licet in eodē tempore moueretur per vacuum & plenum,attamen non eſſent eadem interualla. Nam ſuppoſuimus quartam aeris partem abſolui in eodem tempore , in quo vniuerſum vacuum moueretur. At toto aeri equale vacuum eſt , quadruplū igitur ſpacium abſoluebatur in eodem tempore per vacuum,quod quidem abſurdum non eſt,cum fuerit maius tenuius in equali tēpore cum minore & craſſiore percurri. Quocirca deinceps oſtendit , ſi neceſſario per vacuum fieret motus,idem,equale ſpacium per plenum & vacuū inequali tēpore moueri poſſe, quod quidem fieri nequit. Nam(inquit)ſi cogitauero intellexeroque aliquod corpus aere tenuius hanc rationem habere ad ipſum aerem , quam ſane habet tempus quo quippiam mouetur per aerem quod ſtatuatur eſſe,E,ad tempus quo aliquid mouetur in vacuo,quod per.h.deſignatur,verbi gratia ſi tempus,e, foret quadruplum temporis.h.corpus aliquod aere tenuius etiam foret quadruplum tenuius ipſo,idē autem corpus ponamus in vacuo eiſdem manētibus.ſ. interuallis , in tanto tempore (inquit) mouebitur,a, per tenuiſſimum corpus quod collocauimus repoſuimuſque in vacuo,in quarto pars intercapedinis aeris quæ erat,th,ac quarta pars eius mouebatur. Atqui in eodem tempore & prius mouebatur per vacuū, & nunc per tenuiſſimū corpus quod cum vacuo eandem intercapedinem & diſtantiam habet , igitur in eodem tempore eadem magnitudo,a,mouebitur per plenum & per vacuum equalibus exiſtentibus ſpacijs,quod quidem abſurdum eſt,quare inquit ſuppoſitionem tollendam eſſe ex qua concludebatur abſurdum,quæ talis erat,per vacuum fieri motum . Cauſa autem(inquit)deductionis ad abſurdū manifeſta eſt. Nam cum omnis motus fiat in tempore , & cuiuſuis temporis ad quoduis tempus cum extiterint finita ſit proportio,profecto conſtat,quod ſi motus in vacuo fieret,in tempore fieret,& obtineret aliquā proportionem ad tempus alterius motus. Item cum ita ſe habeant ſpacia per quę motus elabitur, vt ſe habent tēpora inter ſe , habebit ergo vacuum ad plenū aliquā proportionem,ſed nequit vacuum ad plenum habere aliquam proportionem , quippe excedat omnem proportionem . Hinc igitur hoc abſurdum proficiſcitur. Nam ſi quis dederit acceperitque motum fieri in vacuo ex hoc deduceretur concluderetur que vacuum ad plenum aliquā proportionē habere , quod fieri nequit. Ratio igitur Ariſto. ex inequalitate corpū quæ mouentur, quæ fit ob interuallum per quod motus agitur hactenus procedit probās quomodo ſi vacuum foret,non poſſet motus fieri per illud. Verum cuicunque eſſet intentio prorſus ac vndique aſſequi veritatem, quanta vis ſit argumentorum circūſpiciat & necubi eorum authoritati verſutiæ & difficultati addictus intentionē aſſequetur forſitan imprimis pulchrum eſt vniuerſum ſermonem de vacuo percurrere ac tractare deinde a principio repetentes hoc modo vnumquodque argumētum conſiderare , vbi aliquid veri vel falſi habeat,quo in loco nihil veriti ante neque erremus præponemuſque viri opinionem ipſi veritati.

Subtilius.



Aer



Vacuum.



Item aduerte neminem dixiſſe ſortū vacuū eſſe extra mūdū ſed cōſtare vacuo & corpe , licet vacuum extra mūdū totū vacuū eſſe aliqui dicerent proinde ratiōes de motibus factis in vacuo extra mūdū pauci momenti ſunt.

Ceu per terram aut aquam aut aerem.

Cum adducat exemplum terram accipit,non velut per ipſam motus fiat , aut terram inquit & vocat receptaculum quodam cęnoſum & paluſtre . Vnde proficiſcens ad clariora exēpla aerē accipit & aquā.

Aut quia id quod fertur differt : ſi ſint alia eadem ob grauitatis uel leuitatis exceſſum .

Cum dixerit cauſam inequalitatis motuū , dico.ſ. differentiam illorum per quæ mouentur mobilia,reliquum modo explicat,dico.ſ.diſcrimen eorum quæ feruntur. Nam & ſi idem eſſet per quod motus abſoluitur,& different pondere & leuitate ea quæ feruntur,voco autem leuitatem leuius pondus,ceu ſi quippiam eſſet vnius librę,& alterum eſſet duarum,& ſi per eundē aerem ducerentur inequali tēpore inquā

non

non deferentur. Dicit deinde (ſi ſint alia eadem) ideſt ſi figuris non differant. Nam grauius inæquali tempore per idem ſpacium vna cum leuiore moueri poteſt, ſiquidem grauius latum planumque fuerit & leuius ſphericũ & orbiculare. Verum poſſumus etiã hoc modo textũ & verba intelligere, vt quum dicit (quia idq; fertur differt) intelligamus vel magnitudine vel figura differt, deinde quum dicit (ſi ſint alia eadem) ceu ſiquidem magnitudines differrent, & figura & id per quod mouentur eadem eſſent, ſi autem figura aliqua & magnitudo ipſa ac id, ſcilicet interuallum per quod motus fiunt differrent, ſic ſane motus inæqualis eſſet.

Id igitur per quod fertur cauſa eſt: propterea quod impedit: maxime quidem ſi contra feratur: minus autem ſi maneat: & magis id quod non eſt facile diuiſibile. Quale eſt id quod magis craſſum eſt.

Notandum inquit illud per quod fertur eſſe cauſam inæqualitatis motuum tanquã impediens, impedit autem motum cum id moueretur in cõtrarium & reflueret ex aduerſo & oppoſito modo, ceu quum aliquid vel per aerem duceretur, cui venti obniarent ac repellerent, vel per aquam cum econtra reflueret ipſa, aduerſo, ſcilicet itinere & non ſecundo proſperoque mobile vteretur, exempli cauſa ſi in fluuio aliquis nataret, vel nauigium fluxui econtrario duceretur. Deinde inquit & non motum id per quod, ſed manens impedit diuidi ſecarique. Si autem non diuidi eſt impedimento multoquidem magis impediet id quod haud facile ſcindi ſecari diuellique poteſt.

Pondus igitur. a. per. b. quidem medium mouebitur in tempore. g.

Dicens quot ſint cauſæ inæqualis motus, per deſcriptiones vult oſtendere quonam pacto id interuallũ per quod motus fiunt, cauſa ſit inæqualis motus, dicit enim poſt hæc de moto. Vocat autem motum. a. inquit igitur moueatur hoc per interuallum. b. & hoc ſit aqua in tempore quodam ceu in. g.

Per. d. autem ſubtilius quidem illo ſi longitudine. b. & æquale fuerit. d. in tempore. e. iuxta proportionem impedientis corporis. Sit enim. b. aqua. d. autem aer. Quanto igitur aer ſubtilior ac magis incorporeus aqua eſt: tanto celerius. a. pondus per. d. quã per. b. medium feretur. Habeat igitur rationem eandem ad celeritatem celeritas: qua diſtat aer ab aqua. Quare ſi in duplo ſit aer aqua ſubtilior: duplo in tempore medium. b. pertranſibit ad id tempus: in quo per medium. d. fertur. Et. c. tempus duplum erit temporis. e. atque ſemper quanto magis incorporeum minuſque impedit: ſed facilius ſcinditur id per quod fertur: tantomagis pondus. a. celerius feretur.

Sententia contextus hoc modo, & hæc conſtructio eſt moueatur (inquit). a. põdus quod quidem eſt id quod mouetur, & feratur per. d. quod ſit ſubtilius corpus, moueatur autem per æqualem longitudinẽ, ſcilicet quanta eſt longitudo. b. ſit tanta etiam longitudo. d. certe mouebitur iuxta proportionem impedientis. Nam in medio craſſiore motum plus temporis conſumet, in tenuiore autem minus. Vocat autem b. aquam, &. d. aerem, quanto igitur ſubtilior aer ac magis incorporeus eſt, q̃ ipſa aqua, tanto celerius. a. mobile per ipſum. d. medium feretur, quam per. b. quod eſt alterum medium. Nam diuidi impedit illud per quod motus fit, quanto aliquid facilius diuidi ſcindique poterit, tanto celerius id quod fertur per ipſum mouebitur. Id autem q̃ facile ſcindi poteſt tenuius ſubtiliuſque eſt, & aer ſubtilior eſt ipſa aqua tãquã incorporibus magis incorporeus, quare quanto ſubtilior rariorque aer aqua fuerit, tanto facilius etiam diuidetur, quare tãto celerius a mouebitur per ipſum, q̃ per aquam. Quam igitur rationem habent magnitudines interuallaq; inter ſe, eandem etiam habent motus qui per ipſas fiunt, ac tempora motuum, exempli cauſa ſi in duplo aer ſubtilior aqua fuerit, dupla proportione etiam motus qui abſoluitur per aerem celerior erit altero qui fit per aquam, & tempus igitur motuum vice verſa ac ſimiliter candẽ habebit proportionem. Nam duplum erit tempus motus qui fit per aquam ad tempus motus qui fit per aerem. Duplo in tempore medium. b. pertrãſibit, vel, pertranſibit in tempore. c. medium. b. vel pertranſibit in tempore. c. ideſt diſtantiam quã habet. b. ſed in tempore. c. Et ſemper quanto erit magis incorporeũ minuſq; impedit, ſed facilius ſcinditur poſuit autem hanc coniunctionem (ſed) pro hac (atque) quoniam hæc ſunt æque virtutis, ac æquiualent, ſi per ſubtilius (inquit) mouebitur celerius feretur, & quanto magis incorporeus eſt, & facile ſcinditur, & ꝓpter hoc minus impedit tanto celerius per illud feretur.

c tempus



e tempus



Textus.

At uacuum nullam rationem habet ad id corpus a quo exceditur: quemadmodum neque ipſum nihil ad numerum.

Textus.

Cum oſtẽdiſſet proportionem in motibus corporum, reliquum proficiſcitur ad ipſum propoſitum. ſ. ad oſtendendum per vacuum non poſſe fieri motũ. Nam ſi omnis motus in tempore, igitur & motus in vacuo fiet in tempore, & cuiuſuis temporis ad omne tempus finitum eſt aliqua proportio. Nam tempus vel æquale tempori eſt, vel dimidium, vel duplum, vel expitriton ſ. ſexquitertium, vel aliquo alio modo. Vt autem ſe habent tempora motuum inter ſe, ita neceſſe eſt, ea ſe habere per quæ motus fiunt, igitur vacuum ad plenum habebit proportionem, hoc nanque fieri non poteſt. Si ergo vacuum non poteſt habere aliquã proportionem ad aliquod corpus plenum, certe neque tempus motus qui fit per ipſum ad tẽpus motus qui fit per aliquod corpus habebit proportionem, ſed hoc eſt impoſſibile, quippe cuiuſuis temporis finiti ad omne tempus finitum ſit proportio aliqua, in nullo igitur tempore quippiam mouebitur in vacuo, quod etiam impoſſibile eſt. Nam omnis motus fit in tempore, igitur non poteſt fieri motus in vacuo.

Nam ſi quatuor uno quidem tria: & pluribus duo, & pluribus etiam quam duo unum excedunt: nullam profecto rationem ulterius habent: quia nihilum ipſum excedunt. Id enim quod excedit in exceſſum ipſum: & in id quod exceditur neceſſe eſt diuidi. Quare ipſa quatuor erunt quæcunque excedunt: & nihil.

Cum dixerit ita non eſſe proportionem vacui ad

corpus quemadmodum nulla eſt proportio inter nihil & numerum, idipſum oſtẽdit per hęc quomodo, ſcilicet nihil ad numerum nõ habet aliquam proportionem, & ponit exempla eorum quæ habent proportionem inter ſe. Nam quatuor (inquit) tria excedit vnitate, duo autem plus q̃ vnitate, quoniam duo dualitate excedit. Nam vnitatem excedit trinitate, nihil autem nullo exceſſu excedit, cur autem non excedat nihil per ea quæ deinceps adiecit demonſtrat. Et nos iam diximus exactę & adamuſſim.

Iccirco neque linea punctum excedit: ſi non componatur ex punctis. Similiter & uacuum nullam ad plenum rationem habere poteſt. Quare neque etiam motus.

Vt ne quis dicat, male accipiebas o Ariſto. in exẽplis vacui non ens, quoniam vacuum nõ numeratur inter non entia ob id hæc adiecit, quoniam nõ ſolum non ens nullam rationem habet ad ens, ſed neque ea quæ ſunt diuerſorum generum ac diſſimilaria ſe habẽt aliquam proportionem ad ſeipſa Non enim linea ad punctum habet proportionem, quoniam linea punctis non conſtat, neque linea ad ſuperficiem proportionem habet, neque ſuperficies ad corpus. Nam ſi addantur infinita puncta, atq; coniungantur ſimul nõ efficient lineam maiorem, neque infinitę linee coniunctę efficient ſuperficiem, neq; ſuperficies corpus, quippe ex his non componantur, ſed eiuſdem ſpeciei & ſimilaria ſunt mutuo inter ſe comparanda, & habent proportionẽ inter ſe. Nam linea ad lineam proportionem habet, & ſuperficies ad ſuperficiẽ, & corpus ad corpus, quare & ſi vacuum eſſet de numero eorũ quæ ſunt, quoniam prorſus diuerſum eſt a corporibus, immo ſe habent contrario atque oppoſito modo, ceu habitus & priuatio. Nam vacuum alterum eſt, alterum vero plenum, attamen nullam rationem haberet ad corpus qua vacuũ eſt. Nam modo quærimus rationes & proportiones cõſtitutionũ & craſſitudinum corporum, quoniam aer tantam craſſitudinem reſpectu eius in duplo craſſitudinem & denſitatem aqua habet, cum igitur vacuum nullam talẽ craſſitudinem habeat, quonam pacto poterit aliquã proportionem & comparationẽ ad corpora, quare neque tempus motus qui fit per vacuum habebit proportionem ad tempus motus qui fit per aliquod corpus, quare neque mouebitur quippiam per vacuum vt ſæpe diximus.

Sed ſi per ſubtiliſſimum tanto motu in tanto tempore per uacuum fertur, omnem profecto rationem exuperabit.

Inquit ſi per ſubtiliſſimum corpus in tanto tempore percurret talem diſtantiam ac intercapedinem, & ſemper cum magis tenue fiet corpus, minuetur tempus motus, cunctis aliis, videlicet manentibus eiſdem ac ſimilibus, ſi in nullo corpore fieret motus, ſed in vacuo, conſtat ſane tempus motus qui fit in vacuo nullam proportionem habiturum ad tempus motus qui fit per plenum, quod idem dictu eſt, momento & ſubito mouebitur in vacuo id quod ibi poneretur, quod dictu idem eſt perinde ac diceremus nullo pacto poteſt fieri motus in vacuo. Nam queadmodum in ſphęra tornatili Arati videre licet, immo in ſphæra vniuerſi. Nam in maximo circulo aſtra qbus nõnullę imagines animalium ab aſtronomis deſignantur celerius mouentur, q̃ reliqua, & ea quæ ſunt in minoribus ſphęris in fixa ſegnius circũaguntur, & tanta fit tarditatis proportio quanta eſt minor moles ac arctior ambitus circulorum cum quibus mouentur. Quam enim proportionem habent circuli ad circulos, minores, ſcilicet ad maiores, tãto ſegnius mouentur ea quæ vna cum circulis minoribus cientur his quæ maioribus ſphęris ſimul circũaguntur, atq; in tantum procedit diminutio circulorum & motus eorũdem, quouſque circulis qui accipiuntur in ſphæra & continẽtur, in arctum, & minorem ambitum redactis occurremus in cardines & mundi polos, qui prorſus immobiles ſunt, quocirca & Aratus de ariete qui eſt in maximo circulo, dico. ſ. in circulo equinoctiali hec inquit. Eiuſdem & arietis vie celerime vt facilime & lõgiſſime circa circulum circumactus nihil ſegnius ipſa vrſa minore rotetur, quæ in paruo circulo voluitur. Verum tamen cum moueatur aries vna cum maximo circulo ſimul in mobile minimo ab eodem in idẽ reuertitur & remeat vna cum paruitate circuli diminuendo motus. Ita igitur in propoſito quantum corporis tenuitas proceſſerit & fuerit tantũ d minuetur tempus motus qui celerior ſemper cedit & fit, ſi ergo nullum eſſet corpus, ſed vacuum omne tempus conſumeretur, & nullus eſſet motus.

Vide quomodo Aſtra Zodiaci citius circumaguntur q̃ alia Aſtra fixa, Sed cauſam huius non poteſt reddere ſecundũ Ariſto. licet apud aſtrologos q nonã ſpheram & decimã ponãt, quorũ alii nonam ſpheram; alii decem poſuere, tu vide Theoricã octauę ſphęrę.

Sit enim. z. uacuum longitudine equale. b. d. pondus igitur. a. ſi tranſierit: & mouebitur quidem in aliquo tempore quod ſit. h. minore uero quam ſit. e. hanc profecto rationem habebit uacuum ad plenum.

Cum poſuiſſet eam proportionem quæ fit in corporibus quãdo per ipſa aliquid moueretur, & dixiſſet ac oſtendiſſet vacuum ad plenum nullam proportionem habere, ex quo ſequitur nullum motum fieri poſſe in vacuo, id volens lucidius exploratiuſue explicare, rurſus exponit per deſcriptiones motuum & eorum per quæ fiunt proportionem, & quęrit ſi poſſumus ſeruare in vacuo aliquam talem proportionẽ, prius enim cum ponat aquam, & aerem quærit quid accidat, cum motus fit in his. Nunc autem accipiens hęc veluti conceſſa quærit qualem proportionẽ habeat vacuum ad ipſa ſi moueretur aliquid in ipſo, & petit ſupponitque motum fieri in ipſo deducit rationem ad abſurdum. Supponit igitur vacuum ęquale longitudine. b. & . d. ideſt aquæ & aeri, & inquit idẽ pondus. a. quod quidẽ mouebatur in aqua & in aere, & ſi in vacuo moueretur (inquit) in quoddam tempore mouebitur ceu in. h. Nam vocat tempus quo mouetur. a. per vacuum, ipſum. h. Item hoc tempus breuius erit neceſſario tẽpore in quo per aerem mouebatur, quod quidẽ eſt. e. Inquit ſi ergo minori tempore mouetur a pondus per vacuum q̃ per aerem, habebit profecto, aliquam proportionem tempus in quo a mouetur per vacuum, dico, ſcilicet tempus. h. ad tempus in quo mouetur per aerem, quod quidem eſt. e. quam igitur proportionem habent hæc tempora inter ſe, eandem etiã habebunt vacuũ & plenum.

Sed tanto in tempore: quantum eſt. h. in quo. d. partem aliquam que ſit. th. a pondus tranſierit.

Secundum argumentum, & inquit in tanto tempore quantum eſt id quo moueretur per vacuum, ſtatuatur autem hoc tẽpus. h. mouebitur pondus. a. per

partem

partem aliquam diſtantiæ intercapediniſque ipſius.d. dico,ſcilicet aeris. Sit autem hęc intercapedo & pars in qua mouetur.th. At ſequens ex hoc abſurdũ cum omiſerit proficiſcitur ad alterum argumentum. Erat autem hoc abſurdum,in eodem tempore.h.vacuum & plenũ.th.pertranſiri quod quidem erat aeris pars, quod ſane abſurdum eſt. Quam enim rationẽ habet th.ad.d.dico.ſ.partem aeris ad totum aerem,eandem etiam habebit.z.ad.d.dico.ſ.vacuũ ad totum aerem, quoniam & tempus.z.& tempus.th.quod eſt.h.eandem proportionẽ habet ad tempus.d.aeris quod eſt e.& quoniam quã proportionem habent tẽpora inter ſe,hanc etiam habẽt ea inter ſe quibus abſoluitur motus.ſ.ſpacia eandem igitur proportionem habent z.&.th.ad.d.ſed ea quæ habent ad idem proportionem & inter ſe vnam & eandem proportionem habent,igitur.z.quod quidem eſt vacuum,&.th.quod eſt plenum eandem proportionem inter ſe habebũt, hoc autẽ abſurdũ eſt.ſ.plenũ ad vacuũ habere eandem proportionem,quã habet vacuum ad plenum, alioqui hęc quo ad craſſitudinẽ inter ſe haberent proportionem. Nam ſecũdũ hanc modo fit proportio, Equidem.th.dico.ſ.aeris pars rara fiebat quẽmadmodum vacuum tenue rarumq; eſſe cogitabatur.

Tranſierit autem.a.pondus medium in quo.z.& ſi ea proportione differat ſubtilitate ab aere quam.e.tempus ad th.tempus habet.

Tertium argumentũ,in quo demonſtratur, quod ſi mouetur aliquid per vacuũ,accidet,idem ſpacium plenum & vacuũ ipſum pertranſiri inæquali tempore,hanc autem literã.z.quæ ſuperioribus vacuũ deſignabat,nunc facit Ariſto.ſignificare aliquod plenũ corpore ſubtiliſſimo eandem proportionem habẽs ad aerem, quam quidem habet tempus.h.quod erat vacui ad tempus.e.quod erat aeris.

Nam ſi corpus.z.in quo tanto ſubtilius quanto tempus e.excedit tempus.h.econtra profectò pondus.a.tranſibit illud uelocitate in tanto tempore.quantum eſt tempus.h.ipſius.z.ſi feratur per illud.

Inquit ſi corpus poſitũ in vacuo tãto ſubtilius aere foret, quanto tempus motus qui fit in pleno excedit tẽpus motus in vacuo,econtra(inquit)profectò pondus a tranſibit in tanta velocitate illud,quãtũ eſt tempus.h.ipſius.z.ſi feratur per illud,ideſt quanto tempus aeris excedit tempus vacui,tanto econuerſo celerius.a.pondus conficiet ſpacium.z.in tempore,h.quã d.ſpacium.ſ.aeris. Dixit autem(econtra)quoniam in temporibus quidem aeris tẽpus excedit tempus vacui dico.ſ.e.excedit.h. Nam plus temporis.e.labitur, & in motu tanto celerior ſecundum proportionem fit motus in tempore.h.eo motu qui fit in.e.tẽpore. Pulchrę autem adiecit,ſi feratur,ideſt ſi prorſus aptum eſt ſuapte natura moueri per illud corpus quod in vacuo poſitum eſt,ſi ergo huiuſmodi res ſe habet vt ſuppoſuimus a pondus in eodem tempore mouebitur ſecundum eandem proportionem, quam diximus.

Si igitur nullum in.z.fuerit corpus: adhuc celerius mouebitur. At in tempore.h.motum erat. Quare pondus a.æquali tempore plenum & uacuum pertranſibit: ſed hoc fieri nequit.

Duo abſurda quæ ſequũtur ex ſuppoſitione in concluſione deduxit. Nam demonſtratum eſt.a.pondus moueri in tempore.h.in tenuiſſimo corpore, quod ponitur in vacuo. Suppoſitum autem ac poſtulatum eſt a principio eandẽ intercapedinem,vacui per tempus.h.pertranſiri inæquali igitur tempore idem pondus.a.cõficiet plenum & vacuũ interſtitium.z.quod fieri nequit. Hoc quidẽ igitur poſterius induxit, ſed ante hoc aliud abſurdum concluſit hoc.ſ.inęquali & minore tempore idem mouebitur,quod ſane abſurdum eſt. Nam ſi in tempore.h.conficeretur intercapedo corpore plena,conſtat ſane quod ſi ipſa diſtantia intercapedoq; vacua fuerit in minore tẽpore conficeretur tranſitu. Nam hoc eſt conſequens. Supponebatur autem intercapedinem vacuam in tempore.h. pertranſiri, idem igitur in multo & paruo tempore mouebitur quod quidem abſurdum eſt.

Conſtat igitur quod ſi tempus aliquod erit in quo per uacuum quoduis corpus mouebitur: hoc impoßibile accidet. Nam in tempore æquali quippiam plenum & uacuum pertranſibit. Erit enim proportio aliqua alterius corporis ad alterum: uelut tempus ad tempus.

Inquit,conſtat ex ſuppoſitione dicẽte aliquid moueri per vacuũ hoc impoſſibile ſequi.ſ.inæquali tempore aliquod plenum & vacuum pertrãſiri, & hanc rationem repetẽs breuiter probat. Nam(inquit)erit proportio aliqua corporis alterius ad alterũ,ceu temporis ad tempus,ideſt poſſumus accipere talem proportionem corporum,qualem habet tempus ad tempus. Quare ſi accepero tenue corpus habens hanc proportionem ad aerem,quam habet tempus in quo mouebatur per aerem ad tempus in quo mouebatur per vacuum ea accident quæ diximus.

Vt ſummatim dicam manifeſta eſt cauſa huius quod accidit. Nam motus quidem omnis ad motum eſt proportio. Nam in tempore eſt: & omnis tẽporis ad tempus eſt proportio modo ambo finita ſint. ſed uacui ad plenum nulla eſt proportio: quatenus igitur differunt ea per quæ feruntur hæc accidunt.

Cauſam deinceps per quã ex ſuppoſitione ſequebãtur abſurda quę diximus, adiecit. Nam ꝓpter hoc ſequebantur ex ſuppoſitione vacui abſurdũ, propterea quod cõcedentes in vacuo fieri motũ ſtatim concedimus damuſq; vacuũ etiam habere proportionẽ ad plenũ. Nã neceſſe eſt cũ omnis motus ad motum habeat proportionẽ propterea quod omnis motus fit in tempore,etiam ſequi vt tempus ad tempus proportionem habeat, & vacuũ ad plenum. Cũ igitur non ſit proportio vacui ad corpus, quippe qui ſuppoſuimus illud non ens eſſe, meritò ſequitur ex falſa ſuppoſitione abſurdum.

Hæc quoque eueniunt exceſſu eorum quæ feruntur.

Cum dixerit ob duas cauſas inæqualiter quippiã moueri, vel quia differunt interualla per quæ motus fit, vel q̃a ea quæ ferũtur & mouẽtur differunt,ſi alia eadẽ fuerint,cum demonſtrauerit itaq; ex his ꝑ quæ motus abſoluitur vacuo exiſtẽte fieri motũ nõ poſſe,

nūc vult ad reliquū proficiſci & oſtēdere ex his quæ mouentur quod ſi vacuum eſſet, motus in eo fieri nequeat. Nos enim qui per vacuū motū fieri negamus inæqualiū motuū cauſas maxime naturales aſſignare, poſſumus, nō ſolū ex differētia interuallorū per quæ motus labitur & fluit quēadmodū ſuperioribus diximus, ſed etiā ex diuerſitate ac diſcrimine eorum quæ mouētur. Nā & ſi idē eſſet per quod motus abſoluitꝰ & fit, ea tamē quæ mouētur vel pondere, vel figuris diſtarēt ac differrēt, ocius deferretꝰ grauius quāquā etiā eſſent figuris eadē ac conuenirent. Et cauſa patet. Nam quū per corpus motus fiat, & id quod grauius eſt, vi ac poteſtate ſua magis diuidat, merito etiā cęlerius defertur. Itē ſi idē pōdus haberēt, & figuris inter ſe differrēt. Et aliud orbiculare vel acutū ſi eſſe contigerit, ac aliud planū & lanę ſimile, quāquā idē pōdus haberēt, cęlerius ſane acutū & orbiculare deferetꝰ q̃ planū. Nā planū multo corpore detinetur et id quod multū eſt tardius diuellitur vel diuiditꝰ ab obtuſiore figura. At acuta & orbicularia cū minus corporis capiant & ferāt, idcirco cęlerius ea quę ſubijciunt.ſ. interualla diuidūtur. Et hæc nō ignorāt, qui artibus mēchanicis addicti ſunt. Porro nautæ plumbeis ſphæris naues appendūt vt cęlerius deferantur & ipſas ſphęras non efficiunt planas ſed orbiculares & cōpactas; quocirca etiā piſcatores retiū funibus cōnectunt plūbum. Nos igitꝰ (inquit) hāc cauſam inæqualis motus aſſignare poſſumus. Sed ij qui dicūt motū fieri per vacuum, quā cauſam inæqualitatis motuum afferrēt ac traderēt. Quid enim plus tēporis vel motus plūbum per vacuū motū conſumeret q̃ cortex arboris & ſuber. Nā ſimiliter vtriſq; vacuū cędit, immo neq; cædit, q̄m cędere corporibus tribuitꝰ, ſed vtraq; ſimiliter per ipſum meant & recipiuntur a nullo impedita, igitꝰ ęqua cęleritate mouebūtur omnia in vacuo. At hoc fieri nequit, igr̃ motus in vacuo nō fieret. Ii ergo (inquit) qui vacuū introducūt ex motu ad locū putabant oſtēdere vacuū eſſe. Ariſto. cōtrariū demōſtrauit, q̄m ſi eſt vacuum motus fieri nō poteſt. Sic ergo demōſtrauit ex motu ad locū nō eſſe vacuum. Vnde inquit idē cōſiderātibus per ſe vacuū demōſtraretur quod vere vacuū ſit, id eſt vanū ac futile quippiā nihilq; cōferens his rebus quæ ſunt. Nā cū ij qui vacuū introducūt & illud tāquā loci vſum & opportunitatem prębent his rebus quæ ſunt, ſic ſtatuerint ipſum, oſtēdit neq; hoc modo vacuū fieri poſſe, tale aūt poſtulatū prius accipit, & īquit ſi ligneus cubus in aqua poneretur tantum aquæ cęderet cubo, quātus eſt ligneus cubus, ſimiliter ſi poneretur in aere, & in quouis corpore quod cęderet, quū igitur in vacuo poneretur cubus, cęderet ne cubo vacuū æquale magnitudinis ipſius cubi? Et quomō cęderet vacuū, ſi autē nō cędit cubo in eo poſito, ſed manet, tantū profecto vacui ſpacium cōtinebit occupabitq; cubus quantus & ipſe cubus eſt, quare cubi ſpaciū meabit penetrabitq; ac recipietur per æquale ſpaciū vacui, & interualla inter ſe cohęrebūt & penetrabūt ſe mutuo. Nā quēadmodū (inquit) ſi nō cęderet cubo aqua vel aer, poſitus in ipſis per tantū aquæ vel aeris recipietur, quantus ipſe eſt, ita ſi nihil vacui cęderet æquale ſibi ſpacium vacui occuparet, ſpaciū aūt (inquit) a ſpacio ſecundū hoc idē non diſtabit. Nā etſi ſpaciū cubi haberet qualitates eidē accidētes, tamen nō quatenus qualitatibus impreſſus formatuſq; eſt hac ratione in loco eſt, ſed ſolū quatenus habet dimenſionē quare etſi ab omnibus affectionibus ceu albedine, caliditate deſignatione figura & reliquis, ſepararetꝰ & dūtaxat maneret ſpaciū & ipſa dimenſio, nihil minus in loco eſſet & ſibi ęqualē vacui partē occuparet. Nā ſecundū nullam affectionē in loco erat neq; vt albus, neq; vt calidus, neq; vt habēs grauitatem, ſed quatenus habet dimenſiones. Cū igitur & cubus ſit in loco, ſi ſepararetꝰ ab alijs omnibus quæ ei nihil conferunt vt in loco ſit quomō diſtaret a ſpacio vacui quod eſt eius locus, ſi autē nō diſtabit, quoniā tam illud ſpaciū eſt affectionis expers q̃ hoc, cur igitur oporteret extrinſecus alterum quodā ſpaciū ambire cōplectiq; corpora. Nā ſi vnūquodq; corpus proprium habet ſpacium, quid ergo alio extrinſeco ſpacio egeret, igitur vanū eſt ac ſuperfluū ſpaciū extrinſecus cū vnūquodq; in ſeipſo cōtineat ſpaciū Et ſi duo ſpacia ſimilia mutuo ſeſe reciperent & inter ſe cohererent, cur nō tria, & infinita. Itē ſi vacuū fuerit quod nō diſtet ab eo ſpacio quod in eo eſt, vacuū igitur in vacuo erit. Præterea ſi cęderet cubus ſecundū nihil aliud q̃ quatenus ſpaciū eſt, cū & quatenus ſpaciū eſt locū ex loco mutat, & corpora quæ mouētur vna ſimulq; propriū ſpacium ferunt, & ſpaciū ſecundū hoc idē nō differt a ſpacio, videlicet, a vacuo igitur ſuperfluū & vanū eſt intelligere & cōſiderare aliud ſpaciū extrinſecū corporibus, cum vnūquodq; ſecum ferat propriū ſpaciū. Nam ſi locus eſt interuallum ſpaciumq;, & ſingula ſpacia ſunt in ſingulis ſuis corporibus nō differētia ſecundū hoc a ſpacio extrinſeco, vanū itaq; eſt alterū ſpacium extrinſecus circum ambire præter id quod vnicuiq; ineſt. Quid enim prodeſt & conducit ſimile in ſimile fieri. Itē ſi corpora quia ſpacia ſunt alijs ſpacijs egent, & vacuū cum ſpacium ſit egeret quodā altero interuallo, quare vacuum eſſet in vacuo & hoc in infinitum, non igitur vacuum velut locus poteſt eſſe, ſi ergo neq; loci vſum & opportunitatem præbet neq; motus eſt cauſa immo contrarium ſi eſſet motum tolleret, videtur igitur vacuum nullo pacto eſſe.

Cernimus enim ea corpora que plus aut grauitatis aut leuitatis habent momenti: modo eadem ipſis inſit figura: celerius per equale receptaculum ferri: ac ea ratione: quā habent magnitudines inter ſe. Quare & per uacuū ita ferentur: quod fieri profecto nequit. Nam ob quā cauſam celerius mouebuntur. In plenis enim id neceſſario fit. Maius enim celerius in ſua diuidit.

Nam cum idem fuerit interuallū per quod feruntur ea quæ mouentur ac ſimilis extiterint figuræ, licet pondere inæqualia, profecto quā proportionem habet pondus ad pondus, talem quoq; neceſſe eſt habere motū ad motū. Nā quanto excedit grauius, tanto cęlerius deferetur. Si aūt figuris diſtarent, aliquod minus graue ponduſque acutum figura cum maiore pōdere orbiculare ſimul inæquali tempore per idem ſpacium defferri poſſet. Idem multo magis conſentaneum eſt fieri in maiore ſecundum proportionē grauis ponderiſque exceſſus, & figuræ.

Nam aut lactum: aut momentum quod habet id quod fertur: aut figura diuidit. Aequalis igitur celeritatis omnia

nia

nis erunt: At fieri nequit. Quod quidem igitur ſi ſit uacuum contrarium accidat illius per quod uacuum probant qui illud eſſe aiunt: ex his quæ diximus patet. Hi namque putant uacuum eſſe ſeparatum per ſe: ſiquidē erit motus ad locum. Hoc autem perinde eſt atque ſi ſeparatum locum aliquem eſſe aſſerunt: quod fieri non poſſe prius diximus.

Vel enim pondere pulſus aer ac cędens ſcinditur, vel figuræ acuitate cum ſit facile diuiſibilis diuiditur partiturq́. Equidem ſphęra in puncto incipit aggreditur q́ ſectionem. Quocirca æs & plumbum cum plana lataq́ fuerint in aqua poſſunt vehi ac ſupra natare & inſidere aquæ, cum vero fuerint orbicularia, vel ad inſtar cilindre non amplius inſidebunt ſupereminebuntq́ quãquã ipſa minus ponderis haberent quam lata & plana. Si ergo id per quod motus ſit, vacuum eſſet, profecto æqualiter omnia mouerentur. Nam quid vetaret omnia non æqualiter moueri, quum nihil ſit quod prohibeat diuiſionem, ſed fieri nequit, vt omnia æqualiter moueantur, quare & vacuum eſſe impoſſibile eſt.

Item ſi per ſe conſiderabimus id quod uacuum appellatur: profecto uidebitur uere uacuum. Nam quemadmodum ſi in aqua cubum quiſpiam poſuerit: tantum aquæ cędet: quantus eſt ipſe cubus.

Per ſe ideſt ſine motu ad locum. Nam ſuperius eo quod motus localis per ipſum fieri non poteſt, deſtruxit vacuum eſſe nunc autē hoc modo ipſum conſiderat, velut ſi non eſſet motus ſecundum locum. Vel per ſe dixit quoniam qui aſſerebãt vacuum propter motum eſſe, illud per ſe ſeparatũ ſtatuerunt & hi qui hoc aiunt non diſſentiunt nec differunt ab ijs qui aſſerunt locum eſſe ſpacium quodam. Quare cum demonſtratum fuerit locum non eſſe quoddam interuallum ſeparatum per ſe, vna demonſtratum erit neque vacuum eſſe, propter hoc ſubiũxit quod & idem per ſe ſeorſum & non eo q́ ſimul cum ipſo interuallo locali deſtrui tollique poteſt demonſtrandum eſt ipſum non eſſe.

Sic & in aere: ſed ſenſu non conſtat.

Inquit ſed etiam ſi ponatur cubus & corpus ipſum in aere idem accidit. Nam tantũ aeris cędet, ipſi corpori impoſito quantum eſt ipſum corpus. Sed quoniam ſenſus noſter non comprehendit aerem cędere, quoniam coloris expers eſt, hac ratione cędere non videtur, ſed ſi ſenſu hoc immanifeſtum eſt, attamen rationi manifeſtiſſimum eſſe videtur. Nam ſi aer eſt corpus, & impoſſibile eſt duo corpora in eodem eſſe, igitur oportet vniuerſum aerem cędere corpori quod in eo collocatur & ponitur.

Et ſemper in omni corpore habente tranſmutationem: in quo aptum eſt ferri niſi denſetur neceſſe eſt ipſum cædere: ſiue deorſum ſit latio uelut terræ: uel ſurſum ſi fuerit ignis: uel in utraque ceu aer.

Dixit habenti tranſmutationem propter magnitudines mathematicas. Hæc enim tranſmutationem nõ habent quoniam neq́ grauitatem, neque leuitatem obtinent. Nam ipſa ſunt per ablationem & intellectu & animi cogitatione, verſantur. Inquit igitur in omni corpore in quo poneretur cubus, illud ſane cubo cęderet in quo aptum eſt ferri, ceu ſi in aqua poneretur, deorſum aqua cęderet cubo. Nam aqua ſuapte natura deorſum fertur. Si autem in igne poneretur cubus lapideus ſurſum cęderet, ac locum lapidi ignis daret. Nam ſupra ſuapte natura tendit niſi impediatur. Si enim ignis ſupra recipi non poſſet corpore ſolido prohibente tranſitum illius ſurſum, ſaltim deorſum recipiendo corpus in eo poſitum illi cęderet. Similiter & in aqua quæ ponitur in lebetę non traſmutabitur deorſum quoniam prohibetur a corpore quod ſupra ſtat & ſuſtinetur quod ſolidum eſt, quãquã vi ſupra ſtet & ſuſtineatur. Illud autem quod dicit (niſi denſetur) exemplo cõſtat, velut de ipſa lana. Nam hæc cum condenſatur in ſeipſam, cędit quidem illi quod ponitur in ea, quæ tamen nec ſurſum, nec deorſum mouetur, ſed duntaxat in ſeipſam conſtringitur & denſatur. Etenim aer ipſam ſuſtinet, poteſt enim ſimul cubo impoſito aer neque ſurſum, neque deorſum cędere, ſed denſari in ſeipſum conſtrictus, verum non velut lana, ſed velut alteratus cum denſior ſit. Poſtremo illud verbum (vel in vtraque dicit) ceu ſi aliquid poneretur neque valde graue, neq́ valde leue, ſed veluti medium aliquo modo, quod poſſet in vtraque facile recipi, quale eſt aer. Nam ſi in eo, poneretur cubus, poſſet aer & ſupra extruſus ac denſatus moueri & infra ſecundum eum tranſitũ quem facile inueniret.

Siue qualeuis aliud in ipſo ponatur.

Si ita ſe habet textus & ſcriptura, ſane diceret de figura illius quod in eo ponitur, quoniam idem accideret & ſi non cubus, ſed quęuis alia figura in eo poneretur, ſi autem eſt ita, vbi eſſet, ideſt id quod in eo poſitũ eſt quo moueretur, diceret forte aliquis quod corpus in quo ponitur cubus reciperetur in ipſum in quod id q́ poſitum eſt reciperetur ac mearet cum ſit fluxus momentumq́ illius q́ intus ponitur vehementius ac magis fluere quęat id q́ intus ponitur. Nam ſi vis illius q́ intus ponitur non vehementior eſſet ac magis ageret, neque cęderet ipſi id in quo ponitur. Nam ſi id quod intus ponitur ſuapte natura ſurſum mobile eſſet, illud etiam ſurſum expelleretur. Similiter etiã ſi ſuapte natura deorſum mobile eſſet, deorſum pelleretur. Verum illud ſuperioris textus (vel in vtraque ceu aer) non valde poſſet coaptari huic expoſitioni, vel in vtraque dicitur, tanquã hoc petendo & ſupponendo ipſe dicat, quoniam des tu q́ ſit tale, ergo ſupra ac infra cęderet. Item cum dicit ſuperiore textu (in quo aptum eſt ferri) æquale ac reſpondet huic neceſſe eſt ipſum cędere. Item cum ibidem dicit in omni corpore habente tranſmutationem, ſic intelligitur ideſt in omni corpore quod aptum eſt tranſmutari, alioquin ſi penitus immobile eſſet neque penitus moueretur ſieretque in locum ipſius id quo intus ponitur.

At hoc fieri in uacuo nequit: quippe cum non ſit corpus: per cubum autem æquale ſpacium uacui penetraſſe uidebitur: quod quidem erat prius in uacuo: quemadmodum ſi aqua non cæderet ligneo cubo: neque aer: ſed omnino penetraret ipſum.

Hoc quidem impoſſibile eſt, ſcilicet vacuum cędere corpori q́ in eo ponitur, quippe vacuum non ſit corpus aliquod, vt & ipſum cędat cubo qui po-

nitur in ipſo, igitur neceſſe eſt cubo in eo poſitó vacuum non tranſmutari, ſed manere. Nam quomodo moueretur vacuum, ſi autem manet, profecto æquale ſpacium vacui quantum eſt & ſpacium cubi reciperetur & mearet atque penetraret per totum cubum, quare & econtra cubi ſpacium per æquale ſpacium vacui reciperetur. Nam idem eſt.

Atqui cubus etiam tantam magnitudinem habet: quantam occupat uacuum; qui & ſi calidus eſt aut frigidus: & grauis aut leuis; non minus tamen ob hoc alter eſt ab omnibus affectionibus: etiam ſi non ab illis ſit ſeparabilis: dico autem ipſam lignei cubi molem. Quare etiam ſi ab illis omnibus fuerit ſeparatus: & neque grauis neque leuis fuerit æquale ſpacium uacui occupabit: atque in eadem lociq; uacui parte ſibi æquali erit. Quo igitur modo cubi moles ab æquali uacuo differret atque loco. Et ſi duo tales ſimul fuerint moles: cur & quotquot uolueris in eodem non erunt. Vnum igitur hoc abſurdum & impoßibile ſequitur.

Quoniam dixit ꝙ quemadmodum ſi aqua nõ excederet cubo duo corpora ſeſe mutuo penetrarent, ſic etiam quia vacuũ non cedit ſeſe mutuo penetrabunt cubi ſpacium, & ſpacium vacui. Vt igitur ne quis dicat vtique fieri non poſſe vt duo corpora ſeſe penetrent ac vnum per alterum meet. Atqui vacuum non eſt corpus quoniam expers affectionis eſt cum ſolũ ſit ſpacium, quare non ſequitur ſi corpus per corpus meare non poteſt, ob id iam & ſpacium per ſpacium recipi ac meare non poſſe. Inquit ergo ꝙ ſecundum nihil aliud corpora ſunt in loco quam quatenus ſunt ſpacia. Nam & ſi acciderit ei quod eſt in loco habere grauitatem vel leuitatem, vel quaſdam alias id genus qualitates, tamen non quatenus id tale qualitatibus impreſſum eſt & conſtat hac ratione in loco eſt,
Per aliud ducitur quippiã in loco & per aliud eſt in loco. ſed quatenus ſpacium eſt. Nam licet grauitas vel leuitas ferat ducatque aliquid in loco ſuo, tamen ſecundum nihil aliud quippiam in loco eſt q̃ per molem. Vnde & corpora ſeſe penetrare mutuo non poſſe dicimus, non quia qualitatibus ſunt formata, ſed quia ſpacium & dimenſionem habent, ergo non poterunt duo ſpacia ſeſe viciſſim ſimulque penetrari. Cum igitur aliud ſit cubum eſſe ſpacium, & aliud eſſe qualitatibus ſubditum ac formatum, in loco nanque erit non quo quale factum ſit qualitatibuſq; formatum, ſed quo molem habet. Si ergo ab omnibus affectionibus qualitatibuſque ſeiungeretur, profecto non diſtaret differretque a ſpacio vacui, quare ſi duo ſpacia ſimilia ſeſe penetrarent, profecto & multo plura poterunt ſeſe inuicem penetrare, hoc autem fieri non poteſt. Nam ſi ſpacium poſſet recipi in ſpacio ac illud penetrare, etiam corpus in corpore recipi poſſet, ac illud penetrare, quoniam corpora ſecundum nihil aliud ſunt in loco q̃ per magnitudines ac ſuas moles. Si ergo poteſt eſſe moles in mole, & alia accidentia non vetant corpus in corpore eſſe, & hoc eſt impoſſibile, igitur corpus in vacuo eſſe non poterit. Nam vtreq; magnitudines ſiue formatæ qualitatibus ſint, ſiue non, differunt, quare ſi vacuum ſubſiſteret, vt corpora reciperet, & motus fieret per ipſum, & hæc fieri non poſſunt ergo vacuum ſuperuacaneum ac incaſſum ponitur.

Item patet id cubum habere cum transfertur: quod & uniuerſa corpora habent. Quare ſi nihil a loco differrat: cur corporibus facere locum oportet præter unuſcuiuſque molem: ſi moles ſit affectionum expers. Nihil enim confert ſi tale circa ipſam aliud ſpacium ſit æquale. Ex his igitur patet uacuum non eſſe ſeparatum.

Aliud argumentum. Inquit vnumquodq; corpus ꝙ mouetur & tranſmutatur ſecundum locum, ſecum proprium ſpacium vna fert, ſi ergo in vnoquoq; ſpacium ſeparatum ratione ab affectionibus nihil differt a vacuo, & mota corpora vna ſecum trahunt ſpacia propria atque cũ illis mouentur, cur ergo egent corpora talibus huiuſmodi ſpacijs extrinſecus. Nam ſi ſpacium eſt locus, & vnumquodque habet in ſeipſo proprium ſpacium, igitur vanum eſt aliud extrinſecus illi ſimile afferre ac intelligere, quippe id ad nihil ipſi conferat, quod vero hoc impoſſibile iam diximus. Nam ſi quo ſpacium eſt vnumquodque altero ſpacio eget, & vacuum quoq; eſt ſpacium, igitur & ipſum alio egebit, & hoc in infinitum. Item ex hoc ſequetur vacuum in vacuo eſſe.
Aduerte ꝙ hic deficit textus quidã quẽ legunt latini & nõnulli codices habent. In ſimplicio ponit ſed ipſum non legit nec exponit ſimplicius.

Sunt autem qui putant per rarum ac denſum patere uacuum eſſe. Nam ſi rarum non ſit ac denſum neque coire & denſari corpora poterunt.

Cum oſtenderit non poſſe vacuũ ſeparatum eſſe, nunc vult oſtendere ꝙ neque interſperſum vacuum ſit. Et quoniam qui vacuum interſperſum imbibitum corporibus eſſe aiunt ex denſitate & raritate corporum hoc oſtendere nitebantur. Idcirco ponit primũ rationes quibus nitebantur probare vacuum eſſe corporibus interſperſum atque imbibitum. Secundo priuſquã ewellat rationes ipſorum oſtẽdit non poſſe vacuum eſſe corporibus interſperſum. Tertio demõſtrat vacuo non exiſtente, quod queat eſſe raritas & denſitas, ex quibus rationes etiam per quas probabant vacuum eſſe, confutat. Sunt igitur rationes quibus probabant eſſe vacuum tales. Inquit. Si non eſt vacuum non eſt raritas, neque denſitas. Atqui raritas & denſitas ſunt, igitur vacuum eſt. Probat autem aſſumptum, ſcilicet raritatem & denſitatem eſſe hunc in modum. Si non eſt (inquit) raritas & denſitas, neque corpora poterunt in ſeipſa coire & denſari, quippe nihil aliud ſit denſitas q̃ ipſa corporum in ſeipſa conſtrictio, ſi autem non eſt conſtrictio neceſſe omnino eſt, vel penitus non eſſe motũ, quod quidem eſt præter euidentiã, vel ſi motus fuerit, neceſſe erit vniuerſum fluctuare agitarique. Præterea vel non erit mutatio elementorum inter ſe, vel erit, et ſi erit, vel fiet mutatio elemẽtorum in ea quæ ſunt æqualia mole ac ambitu, ceu ſi tranſmutaretur ciathus aeris in ciathum aquæ, & aqua ſimiliter in æqualem portionem aeris, profecto quantum hic aquæ tranſmutaretur in aerem, tantum aeris alibi oportet mutari in aquam. Ariſtoteles igitur ſolum aſſumptum ſyllogiſmi probat, perinde ac ipſa deductio pateat. Verum vt clariorem rationem faciamus, rurſus repetamus quæ paulo prius diximus. Si eſt raritas & denſitas, vacuum eſt, quoniam denſitas eſt conſtrictio coitio compreſſioque corporum in ſeipſa, & conſtricta ac compreſſa in ſeipſa conſtringuntur & reſident in vacua interſperſa in ſeipſis ceu in ſpõgia, et lana, & in his id genus.

id genus. Nam ſi in vacua quædam eorum quæ denſantur partes non denſarentur & coirent, in ſeipſa ſeſe reciperent, ſed impoſſibile eſt corpus per corpus recipi. Item eadem de raritate dicemus. Nam quod rare fit, & ad maiorem molem extenditur, ſi non quædam vacua interſperſa intercluſa ac cohibita dilatarentur & hac ratione fieret raritas, accideret priuſq; rare fieret corpus in corpore eſſe. Nam partes, quæ modo locum occupant, ſi prius non erant in vacuo, certe ſeſe mutuo recipiebant ac penetrabant, immo & locum quem modo occupant, oportet prius fuiſſe vacuum. Deductionem igitur ex hac intelligentia & cogitatione probabant. Aſſumptum autem dico, ſcilicet. Atqui raritas & denſitas eſt, hunc in modū Ariſto. probat, ſi non eſt raritas & denſitas neque eſt corporum conſtrictio, ſi autem non eſt conſtrictio, vel omnino tolleretur motus rectus. Nam ea quæ recto motu cientur, aerem ante ſemper expellendo, vel aquam ita mouentur, corpus igitur quod expellitur per quod fit motus & contrahitur cohibeturque in vacua appoſita atque imbibita, cedit locum his quæ per ipſum meant ac tranſeunt, quemadmodum etiam ſe habet cum quidam per multitudinem ſeptam eunt ac meant. Si ergo corpora non denſantur, neq; coercentur in vacua interſperſa, vel prorſus tolletur motus rectus. Nam quo moueretur ſi locus receptaculumque non exiſteret neque haberet id quod expellitur vbi cęderet quod neque prohibens ei quod mouetur aditum ac tranſitum pręberet, vel ſi eſt motus neceſſe eſt inquit vniuerſum fluctuare, ideſt a ꝓprijs terminis alienari exagitari atque ſupra mutari expelli, quippe neceſſe ſit cum quippiam mouetur corpus ante expelli, & illud deinceps aliud expellere, & hoc, vſque ad extremum, & ita deinceps coelum ad externa mūdi expelleretur ac diffunderetur & agitaretur quod quidem & in piſcinis ac natatorijs accidere ſolet, quando aliquid moueretur corpus in ipſis, hoc autem dicebant, quia nondum ſciebant corporum cohibitionem, ſcilicet quomodo corpora cęderent. Et nō ſolum ſublato de medio vacuo hæc abſurda ſequentur dico, ſcilicet demi raritatem & denſitatem, ſed etiā propter deſtructionem eius tolli, vel penitus motum rectum, vel vniuerſum fluctuare. Rurſus ſublato vacuo, vel penitus non erit mutatio mutua inter corpora, vel ſi hęc plane fuerit, aut mutatio fieret in his quę ſunt mole æqualia, dico verbi gratia cum ciathus aeris tranſmutaretur in aquam, fieri aquæ ciathum ſimiliter & aquam tantum aeris facere, alioquin vbi reciperetur maius corpus ſi non foret vacuum, vel ſi hoc eſt præter euidentiam, quippe videatur quippiam in maius corpus mutari. Nam vnde franguntur dolia & vtres a muſto, niſi quia muſtum euaporans mutatur in aerem ac in ventum qui quidem quoniam maior eſt eo quod tranſmutatur dolia non potentia illum capere franguntur, quod ſane etiam accidit in his quæ ſunt attigua. Sed ſi mutatio fit in corpus maius rurſus duorum abſurdorum alterum non euadere fugereque poterimus, vel enim neceſſe eſt quantum hic aquæ tranſmutatur in aerem, alibi tantum aeris tranſmutari in aquam quod quidem etiam factitium eſt dictu, quoniam videtur mihi nunc tantum aquę euaporare exhalareque, neceſſe eſt alibi tantum aeris tranſmutari. Et ſi plus mihi videretur, plus etiam aeris tranſmutari, vel rurſus ſi hoc fieri non poteſt, neceſſe eſt vniuerſum coelum fluctuare, quod quidem per ſe ridiculum eſt, quoniam cum quippiam immo minutulum quoddam, ac tantillū moueretur coelum ſuis limitibus ac locis dimoueri alienarique oporteret, quod fugere volentes ſaltem vacuum fatebuntur, immo ex neceſſitate dabunt. Nam quo coelū fluctuaret, equidem in corpus non poteſt, ergo in vacuum congregatum coelo circumfuſum. Si ergo hęc omnia abſurda ſunt, certe neceſſe erit in corporibus vacuum interſperſum eſſe. Rationes igitur quibus probabant vacuum tales ſunt. Deinde oſtendit non poſſe vacuum interſperſum corporibus eſſe. Et inquit quoniam neceſſe eſt, vel ipſum magnis ampliſſimiſque partibus eſſe in corporibus vt queat alterum corpus recipere in ſeipſo, vel difuſum interſperſumq; eſſe in corporibus ſecundum paruiſſimas partes vt non poſſit corpus ingredi in ipſis ceu etiam ſentiunt ij qui poros ac meatus dicunt & ponunt. Si ergo vacuum foret magnis partibus conſtitutum, hoc ſane non diſtabit a vacuo ſeparato. Eiſdem igitur rationibus hoc deſtruemus & tollemus, quibus quidem & illud tollebamus. Neque diſtabit aut intereſt ſi ipſi vacuum in minutas partes diuiſerint vt fugiant eas dubitationes in quibus incidebant ij qui vacuum inſertum imbibitum corporibus ponunt Nam & ij faciunt aſſentiuntque ſpacium ſeparatum, ſi autem ita dicerent vacuum tenuibus ſubtilibuſque partibus conſtitutum corporibus interſeri, perinde ad quiſpiā diceret inſitum imbibitum infuſumque corporibus raris, & quaſi eorum veluti qualitatem adiunctum eſſe, inquit Ariſto. & ſi ij videantur dicere quoddam veriſimilius ac probabilius, tamen verum non aiunt. Cum autem inquit ij qui ſic vacuum ponunt illud cauſam motu & ſtatuunt, primum quidem ſciendum eſt eos aliter potuiſſe ponere ipſum eſſe cauſam motus, q̃ vt efficientem. Non enim velut locus, neque velut id per quod motus fit cauſa foret, quoniam in ſeipſo non recipit aliquod corpus, equidem hę cauſæ eſſent veluti finales cauſæ motus dico, ſcilicet ipſi loci naturales, vel ea quibus abſoluitur ac motus fit, igitur vacuum erit apud eos dūtaxat velut cauſa efficiens motus. Vnde ſic ſentiunt qui hoc vacuum ponunt. Nam aiunt corpora leuia eſſe ob vacui adiectionem & connexionem talia, ac quanto plura interſperſa fuerint vacua, tanto leuiora ſunt corpora. Inquit igitur primum eos qui leuitatis cauſam efficientem hanc aiunt, oportere vt dicant grauitatis aliquam cauſam eſſe. Nam oportet quemadmodum vacuum leuibus corporibus interſperſum ceu in igne facit ipſa corpora leuia eſſe, ita & aliud quid grauibus imbibitum inſertumque facere ipſa corpora grauia. Deinde ſi vacuum inquiunt leue eſſe, & eo ꝙ fertur ſurſum, ita ferri ſurſum corpora in quibus inſertum interſperſumque eſt, multa ſane abſurda accident. Primum enim quis eſſe motus vacui intelligeretur. Deinde accideret vacuum in vacuo fieri, & quomodo fieri poteſt vt ſit locus vacui, vel vacuum in vacuo eſſe. Præterea ſi quãto aliquid rarius eſt ꝙ dictu idem eſt, ſi quanto plura habet vacua interſperſa tanto leuius eſt, & maiore exiſtēte cauſa motus ſurſum, dico .ſ. vbi plus fuerit vacui ibi plus cauſę leuitatis eſſe conſtat ergo (inquit) quod ſi totum fue-

Vide tertio coeli.

rit vacuũ, id velociſſime moueri, ſed impoſſibile eſt vacuum moueri inquit, quod quidem eadem ratione demonſtrabitur, qua quidem prius vtebamur, quoniam ſi moueretur vacuũ haberet aliquam proportionem ad plenum, hoc autem fieri non poteſt, igitur non poteſt vacuum moueri, ſed Ariſto ita confutat dicentes vacuum imbibitũm inſertumque corporibus eſſe, quia ſic dicentes aſſerunt ponuntque ipſum eſſe cauſam motus. At ſi quis diceret vacuum propter raritatem corporibus interſperſum eſſe, non tamen ipſum eſſe cauſam motus quid dicemus? Dico ea quæ ſane Ariſto. pleriſque in locis dixit primum tolletur corporum approximatio & continuatio. Deinde corporum viciſſitudinaria affectio ac conſenſus patiendi. Itẽ tolleretur nutritio & auctio, quoniam ſolum eſſet vacui oppletio, & non nutritio neque auctio, & quæcunque alia quæ ipſe dixit in libro de generatione contra hanc opinionem.

Quot abſurda etſi vacuũ adhuc non eſſet cauſa motus. Vide primum lib. opinio Democriti & Leucippi fuit.

Quod ſi hoc fuerit: aut motus omnino non erit: aut uniuerſum fluctuabit: ut inquit Xuthus.

Si autem hoc fuerit, ideſt ſi non erit corporũ conſtrictio & cohibitio in ſeipſa. Xuthus autem fuit quidam ſophiſta.

Aut in aerem æqualem atque aquam fieri mutationem ſemper oportet: dico hoc inquam modo: ut ſi ex aqua ciathi unius fieret aer: tanta ſimul aqua ex æquali aere generetur: aut neceſſe eſt uacuum eſſe. Aliter enim nequeunt corpora conſtringi & dilatari.

Cum dicit inęquale ſemper tranſmutari aerem & aquam, videtur dicere aerem & aquã inæquales moles tranſmutari, ceu aeris ciathum aquæ ciathum fieri. At mihi non videtur hoc dicere, ſed quod inæqualem aquam mutatur aer, quanta erat aqua mutata in aerem, vt fiat hoc modo æqualitas magnitudinum, & viciſſitudo. Et quod hoc dicat, ea ſane indicant, quæ mox adducit, ceu (inquit) ſi ex aqua ciathi vnius fieret aer, & non dixit tantus aer fieret. Oportet (inquit) tantam ſimul aquam ex æquali aere quantus erat tranſmutatus in aqua, fieri. Deinde inquit ſi hoc non eſſet, ſed magis mutaretur in aerem aquam, quoniam plane in corpus maius mutatur, neceſſe omnino erit vacuum eſſe in quod reciperetur corpus factum, alioquin ſi hoc non dixit, ſed quod eſſet mutatio corporum inæquales moles, vt Thęmiſtio videtur, ſane ei ſuffeciſſet dicere, ceu ſi ex aqua ciathi vnius fieret aer tantus, & non addere tanta ſimul aqua ex aere generabitur. Nam ſi ſit mutatio inæquales moles, & ſi tota aqua mutaretur in aerem, nihil impoſſibile ſequitur eundem locum continente aere, quem quidem & aqua occupabat. At cum modo dicat, ceu ſi ex aqua ciathi vnius fieret aer, cur nõ adiecit quod tantus fieret aer quanta erat & aqua. Atqui oportebat hæc addere ſi volebat hoc dicere, deinde & induxit ac ſubiunxit, tanta ſimul aqua ex æquali aere generetur, aut neceſſe eſt vacuum eſſe. Atqui quãquã tranſmutantur inæquales moles, & ſi aqua ſolum mutaretur, nihil aliorum ſequetur, neque neceſſario eſſet vacuum quemadmodum dicebam, quoniam eundẽ occupabit locum aer, quem antea occupabat aqua priuſquã mutaretur. Quod quidem igitur hoc dicat planum perſpicuumque eſſe exiſtimo ex verbis ipſius Ariſto. Hoc autem non velut cõſequens tolli raritatem adduxit. Nam ex deſtructione raritatis ſequebatur motum non eſſe, vel fluctuare vniuerſum, ſed vel ſimpliciter deſtructione vacui conſequens ſit, vel quia ratio deduceretur ex diuiſione, verbi gratia, vel eſt raritas & denſitas, vel non eſt, ſiquidem igitur nõ eſt, ſequitur dicta abſurda, ſi autem eſt, vel vacuum erit in quod contrahuntur cohercenturq́ ea quæ denſantur, & ex quo rara corpora expanduntur ac dilatantur, immo & in quod recipitur id quod extrinſecus eſt, vel ſimul neceſſe eſt aquam mutari in aerem, & e contra tantum aeris tranſmutari in aquam, quod factitium eſſe videtur.

Ioan. gram. vult velle non primo dicere Ariſto. molẽ aquæ fieri molẽ aeris neque ecõtra ut placuit Themiſtio ſed primo dicere aquam mutari in aerem & ecõtra & ita deinceps molẽ in molẽ. Tu vero conſidera.

Alio mõ format argumẽtũ.

Si ergo rarum dicunt eſſe quod multa uacua ſeparata habet: patet ſi uacuum ſeparatum eſſe non poterit: ſicut neque locus ſpacium habens ſuipſius: neque rarum ſic eſſe.

Hic oſtendit non poſſe vacuum imbibitum interſperſumq́ eſſe. Et inquit ſi hoc pacto ponunt vacuũ interſperſum corporibus, vt ſint in aliquo corpore raro quędã ſpacia talia ſeparata a corpore, vt queant in ſeipſis aliquid alterum recipere ceu ſunt ſpongię meatus quãquã aere pleni ſint eędem igitur rationes (inquit) adaptari poſſunt in his, quæ contra eos qui vacuum inſertum imbibitumq́ ponunt quæ adductæ fuerunt contra eos qui putant vacuum eſſe locum & ſpacium ſeparatum.

Si uero non ſeparabile: ſed tamen ineſſe quid uacuum dicunt: minus quidem hoc eſt impoßibile. Accidit autem primo quidem non omnis motus cauſam eſſe uacuum: ſed eius duntaxat quo leuia ſurſum petunt. Nam rarum leue eſt. Quapropter & ignem rarum eſſe aiunt. Deinde cauſam motus ſic uacuum non eſſe: ceu illud in quo motus abſoluitur.

Ideſt ſi non fuerit ſeiunctum ſed velut adeo in tenues partes diſperſum atque diſtractum, vt nequeat ingreſſus alterius corporis in eo fieri, ceu ſi conceperis animo quaſdam atomos orbiculares ſeſe tangentes. Nam conſtat has ſeſe non tangere ſecundũ totam peripheriam & circũferentiam, ſed in puncto, ſane inter has erunt quædam interſtitia vacua tenuiſſima, in quibus aliæ atomi ingredi non poſſunt, quæ ſane ab illis recipi non poſſunt propter tenuitatem. Hæc autem (inquit) eſt eorum poſitio quæ quãquã minus impoſſibilis eſſe videatur, attamen & ipſa tanquã impoſſibilis reſſelletur.

Sed utres mouent id ſurſum quod ipſis adiunctum eſt: quoniam & ipſi ſurſum feruntur: ſicetiam uacuum ſurſum rara corpora fert.

Inquit non ita tale vacuũ eſſe cauſam motus quẽadmodum dicitur eſſe ſpaciũ cauſa in quo mouetur, ſed vt vtres habentes aliquod graue ſummerſum in aqua pendens, vel adiunctum, quoniam & ipſi cum in ſuperficiem aquæ feruntur & illius ſimul ferunt, hoc modo duntaxat eſſet & vacuum tale motus cauſa in corporibus raris. Nam eo quod ipſum fertur ſurſum, ſane duceret & illa, quo pacto profecto eſſet velut cauſa efficiens.

At

At quonam pacto latio uacui eſſe poteſt: uel locus uacui. Nam uacui id erit uacuum ad quod fertur. Item quam cauſam aßignabunt qua graue deorſum fertur.

Nam ſi vacuum moueretur, neceſſario locus ex loco mutaretur, quare in alio vacuo fieret, & quid dij boni hoc magis ridiculum eſt. Volens autem rationem facere quæ magis refellat & taxet ſic opinantes non dixit. Nam vacui erit locus ad quem fertur, ſed vacui erit id vacuum, quoniam qui ita dicebant locum & vacuũ idem eſſe opinantur. Item quã cauſam aſſignabunt, qua graue deorſum fertur. Nam ſi aiunt cauſam lationis leuium ſurſum eſſe vacuum, quæ igitur erit cauſa motus grauium deorſum. Nam ſi dicerent naturam grauium ſufficere ad ferendum illa ac mouendum deorſum, cur & in leuibus natura non ſufficit ad mouendum illa ſurſum, ne vacuo egeant. Verum Ariſto. & in alijs hanc ratione ſufficienter fecerat.

Optima pōderatio textus.

In tertio cœli libro.

Item patet ſi quanto rarius quippiam magiſque uacuum fuerit: tanto celerius ſurſum feretur. Et ſi penitus uacuum fuerit id celerime ſurſum ferri. An forſitan & hoc moueri non poteſt.

Alterum argumentum, ſi id quod plura vacua habet, ſurſum celerius mouentur, totum ſane vacuũ celerime mouebitur, at vacuũ moueri non poſſe patet.

Ratio autem eadem eſt: quoniam ut ea quæ ſunt in uacuo immobilia ſunt ſic etiam uacuum immobile eſſe demonſtrabitur: celeritates enim comparari non poſſunt. At cum uacuum non eſſe dicamus.

Ratione (inquit) demonſtrauimus nihil poſſe moueri in vacuo, quoniam non habet proportionem ad plenum. Nam neceſſe eſt eadem eſſe proportionem temporum motum qualis erat & magnitudinũ, igitur accidit aliquid motũ fuiſſe momento ac non tempore, quod dictu erat nullo pacto moueri. Eadem etiam ratione demonſtrabitur neque vacuum moueri poſſe. Nam penitus vacuum non habebit proportionem ad id quod habet vacua quædam interſperſa imbibitaq; , quare cum illud moueretur in tempore, vacuum omnino momento & in inſtanti mouebitur, at nullus motus eſt non temporaneus, ſcilicet qui non ſit in tempore, ergo vacuum non poterit moueri, & nihil intereſt ſiue ſeparatum ſit vacuũ ſiue inſertũ corporibus vt ſuapte natura prorſus moueri nequeat.

Cætera alia ſunt uere dubitata ſcilicet hæc: uel motus non erit ſi non erit denſitas raritaſue: aut cœlum agitabitur fluctuabitque.

Inquit & ſi vacuum eſſe deſtruximus (inquit) attamen quia dubitationes aliquomodo quippiam veriſimile ac conſentaneum, iccirco non erit æquum ac iuſtum has deſpicere & negligere, quo circa & ipſas repetit vt mox ſolutionem adducat.

Aut ſemper æqualis aqua ex aere: & aer ex aqua fiet. Patet enim plus aeris ex aqua fieri. Neceſſe eſt igitur ſi corpora non premãtur atque denſentur: aut faciat id quod fuerit expulſum: ut ultimum fluctuet inundetque: aut alio in loco æqualis aqua ex aere fiat: ut tota moles æqualis ſit uniuerſi: aut nihil penitus moueatur. Semper enim cum aliquid mouetur id accidet niſi circulo circũagatur. At non ſemper latio in orbem ſit: ſed etiam in rectum. Illi ergo ob hæc ipſa uacuum quippiam eſſe dicerent.

Et hinc conſtare poteſt id quod a me paulo prius dictum eſt, ꝙ nolit Ariſto. corpora mutari in æquales moles, ſed viciſſitudinem fieri. Nam cauſam adducens inquit. Patet enim plus aeris ex aqua fieri, igitur neceſſe eſt ſimul fieri aere mutato in aquam viciſſitudinem ac reſtitutionem. Siquidem non eſt vacuum. Item procedens vltro hoc ipſum apertius ſignificauit dicens, aut alio in loco æqualis aqua ex aere fiat mutaturque, vt tota moles vniuerſi æqualis ſit, aut nihil penitus moueatur. Semper enim cum aliquid mouetur id accidet, niſi circulo circũagatur. At non ſemper latio in orbem ſit, ſed etiam in rectum. Quoniam ſi omnia in orbem mouerentur, non neceſſe foret aliquod horum accidere, quippe id quod in orbem verſatur non mutet locum, quoniam ergo eſt etiam motus in rectum, igitur neceſſe omnino eſt vel vacuum eſſe, vel aliquod abſurdum accidere eorum quæ numerauimus.

Vide cōmētũ vbi incipit cũ dicit.

DIGRESSIO.

Hactenus igitur rationes Ariſto. de vacuo terminum & finem habent, oportet autem nos repetentes ſuperiorem diſputationem vnumquodque argumẽtum conſiderare, faciemus igitur exordium non ex eo loco vbi cœperat Ariſto facere ſermonem de vacuo, quoniam iam diximus ad quædam argumenta vbi ſuis in locis occurrebant reſpondentes, ſed ſibi initium capiemus, vnde cœpit arguere vacuo exiſtente non poſſe fieri motum per ipſum, ceu nunc fit per aerem vel aquam, quę præſertim argumenta ſint ingenioſa & omnes fere perſuaſione & probatiõe vincunt dico, ſcilicet ea quę fiunt ex inæqualitate motuũ. Verum antequã diſputationem & ſermonem incipiam, illud dicam quod quidem etiam in rationibus de loco iam dixi, quoniam hæc noſtra diſputatio ſermoque noſter non hoc vult probare quod ſit vacuũ aliquod per ſe ſeparatum, & nullum in ſe habeat corpus per quod motus fiat. Nequaquã, quoniã & ipſe fateor nullum eſſe vacuum prorſus ſeparatum a corpore perſuaſus ex vi ipſius vacui appellata atque ex multis alijs. Quacirca obiectio inſtantia atque contentio mea eſt contra argumenta Ariſto. qui pro viribus nititur oſtendere quod ſi vacuũ foret, non moueretur aliquid per ipſum, ac mea lis eſt oſtendere ꝙ ſi non eſt vacuum prorſus ſeparatum a corporibus, attamẽ eſt veluti vacuum impletum corporibus viciſſim quemadmodum locus eſt corporum, vt etiam ſuperioribus demonſtrabimus, & nunc rationes hoc tollentes demonſtrabimus nihil neceſſarij concludere. Primum itaq; argumenta breuiter & ſummatim commemorare oportet. Inæqualitatis igitur motus corporum duæ ſunt cauſæ vna eſt, quoniam ea per quæ mouentur mobilia differunt, & ſi æqualia ſimiliaque ſint ea quæ mouentur. Altera eſt differentia eorum quæ mouentur, & ſi vnum ac idem foret interuallum per quod mouentur. Accipit ergo primũ ip-

Vide qd is dicat qm imaginatur vacuũ ſe hēre ad corpa vt materia ad formas & qm materia nunq̃ eſt ſine aliqua forma licet ſit in potẽtia oẽs ita vacuũ non eſt ſine aliquo corpe licet ſit capax omniũ.

ſum ꝙ mouetur, quod quidem feratur interdum per aquam, interdum per aerem, ipſis interuallis exiſtentibus æqualibus. Vnde inuenit quod ipſum longiore tempore mouetur per aquam, q̃ per aerem, & accipit quod quam proportionem habet tempus ad tempus eandem etiam habebit & aqua ad aerem ſecundum craſſitudinem & conſiſtentiam. Nam quanto tempus motus facti per aquam tempus motus facti per arem excedit, tanto etiam aqua denſior craſſior ac diuiſiõe difficilior eſt ipſo aere. Cum igitur inquit eadem ſit proportio motuum temporum & interſtitiorum per quę mouentur mota, ergo ſi in vacuo (inquit) eſt motus prorſus ille fiet in tempore, igitur habebit tempus motus facti per vacuũ ad tempus motus facti per plenum aliquam proportionẽ habebit, igitur & vacuum ad corpus habebit aliquam proportionem hoc autem impoſſibile eſt, quoniam non ens non habebit proportionem ad ens, igitur neque motuum tempora habebunt proportionem inter ſe. Atqui omne tempus finitum ad omne tempus finitũ habet aliquam proportionem, igitur in nullo tempore per vacuum mouebitur, quod dictũ eſt nullo pacto mouebitur quippe nullus ſit motus in inſtanti ac ſine tempore. Item alterum argumentum patet, quoniam ſi per vacuum motus eſſet, accideret per vacuũ & plenum idem ſpacium percurri ac motu abſolui quod ſane abſurdum eſt. Nam ſi accepero corpus ſubtilius aere cuius motus tempus ad tempus motus aeris, & hoc ingeſſero atque impoſuero in ſpacium vacui, ſane in tanto tempore mouebitur per tenuiſſimum ſubtiliſſimumque corpus in quãto mouebatur per vacuum, quare in eodem tempore æquale ſpacium plenum & vacuum motu abſolueretur, quod ſane fieri non poteſt. Hæc igitur argumẽta poſuit ex differentia interſtitiorum per quæ motus fit. Atqui & ſi idem acciperemus per quod motus fit, & ea quę mouentur differentia, inquit rurſus inueniemus non poſſe fieri motum in vacuo. Nos enim inquit quando in eodem ſpacio duo inæqualia pondere, vel diſſimilia non mouerentur in eodem tempore habemus & poſſumus aſſignare cauſam, quoniam quod eſt magis graue celerius diuidens intercapedinem in minori defertur tempore. Similiter etiam in his quæ ſunt æquali mole & diſſimilibus figuris conſtituta accidit, quoniam id ꝙ multum aeris diuidit & capit, huiuſmodi eſt planum ac expanſum, ſegnius defertur, & illud ꝙ minus aeris diuidit & capit celerius mouetur, quippe minus ocius ſecetur q̃ multum, ſi ergo per vacuum eſſet motus, vbi nihil foret quod diuideretur, cuncta erunt æqualis celeritatis. Nam cur hoc celerius moueretur, illud vero ſegnius, ſed fieri non poteſt vt cuncta æqua celeritate moueantur, igitur non poteſt motus fieri in vacuo. Hæc igitur ſunt argumenta quibus potiſſimum ex motu tollitur vacuum eſſe, ſed primum & vltimũ conſideremus, dico ſcilicet ſi poſito vacuo cuncta quæ per ipſum mouẽtur æqualis celeritatis forent, quoniam hinc tollitur per vacuum motum fieri. Illud porro etiam ſcire oportet, quod per eaſdem rationes, quibus hoc probat ipſe etiam ſuas poſitiones tollunt. Nam ſi differentia motuum ſit non ſolũ per diuerſa corpora per quę motus abſoluitur, ſed etiam propter mobilia ipſa, ſiquidem vnum eſſet grauius, alterum vero leuius, ſane erit quædam cauſa inæqualitatis motus etiam in ipſis quæ mouentur, & propter id aduenit hæc differentia motus quia differunt corpora per quæ motus fit, ſi autem hoc conceditur, etſi per vacuum profecto mouerentur & vis cauſaque mouendi foret diuerſa in illis, neceſſe etiam eſſet vt motus differrẽt, ſtatuantur ergo duo inæquali mole, quorum vnum ſit ingens, alterum vero ſit vnius libræ, & motus ipſorum fiat in vacuo, eorum itaque nulla ſit differentia quoad maiorem celeritatem, ac maiorem tarditatẽ, ſed inæqualium erit æqualiter motus celer factus in vna & eadem natura vacui. Si ergo vacuum hoc per quod ea quæ ſunt inæqualiter fluentia æquali celeritate mouentur, impleamus ergo ipſum aereo corpore, conſentaneum eſt inquã, vt ipſa etiam per aerem æqua celeritate moueantur, quippe natura aeris ingreſſa vacuum nihil tradiderit ſubſtantiæ ipſorũ neque fecerit aliquod magis deorſum mobile, & alterum minus. Nihil enim fecit in ſubſtantiam ipſorum, neq; maiorem fluxum & inclinationem mouendi in aliquo ipſorum ingeſſit ac immiſſit, ſed fieri non poteſt, vt ea quæ ſunt pondere inæqualia in eodem ęqua celeritate moueri. Si autem contendentes dicerent immo inæqualia per vacuum mota æquali velocitã te mouebuntur, & per corpus mota inæquali celeritate mouebuntur, ꝙ profecto conſentaneũ eſt quoniam ſtatutum poſitumq; eſt corpus per quod fit motus, ſolum eſſe cauſam motus inæqualitatis, cum nulla ſit differentia propter ipſa quæ mouentur. Nam quo deſtructo ſublatoque tolleretur differentia celeritatis ac tarditatis, hoc ſane eiuſdem differentiæ cauſa ſolum erit, igitur ſolum cauſa inæqualitatis motus erit interſtitium intercapedoq; per quam fit motus. Sed hoc tollit deſtruitque poſitiones ipſius Ariſto. & plane falſum cum ſit confutatur. Nam ſi interuallũ per quod motus abſoluitur, foret ſolum cauſa inæqualitatis motus, accideret profecto inæqualia corpora ſecundum fluxum & momẽtum ac inclinationem mouendi per vnum & idem corpus mota æquali velocitate moueri, cum nulla ſit differentia propter ipſa momenta & inclinationes mouendi corporum, & ſolum fiat motus inæqualis ob differentiam interſtitiorum per quæ fiunt motus. At hoc plane præter euidentiam fit, quippe inæqualia mota per idem interuallum inæquali celeritate moueantur tanquã in eis ſint differentes cauſæ mouendi, quæ cum ſint neceſſario differentes, ipſe per ſeipſas differentes actiones efficient, & ſi non per corpus, ſed per vacuum mouerentur corpora ipſis ſubiecta. Item cum ipſe dixerit inæqualis motus duas eſſe cauſas ipſum interuallum per quod motus fit ac quia differunt ea quæ feruntur, quo pacto id per quod motus abſoluitur cauſa eſſet differentium motuum adiecit. Igitur per quod fit motus, ideſt cauſa inquit, quoniam impedit & contra fertur, ac manet, quia eget diſpoſitione. Si ergo duæ ſunt cauſæ cur omnia quæ mouentur non æquali velocitate moueantur, differentia, ſcilicet interſtitiorum per quæ fit motus & differentia eorum quæ mouentur, altera autem erit cauſa efficiens, quippe aliam eſſe nemo intelligeret, ſi ergo impediens cęderet, & nihil minus maneat cauſa efficiens in his quæ mouentur motu inæquali. Nã grauitas non eſt de numero quæ habent reſpectum ad aliud, ſed eſt qualitas ipſa per

ſeipſa

Margin notes:

Primum argumentum.

Quid dicunt contendentes.

Confutat contendentes.

Secundum argumentum ſoluit.

Trifariam medium eſt cauſa motus inæqualitatis.

ſeipſa corporibus inexiſtens. Cum igitur grauitas ſit cauſa eff ciens motus deorſum, vt etiam ipſi videtur, ſi ſpacium fuerit per vacuũ per quod duceretur ipſum ꝙ mouetur, atque fuerint cauſæ motus differentes & nullum aderit impedimentum, prorſus neceſſe

Tertium argumentum.

eſt motus inæquales fieri p̄ vacuũ, quare etſi vacuũ fuerit, non tollentur inæquales motus. Præterea, ſi ipſa corpora per ſeipſa inæqualia, quãquã non mouerentur per corpus, ſed per vacuum, nõ habent cauſam inæqualium motuum, cur graue aliquod ingens per aerem motum, ac graue vnius libræ per eundẽ, celerius graue ingens vt talentum aliquod magnum mouebitur deorſum. Nam cum ſit ſimilis ſibi aer, & corpora ipſa per ſe inæqualia ſunt, quid eſt cauſa inæqualitatis motuum. Nam vnus ac idem cum ſit aer, ipſorum cauſa debuit eſſe, conſtat igitur ꝙ fluxus & momenta corporum quorum vnum aptum eſt cęlerius deorſum ferri, alterum vero ſegnius hanc differentiam inæqualitatis motuum obtinent & faciunt. Nam id quod magis deorſum mobile eſt, id etiã magis diuidit, alioquin quam cauſam aliam aſſignabimus cur aer facilius ab ipſo grauiore diuidatur, quã quod habens maiorem grauitatem inclinãtem deorſum magis mobile ſit deorſum ſuapte natura, etſi per corpus nõ moueretur. Equidem quod magis eſt mobile deorſum magis etiam aerem impellit vi ſui impetus. Aer autem magis impulſus celerius cędit, quare ſi eo quod magis eſt mobile deorſum magis diuidit, etſi nihil eſſet quod diuideretur, nihil minus eſſet magis deorſum mobile. Neque enim maius momentum maiuſque pondus habens cum magis diuidat magis eſt deorſum mobile, ſed econtra quia magis deorſum mobile eſt magis diuidit. Nam latio deorſum non ſequitur diuiſionem interſtitij, ſed econtra diuiſio interſtitij ſequitur ipſam lationẽ quando per corpus latio fieret, ſi ergo corpora ex ſeipſis habẽt hoc; vt ſint magis, vel minus mobilia, quamuis in vacuo mouerentur in ſeipſis habebunt talem differentiam, & pertranſibit grauius ipſum ſpacium vacuum exiſtens in minore tempore, & minus graue in maiore tempore non ea de cauſa quia magis impedit, vel minus impedit mediũ, ſed quia eſt magis mobile deorſum, vel minus ſecũdum proportionem grauitatem inatam Non enim qualitates ſunt ad aliquid, neque habent eſſe in reſpectu quo nonnulla ad ſeſe mutuo referuntur, ceu ſe habent viſibile & aſpectus viſuſq;. Porro color vt viſibile eſt de numero eorum quæ ſunt ad aliquid, verũtamen color albus, vel niger aliud quippiam eſt, & minime de numero eorum quæ ad aliquid referuntur. Non enim eſſentia coloris per aliud eidem ineſt, ſed per ſeipſum. Nam color eſt quædam qualitas, ſic etiã grauitas & leuitas non per aliud quippiam ineſt habentibus grauitatem, vel leuitatem, q̃ per ſeipſa. Eſt nanque grauitas cauſa efficiens lationis deorſum leuitas autem lationis ſurſum, quando igitur ea quæ habent grauitatem, vel leuitatem in loco præter naturam fuerint, cum ibi tunc nullum aderit impediens. Nam bolus terræ ſurſum detenta, vel in aere pendens tanquã in loco præter naturam exiſtens, non feretur certe deorſum propter impediens. Item lignum in aqua non eſt aptum moueri ac deorſum ferri, ſed ſupra ſtat ac ſupernatat aquæ, quoniam rarum eſt ſecundum poſitionem partium, & multum aeris habet actu interſperſum ſingulis partibus eius. Cum igitur aer non ſit ſuapte natura idoneus aquæ ſubſidere, ſed ſupereminere ſuperficiei eius propter hoc lignum non fertur deorſum per aquã, ſed ſurſum detinetur ab ipſo aere qui multus eſt in eo, quod ſane etiam ſit in ipſis vtribus qui franguntur, quare & in his cum aer ſit violentus impediens vetat ligni in aqua lationem naturalem fieri deorſum, verũtamen lignum in aere fertur, quoniam vnumquodque in ſua vniuerſitate cum fuerit ſuapte natura non poteſt agere ſecundum momentum innatum, cum ergo aer ligno incluſus qui eſt in aere nequeat ibi agere ſecundum innatum momentum, igitur naturalis ligni grauitas quoniam eſt in loco præter naturam mouebitur lignum deorſum. Et quoniã aer interſperſus lignis agit, qui non eſt aptus aquæ ſubſidere, fertur ad propriam vniuerſitatem, & hac ratione lignum facit aquæ ſupereminere ac ſtare, quod quidem (vt dicebam) accidit etiam in ipſis vtribus dolijſque. Hoc idem indicant ea ligna quæ denſiora ſunt, ceu buxus & ebanus. Nam denſitate ſubſtantiæ non habentia aerem imbibitum inſertumque ipſa ſurſum pellentem ac trahentem, feruntur per aquam deorſum ab ipſa grauitate innata nullo impediente, ſic ergo vndique innatum pondus ac momentum fertur ad proprium locum per nihil aliud q̃ per ſeipſum niſi impediatur. Si ergo deorſum lationem, vel ſurſum lationem habent ipſa momenta & pondera inſita non per alium reſpectũ ac aliam poſitionem ad aliud q̃ per ſeipſa, igitur cum fuerit diuerſa grauitas in corporibus, neceſſe erit vt etiam deorſum latio, fiat non per aliud quippiam q̃ per eandem. Nullum enim momentum eſt de his quæ ac aliquid ſunt. Eadem etiam dicemus de leuitate. Quod quidem igitur & per vacuum fiat motus & tamen non neceſſe ſit omnia æqua celeritate moueri, atque argumentũ non habeat aliquod neceſſarium per quod videtur Ariſto. probare hoc ſatis demonſtrauimus, quo demonſtrato & prius problema ſimul demonſtratum erit, dico. ſ. ꝙ poſſit motus fieri per vacuum in tempore. Nam ſi penitus velocitas ac tarditas motuum nihil minus ſeruatur exiſtente vacuo, & celeritas ac tarditas tempore diſcernuntur. Nam ſpacium ipſum quod ſegnius percurritur in multo tempore ac maiore abſolutum erit, ab ipſo mobile quemadmodũ & illud ꝙ celerius abſoluitur in minore tempore abſoluitur, ſic patet etiam de ipſis quæ mouentur in vacuo, ſiquidem vacuum eſſet per quod motus fiebat, ipſa prorſus per illud mouerentur in tempore.

Quod vero neque ea abſurda quæ videtur Ariſto. deducere tanquam ſequentia ex ea ratione quæ aſſerit per vacuum fieri motum, non ſequantur ex eadem ratione deinceps demonſtrabimus. Nam ſi corpora non ſunt deorſum mobilia per aliquid aliud, q̃ per innata momenta & pondera, & ob id maius graue in minore tẽpore defertur, etſi motus per vacuum fieret. Item & ſi corpus per quod mouetur ea quę cientur per corpus, impediens eſt eorum quę ferruntur, profecto & tempus quod conſumitur in vnoquoque motu ſecundum proportionem momentorum quæ inſunt corporibus, & ſi nihil foret impediens, dico. ſ. aliquod corpus per quod motus ſit, ceu aer, vel aqua. Nam ſi id per quod ſit motus velut im-

pedimentum eſt cauſa inæqualium motuũ, igitur vbi eſſet naturalis cauſæ vt efficiẽtes, quare etſi tolleretur impediens, aliquod tempus in vnoquoque motu ſecundum proportionem maioris, vel minoris momẽti, vel plus, vel minus conſumeretur. Si autẽ aliquod tempus conſumitur propter vnumquodque momentum per ſe in motu, nunquam accidet in eodem tempore æquale ſpacium plenum exiſtens & vacuum aliquod vnum & idem pertrãſire. Nam ſi aliquod ſpacium vnius ſtadij plenum aere abſolueretur motu, & id quod mouetur non eſt ſecundum & idem nunc in principio ſtadij & in fine, quippe quodam tẽpus conſumatur, eadem etiam ipſa corpora quæ per ſe feruntur etſi ſpacium vacuum foret, a principio perueniret vſque in finem. Non enim (vt dicebam) in eodẽ momento & nunc ipſa ſunt in vtriſque ipſius ſtadij extremis. Verum conſumitur & aliquod aliud tempus propter impediens. Nam tarda profecto diuiſio facit vt id ꝙ mouetur difficilius feratur, quare quanto ſubtilior aer intelligeretur per quem mouetur, tãto etiam tempus quod conſumpſit in diuiſionem aeris diminuetur, etſi in infinitum corpus ſubtilius fieret, quoniam in infinitum tempus diuiſibile eſt nunquam tamen conſumetur quãquã corpus in infinitũ fieret ſubtile extenuareturque in hoc tempore, quod etiam id quod mouetur per vacuum ſpacium vnius ſtadij conſumpſit. Sed rationem ipſe clariorem exemplis faciam. Si lapis eſſet id quod mouetur, & ipſe in vacuo ſpacio vnius ſtadij moueretur. Equidem eſt aliquod tempus neceſſario quod conſumet lapis qui pertranſit ſpacium vnius ſtadij, ceu hora. Si autem hoc ſpacium vnius ſtadij plenum aqua conceperimus ac intellexerimus profecto non amplius in vna hora ſtadium abſoluetur motu ſed addetur huic & aliud tempus propter impediens, conſumatur itaque in diuiſione aquæ & vna alia hora, quare idem graue per vacuum in hora moueretur, per aquam vero in duabus horis, ſi ergo aquam extenuaueris ac feceris adeo ſubtilem, vt ex ea aerem efficias, ſi aer in duplum ſubtilior fuerit aquam tanto etiam tempus diminuetur quod conſumauit in diuiſione aquæ, erant autem duæ horæ igitur in vna & ſemi hora idem ſpacium per aerem abſoluetur. Et ſi rurſus aerem in duplo ſubtilem feceris in vna hora & quarta eius parte percurretur. Et ſi in infinitum corpus ſubtile feceris in infinitum etiam diminues tempus quod conſumauit mobile in diuiſionem corporis, dico ſcilicet horam vnam, verum nunquã conſumabis totum vt exhauſtum exactumque ſit quoniam tempus eſt diuiſibile in infinitum, ſi autem nunquam conſumabis tempus faciendo corpus ſubtile, ſed ſemper cum motui qui ſit per corpus additur aliqua pars etiam alteri horæ ſecũdum proportionem ſubtilitatis corporis, additur conſentaneum profecto eſt, ꝙ nũquam in ęquali tempore ſtadium per vacuum & per plenum percurretur abſoluetur que, quippe per vacuum in vna hora mouebatur per corpus autem in vna & aliqua eius parte. Nam quantocũque intelligeretur corpus ſubtilius, nũquam corpus penitus conſumabitur, quare nunquam in æquali tempore idem ſpacium plenũ pertranſiri poterit & vacuum. Hoc autem Ariſto. deduxit quia tollebat proprias poſitiones & petitiones dico. ſ. quia tollebat fieri motus inæquales ac differentes, & propter ipſam differentiam eorum quæ mouentur. Nam ſi ſit aliquod tempus propter differentia momenta ac inclinationes mouendi differens, & ſit etiam aliquod aliud tempus per diuiſionẽ corporis per quod motus ſit profecto idem ſpacium inæquali tempore nunquam pertranſibit aliquod plenum, & vacuum. Nam dicere in duabus horis ſtadiũ per corpus percurri, & idem ſpacium per vacuum in vna hora motu abſolui, ceu ſi accepero tãtum corpus ſubtilius vt in duplo ſubtilius, idem ſpacium immediate temporis dico. ſ. in vna hora per tenuiſſimũ ſubtiliſſimumque corpus mouebitur. At mouebatur & per vacuum ipſum ſpacium mobilis, hoc autẽ falſum prorſus eſt, & præter euidentiam ipſam. Non enim vere accipit Ariſto. quod quam proportionẽ habent interſtitia inter ſe per quæ ſit motus eandem rationem etiam habent tempora motuum inter ſe, illud nanq; quo dicit ea per quæ motus ſit, habere proportionem inter ſe probabile eſſe videtur, & rationem probationemq; ex ſe quæ difficultatem efficiat non habet, quoniam non poſſumus accipere qualem proportionem habeat aer ad aquam ſecundum craſſitudinem & conſiſtentiam, ceu quanta menſura aere ſit aqua denſior craſſiorque, vel hic aer altero aere. Hoc idem etiam poteſt confutari ex ipſis quæ mouentur. Nam ſi quã proportionem habent tempora motuum inter ſe, eandem etiam neceſſe eſt habere interualla per quæ ſit motus, ſi vnum & idem fuerit id quod mouetur per vtrũque, quoniam differentia motuum non ſolum ſit circa ea per quæ motus ſit, ſed etiam circa ea quæ mouentur ferrunturue, certe conſentaneum eſt ſi vnum idemq; fuerit interuallum per quod ſit motus modo ea quæ mouentur ſecundum momenta differant, quam rationem habent momenta inter ſe, ſane habebunt etiam tempora motuum inter ſe, ceu ſi momentum duplum fuerit immediate temporis motus fiet, & ſi pondus duarum librarum per ſpacium aliquod pedale deferreretur in ſemi hora, & pondus vnius libræ per idem ſpacium deferretur in vna hora, & e contra quã proportionem tempora habent inter ſe, eandem etiam neceſſe eſt habere ea quæ mouentur. Hoc autem prorſus falſum eſt, & hoc fide dignum quippe id ſit melius omni demõſtratione per rationem, quod ſit habeturque ex ipſa euidentia. Nam ſi dimiſeris duo grauia maxima menſura inter ſit diſcrepantia ſimul ex eadem profunditate, intueri nempe poterit proportionẽ temporis motuum non ſequi proportionem grauium, ſed minima quædam differentia ſit ſecundum tempora, quod ſi non multa menſura grauia differrent inter ſe, ſed vnum veluti duplum eſſet, alterum vero dimidium aliquã obtinebunt tempora motuum inter ſe, aut ſi habeant non ſenſibilem profecto habebunt, quãquã grauia talem non haberent differentiam, ſed in dupla proportione vnum ſe haberet ad alterũ, ſi ergo differentibus mobilibus, & vno ac eodem exiſtente illo per quod ſit motus non quã proportionem habent ad ſe inuicem corpora, eandem habent tempora motuum inter ſe, & e contra non quam proportionem habent tempora, eandem habent ea quæ mouentur, & differunt ea per quæ motus ſit, ceu aer & aqua, igitur non quam proportionem habent inter ſe aer & aqua, eãdem rationem habere tempora motuum qui

Vide ſu commentum. 72. Aueroiꝫ q de opiniõe magiſtri dicit tarditates accidentales.

Quarta pars horæ ſunt quindecim minuta, qm̃ hora diuidit̃ in ſexaginta minuta, & minutũ in 60. ſecunda & ita deinceps vide ab Aſtronomis hæc & a calculatoribus.

fiunt per aerem & aquam, neceſſe eſt neq; quam proportionem habent tempora inter ſe, eandem habebunt aqua & aer per ſit motus, ſi autem proportionem differentiæ corporum non ſequitur differentia temporum, ſi ergo in duplum aliquod ſubtile acciperetur non mouebitur immediate temporis ſed in maiore, & quod quidem paulo prius dicebam, quanto fieret ſubtile corpus tanto diminuitur tẽpus quod additur ex diuiſione corpus. At nunquam conſumitur & diminuitur ſecundum proportionem ſubtilitatis vt diximus. Neque enim in duplo ſubtile immediate temporis mouebitur. Vnde ſi non quanta menſura ſit ſubtile corpus, tantam diminuitur tempus, & cum diminutum corpus ſubtile ſit, nunquã conſumitur tempus ex diuiſione corporis appoſiti per quod ſit motus, igitur nunquã in æquali tempore idem ſpacium plenum & vacuum aliquid pertranſibit. Hoc igitur demonſtrato, & illud ſimul oſtenſum erit vacuum nunquã habere proportionem aliquam ad plenum, neq; ſequitur hoc ex eo quid poteſt motus per vacuum fieri. Quod quidem igitur nunquã eandem habebit rationem vacuum ad plenum patet, cum neque tempora ipſa, ſcilicet tẽpus motus facti per plenum, & tempus motus facti per vacuũ habeant proportionem inter ſe, æqualibus exiſtentibus interuallis. Item diximus non eſſe neceſſarium quam proportionem haberent tempora inter ſe, eandem habere & interualla inter ſe per quæ motus ſit. Quod autem prorſus nullam quamuis proportionem habebit vacuum ad plenum Et ſi tempora motuũ aliquam proportionem inter ſe habeant hinc conſtabit. Nam ſi diſcrimen motuum non modo ſit propter interuallum per quod motus ſit, ſed etiam propter ipſa quæ mouentur, & interuallum per quod ſit motus eſt cauſa temporis motus impediens. Impedit nanque craſſitudinem alicuius corporeitatis quæ eget tempore vt diuidatur, quando ergo motus fieret per vacuũ, tempus quidem conſumitur, quoniam omnis motus ſimpliciter ſit in tempore propterea quod id quod mouetur non ſimul eſſe poteſt in ambobus extremis, immo tantũdem ac tantũdem tẽpus ſit per propriũ vniuſcuiuſque momentum. At per ipſum vacuum quo vacuum eſt ea quæ mouentur nullum tempus conſumunt ergo ceu per corpora mota conſumunt. Neque enim penitus aliqua craſſitudo talis vel conſiſtentia vacui eſt ceu corporeitas quædam vt etiam egeat diuiſione, ſed ſolum ſubijcitur ei quod fertur velut ſpacium incorporeum & receptaculum, eidem nullum prorſus impedimentum exhibens, quomodo igitur dicere poteſt, quod ſi per vacuum fieret motus, vacuum haberet proportionẽ ad plenum ſecundum craſſitudinem. Nam ſi propter corporalẽ craſſitudinem & partium craſſitiem aliquod tempus conſumitur in motu, & propter vacuum vt vacuum nullum tempus labitur conſumiturue, ergo ſi tempora illud, ſcilicet motus facti per vacuum, & illud motus facti per corpus non comparãtur inter ſe, ſed vnum ſolum tempus eſt, neque ſane vacuum comparabitur neque proportionem habebit aliquam ad plenũ. Nam ſi ea de cauſa, quia tempora inter ſe proportionem habent Ariſto. concluſit & vacuum habere aliquam proportionem ad plenum, quoniã demonſtrauimus quod in motu facto per corpus vt corpus apponitur aliquod tẽpus his quæ mouentur per corpus, & in motu facto per vacuum vt vacuũ nullum tempus additur apponiturq; his quæ mouentur, neceſſe igitur eſt cum tempora pleni & vacui nullam proportionem habent inter ſe quoniam neque ſunt omnino duo tempora, ſed vnum & idem quo ſit motus per corpus, neque vacuum & corpus habere aliquam proportionem inter ſe. Nam plenum & vacuum vt ſunt ſimpliciter ſpacia, ceu ſtadia aut cubiti, habent proportionem inter ſe quatenus ſunt per ſe ſola incorporeæ magnitudines & quantitates ipſe, quippe & tempora eorum quæ mouentur per ipſas tanquam per tantas ſimpliciter ſpacia proportionem habent inter ſe, attamen ſpacium ſi fuerit corpore plenum & vacuum, amplius nõ neceſſe erit plenum habere aliquam proportionem ad vacuum ſecundũ ipſam ſubſtantiam, craſſitudinem partium, & corporeitatem, quoniam neque tempora eorundem motuum qui fiũt per ipſa quatenus talia ſunt, inter ſe cõparantur quẽadmodum diximus, ſed apponitur tempus cum quippiã mouetur per corpus quatenus tale eſt quare cum nulla fuerit proportio temporis appoſiti per corpus ad aliquod aliud tempus appoſitũ per quandam craſſitiem vacui, neque ad corpus qua talia ſunt proportionem habebit. Accidit autem paralogiſmus quoniam volebat acceptam proportionem quomodocunque temporis accepti prorſus inferre tribuereque his de quibus tempus prædicatur. Nam quia dicimus ſi acciderit duplum eſſe tempus motus facti per aerem ad tempus motus per vacuũ, inquit neceſſe eſt eandem proportionẽ & aerem habere ad vacuum ſecundum ipſam corporalem craſſitudinem, & eſſe ceu in duplo ipſum craſſius, hoc autem non recte aſſumptum eſt, quoniam dicerem & ego, quoniam dum cogito conſideroque hoc theorema aliquod tempus elabitur atque elapſum eſt ceu hora vna. Et ſit tempus huiuſce conſiderationis vna hora. Et dum lapis quidam aliquam diſtantiamq; aquam tranſit percurritq; duæ horæ euolent ac elapſę ſint, igitur neceſſe erit cum tempora habeant proportionem inter ſe vt etiã ea de quibus tempus prædicantur eandem habeant proportionem inter ſe, habebit igitur duplam proportionem ſecundum craſſitiem aqua ad conſiderationem, & motus ad conſiderationem, atq; lapis ad Theorema, hoc autem per ridiculum eſt. Et ſi tempora ipſorum haberent proportionem inter ſe, tamen aliquis non ita inſaniret, vt aſſerat hæc etiam habere obtinereq; proportionem inter ſe vel idem vel aliud quoduis. Sed quid ipſe dico de motibus diuerſorum generum. Neque enim ſi aliquid in vna hora calefieret, & aliud fieret nigrum in duabus horis, vel ſi ambo nigrefierent, aliud quidem in vna hora aliud vero in duabus horis, neceſſe eſt vt quam proportionem habent tempora inter ſe, ita etiam ea quæ mouentur ſecundum conſiſtentiam & craſſitiem neque rurſus quoniam tempus motus lunæ habet proportionem ad tempus motus Mercurij, profecto neceſſe eſt ſphæras etiam inter ſe ſecundum craſſitiem habere eandem proportionem, vel loca in quibus mouentur. Rurſus neq; quoniam tempus omnis motus recti facti per corpus ipſum tempus habet aliquam proportionem ad tempus motus ſphæræ lunaris, profecto neceſſe eſt & ea in quibus

Aduerte bonã obiectionem a ſimili.

Recte dicit Immo cogitatio itellectũ ſunt 3 mot' metaphoricæ, vide Themiſtiũ & hũc, atq; ſimpli. in lib. de anima. Etiã mot' ad terrã ſpeciem vere eſt Tẽpus mot' lunæ ad tẽps motus Mercurij duplex vel totiũ ad totũ & ita tẽpus Mercurij viſ' anni & lunæ

ſere in menſe. Septimo phiſicorū & per genus materiam intellexit. i. ſubiectum vt mos eius eſt.

mouentur ceu aer & ſuperficies continens ſphæram lunæ ſunt, eandem proportionem habere inter ſe, vel omnino comparabilia eſſe, quippe quæ ſunt diuerſi generis (vt etiam ipſe dicit) nequeant comparari. Per hæc omnia igitur patet non neceſſe eſſe ſi tempora quædam habent proportionem inter ſe iam & ea quorum ſunt tempora habere aliquā proportionem inter ſe. Nam cum ſit vna & eadem natura temporis quæ omnem motum menſurat, & non omnis motus omni motui comparabilis ſit, quippe neque alteratio auctioni comparabilis eſt, neq; id quod alteratur ſecundum ſcientiam comparari poteſt illi quod fit album aut nigrum, quemadmodum igitur tempora in his proportionem habent inter ſe & tamē ea de quibus tempus pdicatur, quoniam ſunt diuerſi generis non ſunt comparabilia, ſic etiam ſentio in propoſito, quia fateor tempus motus per vacuū ad tempus quo fit motus per corpus habere proportionem aliquā quoniam & aliquomodo omne tēpus ad omne tempus finitum aliquam proportionem habet, attamen vacuum ad plenum nullam proportionem habet. Nam hæc ſunt diuerſi generis inter ſe. Argumenta igitur ex motu ad locum ſufficienter ſermo & diſputatio tractauit atque diſſoluit. Vltimum argumentum autem quo probauit Ariſto. neque ob loci opportunitatem corporibus vacuum impleri tanquam ex hoc accidat temere ipſum eſſe, immo neque eſſe, quippe nihil fruſtra fiat in his quæ ſunt. Nā (inquit) ſi eſſet vacuū, neceſſe foret corpus poſitum in eo per tantum ſpacium vacui recipi, quantū ipſum eſt, quare inquit quoniam ſecundū nihil aliud eſt corpus in loco, q̄ quatenus quodam ſpacium eſt, ſi ſeparabimus ab ipſo omnia ſecundum quæ non eſt in loco, ceu colorem & alia omnia nihil continebitur pter ſpacium, quare vacuum a ſpacio non diſtaret neque differret, ſi autem ſpacium corporis & ſpacium vacui nō differūt inter ſe, qd opus eſt extrinſecus aliud ſpacium corporibus tribuere accommodareq;, cum vnumquodq; corpus per ſe proprium ſpacium habeat, igitur vacuum nō eſt corporibus neceſſarium. Item ſi duo ſimilia ſpacia ſeſe mutuo eeciperent, etiā duo corpora ſeſe recipient. Nam corpora ſecūdum nihil aliud, q̄ quatenus ſpacia ſunt, & non qualia ſeſe recipient mutuo, quoniā non quatenus qualitate conſtant & formantur ſeſe recipiunt mutuo, quippe nihil vetet plures multaſque qualitates in eodem eſſe, ſed quatenus ſpacia ſunt, etſi penitus duo eſſe queunt, cur etiam non plura, etſi ſpacium qua ſpacium eſt altero eget interuallo, & vacuum altero vacuo egebit, quoniam vacuum eſt ſpacium quare vacuum in vacuo erit.

Reſpondet.

Ego autem ad hæc primum illud quidem dico, quoniam ſi demōſtrauimus in rationibus de loco, quod neceſſario eſt in his quę ſunt tale ſpaciū eſſe ſuapte ratione omni corpore vacuum, quodquidem etiam locus eſt corporum, ſtultum eſt dicere ſi in vno quoque corpore ſpacium ſit, aliud ſpacium corporibus extrinſecus tribuere vanum eſſe, quippe nos eorum naturas non formemus effingamuſque, ſed quomodo ſe habent res ſtudemus nauamuſque operam cognoſcere, neque cum cauſas eorum quæ fiunt non poſſumus aſſignare, eſſentiam ipſorum de medio tollere ac ipſa eſſe negare debemus, quare & modo aduerſarij vel confutent rationes ac redarguant quibus demonſtrauimus tale ſpaciū eſſe, vel ſi rationes vere ſunt, ſtolidum reuera eſt deſtruere tollereq; id quod eſt, quoniam nequeunt cauſas aſſignare quomodo illud ſit, vel quia ea quæ videntur difficilima cognitu in ſermonem diſputationemque de ipſo non poſſunt ſoluere, perinde atq; ſi aliquis non poſſet alicuius partis earum quæ ſunt in animali cauſam aſſignare, ipſam neque eſſe diceret, cum igitue res ſit, enitendum eſt ſoluere difficilima quæ accidunt in diſputationem ſermonemque de illo, & non propter hæc tollere naturam eius. Deinde male in idem redigit vacuum & corpus. Nam etſi a corpore omnē qualitatem ſeiunxeris, neq; hoc modo erit ſpacium corporeum idem cum vacuo, quoniam quāquā omnem qualitatem a corpore auferamus tamen relinquetur materia mole extenſa & corpus qualitatis expers, quodquidē componitue ex materia & forma ſecūdum quantitatem, vacuum autem non componitur ex materia & foema, quippe neque ſit corpus, ſed icorporeum, & ſine materia, ac ſolum receptaculum corporis. Si ergo ſublatis omnibus qualitatibus a corpore nihil minus relictum eſt corpus, & vacuum nō eſt corpus, igitur nunquam accidet corpus in corpore eſſe, ſi eſſet corpus in vacuo velut in loco.

Precepit quod Platonis eſt vt cum habuerimus rōnes bonas potentesq; de aliquo quibus meliores nō inuenimus tādiu illis credere quamdiu inuenimus meliores.

Obiectio.

Sed fortaſſis inquit. Si ſpacium qua ſpacium eſt in loco eſt, auferatur etiam ab ipſo materia quę propria ratiōe incorporea cum ſit neque in loco eſt, quare ſaltim hac ratione ſpaciū corporis nihil diſtabit differetque a vacuo.

Reſponſio.

Sed ſcias hunc impoſſibilia petere, quoniam nullum eſt corpus quod quidem in loco eſſe dicatur, & nequeat per aliud corpus recipi, quin illud materia & forma conſtet. Sublata igitur materia ab ipſo mox etiam forma corporis diſcedit & perit, quippe quæ in materia eſſentiam habeat & ſit. Quemadmodū igitur dicentes album eſſe viſus diſgregatiuum non aliter hoc eidem ineſſe dicimus, q̄ in ſubiecto corpore quod eſt, atque quando dicimus contraria nō poſſe in eodem eſſe, tunc contraria in corporibus ſubiectis ineſſe dicimus, ceu in corpore frigidum & calidum, quæ ſiquidem extra corpus eſſe intelligemus, mox & hoc modo eorum eſſentiam vna ſimulque auferemus, quoniam ſi non velut in ſubiecto corpore contraria intellexerimus, neque inter ſe mutuaque pugnabunt, & ipſa eſſe ſecundum idem eſſe nihil vetabit. Nam in genere demonſtrauimus nihil vetare contraria actu eſſe, & vnam & eandem animam ſecundū idem eorum definitiones habere, quandoquidem vna ſit contrariorum ſcientia. Et neque album erit viſus diſgregatiuum non exiſtens in corpore, ſimiliter neque nigrum congregatiuum. Hoc igitur modo & ſi ſpacium corporeum extra materiā intellexeris non amplius in loco erit. Neque enim naturale corpus eſſet, neque tale negaretur recipi per corpus, immo neq; eſſet diuiſibile dimenſumque niſi ratione, immo penitus non eſſet aliquod tale corpus in ſubſiſtentia, niſi quis illud exemplar eſſe dixerit, vel rationem definitiuam ideam. ſ. de quibus nunc minime ſit ſermo, quoniam hoc opus inſtitutumque eſt de naturalibus rebus. Neceſſe omnino igitur eſt corpus quod dicitur locum occupare eſſe nihil aliud eſſe, q̄ naturale, hoc autem eſt compoſitum ex materia & forma, quod igitur cum fuerit in vacuo vt in loco, non ſequeretur corpus in corpore eſſe. Neque enim corpus eſt vacuum,

cuum, nec in caſſum eſt vacuū, ſiquidem ſit locus cor porum. Item neq; erit corpus velut ſpacium in alio ſpacio, ſed velut corporeum ſpacium in loco, quare non neceſſe eſt & vacuū in alio eſſe ſpacio, ſiquidem non quatenus ſpaciū ſit corpus, ſed quatenus corpus eſt in ſpacio locali eſt. Demonſtrauimus autē & ſuffi cienter in rationibus de loco quod non ſequitur cor pus recipi per corpus ſi corpus eſſet in vacuo velut in loco. Si autē dixeris in vnoquoq; ſpacium vna mo ueri cum corporibus, quæ igitur eſt iſta opportuni tas tribuendi accōmodandiq; externū ſpaciū corpo ribus. Dico ea de cauſa opportunū eſſe externum va cuum, q̄a corpora naturalia prorſus oportet in loco eſſe & moueri ac quieſcere in eo. Nā fateor impoſſi bile eſſe, vt fiat motus ſecundū locū nō exiſtente quo dam ſpacio. Si ergo cuncti fatentur cōmuni cōſenſu corpora in loco eſſe, & demōſtrauimus locū natura lium corporū non eſſe aliquid aliud q̄ tale ſpacium, quoniā corpus eſt id quod eſt in loco, & corpus eſt ſecūdū tres dimenſiones, igitur in loco eſt ſecundum tres dimenſiones, ſi autē hoc admittitur, & locū trifa riam dimenſum eſſe. ſ. trina dimenſione conſtare ne ceſſe eſt, vt recipiat trinam dimenſionē, trifariamq; di uiſibile & dimenſum ſecundū tres ſuas dimenſiones, quare ſi neceſſe eſt locū tribus corporibus naturali bus, & hoc cōmunis conceptio ſententiaq; fatetur, & demonſtratū eſt locum eſſe ſpaciū, igitur neceſſariū eſt tale ſpacium eſſe. Præterea demonſtrabimus vl tro procedentes, neq; motū ſecundū locum eſſe hoc non exiſtente, & ſane ipſe non dico exiſtente vacuo prorſus ſeparato ac eodem per ſe. Hoc enim ſæpe ſi gnificare volui, ſed ratione propria ſeparato, & ſem per corpore pleno. Deinde dicere quod ſi duo ſpa cia mutuo ſeſe reciperēt cur nō tria, reuera ſtultū eſt, quoniam neq; corporeū ſpaciū poteſt per corporeū ſpaciū recipi, neq; vacuum in vacuo eſſe, quippe va cuum īmobile ſit, quoniā penitus corpus nō eſt, qua re ſi vacuū non poteſt eſſe in vacuū, neq; corpus in corpore, ſolum aūt corpus poteſt fieri in vacuo tan quā id quod impleri in eo q̄ replendū eſt, igitur ſolū hæc ſpacia ſimul eſſe poſſunt corporeū. ſ. in loco, ne quaquā aūt tria, quoniā neq; locus poteſt eſſe in loco, neq; corpus in corpore, neq; in vno & eodem loco duo corpora poſſunt eſſe. Quod quidē igitur nullū argumentorū quæ vacuum tollunt de medio habeat concludatue aliquod neceſſariū, ſatis ſufficienterq; di ximus. Cæterū demonſtrabimus nos primū quod & ſi vacuū eſſet ſeparatū, & omni corpore priuatū nihil prohibet per ipſum fieri motū ſecundū locum. Deinde quod quidē iam dicebā, q̄ neq; poſſit penitus localis motus eſſe, niſi fuerit quodā tale ſpaciū, & ſi nūquā ſine corpore eſſet. Quod igitur & ſi vacuum eſſet ſpaciū ſeparatū a corpore non ſolum impediret corpora per ipſum moueri in tēpore, ſed etiā in mo tu eſſe cæleritatē, & tarditatē, iam ex deſtructione ar gumentorū quibus hoc videbatur probari oſtēſum eſt, ſed idē per ſe oſtendere ac ſeorſum emittendū eſt. Primū igitur ſi eſt motus orbicularis, & ipſe nō vnus & idem eſt, ſed differens, quippe alia atq; alia ſphæra aliter atq; aliter moueatur equidē alia cælerius, alia vero ſegnius circūducitur. Et ea quæ mouētur in or bem & circūaguntur nō per aliquod corpus mouen tur; neq; enim diuidēdo aliud & aliud corpus ſic mo uentur, ſed cōuertuntur in ſeipſa nullū diuidentia cor pus. Sphæra nāque inerrabilis quā firmamentū libuit appellari extrinſecus nō tangit aliquid, ſi ergo ſphæ ræ nullū corpus diuidūt, & tamen in tēpore mouent, & alia cælerius, aliaq; ſegnius, igitur fieri motū per corpus non eſt cauſa vel conſumandi tēpus in motu, vel vt ſint cæleritas & tarditas in motu, ſed quia diffe rens eſt vis in his quæ mouentur, idcirco aliquid cæ lerius, & aliquid ſegnius voluitur. Vnde recte putant tempus omnino conſumi in motu ſi celerimus fuerit motus in tēpore qualis eſt motus ſphæræ ſtellarū fi xarum, & huius cauſa eſt ipſa forma motus dico. ſ. ea quæ efficit omnē motū eſſe. Nam impoſſibile eſt idē ſecundū vnum & idem nunc in alio & alio loco eſſe. Si ergo eſt aliquod corpus motu celerimum inter ea quæ ſunt, & nihil in ſuo motu diuidens tamen in tem pore mouetur per ipſam motus naturā, cur & in his quæ recto motu mouentur, & ſi per vacuū haberent motum, non ſequetur ea in tēpore moueri, & habe re velocitatē & tarditatē. Præterea cum ipſi demon ſtrauimus in rationibus de loco omne corpus imple re quodā receptaculū vacuū in quo etiā mouetur, ſi autem corpora cœleſtia cum per vacuum motū ha bent, quippe alia pars cœli aliquā aliam vacui partē occupet, in tēpore mouentur, & habent cæleritatē & tarditatē igitur multo magis quæ recto motu ciētur, quāquā per vacuū mouerentur, in tēpore mouebun tur, & habebunt velocitatē & tarditatē. Nam ſi pe nitus cauſa erat vt aliquid eſſet in tēpore ipſum cor pus quod in motu diuidebatur, & ob id quæ moue bantur per vacuum ipſa momento & repēte neceſſe erat moueri quia nihil erat, quod diuiderent, multo magis hoc oportet accidere motui omniū velociſſi mo, dico. ſ. orbiculationi. Nam ea quæ in orbem vo luuntur diuidunt aliquod corpus. Sed hoc non acci dit, & omnis orbiculatio eſt in tempore, ac nullū eſt quod diuidatur in motu, igitur multo magis, neque in his quæ mouentur motu recto hoc accidet, ſed quā quā mouerentur in vacuo, prorſus in tēpore moue rentur, & nihil eſſet quod prohiberet velocitatem & tarditatem in motu. Item poteſt ratio Ariſto. confu tari ex motibus voluntarijs qui velut animalibus no bis inſunt. Nonne ſi vacuum foret interſitiū hoc in ter cœlum & tellus, & ipſe petens vellem ex Athenis ad Thebas proficiſci, repente ac in inſtanti vlla ſine mora ex Athenis Thebas profectus eſſem, at hoc ri diculum eſt, quippe idem ſimul ſecundum idem mo mentum & nunc foret Athenis & Thebis, immo ſi mul vbique. Nam ſi forte ex Athenis proficiſcens in Italiam peruenire vellem, & mihi opus eſſet in inſtan ti & ſine vllo tempore motu facto per vacuū perue niſſe, igitur neceſſe foret ſecundum idem momentū & nunc me Athenis ſimul atque Italiæ eſſe, ſi autem hoc, etiam ſimul eſſe in omnibus regionibus & locis intermedijs eſſe me oportebit, quod ſi hoc dabitur, etiam vbique eſſe opus erit, ſi me cogitaueris aliquā terræ continentiam ac ambitū peragraſſe, cur atque quomodo continuo facta ambulatione, alter cæle rius ambulat, alter autem ſegnius, modo ſine tempo re ac momento ipſam ſimiliter perambulauerint ac confecerint. Item quid plus obtinet vis pollentior ipſa imbecilliore, atque curſor ipſa imbecilli mulier cula & ſenio cōfecta. Si autem nihil prohibet ambu

Obiectio.

Reſponſio.

Aduerte tu q̄a iſte vir videbat alludere aſſentireq; ſyllogiſmo Theophraſti in ꝓlogo cū ꝓbabat minorē ꝓpōnē. ſ. q̄ oēs res naturales erūt compoſite ſiue erūt accidētia ꝑter principia quō ergo pōit hoc vacuum.

Aduerte ſphæras citra primam duplici motu potiri cōi & ꝓprio, cōi inquā celerior eſt prima ſphæra q̄ 24. horis abſoluit curſum. Deinde ſphæra Saturni q̄ maior eſt ſphæra illa Iouis & ita deinceps vſque ad lunā q̄n celerior mot᷑ hic ē qui plus ſpacij ꝑtrāſit tāquā ſi tp̄e vel ī minore, ſed ꝓprio motu vt luna celerior q̄a in 27. dieb᷑ & 8. fere horis curſum perficit,

Mercuri᷑ & Venus Sol ī. 365. diebus & q̄nq; horis & . 49. minutis Mars in duob᷑ annis, Iuppiter ī. 12. Saturn᷑ in. 30. & hoc ij q̄ ſolū. 8. ſphæras dant ſi plures vide ab Aſtronomis & cū ſidera magnitudines cœlorū & forte oppoſitū videbis & de motu ꝓprio.

lationem fieri per vacuum in tempore,& ambulatio motus eſt ſecundũ locũ,igitur nihil prohibet exiſtente vacuo fieri motum per ipſum. Et ſi penitus motus qui fiunt ab anima & vacuo exiſtente fiet ẽt,quid vetat & motus naturales per vacuũ in tẽpore. Verum ſi quis vtens ſententia quæ dicitur in vltimis libris ſcientiæ naturalis inſteterit obiecerit q̃ rationi,& dixerit in ambulatione non ſolũ quendam motũ videri,ſed etiam quandam priuationem. Nam oportet alterum pedem inniti alteri & firmari. Quocirca diceret talis conſumi tẽpus in ambulatione non propter motum ſed propter ſtationem interpollatam motu.

Aduerte ſententiã Ariſt.eẽ in lib. de inceſſu animaliũ vbi dicũt omne q̃ mouet̃ idigere duplici qeiẽte intrinſeco ex extrinſeco.

Ego autem dicerem ad hunc ſtationem non eſſe totius corporis ſed partis, motus autem totius corporis eſt continuo & ſine interpollatione factus, ſtatio autem ſecundum partem fit. Nam altero pedi ſtatio ſemper viciſſim & ſucceſſiue ineſt. Quod autẽ non totum corpus ſtet ſed continuo moueatur hinc quoque patet quoniam natura fecit ſtationem alterius pedis propter motum totius. Nam innixu firmatione q̃ alterius pedis totum corpus mouetur,cum igitur ſigitur & firmatur pes totum corpus mouetur. Nam ſi totum dum pes gradum ſiſtit & ipſum ſtaret quomodo mouebitur. Nam continuo alter pes firmatur & ſiſtit gradum,quoniã totum corpus ſtare in ſublimi & ſubleuatum eſſe non poteſt,quare vel neq̃ totum penitus mouetur,vel ſimul ſtante parte mouebitur,igitur non erit totius ſtatio ſed partis,videlicet alterius pedis,igitur totum mouetur continuo in ambulatione,& non prius totum firmatur & ſtat q̃ ambo pedes ſteterint, ſi ergo continua eſt non interpollata ambulatio, igitur proficiſcens ex Athenis ad Thebas per vacuum ſi quidem momento & repente ex Athenis ad Thebas peruenit, ſimul erit ille Athenis & Thebis, hoc autem fieri non poteſt,quoniam aliquis ſecundum idem vbique eſſet. Vel ergo,non poterit quiſpiam ex Athenis ad Thebas per vacuũ moueri,vel prorſus in tempore erit ambulatio. Atqui non poſſe per vacuum ambulare abſurdum eſt,quoniam quid prohiberet vacuo exiſtente aliquem ambulare. Nam ſi modo cum ſit corpus intermedium, & hoc nos diuidentes in ambulatione non prohibemur ire,quanto magis cum nullum fuerit impediens non prohiberemur ambulare. Quid porro eſſet prohibens per vacuum hoc ſegnius moueri, illud vero cælerius. Nam cum ſit motus per corpus nihil prohibetur celerime moueri,quoniam aer facile diuiditur, quanto magis ſi vacuum fuerit intermedio non prohiberetur neq̃ is qui paſſim ac ſegnius ambulare incedereq̃ vellet. Nam celerem motum forſitan impediret intermedium corpus per diuiſionem ſed ad ambulandum ſegnius aliquod vacuum impediret? Quare ſi quiſpiam poteſt ire per vacuum ſegnius, & ſegnior ambulatio contingit fieri in multo tempore, certe conſtat quod in tẽpore per vacuũ fiebat ambulatio,quid ergo ſi motus voluntarius fit in vacuo in tẽpore,prohibet & naturalẽ motũ per vacuum fieri.

Aduerte q̃ ſi aues volare nequeũt niſi pedibus aeri innitant̃ multo magis neque corpora & animalia terrena.

Idem p̃bat ex motib' violẽtis

Item hoc ex motibus prẹter naturam & vi factis de hoc fidem facere poſſet. Nam ſi vacuo exiſtente duo quidam eſſent qui iacula tela q̃ arcu iacerent, & alter eſſet puer impotens,& alter fortiſſimus,deinde iaciat telum ad ſcopum ad quem puer telum iacere poteſt, ſi ergo ſimul peruenerint iacula & ſagittæ,ſimul profecto ambe ſagittæ attingerent ſcopum,& iaculum fortioris non præueniret ac prius attingeret ſcopũ, quod ſane ridiculum eſt. Nam ſic vis robuſtior nihil conferret ad proijciendum cælerius, hoc autem abſurdũ eſt, ſi ergo quippiã plus habebit ad id quod iacitur a robuſtiore vi,illud plus profecto in tempore habebit, igitur in multo tempore id iaculum q̃ a puero iacitur perueniet in ſcopum & lignum,ſi ergo pollentiore vi adhuc pollentiorem accepero, etiam aliquid plus vigoris habebit iaculum, igitur & illud plus in tempore fiet,igitur & illa mouit iecitque ſagittam in tempore. Item ſi vacuum erit, proijciatur lapis præter naturam ſurſum, igitur aliquem locum ceu ſtadium occupabit & permeabit repente ac momento. Et ſi hoc admittitur, igitur ſi proijceretur a fortiore vi,celerius ipſum locum occupabit ac pertranſibit ſpacium. At quid eſt momento cælerius ac breuius,& ſi ſtadium momento repenteque occupauit, propter quid non duo,& ſic vſque ad ſphæram inerrabilem. Sed quid hoc magis perridiculum eſt, quare ſi hæc abſurda ſunt,conſtat ſane quod etſi vacuum erat in tempore prorſus motus prætermaturã per vacuum fiebat. Si ergo motus voluntarij præter naturam vacuo exiſtente fiebant in tempore,ſane patet q̃ etiam motus naturales fieri in tempore queant. Statuatur ponaturque interſtitium inter cœlum & tellus eſſe vacuum,ſi ergo a ſphæra inerrabili dimitteretur lapis momento ad terram perueniret, ſed q̃d hoc magis ridiculum, quoniam lapis foret in motu vlla ſine comparatione cælerior ipſa ſphæra ſtellarum fixarum,ſed ſi momento & ſine tempore proiectum ab imo ad ſupernum locum perueniebat,vel a ſuperno ad imum,dico autem ſupernum ſphæram inerrabilem,& imum terram,accidet in eodem momento & nũc lapidem eſſe ſurſum & deorſum,quod ſane fieri non poteſt,quare prorſus neceſſe eſt lapidẽ dimiſſum ex ſuperno loco per vacuum intermediũ, vel penitus non moueri, ſed quieſcere per totum in locum præter naturam in vacuo proiectum, vel ſi hoc rurſus fieri non poteſt, relinquitur ergo in aliquo tempore ipſum locum ſecundum naturam occupare,dico ſcilicet ipſam terram. Cum igitur vnum ex tribus quę accidunt dari oporteat, vel idem ſimul eſſe ſurſum & deorſum, vel lapidem proiectum in vacuo quieſcere in loco præter naturam,vel in tempore moueri, ſi autem duo priora demonſtrauimus impoſſibilia eſſe,relinquitur ergo tertium verum eſſe,quod quidem igitur & ſi vacuum eſſet, nihil prohibeat motum eſſe,& ipſum in tempore fieri,quippe nullus ſit motus ſine tempore ſufficienter puto demonſtratum eſſe. Quod vero impoſſibile ſit vacuo non exiſtente motum fieri diſcas hunc in modũ, ſi nanque in motu qui fit per corpus ceu per aerem, oportet omnino partes aeris cædere ei quod mouetur, ac tantam cædere molem aeris, quanta eſt id quod mouetur,& non eſt aliquod vacuum ſpacium q̃ complexum ſit corpus mobilis translatum, quod cædendo ei q̃ mouetur dederit ipſi locum dum moueretur, ſed aer tranſmutatus ac translatus nullum relinqueret ſpacium, quid opus eſſet translatione ac ſucceſſiua tranſmutatione, vt aliquid cædat ei quod mouetur. Non enim ſuperficies ſola cædit, quoniam ipſa non eſt id quod mouetur vt recipiatur

cipiatur

cipiatur a ſuperficie loci adęquata ei ac tangẽs ipſam,
ſuperficies autem non continet corpus neq; ei adęqua
tur. Nam ſi id quod mouetur ſemper aliquod ſpaciũ
ſibi ęquale mutat, & hoc ſpaciũ vel vacuum neceſſe
eſt, vel corpus eſſe, & corpus per corpus non poteſt
recipi ac meare, igitur neceſſe eſt alicubi vacuũ eſſe
quod quidẽ ſemper occupet ſpaciũ. Nam ſi id quod
mouetur eſt trifariam dimenſum ac diuiſibile, & to-
tum vt totum mutatur, profecto tanto loco egebit,
quantum & ipſum eſt, alioquin ſi hoc non eſſet tantũ
aeris cędere quantum ipſum eſt non oporteret. Sit
aũt verbi gratia vnius cubiti id quod mouetur ſecũ-
dum tres dimenſiones, igitur tanta loci regione tan-
toque ambitu egebit, hoc autem vacuum eſt, igitur
ſi vacuum non fuerit, impoſſibile eſt motum eſſe.
Item ſi intellexeris aerẽ qui cędit ipſi mobili ex pro-
prio loco tranſmutatũ, in quo neq; id quod mouetur
ſeſe recepiſſe, neq; aerem circũſtantem in eodẽ ſuc-
cedere ac incidere, quid ergo iſtud interſtitium aeris
circunſtantis aliud eſſet, q̃ ſpacium vacuum in quod
recipitur id quod mouetur. Sed de hoc latius dixi-
mus in rationibus de loco. Igitur ex his etiam cõſtat
id quod mouetur ſecundum locum mutare ex alio a-
liud quoddam receptaculum vacuum. Sæpe autem
ſignificaui ac notari volui hoc vacuum & ſi idipſum
aſſero habere propria ratione ſubſiſtentiam, & circa
ipſum immobile manens aliud atq; aliud corpus eſ-
ſet conſtrictio in vacua, certe non foret mutatio ſimi
laris. Deinde ad exemplum clarius deſcendit & ꝓgre
ditur. Nam quemadmodũ (inquit) maioris circuli cir
cũferentia fieri poteſt minoris circuli, quippe ſemi-
circulus maioris poſſit fieri ambitus duabus partibus
circuli minoris conſtans, quemadmodũ igitur in his
fieri accidit q̃ q̃ ſectiones circuli ſimilares ſint quan-
do maiores circuli circũferentia cõſtringeretur con-
ducẽretur q; in minus & fieret circũferentia minoris
circuli ſimiliter circũferentia vndiq; coeunte ac con-
denſata cohibitaq; partes quidem fiunt magis curue
quã prius, & certę non erant aliquæ in maiore circu-
lo quæ non eſſent curue ſed recte quæ cum conſtrin-
gerentur in circũferentiam minoris circuli curue fie-
rent, ſed ſimiliter cũ tota eſſet curua circũferentia ma
ioris circuli, ipſa rurſus per totam ſimiliter fit magis
curua, & rurſus circũferentia minoris circuli cũ fie-
ret maioris circuli circũferentia eadem ratione extẽ-
deretur. Quemadmodum igitur in his remittitur vel
extenditur curuitas nulla re in circulo deficiente aut
intermiſſa, ita hoc ſe habet in raritate, & dẽſitate, par-
uitate & magnitudine, quippe materiã non aſſumens
aliquid contrahatur coerceaturque. Immo neq; per
contractionem cohibitionemque partium & imple-
mentum vacui, ceu fit in dilatatione expanſione q; la-
næ, ſic fit maius ex paruo, vel coeũtibus conſtrictiſq;
partibus in vacua rurſus, ex maiore minus, ſed potius
quia vna & eadem materia cum ſit potentia vtrũque
ſic actu ſit, vt etiam dicebã accidere in ſuperficie cir-
culi cum magis vel minus curua ſit. Quemadmodũ
autem aliæ alias qualitates ſępe ſequuntur ceu denſi-
tas frigus ſequitur, vel humiditatem albedo, vel ca-
liditatem vel ſiccitatem. Ita inquit raritatem ſequitur
leuitas, & denſitatem grauitas. Ipſe igitur, ſcilicet gra
uitas & leuitas prorſus ſequuntur altera raritatem &
altera denſitatem, quas etiam aliæ duæ qualitates ple-
rũque ſequuntur. ſ. denſitatem ſequitur durities, & ra
ritatem mollities. Verum non in omnibus idem acci
dit vt inquit, quoniã in ferro & plumbo hæc diſcre-
pant atq; diſſentiunt. Nam plumbum cum ſit denſum
molle eſt ferrum vero cum ſit rarius plumbo durius
eſt, quare raritatem & denſitatem vtrãque duæ aliæ
qualitates ſequuntur. Verũ raritatẽ ſemper ſequitur
leuitas & mollities plerũq;, denſitatẽ autem ſemper
grauitas, & durities plerũq;. Hæc autẽ Ariſt. de indu
ſtria dixit, quoniã propter hoc dicebant illi rarũ leue
eſſe quoniã rarum habet plura vacua inſerta inter-
ſperſaq;, q̃ppe quæ eſſent cauſę lationis ſurſum. Quo
circa ipſe inquit raritatem ſequi leuitatẽ, & denſitatẽ
grauitatẽ, quarũ quidem leuitas eſt cauſa lationis ſur
ſum, & grauitas delationis deorſum, quare inquit ꝙ
vacuum non ſit neq; ſeparatum, neq; corporibus in-
terſperſum ſufficienter demonſtratũ eſt. Si autem ali
quis maluerit motus ſimpliciter cauſam vacuũ hoc
appellare, is appellet grauitatem & leuitatẽ vacuũ,
vel potius materiam ipſam horum capacem. Inquit
leuitas igitur & grauitas ſunt motus corporũ cauſę,
durities autem & mollities affectionis paſſioniſue ac
non affectionis potius ſunt cauſæ, quippe quæ mollia
ſunt facilius patiantur, & q̃ dura ſunt, difficilius. Hæc
igitur dicit Ariſt. ex quibus ſolute ſint dubitationes.
Et ꝙ motus ſit ſine vacuo perſpicuũ eſt, quippe ei ꝙ
mouetur aer & aqua cędat. Illi autem nondũ ſcien-
tes cohibitionẽ (ac vt ita dixerim) ceſſionem corpo-
rum. ſ. quomõ corpora cæderent dubitabant quonã
pacto fieret motus ſine vacuo. Nam dicebant cum
aer ſemper vltro ante expulſus ſit ab eo ꝙ mouetur,
neceſſario coelum fluctuare. Relinquitur autẽ ſoluen
dum eſſe illud argumentum de corporibus quæ mu-
tantur ex minore in maius ceu ex aqua in aerem. Di-
cit igitur quoniã raritas & denſitas ſit ſecundũ muta-
tionem corporũ, & non quia recipitur in vacua, quã-
do ergo ex aqua fieret aer, extrinſecus aer denſaretur
impulſus ab eo ꝙ ſit & impulſu denſatur, cum autem
denſatus eſt minorẽ occupat locũ, & ita neq; duo cor
pora in eodẽ erunt, neq; vniuerſum fluctabit. ſed cor-
pus quod augeretur in loco diminuti corporis reci-
pietur. Sed hoc mihi videtur magnam dubitationẽ
habere. Nam qua ratione impulſus denſare & con- Optime dubitationes.
ſtringere poſſit, perſpicere contueriq; nequeo. Nam
impulſus mouet id quod impellitur, & motus aptus
eſt potius calefacere, & id ꝙ calefit potius rareſit,
quomodo fieri ac mutari, attamen non manere dico
aliquãdo extra corpus, quemadmodũ neq; materiã
extra formã, neq; corpus extra qualitatem, & ſi pro-
priam ſubſiſtentiam ſuapte ac peculiari ratione ha-
beat. Sic igitur vacuũ quãquã propriã habeat ſubſi-
ſtentiam, attamen nũquã eſt extra corpus. Nam aer
cum ſit humidus ac facile mobilis non permitit ali-
quando receptaculum ac locum eſſe ac recipi ſed po-
tius cædit corporibus priuſquã occupatur vacuum.
Hæc igitur in tantũ ſint ſufficienter dicta. Si quis au Aduerte hoc.
tem quæreret & cauſas differentiæ motuum qui ſunt
diuerſi per diſſimiles figuras, qua ratione cũm fieret
motus in vacuo cælerius ſphæricum deferreretur q̃
planum. Dicemus cum motus ſit per corpora ve- Solutio.
rum eſſe quod graue æqualis ponderis ac momen-
ti cum planum fuerit ſegnius defertur quoniam
detinetur a multo aere quem capit, ac quia idem

graue ſegnius diuidit multũ aerem. Attamen ſi motus fieret per vacuum differentia celeritatis & tarditatis ſecundum ſolam inæqualitatem momentorum fiet, & diuerſitas figurarum ibi nullam faciet differentiam, ſed ſimiliter planum & ſphæricum orbiculare, que cum fuerint æqualis momenti in eodem tempore deferentur quippe nihil ſit magis vel minus impediens, ſed ſolum naturale momentum quod agit ad motum. Cum igitur æquale fuerit ac ſimile momentum, & nihil fuerit magis vel minus impediens, neceſſe erit æqualem ac ſimilem eſſe motum.

Nos autem dicimus ex his que iam poſuimus materiam unam eſſe contrariorum: caliditatis inquã atque frigiditatis: & cæterarum naturalium contrarietatum: & ex ente potentia ens actu fieri. Atque non eſſe quidem ipſam materiam ſeparabilem: ratione uero eſſe diuerſam. Et unam numero coloris ſi forte fuerit: & caliditatis atque frigiditatis.

Cum oſtenderit neque vacuum interſperſum eſſe poſſe, quoniam dubitationes quibus probabant, ſic vacuum eſſe ex raritate & denſitate corporum videntur habere aliquid veriſimilis & probabilis, vult & ipſas perſoluere, & oſtendit raritatem & denſitatem non fieri ſecundum adiectionem & interiectionem vacuorum, ad quod oſtẽdendum vtitur his que ſunt demõſtrata in primo libro. Nam dictum eſt (inquit) contrarijs vnam & eandem ſubijci materiam, ſeu calido & frigido, ſicco & humido, molli & duro, & cunctis ſimpliciter contrarijs, atque ipſam eſſe potentia contraria licet alia ſit ſecũdum ſubſtantiam ab vnoquoque ipſorum, & recipiat vtrumque diuiſim. Quemadmodum igitur calidi & frigidi vna & eadem materia eſt, atque omnium aliorum contrariorum, ita autem inquit & corporis materia eadem eſt magni & parui. Non ſolum enim eadem eſt materia contrariorum ſed etiam diuerſorum, quemadmodum igitur inquit materia tranſmutata ex calido in frigidũ non abijciendo aliqua calida partium que ſunt in ea, & aſſumendo extrinſecus, alia frigida ſic mutatur ex calido in frigidum adiectione implementoque a quodam eorum quæ extrinſecus accidunt, ſed vna & eadem manens tota per totam mutatur ex calido in frigido, & econtra ex frigido in calidum, quippe non ſit aliqua pars ignis, quæ non ſit calida, ſed totus ignis per totum calidus eſt, igitur ex mutatione in frigidum ſimiliter totum per totum mutatur, & potentia materiæ ducitur ad actum, ſimiliter in albo & nigro atque reliquis contrarijs, quoniam album cum fit nigrum partes quidem albi non abijcit ex quibus erat album & extrinſecus partes nigri accipit ſed totum per totum ſimiliter mutaretur. Eodem etiam modo quando ex minus calido fieret magis calidum non abijciens aliquas partes frigidas, ſed aſſumens aliquas calidas ita intendit caliditatem, ſed rurſus materiæ mutatio fit ex potentia in actu. Quẽadmodum igitur hec ſe habent, ſic raritas & denſitas ſe habebunt. Nam ipſa materia cum ſit potentia contraria aliquando quidem denſatur, aliquando vero rareſit, quando igitur ex aqua in aerem mutatur rare fit non aliqua vacua extrinſecus recipiens, ſed tota per totam ſimiliter in maiorẽ molem mutatur. Nam tota aqua per totam rareſit, quoniam non ſunt aliquæ partes aquæ aer, aliquę aqua ſed vniformiter tota aqua aer fit, quare & raritas per totum ſubiectũ fit, ſimiliter etiam denſitas non abiectione vacuarum partium fit, ſed mutatione ſubſtantiæ. Nam vniformiter & ſimiliter totus aer in partibus denſaretur, & mutaretur in aquam, & non eſt inuenire aliquam partem quæ nõ ſit mutata, etſi denſitas ſit non poteſt denſitas et conſtrictio fieri ex ipſo impulſum, immo ſane contrarium ex ratione fit, quoniam potius eſſe cauſa raritatis q̃ dẽſitatis videtur. Item in æſtatis hora cum ingens calor & accenſio vigет, quia aer ſubtiliſſimus eſt quomodo non eſt ridiculum dicere quod aqua cum calefit a me euaporans, quando vapor, vel aer fieret, impellat extrinſecus aerem & denſet illum, immo contrarium quomodo non accidet, ſcilicet vaporem conuenientem cum continente multomagis attenuari & ſubtilem fieri ab ipſa reflexione radiorum. Item in æſtate cum maxime aqua euaporet exhaletque & in aerem mutetur, ſi hac ratione fiebat locus aeri ex aqua mutato eo quod extrinſecus aer impellitur & denſatur, oportebit magis aerem denſari in aqua, quippe ſecundum illud tempus multum aquæ in aerem mutetur; quare aer denſior deberet eſſe in æſtate, quam in hyeme, ſi vera eſt hæc ratio, ſumatur craſſities aeris & conſiſtentia quædam hyemalis, deinde incipiat aqua ſecundum æris tempus & æſtatis mutari in aerem, certe neceſſe eſt quanto plus fieret mutatio tanto plus aerem extrinſecus denſari, quare accidet aerem eſſe denſiorem in æſtate quam in hyeme, hoc autem abſurdum eſt, ergo quando aqua in aerem mutatur corpus ꝙ fit impulſum non denſaret ipſum extremum aerem & hac ratione locum ſibi faceret, vel ergo elementa mutantur in æquales moles, vel oportet intelligere ꝙ quãtum hic aqua mutatur in aerem, tantum aeris alibi in aquam mutetur, ſed aliud eſt impoſſibile, & aliud factitium, quoniã aquã cum mutatur in aerem in maiorem molẽ mutari ſenſus teſtatur. Nam dolia & vtres a muſto franguntur cum vinum mutatur in aerem ventum vel vaporẽ, & non habeat locum in dolio & vtre. Item lignum id eſt luminis extincti fumus, ac ligni fumus ſunt mole maiores ligno & oleo. Non enim vt quidam aiunt, fumus diſſipatus inſtar pulueris maiorẽ occupat locum q̃ corpus ꝙ exhalat, non vt ſit mole maior, ſed velut non cõtinuus. Hoc enim manifeſte falſum eſt, quoniã non tanta eſt proportio pulueris congregati commixtiq; & pulueris diſſipati, quanta eſt fumi & ſubſtantię generantis ipſum. Deinde ex conceſſis hoc etiam probabimus. Vnde enim vtres et dolia muſto plena frãgerentur, niſi fieret ex muſto vapor & aer qui quidem maior mole eſt q̃ corpus, ſcilicet muſtũ generans ipſum. Vnde neque conſueuerunt vtres plenos efficere, vel implere dolia muſto, vt vapor & tenuis illa ſubſtãtia quæ fit ex muſto locũ habeat, neq; ora doliorũ perfectæ cooperiũt, ſed ſinũt ac relinquũt exitũ vapori. Hoc quoq; apertius oſtẽditur ex inflatione cibi & alimoniæ. Nam cibus nutrimentumue in maiorẽ molẽ perſpicuo euaporãs mutatur, porro vna molẽ et diſtantiã ventris ſentimus. Quod quidem igitur non fiat mutatio corporum in æquas moles perſpicuum eſt. Reliquum autem dicere, ſcilicet quod cum hic a me calefit exiguum aquæ vel olei, & ipſa euaporat, neceſſario alibi tãtum aeris mutari

Aduerte, tẽpus ſummi caloris ex cõ per ſe dẽ eſt cũ ſol eſt in ſigno Cãcri & Zenith capitis tui, & cum ſol radios fere perpẽdiculares facit radios, quõ tũc eſt vere æſtas, ſed ingẽs aliquã calor fit in mẽſe Auguſti ex alijs cauſis de hoc vide Aſtronomos ſ qõrũb' ſphær. Vide Ariſt. & Auerroẽ in lib. Methæorũ, vt & de ẽt Auicẽnã primo ſen quõ reddit aliquã cãm ingẽtis caloris eẽ diuti' calorẽ manens tem ſupra terram & Solem.

tari in aquam factitium eſt. Quonam pacto non erit abſurdum, quoniam cum aquæ exiguum a me calefit euaporans, totum aerem moueri vt occupet locũ alibi aeris mutati in aquam. Hæc igitur hactenus dubitata ſint quouſque ſolutionem congruam inuenerint & conſequuta fuerint. Cęterum ad textũ. Nos autem dicimus ex his quæ iam poſuimus. Ideſt ex his quæ demonſtrauimus in primo libro, ꝙ vna eſt ſubiecta materia contrarijs quę cum potentia ſit id ꝙ eſt. (Nam forma eſt id quod eſt) fit actu id ꝙ eſt altera tamen eſt ab omnibus quæ ſunt, dico ſcilicet ab omnibus formis, licet nunquam ſit extra formam.

Item & corporis materiam unam & eandem magni & parui: quod quidem ex hoc patet. Nam quum fieret aer ex aqua: eadem materia fiebat non aſſumens aliquid aliud: ſed quod erat in potentia actu factum eſt. Et rurſus ſimili modo aqua ex aere facta eſt: aliquãdo quidẽ ex parua magnitudine in magnã: aliquãdo autem ex magna in paruã.

Quoniam non ſolum eadẽ materia eſt capax contrariorum, ſed etiam corporis, etiam quia mutantur corpora in moles aliquando maiora, aliquando minora facta inquit & vnam eſſe magni & parui materiam, quæ mutatur in vtrũque. Signum autem huius inquit, quoniam in mutatione corporum nihil videmus adiunctum extrinſecus, neque cum fit maius aliquod vna factum, ceu quando aqua fit aer, neq; quãdo fit aliquid minus videmus aliquod diminutum.

Similiter igitur ſi & aer ex maiore fieret minor: & ex minore rurſus maior: materia eſt illa quæ potentia fit utrumque uiciſſim. Nam quemadmodũ ex frigido calidũ: & ex calido frigidũ: quia potentia ambo erat: ſic ex calido fit magis calidum: nulla parte materiæ calida tunc facta: quæ non fuerit antea calida; cum calida minus erat.

Quod non ſolum quando vndique tota eſſet mutatio ſimilis hoc accidit, ſed etiam quando magis & minus calida fit & mutatur, ceu ex denſiore aere fit minor dẽſitas, & ex magis calido minus fit. Etenĩ materia hic cũ ſit potentia vndique mutatur in vtrũq;.

Quemadmodum neque circunferentia maioris circuli & curuitas: ſi fieret minoris circuli ſiue ſit eadem ſiue alia: pars ipſius nulla facta eſt curua: quæ non eſſet antea curua: ſed recta.

Adducit manifeſtiſſimum exemplũ. Nam minus curuum fieret maius curuum neq; extrinſecus aliquę partes curuę in ipſo factę ſunt, neq; erat aliquid in ipſo quod non antea non eſſet curuum, ſed vndiq; rectũ & poſtea factum ſit curuum, ſed erat totum ſimiliter curuum ante, & poſtea magis curuum factum eſt.

Non enim eo quippiam minus aut magis eſt: quod deficit. Neque enim eſt accipere flammæ aliquam magnitudinem in qua albedo & caliditas non ſit. Sic igitur prior caliditas eſt reſpectu poſterioris. Quare & ipſa magnitudo & paruitas molis ſenſibilis non quia accipiat aliquid materia ideo extenditur: ſed quia ipſa materies utrumque ſubire poteſt. Quare idem rarum & denſum eſt. et utriuſque materia una. Atqui denſum quidem eſt graue: rarum autem leue.

Quod etſi eadem circunferentia ex minus curua magis curua fieret, vel profecto alia circunferentia fieret alia circunferentia magis curua, idem ſit atque accidit. Neq; enim eo quod deficit aliquid aut intermittitur in ipſis circũferentijs ꝙ prius non erat curuum, ita fit magis curuum, ſed tota ſimiliter & prius cum eſſet minus curua, poſtea rurſus tranſmutabatur in ſingulis partibus ſimiliter, & fiebat magis curua. Nam minus curuum non eo ꝙ habet aliqua intermiſſa quę non ſunt curua minus curuum dicitur, ſed quia remiſſæ totum per totum curuum erat.

Item ſicut circuli circunferentia redacta in minus: non accepit aliquod aliud concauũ: ſed quod erat inuexum redigebatur in minus: ſic et ignis: quẽ ſi quis accipit totus calidus eſt: ita et oẽ cõductione et dilatatione eiuſdẽ materiæ.

Eadem rurſus in his dicit. Vnde ab eodem textu quem appoſuimus, vſq; ad hanc partem vbi dicit. Ita & omne cõductione & dilatatione eiuſdẽm materiæ interpretes decipiunt, et forte repetitio ſuperiorũ eſt.

Duo enim ſunt in utroque raro et denſo. Nam graue et durum denſa eſſe uidentur: et contraria leue et mole rara.

Hoc eſt continuum paulo ſuperioribus. Nam dicens. Atqui denſum quidem eſt graue, & rarum leue inducit infertq;. Duo enim ſunt in vtroque, ideſt ex vtroq; raro & denſo duæ qualitates fiunt. Nam rarũ comitatur leue et mole, denſum vero graue & durũ.

Verũ in plũbo ac ferro durũ graueq; diſcrepãt. Ex his igitur quæ diximus planum eſt: neq; uacuũ ſeparatũ eſſe.

Ideſt non ſemper grauius eſt durius. Nam plumbum ferro grauius quidem eſt licet ſit magis molle.

Neque ſimpliciter: neque in raro: neque potentia.

Neq; ſimpliciter, quoniam extra corpora non eſt vacuum congregatum & imbibitum quemadmodũ aliquid putabant aerem non eſſet aliquod corpus, ſed vacuum, vel vt pithagorei extra cœlum ipſum poſuerunt, ſed neq; ſunt in corporibus aliqua vacua magnis partibus conſtantia, in quas partes corporis rari reſidentes ac conſtrictæ totum efficiat denſius. Illud autem neq; potentia, pro hoc ponitur neq; vt inſertum & cõmixtum, vel ꝙ neq; implens loci opportunitatem qui quidem vacuũ eſt, licet nũquã ſit ſine corpore. Nam de hoc poſtremo diſputatum eſt vbi dixit ꝙ demõſtrabitur vacuum eſſe vt vere vacuum.

Niſi quiſpiam uoluerit prorſus id appellare uacuum quod eſt cauſa lationis. Hoc autem pacto ipſius grauis leuiſque materies ut eſt talis erit uacuum. Nam rarum et denſum ſecundum hanc contrarietatem effectiua ſunt lationis: ſecundum autem rarum et denſum paſſionis et non paſſionis: neque lationis: ſed alterationis magis.

Si quis vellet (inquit) diuidere nomina vacui, & vacuum dicere cauſam motus, talis autem dicat materiam grauitatis & leuitatis vacuum. Nam hæc ſunt cauſæ motus, quippe ſecundum durum & molle non fit materia cauſa motus, ſed potius vt res facile ac difficulter patiantur.

Et de uacuo quomodo eſt: et quomodo non eſt ſit hoc modo determinatum.

Quod non ſit velut ſpacium ſeparatum a corpore, neque extrinſecus a corporibus, neque interſperſum corporibus diximus.

DE TEMPORE.

Poſt hec conſequens de tempore tractare.

Hic ordo quæſtionū quibus ab Ariſt. ſcdo poſteri. tradatur prius Plato illū tradidit. Vñ I dialogo d philoſophia a principio ſe re, vide ipſum in Mēnone, & alijs in locis Imo tritum in ſcolis Protagoræ & borgiæ Leontini erat hoc, quo fit vt mirū non ſit ſi Ariſto. vbiq; ſequatur ordinē harū quæſtionum.

Non minus quam de prædictis attinet ad phyſicū & naturalem diſſerere de tempore. Etenim hoc vnū eſt de his quæ conſequuntur omnia corpora naturalia. Et eadē rurſus via incedit de hoc tractando prius quærens ſi eſt vel non eſt, & arguens ad vtrãque partem. Deinde ea quæ ſequuntur tradit, dico. ſ. quid ſit tempus, & quale quod ſit. Imprimis arguit ꝙ non ſit tempus, & quãquã pateat tempus eſſe, tamen rationes non negligendas deſpiciendaſque ponit, quibus periclitatur & enititur probare tēpus non eſſe. Nam (inquit) temporis aliud præteritum & elapſum quod non eſt, aliud futurum ꝙ nondum eſt, quæ cum ſint duæ temporis partes præteritum. ſ. & futurum, & horum vtrũque non eſt, igitur tempus componitur ex his quæ non ſunt, quod autem componitur ex his quæ non ſunt & ipſum nō eſt. Nam partes illius quod eſt ipſe etiam eſſe debent, ergo tempus non eſt. Item (inquit) omne diuiſibile & partibile, vel ſecundum omnes eius partes ſimul exiſtit, vel ſecundum aliquas partes, ſecundum vniuerſas partes ſunt ceu animalia & plantæ, ſecundum vero partes ſunt ceu ludus, nam eo ꝙ palæ ludus vel pugna luctaue exiſtit ludus eſſe dicitur, tempus autem cum ſit diuiſibile, neque ſimul ſecundum vniuerſas eius partes exiſtit, quippe tempus non ſit totum ſimul, neque ſecundum partē tempus eſt, quoniam tempus præteritum non eſt, neque futurum. Nam illud non eſt, hoc autem nondum eſt, ſi ergo tempus neque ſecundum totum, neque ſecundum partes eſt, igitur videtur tempus penitus nō eſſe. Nunc autem inquit neq; tempus eſt neque pars temporis eſt, quod quidē ſolum eſſe videtur. Nam pars totum mēſurat, quippe ſit vel tertia pars eius vel decima, vel milleſima, vel aliqua altera qua totum metitur. At nunc non menſurat tempus quippe quod indiuiſibile ſit, neque tempus componitur ex ipſis momentis, quoniam omne partibile componitur ex partibilibus, igitur nunc non eſt pars tēporis, igitur multomagis neque tempus, igitur tempus neque ſecundū ipſum momentum & nunc ſubſiſtit. Hæc vero dicens oſtendit neq; momentum, vel nunc penitus non eſſe inter ea quæ ſunt. Nunquam enim nomen ſolum eſt nunc & ſubſtantiam ſubſiſtentiamue non habet, probat autem hoc accipiens duas quaſdam dignitates. Vna quidem eſt, vt nequeant duo tempora ſimul eſſe niſi vnum contineat, & aliud contineatur. Nam dicimus ad eſſe nunc, annum, menſem, & diem annū Diocletiani annum. 333. menſem, diem decimum, ſimul igitur hæc tria tempora ſunt, ſed annus continet menſem, & menſis diem, verũtamen duo tempora ſimul eſſe ceu duo dies, duo menſes, duo anni nequeunt. Secūda dignitas eſt quod omne quod prius erat, & modo non eſt neceſſe eſt corruptum eſſe. Cum ergo vtitur in probatione his dignitatibus probat ꝙ momentum nuncue non ſit, & ratio ſit proceditque ex diuiſione. Nam (inquit) ſi nunc eſt, vel vnum & idem eſt prius cum poſteriore ceu vnum momentū & nunc ex ſuo & ab æterno fluens ſemper omnibus præſens vel aliud & aliud eſt, & ſi alterum vel permanet prius cum aduenerit poſterius, vel non permanet, ſed corrumpitur, et ſi corrumpitur interijt definitque in quodam corrumpitur prorſus, vel igitur in ſeipſo, vel in alio, & ſi in alio, vel in eo quod ſibi proximum & deinceps eſt, vel in eo quod longe ab ipſo eſt. Cum ergo quinque ſint ſectiones ex diuiſione atque membra, ſi demonſtrabitur nihil horū ſubſiſtere poſſe perſpicuum erit nunc nullo pacto eſſe, quod igitur non ſit prius nunc diuerſum a poſteriore. Nam hoc membrum diuiſionis prius exercet demonſtrat hūc in modum. Nam ſi alterum eſſet prius a poſteriore, vel prius permanet adueniente poſteriore, vel non permanet, ſi ergo permanet, accidet duo æqualia tempora inter ſe ſimul eſſe. At hoc fieri non poteſt, quoniam iam poſtulauimus duo æqualia tempora ſimul eſſe non poſſe niſi vnum contineat & aliud contineatur, igitur prius non permanet cum eo ꝙ poſterius aduenit, ſi autem non permanet, & omne ꝙ prius erat & modo non eſt, id neceſſe eſt corruptum eſſe, igitur momētum prius corrumpitur, ſed ſi corrumpitur, vel ergo in ſeipſo corrumpitur, vel in alio, ſed in ſeipſo corrumpi non poteſt, alioquin idem ſimul erit & non erit quod impoſſibile eſt, igitur in alio corrumpitur, vel igitur in eo ꝙ deinceps eſt, vel in eo quod longe abeſt, in eo ꝙ deinceps corrumpi non poteſt, quippe neque penitus punctum ſit contiguum & deinceps puncto. Hoc enim inquit ſit profecto nobis conceſſum, quoniam idem demonſtrabit in extremis huiuſce operis voluminibus, quod punctū puncto neque poteſt eſſe deinceps, neque momentum momento, neque lineam lineæ, neque ſuperficiem ſuperficiei. Et non nocebit neque malum erit ſi modo hoc etiam nos demonſtrabimus ꝙ ſit impoſſibile. Nam ſi forent duo momenta deinceps ſe habentia inter ſe, vel duo puncta, vel inter ſe adequarentur vnum alteri ac tangerent ſe, vel diſtarent a ſeſe mutuo, vel ſecundum aliquid ſeſe tangent. & ſecundum aliquid diſtabunt, ſed ſi æquantur inter ſe ac ſeſe tangunt, non erunt duo, ſed vnum, ſi autem diſtabunt non erunt deinceps inter ſe. Nam ea ſunt deinceps vt ipſe in quinto libro determinauit inter quæ nihil eiuſdem generis cadit. At inter duo nunc & momēta diſtantia tempus intercipitur, & in omni tempore ſunt infinita momēta, igitur inter duo nunc diſtantia erunt infinita nunc & momenta eiuſdē generis cum illis, igitur non ſunt ipſa quæ nūc & momenta vocantur deinceps cum diſtantia inter ſe ſint, quare neque poterunt diſtare ea quæ ſunt deinceps ſe habentia, ſi autem ſecundum aliquid ſeſe tangent, & ſecundum aliquid diſtabunt, igitur non erunt impartilia ac indiuiſibilia, igitur duo nunc nequeunt ſe habere deinceps inter ſe, igitur ſi corrumpitur nunc nō interibit in eo ꝙ deinceps eſt, ſiquidem nullum nunc & momenta ſit deinceps, ſi autem corrumpitur in eo ꝙ lōge abeſt & ſeparato, & neceſſe eſſe eſt inter hęc duo nunc intercipi eſſeque tempus, ac in omni tempore ſunt infinita nunc, primum eſt ad placitum & pro arbitrio dictum. ſ. vt ipſum nūc in hoc corrumpatur & non in ipſis intermedijs infinitis, deinde ſi corrumperetur in momento ſeparato accideret illud eſſe in ipſis intermedijs infinitis momentis, ſed ſuppoſuimus

prius

prius nunc non poſſe permanere aduenientе poſteriore, alioquin abſurdum ſequetur, vt duo æqualia tempora ſimul eſſent, igitur non poteſt nunc alterum & alterum eſſe. Omnes enim poſitiones dictæ ſunt. Atque neque vnum & idem nunc ſemper eſt, immo impoſſibile eſt. Nihil enim inquit diuiſibile vno clauditur terminaturque termino, ſed ad minus duobus, ceu linea duobus punctis terminatur. Nunc autem & ipſum momentum eſt temporis finis ac terminus, & tempus diuiſibile eſt, & eſt accipere tempus finitum ceu diem vel menſem, quare ſi tempus eſt aliquod diuiſibile finitum eſt & nullius finiti vnus eſt terminus, & nunc eſt terminus, igitur nõ poteſt eſſe vnum momentum & nunc. Item ſi in ipſo tempore hæc fieri dicimus quæ in ipſo nunc facta ſunt, & vnum eſt nunc ab ęterno & ab ꝗuo accidet res troianas fieri vna ſimul in tempore cum his quæ modo facimus, igitur nihil alio eſſet magis antiquum ſeu nemo alio ſenior eſſet, neque iunior, ꝙ eſt abſurdum, igitur neq; vnum & idem momentum eſſe poteſt, quare ipſum neque penitus eſſet poteſt. Nam ſi erat vel vnum & idem erat, vel aliud & aliud, ſed non poteſt aliud & aliud eſſe, neque vnum & idem, ergo videtur penitus non eſſe. Si ergo tempus neq; ſecundum pręteritum, neq; ſecundum futurum, neq; ſecundum nunc eſt tempus, igitur videtur nullo pacto eſſe.

Primum autem recte ſi habet dubitare de ipſo & per rationes exteras: ſi ſit de numero eorum quæ ſunt nec ne. Deinde quæ ſit eius natura cõtemplandum eſt. Quod quidem igitur tempus penitus nõ ſit ex his quiſpiam aut vix: uel obſcure ſuſpicabitur. Nam aliud ipſius fuit & non eſt: aliud futurum & nondum eſt ex hiſce autem conſtat & infinitum: & quod ſemper accipitur tempus.

Inquit exteras rationes ad diſtinctionem contra rationes quę dicuntur auſcultatoriæ & demonſtratiuę, ipſe nanque extere rationes proficiſcuntur & conſtant ex opinabilibus & veriſimilibus. Diximus autem in prædicamentis rationes exteras, non eſſe demonſtratiuas neque adducendas eſſe & narrãdas his qui ſunt legitimi & veri auditores, ſed ob mutos dicendæ ſunt ex veriſimilibus proficiſcentes.

Atqui id quod de numero entium non eſt impoßibile uidetur participare aliquando ſubſtantia.

Subſtantia inquit, ideſt exiſtentia & eſſe. Nam quo modo illud eſſe poteſt quod ex his quæ non ſunt componitur.

Preterea omnis rei partibilis ſi fuerit: neceſſe eſt cum eſt: uel omnes partes: aut nonnullas eſſe. At temporis quod ſane partibile eſt aliæ partes tranſactæ: aliæ futuræ ſunt nihil eſt.

Aliud argumentum adducitur ꝙ non ſit tempus, omne partibile cum eſt, vel omnes partes ſimul ſubſiſtentes habet vt animalia & Plantæ, vel aliquas, ſeu ludus. At temporis cum ſit diuiſibile neque vniuerſæ partes ſubſiſtunt, neq; aliquę, quippe præteritum nõ ſit, & futurum nondum eſt, igitur non eſt tempus.

Ipſum autem nunc non eſt pars. Nam pars metitur: at ipſum nunc non metitur. Item totum conſtat ex partibus. At tempus ex ipſis nunc conſtare non uidetur. Amplius ipſum nunc quod præteritum diſtinguere & futurum uidetur: utrum unum & idem ſemper permaneat: uel aliud & aliud non facile diſcerni poteſt.

Quoniam dixit tempus non ſubſiſtere ſecundum partes, & ſolum ſubſiſtit nunc de tempore, vt nequis dicat tempus eſſe ſubſiſtereque per ipſum nunc, iccirco prius oſtendit nunc & momentum non eſſe temporis partem. Nam (inquit) tẽporis pars totum metitur & partes totum componunt. Nunc autem neq; metitur tempus, neque ex ipſo nunc componitur. Deinde demonſtrabit neque partitum eſſe momentum vtens ea diuiſione quam diximus.

Nam ſi aliud ſemper atque aliud ſit: & non eſt alia & alia pars temporis ſimul: niſi una contineat: & altera contineatur: quemadmodum minus tempus a maiore continetur.

Vna dignitas hęc eſt, quoniam ſimul eſſe duo tempora, vel duæ partes temporis nequeunt niſi alia contineat, & alia contineatur.

At nunc non eſt: prius fuit: neceſſe eſt aliquando eſſe corruptum.

Altera dignitas hæc eſt, oportet inquã aliquid tẽporis eſſe in quo nũc deſinat ſiue per corruptionem, ſiue non, quippe apud me nihil intereſt. Nam dixit nunc corruptum eſſe pro non eſſe.

Ipſa nanque momenta & nunc ſimul non erunt inter ſe: prius autem corruptum eſſe neceſſe eſt. In ſeipſo igitur corruptum eſſe non poteſt propterea quod tunc eſt.

Cum dixerit hęc reliquum adducit probationem. Eſt autem continuatio verborum talis. Nam ſi ſemper nunc aliud & aliud eſt, & conceſſum ſit non poſſe duas partes temporis eſſe ſimul, niſi altera contineat, & altera contineatur, & illud quoque conceſſum ſit ꝙ illud ꝙ erat ante ens modo non ens neceſſe ſit corruptum eſſe aliquando. Profecto perſpicuum eſt ipſa nunc ſimul inter ſe eſſe non poſſe propter primã dignitatem, & neceſſe ex prius corrumpi per ſecundã dignitatem. Cum igitur corrumpitur aliquando corrumpitur & in aliquo nunc, vel enim in ſeipſo, vel in alio, & ſi in alio, vel in eo ꝙ deinceps eſt, vel in alio ſeparato. At vnumquodq; horum eſt impoſſibile.

In alio uero nunc prius nunc corruptum eſſe non poteſt. Sit enim impoßibile ipſa nunc ſibi hærere ut puncto punctum.

In alio inquit in eo ꝙ deinceps eſt, & hęret. Nam de hoc cum loquatur intulit ſubiunxitque. Sit impoſſibile ipſa nunc ſibi hęrere. Poteſt quoque & illa particula. In alio vero nunc prius nunc corruptum eſſe, intelligi & dici de communiore nunc, ꝙ neque poſſit corrumpi in eo ꝙ deinceps eſt, neq; in ſeparato, deinde reliqua ſeorſum legere ac tractare. Et primum de ipſo nunc ꝙ eſt deinceps eo ꝙ dicit. Sit impoſſibile ipſa nunc ſibi hęrere. Verum propter hoc non dixit eſſe ipoſſibile illa ſibimet hęrere mutuo, ſed ſint ipſe dixit, quoniam nondum hoc demonſtrauit, ſed velut demonſtraturus modo petit hoc.

Si ergo non eſt corruptum in eo quod deinceps: ſed in alio: in ipſis medijs nunc nifinitis profecto ſimul erit. At hoc fieri nequit.

Quod non ſolum in eo ꝙ deinceps non poſſit nūc corruptum eſſe, quoniam nihil eſt deinceps, ſed neq; in nullo alio ꝙ non eſt deinceps oſtendit. Nam (inquit) neceſſe eſt inter duo nunc intercipi tempus, ſed in omni tempore ſunt infinita, nunc & puncta, ſi ergo in nullo iſtorum corrumperetur, hiſce omnibus coexiſteret, hoc autem fieri nequit, quoniam dicere nō poſſumus duas temporis partes ſimul eſſe, niſi contineat vna & altera contineatur. At nullum momentum eſt contentiuum alterius.

At uero neque idem ſemper permanere poteſt: quippe nullius diuiſibilis finiti unus eſt terminus.

Cum confutauerit per priora alterum diuiſionis membrum ꝙ nequeat aliud atque aliud nunc eſſe, reliquum vult etiam confutare ꝙ non poſſit vnum atq; idem eſſe nunc, quippe nullius finiti diuiſibilis vnus ſit terminus, ſi ergo nunc eſt terminus & finis temporis, & ipſum tempus eſt diuiſibile, quoniam & continuum eſt, igitur non erit idem nunc.

Siue ad unum: ſiue ad plura ſit continuum. At ipſum nunc finis eſt tempuſque finitum ſumi poteſt.

Continuum dixit cum paulo ſuperius dixerit diuiſibile, quoniam continuum eſt diuiſibile, & diuiſibile omnino continuum eſt, & quia tempus continuum omnino eſt & diuiſibile. Ad vnum autem continuum eſt linea in longitudine, hac ratione ſolum eſt & diuiſibilis, ad plura autem ſuperficies & corpus, ſuperficies inquā ad duo corpus autem ad tria. Vt autem ſe habet vnumquodque ad continuum hac ratione ſe habet ad diuiſibile.

Idem fere prīs mo cœli Ariſt.

Preterea ſi ſimul eſſe ſecundū tempus: & neque prius: neque poſterius nihil aliud ſit quā in eodem nunc eſſe ſi priora poſterioraue in hoc nunc & momēto ſunt: ea profecto que ante centies centenos annos ſunt facta: ſimul cum his erunt que hodierno die fiunt: & neque quicquā prius alio neque poſterius erit. De his igitur que inſunt tempori tot ſint dubitata.

Alterum argumentum ꝙ ſi erit vnum nunc, in eodem tempore eſſent res geſte Troianorum cum his quæ modo fiunt et ſunt, quippe vtreq; in eodem ſint nunc & momento. Hęc autem ſunt contemporanea, igitur tolletur antiquius & id quod magis nouū eſt.

Quod autem ſit tempus: & que ſit ipſius natura ſimiliter ex his que tradita ſunt immanifeſtum eſt: & ex his que paulo prius a nobis dicta ſunt. Quidam enim aiunt uniuerſi motum eſſe: quidam autem ſpheram ipſam.

Cum dixerit ab exordio quod oportet nos de tēpore quærere ſi ſit, nec ne. Deinde quid eſt, & primū probauerit nullo pacto tempus eſſe, & ingenioſiſſime ex opinabilibus argumenta adduxerit & probauerit non eſſe, non amplius arguit in contrarium dico, ſcilicet ꝙ non ſit tempus, quippe euidentia ſit omni demonſtratione fide præſtantior, ſcilicet magis fidem faciat. Nam dubitationes de ipſo deinceps perſoluet, proficiſcitur ergo ad quærendum quid ſit tempus. Et more ſuo prius opiniones veterum falſas de tempore repurgabit. Tres autem in vniuerſum opiniones de tempore ponit. Inquit quidam enim tempus exiſtimarunt eſſe vniuerſi orbiculationem, quidam autem ſphæram ipſam, dico ſcilicet corporeitatem cœli, quidam autem motum ſimpliciter. Primum autem oſtendit tempus non eſſe orbiculationem hoc modo. Nam ſi tempus foret orbiculatio, quoniam pars temporis tēpus eſt accidet autem partem orbiculationis orbiculationem eſſe, hoc autem fieri non poteſt. Nam orbiculatio eſt ab eodem in idem regreſſus, igitur tempus non erit orbiculatio. Nam ſi orbiculationem dicebant eſſe aliquod tempus determiuatum ceu diem, vel menſem, poterit ergo pars orbiculationis eſſe pars temporis. Quoniā autem dicunt tempus ſimpliciter qua tempus eſſe orbiculationem, accidet partem circūlationis non eſſe tempus quippe circulatio non ſit pars circulationis, quare neque circulatio erit tempus. Item inquit ſi poſuerimus plures eſſe cœlos, equidem & plures orbiculationes erunt, tempora autem non plura, ſed vnū & idem nihil minus, quippe non eſſent plures dies, vel plures anni, quando quidem etiam nunc ſint plures ſphæræ, & tempus ſit vnum, ſic ergo etſi plures eſſent cœli alij atque alij mundi, plures profecto eſſent orbiculationes, ſed tempus vnum. Nam ſi omnes cœli eſſent equę cæleritatis, menſura eorum ſimiliter vna & eadem eſſet, quippe dies, menſis, & annus vnus & idem eſſet apud omnes, ſi autem inæqualis cęleritatis eſſent, reliquorum cœlorū motus menſurarentur a velociore, quemadmodum impreſentia aliarum ſphęrarum motus metiuntur a motu ſphæræ inerrabilis. Nam ſemper maius metitur a minore, quippe lignum decem cubitorum metitur a ligno vnius cubiti, & vlna cubitusue a digito, ſic igitur cęlerior motus aliorum eſt menſura, quare tēpus cum dimetiatur hunc motum, & reliquorū omnium erit menſura. Quod quidem igitur non ſit tempus circulatio ſic oſtendit. Quod autem neque ipſa ſphæra ſit tempus dedignatur probare. Nam patet hoc eſſe ſtolidum, & ſyllogiſmus quo videntur probare tempus eſſe ſphæram, plane nihil concludit & vitioſam formam habet. Nam ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura conficitur. Inquit in tempore omnia ſunt, in ſphæra autem omnia ſunt ſphæra igitur tempus eſt. Primum quidem vt dicebam inutilis combinatio collectioque ſit, deinde prorſus non ꝙ eſt in aliquo, in tempore eſt, igitur aliter in ſphæra cuncta ſunt, & aliter in tempore. Nam in ſphæra cuncta ſunt velut in loco, in tempore autem non vt in loco omnia ſunt, ſed aliter, quare potius concluderetur proprię non eſſe tempus ſphæram contrarium, ſcilicet ꝙ illi volebant. In ſphæra omnia ſunt velut in loco, in tempore autē non omnia ſunt velut in loco, igitur ſphęra non eſt tempus, vt autem illi probabant medius terminus non ſimiliter ſe habet ad extrema, quemadmodum dictum eſt, propter igitur ſtoliditatē & dementiam ipſius dogmatis ſententiæue & argumenti Ariſto. ipſis non cōtradicit. Verum contra ipſos hęc dicere poſſumus, quia tempus habet præteritum & futurum, ſphæra autem non habet præteritum nec futurum, igitur ſphæra non eſt tempus. Item pars

temporis

Qui orbiculationē tēpus dixiſſe in tres ſectas diuiduntur. Epicurei motū orbicularē diurnū tēpus dixerūt, Stoici aūt motum Solis. Eraſthotenem vlā mundi tēpus appellis cōtendit oēs motus Planetarum & orbiū in vnū redactos eē tēpus qbus aliqñ Plato viſus eſt aſſentire in Timeo, licet aliter vt placet Plotino.

Pithagoras ſphæræ motū eē tēp. dixit cuius opinionem cucullatus qdā Grego. Ariminēs vir ingenioſus dfendit ſedo ſententiā ſuā q vult mobile eſſe tēpus.

Anaximanes & Anaximander ſenſerunt tēpus eſſe quemcūq; motū quorum motiua & aliorum opiniones in quadā noſtra q̄ſtione poſuimus. Sed tu lege plotinū de æternitate.

temporis eſt tempus, ſphæræ pars non eſt ſphæra igitur ſphæra non eſt tempus. Item tempus nunc & momēto diuiditur & diſtinguitur, ſphæra autē nunc & momento nō diuiditur. Item per partem tempus ſubſiſtit, ſphæra autem per partem non ſubſiſtit. Item ſphæra corpus eſt, tempus non eſt corpus, ſic igitur neq; ſphæra tempus erit. Quod autem tempus neque motus ſimpliciter ſit hunc in modum oſtendit. Motus inquit in ſolo mobili eſt & in eo in quo mouetur mobile, tempus autem non in mobile eſt, neq; in loco in quo fit motus, ſed vbique & omnia ſimiliter vnum & idem exiſtens ſequitur, igitur motus nō eſt tempus quippe motus meus non ſit in omnibus, immo neque ſimpliciter motus eſſe conſpicitur, quippe nonnulla quieſcant. Secundum argumentum, motus & ſimpliciter mutatio celeritatem & tarditatem habet. Nam dicimus alium alio eſſe celeriorem & ſegniorem, quippe dicamus motum ſphæræ inerrabilis celerrimum, tardum autē motum Saturni. At tempus non habet celeritatem neque tarditatem, igitur tempus non eſt motus. Quod vero motus habeat celeritatem & velocitatem neq; putat dignum eſſe ꝓbatione, quippe hoc ſit clarum vt dicebam. Quis enim ignorat motum ſphæræ inerrabilis eſſe alijs celeriorem, & poſt hunc motus lunæ & ita alius ab alio differt velocitate & ſegnitię, ſimiliter motus aquilę eſt celerior motu pice. Quod autem tempus non habeat velocitatem & tarditatem probat per quendam tertium ſyllogiſmum ſic, celeritas & tarditas tempore finiuntur, ſed tempus tempore non diffinitur nec determinatur, quippe ridiculū ſit dicere tempus tempore definiri, igitur tempus non habet velocitatem nec tarditatem. Non enim eſt dicere annum eſſe, ſet, ſo celeriorem vel ſegniorem, vel diem die, ſi acceperis diem cum nocte. At tarditas & velocitas tempore definiuntur. Nam dicimus motum eſſe celeriorem qui exiguo tempore multus conficitur, tardum autē qui exiguus eſt in magno tempore, igitur velox & tardum tempore definiuntur. Cum igitur hiſce demōſtrauerit tempus neq; circulationem, neque ſphæram neque motum eſſe deinceps inquit, quod quāquā motus non ſit tempus, attamē ſine motu non eſt. Nam vna cum cognitione temporis ſtatim concipitur tempus. Nam ſi intellexerimus tantū horæ, mox & tantum vniuerſi motus intelligemus, & econtra ſi intellexerimus tantundem motus vniuerſi, ſtatim & tantundem temporis vna concipiemus. Signum autem apertiſſimum eſt in vnoquoque ꝙ nobis occurrit facere. Nam ſępe multum legentes promptitudine multitudinis conſenſum & propoſitum legendi præterimus, & ſtatim tempus præterimus. Nam ſępe multum diei conſumantes arbitramur nondum aliquam eius partem præterijſſe, poſtea vero cum animaduertimus ac ſcimus multitudinem lectionis, mox & temporis longitudinem animaduertimus, & econtra, ſi primum temporis longitudinem ſciuerimus, ſtatim & tarditatē motus percipimus. Nam dicimus multa legiſſe, quoniam multū diei præterijt & conſumptum fuit, item & econtra dicimus multum temporis præterijſſe quia multum lectionis fecimus, quare ſi vna ſimulque tempus & motus inter ſe concipiuntur, & intelliguntur, atque vno ſublato reliquum tollitur videtur (inquit) tem-

Aduerte hunc loqui de motu ſpatio lunæ de quo alias notaui eſſe quoq; dubiū ſi conſideremꝰ magnitudines utriuſq;. Aduerte duplicē eē diē naturalē & artificialē, naturalis eſt 24. horis cōſtat artificialis autē quādiu durat Sol ſupra orizontē nſm, pete hæc ab Aſtronomis, loquitur Ioannes ꝙ die naturali.

pus vel idem motui eſſe, vel aliquid motus eſſe, cum igitur oſtenſum ſit tempus non eſſe motum, neceſſe igitur eſt tempus aliquid motus eſſe. Quærendum igitur eſt quid ſit ipſius motus quo cum dixerit deinceps. Procedit quærens quid ſit tempus. Dixit autē ſuperiore textu. De his igitur quæ inſunt tempori tot ſint dubitata, quoniam ex hiis quæ tempori inſunt prius mouentur dubitationes. Ex eo ſcili et ꝙ habet præteritum & futurum, ac quia per ipſum nunc ſubſiſtit & adeſt atque ex reliquis. Quid autem ſit tempus. Quod ipſe in quid tale eſt, quoniam ad cognoſcendam, ſubſtantiam temporis opiniones veterum de ipſo prius ſubiectæ ac habitæ nihil nobis conferunt, immo contrariū ingerunt nobis non minus ſcrupulum & occultationem non paruam de ipſo q̄ faciant dubitationes a nobis paulo prius de ipſo ſubiectæ atque adductæ. Nam vt ipſe nobis afferunt immittunt redduntque ipſius naturam immanifeſtam, ſic & dicta veterum. Nam alius ipſum aliquid aliud eſſe aſſerit, & alius aliud quorum nihil videtur eſſe tempus, ex communibus de ipſo opinionibus, igitur natura temporis nobis ſimiliter immanifeſta ex dictis veterum & ex his de quibus pauloante & nunc dubitauimus. Dixit autem temporis non ſubſiſtere aliquam partem quod ſecūdum mentem ſolum ſubſiſtit, ex quibus deduceretur nullo pacto eſſe tempus. Si ergo quæ tempori inſunt nos ducunt in conceptionem & cognitionem ꝙ nullo pacto ſit, multo ſquidem magis nos inducunt ad ignorationem & occultationem quæ ſit natura temporis.

Textus.

Textus.

Atqui conuerſionis pars tempus eſt quodam: conuerſio uero non eſt. Nam pars conuerſionis eſt id quod aſſumptum eſt: non conuerſio.

Nam ſi temporis pars eſt tēpus, & circulatio conuerſione tempus eſt, igitur & pars circulationis tempus erit. Sed pars circulationis non eſt circulatio, igitur tempus non eſt circulatio.

Præterea ſi plures cœli eſſent: motus uniuſcuiuſque ſimiliter tempus eſſet: quare plura tempora ſimul eſſent.

Alterum argumentum. Inquit ſi plures eſſent cœli, plures profecto eſſent & conuerſiones orbiculationeſue, quare & multa tempora, ſed hoc fieri non poteſt, quoniam vnum & idem tempus omnia communiter comitatur, quemadmodum modo vnū multas ſphærarum conuerſiones comitatur, tempus igitur non eſt orbiculatio neque conuerſio.

Sphæram uniuerſi ob id uiſum eſt dicentibus ipſam eſſe tempus: quoniam in tempore & uniuerſi ſphæra omnia ſunt: ſed hoc adeo ſtultum eſt ut ſuperuacaneum ſit conſiderare ea quæ ſequuntur impoßibilia.

Quod quibuſdam viſum ſit ipſam ſphærā & cœli corporeitatem tempus eſſe, & cauſam vnde vitioſa forma ratiocinate ſunt, adduxit, quoniam (inquit) in ſphæra ſimiliter omnia eſſe dicuntur quippe contentiua ſit omnium, & in ipſo tempore. Hinc enim ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura vitioſe concludebant tempus ſphæram eſſe. At (inquit) conſiderare ea impoſſibilia quæ ex has poſitione ſequuntur

Q̄ſio in ſcđa figura ex duabus affirmatiuis dēt cōcluſio ſequi vide Alexādrū ſuā. ꝓgram. & Auerroem primo priorum.

ſtultum eſt. Nos autem diximus iam ea quæ ſequuntur ex ipſa poſitione.

Cum uero motus atque mutatio quædam tempus maxime eſſe uideatur: hoc ſi ſit conſiderandum eſt.

Cum dixerit orbiculationem neque tempus eſſe, neq; ſphærum. Nunc inquit quoniam videtur multis tempus eſſe motum, hoc inquirendum eſt ſi ſit, motus nec ne.

Mutatio igitur uniuſcuiuſque & motus in ipſo duntaxat eſt quod mutatur.

Primum argumentum q non ſit motus tempus, quoniam motus ſolum eſt in eo q mouetur, & in loco in quo motus fieret, tempus autem non eſt ſolum in eo q mouetur, ſed cuncta ſimiliter comitatur, quare motus non eſt tempus.

Aut ubi forte eſt id quod mouetur & mutatur. At tempus ubique eſt: & ſimiliter apud omnia.

Ideſt & in loco in quo moueretur. Nam illa diſiunctionis particula. (Aut) pro coniunctione hac. (Et) poſuit.

Item mutatio quidem omnis celerior eſt atque tardior. At tempus non eſt.

Alterum argumentum motus habet velocitatem & tarditatem, ſed tempus non habet velocitatem, neque tarditatem, igitur motus non eſt tempus.

Nam tardum & uelox tempore definiuntur: quippe id uelox ſit quod in tempore breui magnum ſpacium tranſit. Tardum autem quod in longo paruum conficit.

Quod non ſit velox & tardum in tempore probat. Nam velox & tardum tēpore definiuntur, quippe motum celerem dicamus qui ſit multus in paruo tempore, ſcilicet qui abſoluit ſpacium magnum breui tēpore, & tardum qui minus ſpacium longa mora conficit. At tempus non definitur tempore, igitur celeritas & tarditas non ſunt in tempore.

At tempus nec ut quantum quidem eſt: nec ut quale tempore diffinitur. Quod quidem igitur tempus non ſit motus patet.

Nam motus ſecundum quantum & quale tempore definitur. Secundum quantitatem inquā quoniam longum motum dicimus qui multo tempore fit. Breuem autem qui exigua mora abſoluitur. Item ſecundum quale dicimus celerem motum eſſe qui multus fit in breui tempore, tardum vero qui exiguus fit in multo tempore. Atqui tempus neq; ſecundū quantum tempore definitur, quippe non dicamus annum anno definiri. Item neque ſecundum qualitatem tempus tempore definitur, quoniam tempus non omnino eſt cælerius, vel ſegnius tardiuſue. Nam dies die celerior non eſt vel ſegnior.

At nihil impreſentia inter ſit ſi dixerimus motum uel mutationem.

Quoniam velut de mutatione rationem exercuit, & non omnis mutatio eſt motus. Ipſi nanque non dicebant mutationem eſſe tempus, ſed motum, propterea hac inquit nihil intereſt ſiue idem ſit motus & mutatio, ſiue non, quoniam velut ſint idem motus & mutatio, ſic vtimur nominibus. Nam oſtenſurus eſt in ſequentibus libris q in plus ſe habeat mutatio q̄ motus. Nam generatio & corruptio mutationes quidē ſunt, motus autem minime.

At uero non ſine mutatione tempus eſſe uidetur.

Quoniam etſi tempus non eſt motus neq; mutatio, attamen ſine motu & mutatione non eſt.

Nam cum ipſi nihil mente mutamur: aut latet nos eſſe mutatos: non uidetur nobis tempus fuiſſe.

Ideſt quando mouemur quidē, & mente non concipimus animaduertimuſq; q ipſi mouemur, non videtur nobis fuiſſe tempus. Quum autem ſciuerimus animaduerterimuſque motum, ſtatim & intelligentiam temporis accipimus.

Quemadmodum neque hiſce acciderat: quos fabulæ tradunt dormiiſſe apud Heroas quam primum fuerunt experrecti. Nam coniungunt ipſa momenta prius in quam ac poſterius unumque faciunt excipientes medium tempus ob ſenſus occupationem. Perinde non aliud atque aliud: ſed unum idemq; nunc eſſet: tempus ſane non eſſet. Sic & cum lateat aliud atque aliud eſſe: medium ipſum non eſſe tempus uidetur. Quod ſi tunc fit: ut tempus non eſſe arbitremur: cum nullam diffinimus mutationem: ſed in uno & indiuiſibili anima manere uidetur: cum uero ſenſerimus & diffinierimus mutationem tunc tempus fuiſſe dicimus: patet tempus ſine motu mutationeue non eſſe. Quod quidem igitur neque motus: neque ſine motu tempus eſt: patet.

Quandam fabulam accipit in exemplum, fertur quoſdam ęgrotantes feceſſiſſe in ſardis ad Heroas & curatos eſſe, & cum iuiſſent duobus diebus deinceps ſopitis ſenſibus accubarunt, deinde a ſomno experrecti putauerunt illud tēpus fuiſſe vnam horam qua apud Heroas ſteterunt. Quemadmodum igitur illi (inquit) quos fabula inquit non animaduertentes periodos vniuerſi & circulationes quibus dormierunt neque tempus q ſimul elapſum erat ſentiebant, & econtra non percipientes tempus, neque motum percipiebant, ſed exiſtimabant vnum & idem momentum eſſe quando dormierunt, & quando ſurrexerūt. Perinde atque non eſſent differentia nunc, ſed vnum & idem ac tempus non eſſet. Nam quemadmodum cum videtur vnum nūc eſſe nec tempus eſſe, nec motus videtur. Ita in vno ſecundum veritatem cum fuerit neque tempus, neque motus erit, ſi autem hoc ita ſe habet, vel prorſus inter ſe eadem ſunt motus & tempus, vel tēpus eſt aliquid motus. Si ergo demonſtratum eſt tempus non eſſe motum, igitur neceſſe eſt ipſum aliquid eſſe motus.

Quoniam quid ſit tempus quærimus: hinc ordientes ſumamus quid nam ſit ipſius motus. Nam ſimul motum & tempus ſentimus.

Quoniam (inquit) propoſitum nobis eſt inuenire quid ſit tempus, & ſermo ratioque hactenus declarauit tempus neceſſario eſſe aliquid motus, hinc

ergo exordientes & hoc accipientes idipſum quæremus quid nam ſit ipſius motus tempus, nunquid aliqua affectio, vel accidens, vel aliquid aliud. Nam ſimul percipimus motum & tẽpus. Nam repetit rurſus eandem rationem, quoniam tempus ſimul cum motu viciſſim intelligitur.

Etenim ſi tenebre ſint: & nihil per corpus afficiamur: & motus aliquis ſit in anima: mox ſane tempus quoddam ſimul fuiſſe uidetur. Atqui cum tempus aliquod fieri uidetur: ſimul & motus fuiſſe uidetur: quare uel motus: uel aliquid motus tempus eſt: quoniam igitur motus non eſt: neceſſe eſt aliquid motus ipſum eſſe.

Quod non ſolum percipientes corporalem motum mox in notitiam temporis veniamus, ſed etiam ſi nullius motus corporalis conciperemus conſentiremuſque, & omnes ſenſus quieſcerent, & anima ſolum ſuam vim imaginandi moueret, ſtatim rurſus cum tali motu tempus ſimul intelligeretur. Hoc autem eſt argumentum ad magis. Nam ita tempus ſimul cum motu intelligitur, quod quãquã extrinſecus nullum motum ſentimus cur tempus prorſus ſimul adeſt, & animi mutationem cum ſentimus hac ratione ſtatim tempus vna percipimus. Sic tempus aliquo modo ſimul motui naturale innatumque eſt. Quemadmodum ergo cum motu ſimul intelligitur tẽpus, ita econtra intelligentia notitiaque temporis introducitur notitia motus. Nam vt dicebã ſi tempus animaduertimus prgteritum, ſtatim percipimus magnã lectionem nos feciſſe ac diu nos dormiſſe, vel quodam alio motu nos motos fuiſſe.

Cum autem id quod mouetur ex quodam in quiddam moueatur: & omnis magnitudo ſit continua: motus profecto magnitudinem ſequitur. Quia nanq; magnitudo continua eſt: ideo & motus continuus eſt.

Cum confutauerit veterum rationes, hic vult ſuã opinionem afferre de ipſo ſed prius accipit quoddã aſſumptum, quod motus ſit continuus. Probat autem hoc in hunc modum. Inquit omne q̃ mouetur ex quodam in quiddam mouetur. Hoc enim verum eſt in omni motu, ſed etſi de omni motu hoc ſit verum, ipſe tamen exercet rationem in motu ad locum. Si ergo motus ad locum eſt ex quodam in quiddam, igitur in magnitudine motus eſt, quippe ſi motus eſt ex aliquo in aliquid neceſſe eſt aliquam magnitudinem intercipi, quare motus ſecundum locum in magnitudine eſt, ſed omnis magnitudo eſt continua, igitur in continuo motus eſt, quod autem in continuo mouetur, id motu continuo mouetur, igitur motus ſecundum locum eſt continuus. Eſt igitur continuum primo in magnitudine, & per magnitudinem in motu. Rurſus quoniam in continuo eſt prius & poſterius, & propter id prius & poſterius in motu ſunt. Nam vt ſe habet magnitudo ita ſe habere motum neceſſe eſt, cum igitur in magnitudine fuerit prius & poſtetius, & in motu hæc eſſe neceſſe eſt, igitur in motu ſunt prius & poſterius, quoniam igitur non aliter venimus in cognitionem temporis, q̃ venientes in cognitionem motus, & in motu eſt quædam pars prior, quædam poſterior conſtat ergo nos ex poſteriore & priore motus venire in cognitionem prioris & poſterioris temporis. Nam ſi conceptione notitiaque motus deducitur tempus, conſtat ſane vt in priore & poſteriore motu tempus ſimul capietur & intelligetur, igitur & temporis erit aliquod prius & aliud poſterius. Nam vt ſe habet motus, ita ſe habere tempus neceſſe eſt, quippe vnum alterum viciſſim comitetur. Verum prius & poſterius non ſunt idem cum motu. Nam ſubiecto prius & poſterius in motu nihil aliud eſt quam motus, ſed ratione & reſpectu alia eſt ratio motus & alia prioris & poſterioris. Porro non ſolum in motu prius & poſterius inuenitur, ſed etiam in quibuſdam alijs, ceu in numero. Nam vnitas prior eſt dualitate, & proemia præcedunt narrationem, & elementa ſyllabis ſunt priora, igitur non ſunt dictu idem motus & prius ac poſterius. Vnde in notitiam temporis ſimpliciter nõ venimus quando motum ſimpliciter intelligemus. Neque enim ſi alterationem ſimpliciter intellexero, vel lationem mox ſimul intelligam tempus, ſed quando & prius & poſterius in motu intellexero tunc tali notitia, mox vna temporis intelligentia deducitur. Nam quando (inquit) prius & poſterius in motu intellexero, tunc intermedium tempus dico eſſe, quippe intelligens principium & finem motus tempus intercipi dicam, quare inquit ſi quando numerabimus motum, & dicemus aliud eſſe prius eius, & aliud ſecundum, tunc & tempus eſſe dicimus, videtur igitur tempus eſſe numerum motus ſecundum prius & poſterius. Verum tempus non omnis motus eſt numerus, quoniam neque alterationis, neque auctionis, ſed motus ſecundum locum, & eiuſdem non omnis ſed ordinari & regularis. Nam licet tẽpus metiatur omnem motum, tamen primo menſurat motum ordinatum, & certum & per illum reliquos. Dies enim hora menſis, & annus metiuntur periodum & conuerſionem ſphæræ inerrabilis, per hunc autem tempus & omnem alium motum metitur, quare eiuſdem motus tempus eſt numerus, igitur inquit motus non eſt tempus, ſed numerus motus. Quod autem hoc ſit tempus oſtendit ex ſyllogiſmo hunc in modum omne plus & minus numero diſcernitur, ſed plus & minus tẽpore diſcernitur, & hoc eſt motus, igitur tempus eſt aliquis numerus. Numerus autẽ cum duplex ſit, alter numerans, alter vero vt numeratus, cum etiã vrceus ligneus duplex & modius qui velut metiens eſt, alter autem velut menſuratus, quo pacto dicimus ergo tempus eſſe numerum, aut numerantem, aut numeratum. Inquit igitur tempus non eſſe numerum numerantem, ſed numerum numeratum. Nam ſi numerus numerans eſt in anima noſtra, & tempus eſt extra nos, igitur tempus non eſt numerans, ſed numeratus.

Nam quantus eſt motus: tantum & tempus ſemper fuiſſe uidetur.

Si ergo tempus motu concipitur & intelligitur, merito vt ſe habet motus, ita ſe habet & tempus, quare & ſi multus motus erit, etiam multum tempus eſſe neceſſe eſt, & ſi paucus, exiguum quoque erit tempus. Si autem paulo ante dixit quod velocem dicimus motum qui multus fit in paruo tempore, perinde ac ſit multus motus, & exiguum tempus quomodo non dicit contraria & ſibi non conſtat. Sol- Obiectio. Solutio.

uitur quia in illis verbis non dixit de motu faciente tempus,ſed de quouis motu Hic autem dicit de motu faciente tempus , quod quantus extiterit motus, tantum neceſſe ſit tempus eſſe.

Atqui prius & poſterius in loco primo eſt quæ poſitione determinantur.

Inquit prius & poſterius primo eſt in loco,per locum autem in motu. Vocat autem & dicit locum magnitudinem in qua fit motus. Nam quæ mouentur ſecundum locum , in magnitudine mouentur. Verum inquit prius & poſterius loci ſunt ſecundum poſitionem partium. Nam magnitudines ſunt de numero habẽtium poſitionem,dicens autem quæ poſitione determinantur,non aſſignauit oppoſitam partem, ſed quia dixit peius & poſterius in motu habere proportionem ad magnitudinem , quomodo non dixit prius & poſterius in motu. At ſub ſilentio illud pertranſiens intelligere permiſit ꝙ non poſitione ſe habet motus,quoniam motus non eſt partium habentium poſitionem,quippe prius non permaneat aduenicnte poſteriore,ſed in fluxu ſunt prius & poſterius quæ habent proportionem priori & poſteriori magnitudinis,& hæc inquit eſſe in motu,quoniã in priore parte magnitudinis motus factus illa prior eſt,& in ſecunda ſcda. Quod vero locum pro magnitudine dixerit ſignificauit ex his quę ſubiunxit & inquit.

Cum uero in magnitudine ſit prius & poſterius : neceſſe eſt & in motu eſſe prius & poſterius iuxta proportionem eorum quæ ibi ſunt.

Quodquidem ſupra dixit in loco,hic dicit in magnitudine,forte dicens huic prius & poſterius in loco primo competere,ideſt magnitudini. Dubitatio. Verũ qua de cauſa dicimus ex magnitudine motũ habere prius & poſterius , & non econtrario ex motu prius & poſterius in eſſe magnitudini. Nam quod per motũ magnitudo habeat prius & poſterius hinc patebit. Nam ſi in eadem magnitudine recta aliqua duo mouerentur. Vnum ex altero extremo incipiens , aliud ex econtrario,profecto non eandem primam magnitudinis partem vnumquodque habebit,ſed vnicuiq; eorum quæ mouentur hæc eſt prima magnitudinis pars vnde cœpit motum facere,quod quidem & in his quæ mouentur. Secundum naturam videre licet. Nã ſi lapis ferreretur deorſum , & ignis ſurſum per eundem aerem,aeris pars alteri eſt prima,quæ reliquo eſt extrema, quare ex ipſo motu vniculque definitur prius & poſterius , quomodo igitur inquit Ariſto.in magnitudine primum eſſe peius & poſterius. Solutio. Dico igitur ꝙ penitus prius & poſterius ſunt in motu propter magnitudinem , quare ſublata magnitudine neceſſario tollitur motus,non tamen ſi tolleretur motus,magnitudo ſublata foret,vt igitur motus eſt propter magnitudinem,ita etiam quæ ſunt in motu habebunt eſſe per magnitudinem , ſed huic inſunt prius & poſterius , igitur & hæc habebunt eſſe per magnitudinẽ,quocirca igitur forſitan dixit prius & poſterius primo eſſe in magnitudine.

At uero & in tempore prius & poſterius eſt : quoniã alterum ipſorum ſemper ſequitur alterum.

Quoniam & tempus ſequitur motum(inquit)& motus eſt in tempore,merito cum prius & poſterius ſint in motu,& in tempore erunt prius & poſterius.

Eſt autem prius & poſterius in motu:quod quidẽ cum eſt:motus eſt:ratione tamen & ipſo eſſe diuerſum eſt:& non eſt motus. Atqui tempus quoque cognoſcimus cum motum priore poſterioreue definientes. Et tunc dicimus fuiſſe tempus : cum prius poſteriuſque in motu ſenſerimus.

Hoc idem inquit peius & poſterius,quod quidem in motu ac tempore conſpiciuntur , ſubiecto ſunt. Nam inquit quod quidem cum eſt,nihil aliud eſt ꝙ motus eſt,tamen definitione differũt ac habitu & reſpectu ſunt diuerſa. Quemadmodum aſcenſus & deſcenſus ſunt idem ſubiecto quia eadem ſcala eſt , ſed ratione ſunt diuerſi & non ſunt ipſa ſcala , ita prius qua prius non eſt motus,cum etiam in alijs ſit quæ nõ ſunt motus,ceu in numeris. Nam ſi abſque motu non ſpeculamur prius & poſterius. Nam animo & ratione mutamis ab hoc in hoc ita dicimus eſſe prius & poſterius. Nam ſi non mutaremur ab hoc in hoc,neque notitiam & intelligentiam prioris & poſterioris haberemus , attamen alterum eſt prius & poſterius a motu. Nam prius & poſterius quatenus vtrũq; motus eſt non differunt , differunt autẽ eo quod vnũ præcedit,& alterum aduenit. Verum hæc aliquid aliud ſunt & non motus , ſed velut aliqua paſſio motus,ſi autem prius & poſterius non in partibus ipſius motus acceperimus , ſed in ipſis terminis & mutatis ratio apertioe erit,quoniam ambo ſunt in ſubiecto motu quãquã ab eodem ſint diuerſa , quemadmodũ puncta lineæ,& ſuperficies corporis.

Definimus autem ipſum eo quod aliud & aliud ipſum accipimus: & aliquod alterum intermedium ipſorum eſſe putamus. Nam quando extrema alia a medio intelligimus eſſe: & animus ipſa duo nunc dicit aliud prius: & aliud poſterius : tunc & hoc ipſum tempus dicimus eſſe.

Prius(inquit)& poſterius definientes in motu ita in cognitionem temporis venimus. Nam cum fuerit in ipſo prius & poſterius(vt diximus)quãdo hoc definiuecimus & dixerimus aliud quidem eſſe nunc in quo cœpit motus,& aliud in quo ceſſat , intermedium ſane horum diuerſum ab extremis hoc dicimus eſſe tempus,quemadmodum intermedium mutatorum prioris & poſterioris dicimus eſſe motum. Nã vt punctis definitum linea eſt & mutatis motus , ita & momentis & nunc definitum eſt tempus.

Nam quod definitur nunc momentiſue : id tempus eſſe uidetur & ſupponitur,

Cum tempus non conſtet momentis , quippe non ſit duo nunc quæ ſe habeant deinceps , ſed definitur & terminatur ab ipſis cum non ſit intermedium nunc ſed tempus,propter hoc inquit ꝙ hoc modo ſupponatur,ſcilicet ꝙ omne intermedium duorum momentorum ſit tempus. Nam hoc demonſtrabit in ſequentibus libris ꝙ nulla magnitudo componitur ex indiuiſibilibus,neque linea ex punctis,neq; motus ex mutatis,neque tempus ex nunc. Item neq; latitudine ex non latitudinibus dico , ſcilicet ex lineis ſuperficies,

neq;

neq; altitudo & profunditas ex non profunditatibus, dico inquam ex ſuperficiebus corpus.

Cum igitur ipſum nunc & unum ſentimus, & non, aut prius in motu poſteriusue, aut ut idem quidem: prioris uero cuiuſdam poſterioriſue: tempus nunc nullum fuiſſe uidetur, quod neque motus: ſed cum prius & poſterius ſentimus: tũc & tempus dicimus eſſe.

Siue inquit non duo nunc ſentiamus, ſiue vnum quidem quod non fiat in priore & poſteriore quodam, non videtur nobis tempus fieri. Nam & ſi fuerit vnũ nunc & intellexerimus eſſe ipſum mobile, quod interdum in alio quodam, atq; interdum in alio fit, & ita tempus intelligimus, vel igitur hoc inquit. Prioris vero & poſterioris cuiuſdam ideſt in quodã priore & poſteriore factum. Nam hoc eſt ſpacium cuius in alia parte nunc fit, tempus eſt, vel vt accipiamus idem nunc ſubſiſtens ac manens, duas tamen rationes recipiat, aliam principij, aliam vero termini & finis; quare prioris finis & terminus poſterioris autẽ principium. Hæc enim quorum idem nunc finis & terminus eſt, tempora ſunt. nam quod ſimpliciter ab ipſo nunc definitur tẽpus eſt. Inquit igitur ſiue duo nunc, ſiue vnum ſenſerimus q aliam & aliam rationem ſuſcipiat quippe nihil inter ſit, ſiue aliud & aliud ſit numero prius & poſterius nunc, ſiue idem ſit numero, & fluat tamen vt aliquando in alio quodam ſit, & interdum in alio certe ſecundum diuerſitatem horum fit nobis temporis intelligentia. Si autem vnum nunc penitus ſubiecto & ratione intellexerimus, tunc intelligẽtiam temporis non obtinemus, quemadmodum neq; ij qui dormierunt in ſardis, propter hoc inquit tempus fuiſſe non videtur, quoniam neq; motus eſt. Nulla enim prorogatio extenſioq; eſt, at omnis motus in prorogatione fit.

Hoc enim eſt tempus, numerus, motus, per prius, & poſterius.

Cum dicat quid ſit motus, definit ipſum, eſt autem numerus, motus, verũ nõ ipſum numerans, ſed prius & poſterius motus numerata hoc tempus eſt.

Non ergo tempus eſt motus, ſed quo numerum motus ipſe habet.

Illud ſed quo numerum ipſe motus habet ideſt, ſed quo numeratur motus. Nam id quod eſt numeratum motus hoc eſt tempus, nõ qua motus eſt, ſed qua numeratur per prius & poſterius.

Huius quoq; indicium eſt. Nam plus & minus numero diſcernimus. Plurem minoremue motum tempore: tempus igitur eſt quidam numerus.

Quod ſit tempus numerus motus. ſ. numeratus & non numerans. nam hoc deinceps demonſtrabit, probat hoc modo in tertia figura, omne plus & minus diſcernitur numero, aliquod plus & minus diſcernitur tempore. nam plurem minoremue ipſe motũ diſcernimus igitur tempus eſt aliquis numerus.

Cum uero duplex ſit numerus. Nam & id quod numeratur ac numerabile: & id quo numeramus numerum dicimus: id quod numeratur non id quo numeramus eſt tempus. Sunt autem id quo numeramus: & id quo numeratur diuerſa.

Quoniam dixit tempus eſſe numerum motus, & numerus multifariam dicitur, numerat quot modis, & quo ſignificatu tempus ſit numerus motus. Verũ dicens dupliciter dici numerum tres ſignificatus dicere videtur, numeratum numerabile, & id quo numeramus, ſed dicimus quod duo priores ſignificatus pro vno poſuit, vnum neq; illius quod actu numeratur, & alterius quod potentia numerabile eſt. Vel vt apertius oſtẽderet quid dicat numeratum, ſubiunxit numerabile, ipſum autem eſt res menſurata, ceu decẽ equos decem canes. Cum igitur numerus dicatur dupliciter, dicimus tempus eſſe numerum vt numeratum. Dignum autem dubitatione eſt, quo nam pacto dicentes tempus eſſe continuum dicamus ipſum etiam eſſe numerum. nam numerus eſt quantitas diſcreta at impoſſibile eſt idem eſſe continuum & diſcretum. Dicimus igitur quod ſi tempus foret numerus numerans ipſum eſſe continuum non poſſet, cum autem non ſit numerus numerans, ſed numeratus nihil prohibet ſecundum aliud eſſe continuum, & ſecundum aliud numerum. Nam quo eſt menſura motus continui hac ratione continuus eſt, quo vero habet prius & poſterius hac ratione numerus eſt. Equidem non eſt impoſſibile, neque inconſuetum etiam de continuis numerum dicere. nam dicimus lignum habere decem vlnas, & iter habere decem ſtadia, & tamen hæc continua ſunt, quæ quatenus poſſunt a nobis ſecundum partes diuidi, hac ratione de ipſis numerum prædicamus, quare natura de his continuũ prædicatur, poſitione autem ex noſtra intelligentia numerus. Rurſus dubitatione dignum eſt, quomodo inquiat tempus eſſe numerum non velut menſurantem ſed velut menſuratum. Atqui motum nihil aliud mẽſurat q̃ tempus, menſuram igitur motus dicit tempus eſſe. Dico igitur etiam ad hoc quoniam, & ſi dicitur motum tempus mẽſurare, attamen & ipſum metitur ab ipſa anima, & primo menſuratur tempus, & menſuratur, deinde menſurat, quod autem duntaxat menſurat, & nequaq; menſuratur id neceſſe eſt ſolum eſſe diſcretum, & nullo pacto continuum, quare & ſi tempus diceretur menſurare motum nihil ex hoc abſurdi accidet rationi. Item hoc modo dicitur tẽpus menſurare, quemadmodum ſi duo ligna æqualia inter ſe appoſita vno menſurante diceret quiſpiam q menſuratum, & ipſum menſurauit appoſitum. nam quantũ hoc tantum & illud, hac ratione igitur & tempus dicimus menſurare motum, quoniam ſimul ſunt, & ſimul extenduntur & prorogantur, quantũ igitur erit alterum tantum & reliquum erit.

Ponderatio verborum.

Dubitatio.

Solutio.

Alia dubitatio.

Solutio.

Atq; ut motus alius eſt, atq; alius eſt, ſic & tempus.

Quod ſolius motus tempus ſit numerus, & nullius alterius oſtendit etiam per hoc. nam (inquit) vt alius atque alius eſt motus ſemper, ita & tempus quod eſt eiuſdem numerus ſemper aliud atq; aliud eſt. Atqui omnia alia cum ſemper eadem ſint, & numerus ſemper idem eſt, quare ſi tempus aliud, & aliud ſemper eſt, & eſt alicuius prorogationis productioniſque tempus, numerus, igitur ſolius motus tempus erit numerus.

Tempus autem omne quod eſt ſimul idem eſt. Nam ipſum nunc idem ſubiecto. Eſſe autem ipſius diuerſum eſt.

Simul vbique acceptum vniuerſum tempus hoc

vnum & idem eſt. Nam oĩs motus prius & poſterius menſurat, nõ tamen vt alterationis, vel auctionis, ſed prius, & poſterius eorum qui fiunt motus idem ſunt, ergo & tempus idem erit. Hoc tamen non amplius de motu cõuenit dicere, qppe nõ ſint ſimul motus, ſed alij ſunt non modo numero diuerſi, ſed etiam ſpecie, quidam nanque, & ſi ſpecie ijdem ceu ij quibus ſphæræ circumaguntur, attamen numero non ſunt idem, tamen tempus vbique vnum & idem numero, quare & hac ratione profecto tempus non eſt motus, ſed numerus motus. Quod autem idem ſit, & vnum vbique tempus probat, ex ipſo nunc & momento. Nã nunc ſecundum ſui naturam vnum eſt vbiq;, licet ratione differat. Nam aliter accipitur vt prius, & aliter vt poſterius veruntamen vt prius vnum & idem vbique eſt, ſimiliter etiam, vt poſterius, ſi ergo nunc eſt gninitiuum temporis, & hoc eſt idem vbique patet etiam tempus vbique vnum & idem eſſe, & natura, & numero.

Ipſum autem nunc tempus metitur, ut prius atque poſterius eſt. Et nunc tum eſt idem: tum non idem. Nam ut eſt quidem in alio, atque alio differt. Atque hoc pacto eſt ipſum nunc. Subiecto uero eſt idem quatenus ubique: eſt idẽ. Nam ut motus ſequi magnitudinem dicitur: hac ratione et tempus ut diximus. Et ſimiliter punctum id quod fertur quo motum cognoſcimus ſequitur, & prius, & poſterius. Hoc nanque cum eſt idem eſt. Eſt enim aut punctum: aut lapis, aut aliquid aliud tale. Ratione uero diuerſum: perinde atque ſophiſtæ coryſcum in lycio, et coryſcum in foro eſſe ſumunt eſſe diuerſa. Et hoc igitur, ut alibi atque alibi eſt diuerſum.

Quoniam ſuperioribus dubitauit circa nunc numquid vnum & idem ſit prius cum poſteriore, vel diuerſum. Deinde demonſtrauit vtrunque abſurdum. Nam ſiue idem foret, omnia contemporanea, & in eodem tempore eſſe neceſſe eſt, ſiue non idem, quoniam non aptum eſt ſuapte natura prius manere adueniente poſteriore, profecto neceſſe eſt corruptum eſſe, & ſiue in ſeipſo, ſiue in alio, nunc vtrunq; eſt impoſsibile. Quoniam erga hoc erat maxime cauſa paralogiſmi ipſa diuiſionis imperfectio, propter hoc reliquum diuiſionis hic adfert. Nam prius nunc neque ſimpliciter idem eſt cum poſteriore, neq; ſimpliciter diuerſum, ſed partim idem, partimq; non idem, hoc hoc autem prætermiſſum fuit ob occultationem paralogiſmi Hic autem ipſum ponit, vt ſoluat illam dubitationem, quoniam ſubſtantia idem eſt prius cum poſteriore, reſpectum autem non idem neq; ratione. Nam aliud eſt eidem eſſe prius, & aliud eſt eſſe poſterius. Et quemadmodum inquit, & ſophiſtę aiunt aliũ eſſe coryſcum in liceo, & alium in foro hac ratione vere dicentes, quoniam non eſt idem, vt idem hic ſit & ibi, igitur & nunc momentumue, ſiquis vnum & idem eſſe numero cuius fluxu tempus fiat, non accidet ea quæ prius facta ſunt eadem eſſe cum his quæ modo geruntur. Nam licet ſint in eodem, non tamen eodem modo ſe habente, quoniam non eadem ſunt vel ſimul ea quę fiunt tractanturq; a coryſco in lyceo exiſtente, & in foro, ceu ſi hic ipſe calefieret, ibi vero frigefieret, vel aliquid tale pateretur. Siue ergo vnũ & idem numero poneretur nunc eſſe nihil dictorum abſurdorum accideret, quoniam idem habitu, & ratione eſſe non ponitur, ſiue ſubſtantia eadem eſſet, & prius & poſterius non eſſent numero idem, quod quidem eſt magis verum multo magis nullum abſurdũ eorum accideret, quomodo autem ſe habeat nũc ad fieri & corrumpi in ſequentibus libris demõſtrabit, quoniam idem, & pleraq; alia momento, & ſine tempore ſunt, vel non ſunt neq; per generationem adeſſe deducta, neque per corruptionem in ipſum non eſſe. Cæterum ueniamus ad textum. Et nunc tum eſt velut idem. nam dicens idem tunc partim idem eſſe. Lſubiecto, ſed eſſe eidem diuerſum, ex quo (vt dicebã) dictam dubitationem ſoluit, quomodo idem atq; nõ idem ſit nunc oſtendit. nam quatenus (inquit) in alio, & alio eſſe accipitur, hac ratione alterum, atq; alterũ eſt prius & poſterius. At accipitur in alia, atque alia parte motus. Secũdum autem hoc inquit erat eidem & nunc eſſe. nam momentum indiuiſibile eſt. Id autẽ ꝙ indiuiſibile eſt ſimul eſſe in pluribus nõ poteſt, ſed partim in eodem eſt, & partim in eodẽ non eſt, quare pulchre dictum eſt, ꝙ ea ratione eſſe habet, quia aliud & aliud accipitur. non enim eſt dicere eo quod ſimul eſt in eodem, & in eodem hac ratione, & diuerſa ſunt prius & poſterius, quippe eidem aliud ſit in hoc eſſe, & aliud in hoc, hac igitur ratione diuerſum eſt prius nunc a poſteriore. Cum autem dicit quatenus vbiq; eſt idẽ. i. ſubiecto, deinde hoc probare volens ſubiunxit. nam vt motus ſequi magnitudinem dicitur, hac ratione & tempus, vt diximus. Et ſimiliter punctum id ꝙ fertur quo motum cognoſcimus, & prius & poſterius in ipſo. nã dixit ſuperioribus motum ſequi magnitudinem, & hac ratione tempus ſequi. nam eo quod in magnitudine prius & poſterius ſunt, & adhuc continuum, etiam in motu ſunt prius & poſterius & continuatio, & per motum in tempore, niſi quia prius & poſterius poſitione in magnitudine ſunt propter ea, quia a quauis parte poterat ſumi principium, in motu autem, & tempore non amplius hoc modo, quippe in his poſsit prius fieri poſterius, ſed non econtra poſterius poteſt fieri prius, quemadmodum igitur hæc (inquit) ſeſe comitantur, ita & ea quæ ſunt productiua horum & efficientia, hoc autem ſignificauit dicens. Et ſimiliter punctum id ꝙ fertur quo motum cognoſcimus. nam punctum eſt magnitudinis effectiuum, quippe punctum fluẽs efficiat lineam, prima autem magnitudo eſt linea, & motus effectiuum dicitur eſſe id ꝙ fertur, quoniã vt fiat motus ex Athenis ad Thebas cauſa eſt id ꝙ fertur, ſiue homo fuerit, ſiue quoduis aliud. Item vt fiat motus ex Ariete in Taurũ cauſa forte eſt Sol, cum hoc motu moueatur, vel aliquod alterum aſtrum, hoc quoq; mobile cognoſcitur motus, quippe motus p ſe ignotus eo ꝙ mouetur certe cognoſcatur. nam cœli motũ & orbiculationem quæ fit ab eodem in idem non alio quodam cognoſcimus q̃ ipſo cœlo. nam eo ꝙ videmus eandem ipſius partem bis fieri in ipſa orizontis parte tantum motus elapſum fuiſſe cognoſcimus. Sic etiam nunc effectiuum temporis eſt. Nam fluxus eius efficit generatq; motum, ſi ergo vt punctum ſe habet ad magnitudinem, & ꝙ mouetur ad motum, ita & nunc ad tempus, & punctum vnum & idem generat magnitudinem. Nam productione extenſioneq; plurium punctorum non fit linea ſed vno fluxu.

A pricipio fuit hæc dubitatio cum deſerebat, an tempus eſſet.

Aduerte is intelligit p aliquod alterum aſtrum planetã. i. aſtra erratica quæ Planetæ ſinguli ſub Zodiaco in ſignis duodecim mouentur quorũ ſignorũ quodlibet in longitudine triginta grad' hẽt in latitudine duodecim vtrinq; a linea Ecliptica ſex gradus. Et hoc ut ga iſte ſolũ o.10 ſphæras dat vñ non erit aliquis motus in Zodiaco q̃ planetarum.

fluxu. Item & id ꝙ mouetur cum vnū & idem ſit generat motū, certe conſequens eſt vt etiā nunc cū vnū & idem fuerit generet tempus, quippe tempus non fiat ex multis appoſitis coniunctiſq; momentis inter ſe, quoniam non componitur ex nunc & momentis tempus ſed vnius fluxu fit. Nam cum accipitur idem nunc prius & poſterius tunc tempus eſt. Quemadmodum igitur id ꝙ mouetur quodquidem aliquando vnum & idem exiſtens eſt, quoniam vel lapis, vel homo, vel ſydus, vel quippiam aliud eſt cum in alio atq; alio fit atque accipitur hac ratione diuerſum eſt. Nam vt dicebam aliud eſt Socrati domi eſſe & aliud verſari in foro, ſic plane & ipſum nunc ſubiecto & ſubſtantia idem eſt priori poſterius, ſed quia alterum eſt eſſe prius, & alterum eſt poſterius eſſe hac ratione diuerſum eſt. Exempli & declarationis cauſa vt demonſtraret quomodo idem dicimus ſubiecto & ratione differens commemorauit dictum Sophiſtarum. Nam illi accipientes alterum eſſe coryſco in foro eſſe, & alterū eſſe in lyceo transferebant hanc differentiam per accidens, & ſecundū rationem ad ſubiectum. Nam inquiūt ſi aliud eſt coryſco in lyceo eſſe, & aliud in foro, igitur coryſcus ipſe a ſeipſo alter eſt. At non neceſſe eſt ſi ſecundum rationem eſſet quippiam alterum & ſecundum accidens, iam idem eſſe ſubiecto alterum, quoniam & ſcala vna & eadem eſt cum ſit ratione diuerſa atq; altera. Nam aliud eidem cum ſit aſcenſus, & aliud cum ſit deſcenſus, ſic igitur & nunc eſt alterum ratione atq; diuerſum cum prius eſſe & poſterius, ſed ſubiecto idem.

At ipſum nunc ſequitur id quod fertur: perinde atque tempus ſequitur motum. Nam ipſo quod fertur cognoſcimus prius poſteriuſue in motu.

Cum dixerit motum ſequi magnitudinem, & hac ratione tempus motum, & ſimiliter pūctum id quod fertur, ac deinde interſeruit rationem ſophiſtarum, in his modo reliquum adiungit, quod nunc ſequitur id ꝙ fertur. Nam in eo quod id ꝙ fertur in priore & poſteriore quodam accipitur, & eius mutationes numerantur hac ratione nunc ſubſtantiā ſubſiſtentiamq; habet. Quod autem nunc ſequatur id ꝙ fertur ſignificauit dicens. Nam ipſo quod fertur cognoſcimus prius & poſterius in motu. Nam vt omne tempus ſequitur comitaturq; omnem motum & ſimul extenditur & prorogatur cum illo, ita & nunc cum ipſo quod fertur. Nam proportionem habent vt ſe habet *Argumentū a cõmutata proportione.* id ꝙ fertur ad motum ita ſe habet & nunc ad tempus, quare & alternatim & mutata proportione, vt ſe habet motus ad tēpus ita & id ꝙ fertur ad nunc & momentum ipſum, ſi ergo id ꝙ fertur vnum & idem eſt quum eſt, ſiue punctum, ſiue lapis, ſiue quoduis aliud. Nam differt ratione in alio atque alio fieri, tale etiam nunc prorſus erit.

Prius uero & poſterius ut numerabile eſt ipſum nunc profecto eſt. Quare & in his quum eſt nunc: idē eſt. Nā prius aut poſterius quod eſt in motu ipſo aūt eſſe diuerſum eſt: prius nanque poſteriuſue ut numerabile eſt ipſum nūc:

Cum dixerit ꝙ prius & poſterius cognoſcimus in motu per id ꝙ fertur, adiecit, prius vero & poſterius vt numerabile eſt ipſum nunc eſt, concludens etiam his nunc ſequi comitarique id ꝙ fertur. Nam ſi prius & poſterius ſequuntur id ꝙ fertur in motu, & prius & poſterius in motu ipſum nunc eſt. Nam quatenus prius & poſterius numerabile nunc ſequeretur id ꝙ fertur, & ita reliquum propoſitum introducit, dico. i. ꝙ nunc idem ſubiecto ſit, & ratione aliud atq; aliud. Nam dixit quare & in his pro & in ipſis nunc & momentis. Nam vt punctum eſt generatiuū lineæ vnū & idem ſubiecto, & id ꝙ fertur generatiuum eſt motus, ita et nun temporis generatiuum eſt, ideſt quum nunc fuerit & ſubiecto vnum exiſtit & eſt, tunc vnū idemq; eſt, & deinde quid eſt ſubiūgit. Nam (inquit) prius vel poſterius in motu, quoniam idem prius & poſterius ſunt ſubiecto in motu, cum & in motu id ꝙ fertur ſit idem licet eſſe ſit diuerſum, ideſt ſecundū rationem. Nam in motu prius & poſterius nō vt numerata ſunt, neq; vt prius & poſterius ſubiectum eſt ipſis nunc hoc autem idem eſt cum velut prius & poſterius acciperetur, & cū velut differentia motus, tunc aliud & aliud ſecundum rationem, quippe eidem aliud ſit prius eſſe & aliud poſterius eſſe.

Et hoc maxime notum eſt. Nam & motus ob id quod mouetur: & latio ob id quod fertur nota eſt. Nam id quod fertur hoc aliquid eſt. Motus uero non eſt.

Cum velit quo ad omnia oſtendere ſimilitudinem nunc ipſiuſq; momenti ad id ꝙ fertur, & hoc adiecit. Item & per ſe vtile eſt conſiderationi de tempore. Nam ab re non eſt inquit, & temporis nunc maxime notum eſt. Nam de tempore ſolum nunc & momentum eſt & exiſtit. Etenim motus cum ſuaptæ natura ignotus ſit, ipſo ꝙ fertur ſane cognoſcitur. Et nunc ſequitur id ꝙ fertur, & quā rationem habet id ꝙ fertur ad motum, eandem etiam habet nunc ad tēpus, igitur conſentaneum eſt vt per ipſum nunc tempus cognoſcamus quoniam & per ipſum ꝙ mouetur cognoſcimus motum. Quod vero latio cognoſcatur per id ꝙ fertur demonſtrauit dicens. Nam id quod fertur hoc aliquid eſt, motus autem non. Nam id quod mouetur ſubſtantia eſt & ſubſiſtens, motus autē non ſubſiſtit ſed habet eſſe dum fit. Nam mutatiōe eius quod mouetur eſt eſſentia eſſeq; motus. Item ſi quod mouetur eſt ſubſtantia, & motus eſt actio, & ſubſtantiæ in multis ſunt clariores ſuis actionibus, merito igitur naſcitur motus per ipſum quod mouetur. *Aduerte duplex genus rerum q̄dā ſucceſſiue q̄ ſūt eē dū fiunt & q̄dā p̄manētes motus ergo eſt res ſucceſſiua.* Dicens autem. Nam & motus ob id quod mouetur, ſubiunxit & latio ob id quod fertur, vel idem geminatione vocabulorū dicens, vel potius ex generaliore & occultiore in magis ſpeciale & propriū atq; apertius proficiſcens. Nam & in alteratione nota eſt alteratio per id quod alteratur, ſimiliter autem & in auctione & diminutiōe. Verum apertiſſime in latione ipſo quod fertur latio cognoſcitur.

Eſt igitur tum idem id quod nunc dicitur ſemper tum non idem. Nam & id quod fertur ſic ſe habet.

Velut concluſio prædictorum hoc eſt. Nam quod demonſtrauit ſuperius hoc velut in concluſione nūc dicit, quippe vt id ꝙ fertur ſubiecto eſt idē, habitu vero & ratione diuerſum, ita etiam nunc ipſum ſe habet.

Patet etiam nunc ipſum non eſſe ſi tempus non fuerit: & tempus non eſſe ſi non ſit ipſum nunc. Nam quemadmodū id quod fertur & latio ſimul ſunt: ſic & numerus

eius quod fertur: & numerus ipſius etiam lationis ſimul ſunt. Eſt enim tempus quidem lationis numerus. Ipſum autem nunc ut id quod fertur perinde atque unitas numeri.

Cum oſtenderit tempus eſſe numerum prioris & poſterioris in motu, & hoc eſt ipſum nunc momentumue. Nam in motu prius & poſterius eſt ipſum nunc, non ab re concludit fieri non poſſe vt ipſorum alterum ſit ſine altero. Nam ſi vt ſe habet id ꝙ fertur ad lationem, ita & nunc ſe habet ad tempus, neque enim id ꝙ fertur aliquid eſſe ac tale poteſt ſi non ſit ipſa latio, & econtra neque latio erit ſi non fuerit id ꝙ fertur, ſic profecto & tempus ſe habere ad nunc neceſſe eſt, & ſi alterum introducetur & reliquum introduci ac eſſe oportet, ſimiliter ſi vnum tolleretur, & reliquum vna tolleretur. Nam eodem modo ſe habet punctum & linea, quippe ſeſe mutuo introducant, ac vnum cum deſtruitur ſimul & aliud deſtruatur. Nam quemadmodum id ꝙ fertur & latio, ita numerus eius ꝙ fertur & numerus lationis ſe habent. Nam tempus eſt numerus lationis. Nunc autem momentumque vt id quod fertur ſe habet ceu vnitas numeri, igitur inquit nunc numerum eſſe eius ꝙ fertur, & tempus numerum lationis, quemadmodum igitur ſimul vel ſunt, vel non ſunt id ꝙ fertur & latio, ita etiam ſe habet numerus eius ꝙ fertur & lationis, ideſt nunc & tempus, quæ vel ſimul ſunt vel non ſunt. Verum cum dixit. Eſt enim tempus quidem lationis numerus decebat eum inducere atque ſubiungere. Ipſum autem nunc numerus eius quod fertur, ſed dixit nunc autem vt id ꝙ fertur. Quocirca verba occultiora fecit. Quomodo vero nunc ſit numerus eius ꝙ fertur ſubiunxit dicens ceu vnitas numeri. Vt enim in numero vnitas rurſus ac rurſus accepta numerum numerantem efficit cum ſit ipſa indiuiſibilis, ita & nunc cum ſit indiuiſibile velut vnitas rurſus ac rurſus acceptum tempus facit, quemadmodum igitur tempus ex ipſis nunc factum menſurat motum, ita & nunc menſurat id ꝙ mouetur, & eſt tempus numerus motus, & nunc numerus eius ꝙ fertur. Quomodo autem tempus ſit numerus lationis iam dixit. Non enim vt numerans ipſam, ſed eſſe habens numerando ipſam, numerat autem non quatenus latio eſt ſed quatenus in ipſa prius & poſterius ſunt. Non enim ipſius motus tempus eſt numerus, ſed eſt prioris & poſterioris in ipſo interuallum, & numerus eius ꝙ fertur nunc eſt non quatenus eſt id ꝙ fertur ſed quatenus in priore quodam & poſteriore accipitur. Nam prius & poſterius ſumpta per quæ mouetur ipſa ſunt momenta & nunc. Nam nunc quo ſol ſit in Ariete & rurſus nunc quo ſit in Tauro erit numerus eiuſdem ſolis, tanquã in priore quodam & poſteriore fiat ibi. Similiter & in ipſis vnitatibus numeri. Nam quemadmodum numeramus numerum vnitate, vel ſimpliciter numerabile ꝙ eſſet aliquid. Nam decem equos & decem lapides vnitate numeramus. Nam per vnitates accumulantes ipſa numerabilia ſic numeramus vnumquodque. Ita & id ꝙ fertur ipſo nunc numeramus, & prius poſteriuſque ipſius in quibus ſemper ſit aliud in alio numerantes, ceu ſol prius ſit in Ariete & poſtea in Tauro, & prius in Tauro q̃ in Geminis, & poſterius in Geminis & ita deinceps.

Aduerte q̃ hic nõ dicit tẽpus cõſtare momẽtis ſed eſſe factũ ex eo momento q̃ ſtat.

Aduerte motũ fieri planetarũ in duodecim ſignis ſecũdum ordinem aliorũ.

Et preterea tempus ipſo nunc continuum: atque diuiſum ſecundum ipſum nunc.

Continuationis & diuiſionis in tempore nunc inquit eſſe cauſam, quẽadmodum eſt id ꝙ mouetur in motu, & punctum in linea. Etenim hic rurſus videtur eandem proportio, ſed punctum potentia acceptum eſt cauſa continuationis lineæ. Continuum nanque eſt id cuius partes copulantur ad vnum terminum communem copulantur. At potentia vnus eſt terminus, tamen ſi actu acciperetur cauſa diuiſionis lineæ foret, ſed amplius vnum non eſſet, ſed duo cum vtrũque terminaret vnam aliquam partem earum quæ diuiſe ſunt. Nam vnum ſuapte natura eſt ſecundum quod ſit ipſa diuiſio. Nam oportet diuidens per quod diuidit illud vnum eſſe & indiuiſibile, ꝓpter quod trifariam diuiſibile ſuperficie diuiditur quæ indiuiſibilis eſt ſecundum profunditatem, & ſecundum ꝙ ſit diuiſio. Item ſuperficies linea diuiditur quæ ſecundum latitudinem eſt indiuiſibilis. Nam diuiſio eſt latitudinis, linea denique puncto diuiditur q̃ eſt prorſus indiuiſibile. Sed quum actu acciperetur in linea punctum, & diuideret ipſam, tunc duo puncta fierent duarum partiũ in diuiſione termini. Similiter autem & id quod mouetur eſt continuationis & diuiſionis in motu cauſa. Nam quia id ꝙ mouetur continuo & ſine interpollatione mouetur, continuus eſt motus, verũtamen ſi id ꝙ mouetur quiete media interciperetur, tunc foret diuiſionis cauſa in motu. At in his quę ſunt ſubdita ortui interituiq; id ꝙ mouetur actu poteſt ſtare ac interpollatione intercipi eius motum, ceu is qui ex Athenis ad Thebas proficiſceretur, alicubi poteſt quieſcere ac ſtare intereundum, & reliquum abſoluere ſpacij ac perficere, & ita id ꝙ mouetur ex Athenis ad Thebas interpollatione, quiete & mora intercidiſſe ac diuiſiſſe motum videtur. Sed in cœleſtibus cauſa continuationis duntaxat eſt id ꝙ mouetur, & diuiſionis actu nũquam, niſi ſola animi cogitatione. Similiter & nunc in tempore eſt cauſa continuationis & diuiſionis, ſed ſolum continuationis ſemper actu, diuiſionis autem ſolum ſecundum cogitationem & intelligẽtiam. Si enim primus motus cuius primo menſura eſt tempus non poteſt ſtare, neq; quiete intercipi, ſane conſtat neq; tempus actu vnquã diuidi poſſe, ſed ſola conceptione & cogitatione dicimus nũc eſſe cauſam diuiſionis in tẽpore. Nam hoc dies diuidimus in horas, & menſes in dies, & annos in menſes. Quod autem nequeat tẽpus actu diuidi hinc quoque conſtabit, quoniam neceſſe foret multoprius ſtare motum demonſtratur nanque ꝙ omnes duo motus deinceps ſtatione prorſus & quiete intercipiuntur, & ꝙ nequeant duo motus diuiſi deinceps continui eſſe, ſi hoc autem admittitur, & inter duo tempora quæ menſurant duos motus erit aliquod intermedium, quod non eſt tempus. Sed inter omnia duo nũc cadit tẽpus medium, igitur tempus eſt quando non eſſet tempus, quod quidẽ abſurdum eſt, igitur actu non poteſt aliquando diuidi tempus ſed ſola cogitatione & intelligentia, quemadmodum diximus ab ipſo nunc diuiditur.

Hoc enim comitatur lationem & id quod fertur.

Quemadmodum tempus & nunc ſequitur conti-

motum eſſe tempus per ipſum nunc ac diuidi, ita hoc idem ſequitur lationem & id ꝙ fertur continuum eſſe motum propter id ꝙ fertur & diuidi ob ipſum. Similiter punctum & lineam hoc ſequitur vt prius diximus.

Etenim motus & latio unus eſt ipſo quod fertur: quoniam unum eſt & non cum eſt. Sic enim interciperetur ſed ratione.

Cum dixerit motum & lationem vnam eſſe eo quod fertur, quomodo ſit vna, ꝓpter id quod fertur ſubiunxit, quoniam inquit vnum id ꝙ fertur & non quum eſt. Etenim interciperetur ſed ratione, ideſt ſi id quod mouetur vnum ſit, ſi autem non ſolum ſubiecto. Nam ea particula textus (cum eſt) hoc indicat, ſed etiam ratione, tunc & motus vnus, cum idem per ſe ſit id ꝙ mouetur vnum quidem exiſtens id ꝙ mouetur poteſt intercipi, ſic autem vnum erit id ꝙ fertur ſed motus vnus & continuus amplius non erit, ſed duo motus diuiſi, ſi autem ratiõe ſumeretur, ideſt vt id ꝙ mouetur. Nam ſi interciperetur nõ amplius erit vnum ratione ſed duo. Nam aliud eſt ipſi cum velut, ideſt ꝙ mouetur, & cum eſt velut id ꝙ quieſcit. Si ergo & ratione vnum acciperetur tunc vnus motus & continuus erit, quod quidem eidem in eſt propter id ꝙ fertur. Sic autem & punctũ ſe habens vnã efficit lineam & nunc vnum tempus, ſi vnum fuerit punctum, & vnum nunc ſubiecto & ratione. Nam ſi duas rationes punctum ſuſceperit, & alterius fuerit terminus, & alterius principium, tunc etiam erunt duæ lineę & punctum non erit cauſa continuationis ſed diuiſionis. Si autem & ratione vnum fuerit, ideſt vt terminus ſolus communis vtriſque acciperetur & ſi infiniti eſſent, tunc etiam linea vna erit & continua. Et huius cauſa eſt punctum. Idem quoque dicendum eſt de tempore & ipſo nunc.

Diſtinguit etiam hoc priorem & poſteriorem motũ. Atque hoc accommodatur quodam modo puncto. Etenim punctum & continuat longitudinem & diſtinguit. Nam huius principium eſt illius finis. Verum cum hoc modo quiſpiam ipſum ſumpſerit: ut uno ipſo tanquã duobus utatur: tunc ſtare neceſſe eſt: ſi erit principium & terminus idem punctum fuerit. Ipſum autem nunc quia id quod fertur ſemper aliud atque aliud eſt.

Cum dixerit quod motus & latio ipſo ꝙ fertur vna eſt, & oſtenderit quomodo vna, quoniam quando ſubiecto & ratione id ꝙ fertur vnum eſſe acciperetur. Nunc autem dicit quomodo eſt cauſa diuiſionis motus. Nam quando ſtaret id ꝙ fertur, deinde rurſus inciperet moueri, prior quidem motus accepit finem, & ſecundus principium & duo eſſent motus & non vnus, hac igitur ratiõe id ꝙ fertur eſt cauſa diuiſionis. Atꝗ hoc accommodatur quodammodo puncto. Diximus iam quomodo etiam punctum in linea eſt cauſa continuationis & diuiſionis. Adiecit autem quodammodo propter ea quod in magnitudinibus actu punctum diuidit lineam, nunc tamen nunquã actu diuidit tempus quemadmodũ diximus, neꝗ in cœleſtibus id ꝙ fertur actu diuidit motũ, ſed ſolum ſecundũ conſiderationem, vt iam diximus, & hac igitur ratione differrent adinuicem. Et poſſet etiã propter hoc eſſe additum illud (quodammodo.) Verum ipſe Ariſto. exponens cur adiecerit quodammodo, ſubiungit. Etenim punctum continuat longitudinem & diſtinguit & cętera. Nam in magnitudine & puncto idem punctum cum his accipitur & numerabitur, velut principium & finis & manens. Nam cum ſic bis accipitur vt alterius ſit finis, & alterius principium, ſic numerat magnitudinem & diſtinguit, at ipſum nunc nõ ita ſe habet. Neꝗ enim permanet prius nunc neꝗ poſterius, ſed ſequitur id ꝙ fertur. Ipſum nãꝗ ꝙ fertur in eo ꝙ aliud & aliud ſit nõ poteſt permanere, quare ipſum bis accipi nõ poteſt, igitur neꝗ nunc manet neꝗ bis accipitur ſimul vt punctum, attamen duas reciperationes cum vnum & idem ſit nihil vetat. Nam ipſum nunc ꝙ diuidit diem a nocte, diei finis eſt, & noctis principium, quando igitur (vt dicebam) diuidens hæc tempora acciperetur cogitatione & non actu diuidens. Textus.

Quare tempus eſt numerus non uelut eſt punctum idem principium & finis. Sed uelut potius extrema lineæ.

Ex dictis inquit cõcludamus ꝙ cum dicimus tempus eſſe numerũ, & dicitur numerus numerare prius ipſius & poſterius. Hæc autem ſunt ipſa nunc, non ita ipſum numerum dicimus, videlicet ipſa nunc quæ in ipſo ſunt, quemadmodum punctum numerum dicimus quando eundẽ bis accipimus, hoc autem eſt quia partim habet rationem finis, partim principij. Nam punctum habens aliquam poſitionem & manens, & in re poſitionẽ habente & permanente ſubſiſtens poteſt bis accipi. Nam non vetat vt accipi poſſit. At ipſum nunc non poteſt bis accipi vt principium, atꝗ vt finis. Nam tẽpus in quo ſubſiſtit cum habeat eſſe dum fit & fluit non poteſt bis accipi idẽ nunc & velut principium atꝗ velut finis. Nam hoc modo tempus rem ſtabilem eſſe faceremus. Nam ſi huius eſt principium & alterius finis diuideretur tempus, & duo tempora & totidem motus forent. At demonſtrabitur duos motus eſſe cõtinuos non poſſe, ſed prorſus quiete intercipiuntur, ſi ergo hoc in tempore fieri nõ poteſt, igitur idem nunc bis accipi non poteſt, ſic ergo non poſſunt nũc ipſa nequeunt numerus eſſe, vel tempus eiſdem diſtingui, verũtamen vt extrema lineæ finitæ poſſunt eſſe. Nam extrema lineæ ſunt duo pũcta vtriſque poſita quibus finitur in vtrãque partem quę ſane numerum habent. Nam duo ſunt extrema lineæ finitæ, non ita autem duo, vt idem punctum bis acceptũ ſit, ſcilicet principium, & velut, ſed vnumquodꝗ habet rationem vnam termini & finis. Ita & nunc numerus eſt non vt idem bis acceptum ſit, ſed vt aliud, atꝗ aliud, & in alia atꝗ alia parte temporis. Etenim ſic ſunt duo lineæ vt in alia parte & alia lineæ. Verũ non alia & alia ſubiecto. Nam ſic idem eſſe oſtenſum eſt, ſed quia idem in alio & alio accipitur, & vt prius atque poſterius, ceu etiam coryſcus alius eſt in foro, & alius in lyceo, licet ſubiecto idem ſit.

Et non ut partes ob id quod diximus. Nam medio puncto ut duobus utetur. Quare quieſcere accidet. Item patet neque nunc eſſe temporis partem neque diuiſionem motus. Quemadmodum neque puncta ſunt lineæ: ſed lineæ duo partes unius.

Cum oſtenderit non poſſe numerum eſſe tempus, ideſt ipſa nunc per quæ numeratur tempus, quemadmodum & ipſum pũctum ꝙ his accipitur, ſcilicet vt terminus atque vt principium, ſed velut extrema & terminos lineæ finitæ, demonſtrat ꝙ neque hoc modo numerus eſt velut partes lineæ ceu ſi quis diuidẽs lineam, vel actu, vel cogitatione diceret ipſam numerum eſſe quatenus habet duas partes. Neque igitur tempus poteſt dici eſſe numerus eo ꝙ nunc ipſa per quæ numeratur ſint partes eius. Nam nequeunt nunc ipſa eſſe partes temporis inquit. Primum quidem ob ea quę iam diximus, quoniam ſi prius nunc & poſterius eſſent temporis partes, quoniam hac ratione diuiderentur inter ſe id ꝙ forſitan nunc eſt in oriente, & id ꝙ eſt in occidente, ſane aliquid erit intermediũ diuidens quo igitur rurſus vt duobus vtetur quemadmodum & puncto quo fit lineæ diuiſio vtimur vt duobus, vno velut terminante lineam, altero velut principio, vel ſimpliciter vt duas lineas terminante, & vniuſcuiuſque terminus eſt propria ratione, quo igitur rurſus accidet tempus actu diuidi, ob id igitur inquit impoſſibile eſt ipſa nunc partes temporis eſſe, atque nunc eſſe partes ipſius impoſſibile velut punctum lineæ. Nam nequeunt ea quę ſunt impartilia eſſe partes alicuius partibilis atque diuiſibilis. Nam lineę partes ſunt ipſe lineę, ſic igitur & partes tẽporis ſunt

Habebat textũ ſaltum.

tempora. Decebat autem dicere. Item patet neq; ipſa nunc eſſe temporis partes, & dicit neque tempus eſſe partem motus tempus appellans ipſum nunc. Nunc ipſa igitur neque motus cuius tempus eſt numerus, neque ipſius temporis partes eſſe queunt propter ea quæ diximus. Sed neque ipſum tempus poteſt eſſe pars motus, cum neque numerus denarius qui numerat decem ęquos ſit pars decem ęquorum, neq; modius dico, ſcilicet ille qui metitur & eſt menſura pars illius tritici qui menſuratur eſt, poteſt quoque & per motum intelligi non motus cœli, vel ſimpliciter motus magnitudinis, cuius pars dicitur eſſe tempus, ſed ipſum nunc fluens ex quo tempus emergit, & cum tempus numerus eſſe dicitur & numerus temporis ſecundum ipſa nunc pro nunc quidem tempus dixit, & pro tempore motum ipſius nunc.

Ipſum igitur ut eſt quidem finis tempus non eſt: ſed accidit. Vt autem numerat numerus eſt. Nam fines illius ſunt ſolum cuius ſunt fines. Numerus autem equorum denarius inquã & alibi etiam eſt. Quod quidem igitur tempus ſit numerus motus per prius & poſterius & continuum: cum ſit continui numerus patet.

Ipſum nunc & terminus finiſque alicuius eſt, & nunc quo eſt finis non eſt tempus, ſed accidit tempori quemadmodum pũctum lineæ. Nam terminus accidit illi cuius eſt terminus. Vt vero finis accipitur neq; nunc eſt, ſed ſubiectum ipſius nunc. Nam ipſum nunc non in eo ꝙ tempus eſt eius terminus eſſe dicitur, ſed in eo ꝙ numeratur per prius & poſterius. Quapropter poteſt intelligi illud (ſed accidit) hoc modo, ſed accidit huic vt termino accepto nunc, quatenus autẽ numeratur rurſus atque rurſus acceptus, & velut prius & poſterius ſecundum hoc eſt tempus. Nam intermedium nunc inter ea quæ ſæpe accipiuntur tempus eſt, Quod vero quando nunc accipe-retur vt terminus non ſit tẽpus hoc modo demonſtrat, termini in illis ſolũm ſunt quorum ſunt fines, & ipſorum tantum ſunt fines & non aliorum, tẽpus autem cõmune omnibus eſt vnum & idem atque vbique idem, igitur ipſa nunc quatenus termini ſunt non ſunt tempora. At in omni motu eſt tempus quippe ſit omnis motus menſura. Nam vt numerus eſt idem in cunctis non ſolum ſimilaribus & eiuſdẽ ſpeciei rebus, ſed etiam in diſſimilaribus & his quæ ſunt diuerſorum generum, quoniam vnus & idem numerus denarius eſt in decem equis, decem aſinis, decem lignis & in quibuſcunq; aliis quæ ſunt numero denario numerata, quæ quatenus decem non ſunt eadem, quatenus denarius eſt numerus vnus eſt in oĩbus, ſic etiam ipſa nunc vt numeri accepta tẽpus ſunt & idem vbique ſunt, ſed ſecundum ſubiectum motus ſunt termini. Iccirco ſi vt termini acciperentur non eadem ſunt vbiq;. Nam alterius & alterius motus alius eſt finis.

Videtur etiam per hæc demonſtraſſe ꝙ non alicuius motus ſeparati tempus ſit numerus, ſed omnis motus ſimpliciter quo motus eſt, & ſi motus ſpecie differrent. Nam ſimiliter ſunt numeratiles. Porro eorum motuum qui per ſe fiunt, & ſimul habent terminos & principia, prius in ipſis & poſterius quatenus ſunt termini non ſunt idem in omnibus, quippe alii ſint termini auctionis, & alii alterationis, & alii lationis. At quatenus prius & poſterius ſunt numerabilia in ipſo, vnum & idem in omnibus eſt, quorum inter mediũ tempus vnum & idem omnes motus menſurat. Ob id enim cum multa ſint ea quæ mouentur ſimul, & vnumquemq; motum tempus menſurat, tamen multa tempora non ſunt. Neque enim tempus prioris & poſterioris in motu mẽſura eſt quatenus latio eſt, vel quatenus ipſe alteratio, vel quatenus auctio vel corruptio, ſed quatenus ſimpliciter motus eſt, Neq; enĩ (vt dixit) quatenus terminis ipſa prius & poſterius conſiderat, ſed quatenus ſunt ſimpliciter prius & poſterius motus, & quemadmodum multa denario numero quãquã collecta ſubiecta forẽt diuerſorum generum, atque ſi longe inter ſe diſtarent vnus & idem

Aduerte.

Dubitatio. Alexandri.

denarius numerus menſurans eſt. Quærit autem in his Alexander quid ſibi velit hoc. Vt numerat. Non enim eſſet tempus inquit tanquã numerans, quoniam vt numeratus eſt. Vnde reſpondet, vel textũ & ſcripturam errorẽ habere; cum loco huius numeratur, habeat hoc, ſcilicet numerat, vel dicit numerant ipſa nunc in motu, & tempus numẽrat ipſa. Nam per ipſa nunc fit tẽporis diuiſio. Etenim per ea quæ deinceps ſubiungit videtur nunc accipere vt numerum numerantem. Nam (inquit) numerus decem equorum denarius inquã & alibi eſt. Nam vt numerus numerans is & alibi ſic poteſt eſſe & minime vt numeratus. Cũ igitur eſſentia tẽporis eſt in eo ꝙ motus numeratur, & numeratur motus per prius & poſterius in ipſo, quod quidem prius & poſterius quãdo acciperentur vt prius & poſterius, & non ſimpliciter vt termini talis motus accidit ea eſſe nũc ipſa, conſtat ſane ꝙ per ipſa nunc motus numeratur, cum igitur & ipſa nunc non ſint tẽpus, ſed ipſum tempus eſt ab ipſis nunc diſtinctum & contentum, & ſecundum ipſa vt iam diximus fit diuiſio temporis, erunt ſane & velut numerantia tempus, quare numerantur vt in motu conſiderantur, & numerans tempus. Cum autẽ hęc dicit con-

Solutio. Alexandri.

cludit

cludit Ariſto. ea quæ dixit per multa, tempus ſimul definiens ex his quæ demonſtrauit. Pulchre autem adiecit per prius & poſterius, vt nequis ſuſpicetur ſic tempus eſſe numerum motus tanquā ſit in eo ꝙ numerat illum, quoniā ipſius motus tempus non eſt numerus, ſed prioris & poſterioris quæ ſunt in motu. Nam ſi ſimpliciter vt motuū numerus acciperetur, nō prorſus prius & poſterius numeraret, ſed ceu quādo dixero quinarium numerum motuum eſſe menſuratiuum, quemadmodum & equorum vel hominū numerum quinarium dicimus eſſe menſuratiuū. Equidem talis numerus motuum eſt numerus attamen nō tempus, cum non ſit numerus prioris & poſterioris in ipſis motibus, ſed ipſorum motuum. Adiecit præterea, & continuum quippe ſit continui motus numerus & non diſcreti. Nam in eo ꝙ motus numeratur ſecundum prius & poſterius continua ſubſtantia temporis ſubſiſtit coextenſus ac vna prorogatus cū continuitate motus. Nam cum motus non deficit, neque prius, neq; poſterius in ipſo deficiunt, quo non deficiente neq; tempus deficit. Nam hoc eſt tempus numerus prioris & poſterioris quæ ſunt in motu, igitur tempus eſt continuum.

Numerus autem minimus abſolutus quidem eſt dualitas ipſa.

Cum dixerit tempus eſſe numerum motus, & dixerit magnitudinē ſequi motum, & hac ratione tempus motū, quare cum continua ſit magnitudo neceſſe eſt & motum eſſe continuum, & ob hunc tempus. Quoniam contra hæc quiſpiam dubitauerit quomodo poſſit tempus eſſe continuum & numerum, quippe hæc ſint inter ſe contraria. Nam tempus continuū, numerus autem non continuus, igitur tempus non eſt numerus. Nam ſi tempus foret numerus, & continuū non eſt numerus, igitur tempus non eſt continuum. Cum igitur duo ſint neceſſe eſt alterum ſequi aut tempus non eſſe continuum, aut non eſſe numerum, ſed neceſſe eſt tēpus eſſe continuum, igitur tempus non erit numerus, hanc ergo dubitationem in his ſoluit. Nam cū duplex ſit numerus alter quo numeramus qui eſt ille qui in animo eſt, alter autem eſt numerus numeratus, numerus ergo numerans nequaquā eſt continuus, quippe qui ſit in anima noſtra & habet eſſe in anima. Si ergo anima non eſt magnitudo patet etiam non eſſe continuam, quoniam omnis magnitudo eſt continua, quare neq; numerus in ipſa erit continuus. Verum numerus numeratus qui etiam eſt tēpus partim eſt continuus, & partim numerus, quatenus quidem habet prius & poſterius hac ratione numerus eſt, quatenus vero eſt in ſubiecto continuo hac ratione & ipſe continuus eſt, quemadmodum inquit linearum minimus numerus ſit dualitas, & quo duæ lineæ participant numero, hac etiam ratione numerantur, & minimū in numeris habent ipſam dualitatem, quatenus autem lineæ ſunt non amplius habent minimū, quippe omnis linea ſit diuiſibilis in infinitum, ita etiā in tēpore accidit. Nam quatenus numeratur diebus ac noctibus, & reliquis ſectionibus temporis hac ratione eſt numerus, quo vero eſt numerus habens eſſe in motu cum ſit continuus motus, & ipſum eſſe connuum neceſſe eſt, igitur non eſt impoſſibile idem eſſe numerum & continuū & cum habeat numerus multum & exiguum, & continuū ceu linea multum exiguum, ac ſuperficies expanſum & anguſtum habeat, numerus ergo qui eſt in anima noſtra cū non ſit continuus dūtaxat multum & exiguum habet et minime longum & breue verum vt numerus numeratus vt quidem numerus habet multum & paucum, quippe nos dicamus multas dies multumq; tempus, vt autē eſt continuum habet rurſus longum & breue. Nam dicimus aliquid tractari in longo vel breui tempore. At in tempore inquit non ſunt tardū nec velox, quippe in motu ſimpliciter ſint tarditas & velocitas. Nā motuū alter eſt celerior, alter vero ſegnior. Sed quoniam vniformis ac regularis motus tempus eſt numerus, merito non habet velocitatem nec tarditatē tempus. Cęterum poſt hæc inquit tempus pręſens vnum & idem eſſe verūtamen præteritum differt a futuro, præſens tēpus vocat id ꝙ adeſt ceu dies præſens vna & eadem eſt, tamen præterita altera ac diuerſa eſt a futura, quippe ipſarum ſint diuerſa momēta & nunc. Nam alterum eſt nunc vnde incœpit dies præterita, & alterum eſt nūc vnde incœpit futura, ſimiliter etiā de ipſo nunc in quo deſinit vtraq;. Cum igitur nunc ſunt diuerſa inter ſe, etiam tempora quæ continentur ab ipſis nunc erunt diuerſa. Nam ſi tempus eſſet numerus numerans vnum eſſet & idem, quoniam vnus & idem eſt numerus in anima ceu numerus denarius numerat decem equos, vel decem viros & alia omnia, tamē denarius numerus equorum alter eſt a denario numero hominum, vel lapidum quoniam ſubiecta & numerata ſunt diuerſa. Cum ergo tempus ſit numerus numeratus, & non numerans, non idem præteritū erit futuro, neq; hæc eadem præſenti, ſed erunt diuerſa inter ſe vt diximus. Sed quamobrem nullo pacto ſunt eadem inter ſe? Inquit igitur quēadmodum etiā dixit ꝙ ſpecie ſunt eadem, ſed habitu & ratione diuerſa, quemadmodum etiam contingit motū ipſum rurſus & rurſus fieri & ſæpe aliquid ab eodem in idem reuerti, ac motus ſpecie eſſe eoſdē, & numero diuerſos, ita & tempora contingit eſſe eadem, quippe idem vel rurſus ac rurſus ſpecie fiat, ſimiliter & de reliquis, quę ſane numero eadem non ſunt, ſed ſpecie. Deinceps dicit ꝙ non ſolum tempus mēſurat motum, ſed etiam econtra tempus a motu menſuratur. Nam dicimus multum fieri motum ipſum menſurantes tēpore quoniam multum eſt tēpus, & econtra multum tempus motu menſurantes ipſum dicimus quia multus pręterijt motus, quemadmodū non ſolum amphora vino metitur, ſed etiam vinum metitur amphora. Nam dicimus magnam eſſe amphorā ipſam metientes vino & rurſus tantum vinum eſſe metientes ipſum amphora. Item dicimus modium triticum inquā tantum eſſe menſuratum menſura, & ipſam menſuram ſimiliter dicimus modiū eſſe definientes & menſurantes ipſam tanto tritico. Equidem nunquā eſt menſura ſolū metiens triticum, vel vinum quæ econtra ab eodem non mēſuretur. Nam & ſi vinum menſuraret amphoram, & triticum modium attamen prius menſurata ab alia menſura ſunt menſurata, quare proprie metiens eſt menſura, ſi autem vino & tritico metimur amphoram vel modium, vt indefinita adhuc & nondum exiſtentes menſure, quare & hæc, ſi etiam proxime a vino & tritico metiuntur quæ ſint iam definita & menſurata ab alijs menſuris, quare proprie & pri-

Quid ipſe dicat.

mum metiens eſt ipſa menſura. Verum ipſe dico ꝙ ſi etiam hic modius a tritico mēſuratꝰ ab alio modio menſuratur, attamen ſimpliciter & veluti ſecundum primam poſitionem & modius tanto tritico menſuraretur definireturꝙ & tantū triticū ab ipſo modio menſuraretur. At in tempore nunquā hoc eſt dicere, quoniā neꝗ primo motus menſuraretur a tempore motus, & deinde menſuraretur econtra tempus, ſed ſimul inter ſe intelliguntur quemadmodum ea quę ſunt ad aliquid quemadmodum igitur ſimul & ſecundum idem pater eſt pater quia a filio hoc habet, & filius eſt filius propter patrem, ſimiliter dextrum & ſiniſtrum, ita ſane tēpus & motus ſeſe mutuo definiunt & menſurant. Nam ſi numerus eſt tempus profecto eſt de numero illorū quæ ſunt ad aliquid, quippe numerus ſit numerabilis numerus, & motus eſt numerabilis ob ipſo tempore, quare motus habet eſſe tantum ab ipſo tempore. Nam ipſius numerus eſt tempus, ſimiliter & tempus eſſe tantum non aliunde accipit ꝙ ex motu, quoniam ſi non exiſteret motus, neꝗ tempus foret, quemadmodum neꝗ exiſtente tempore dico.ſ.numero motus neꝗ motus eſſet. Nam motus eſt numerabilis numerum autem dico non ſimpliciter qui a nobis mēſuratur, ſed illum qui ineſt rebus. Nam vt decem lapides & ſi nullus eſſent numerās & dicens ipſos eſſe decem, attamen nihil minus eis competit decem eſſe, ſic etiam tempus ſe habet dico.ſ.numerus motus, quoniam quāquā nullus metiens motus eſſet, attamen eis competit tot tantoſque eſſe. Nā orbiculatio ſolis ab eodem in idem decies facta quāquā nullus eſſet qui numeraret, nihil minus decies fit, & eſt talis numerus motus tempus.

Q̄ʒ ſe hēant relatiua modo menſuræ vide quīto metaph.

Hæc pete a Ioā. de Iāduno in ſuis q̄ōnibꝰ.

Quidem autem numerus partim eſt: & partim non eſt. Velut lineæ multitudine quidem minimus eſt. Duæ inquā lineæ aut una. Magnitudine autem eſſe non poteſt minimus. Omnis nanque linea diuiditur ſemper. Quare ſimiliter & tempus. Numero quidem minimum unum uel duo. Magnitudine uero non eſt.

Velut dubitationes prius conceſſe ſic infert adducitque ſolutionem non ponens dubitationem. Mens ſententiaꝗ prędictorū talis eſt. Quoniam tempus eſt continuum, & dixit ipſum eſſe numerū motus, & minimum in continuo non eſt quippe in infinitū ſit diuiſibile, & in numero eſt ceu dualitas, atꝗ hęc vidētur contraria eſſe in vno & eodem tempore, quoniā tempus eſt continuū & numerus, quomodo ergo inquit hęc eidem competunt. Inquit ergo numerum ſecundum aliquid habere minimum, & ſecundū aliquid nō habere. Nam ſubiecto numerus non habet minimū, quippe hoc modo numerus fit continuum ceu lineæ, vel motus, tamen ratione & quo numerus eſt hac ratione habet minimum. Nam minimum ſecundū numerum eſt vnum, vel duo, non quia vnitas ſit numerus, ſed hoc velut ſupponendo petendoꝗ dixit, quoniam ſi quis vnitatem putaret eſſe numerū, minimus numerus eſſet vnitas. Porro ſecundū aliquā rationē neꝗ dualitas eſſet numerus. Nam ſi ex vnitate eſſet, & multitudo & compoſita ex vnitatibus, & dualitas eſt numerus. Sed tollitur dualitatem eſſe numerū ac ratione omnis numerus multiplicatus in ſeipſum maior fit ꝙ cōponens, ceu numerus tria in ſeipſum multiplicatus facit nouem, componēs autem facit ſex & ita de oībus, ſed numerus duo, & componens & multiplicatus idem facit. Nam bis duo facit quatuor, & duo & duo quatuor, hac igitur ratione dualitas nō eſt numerus, ſed minimus numerus eſt numerus trium.

Vide Boetiū in ſua arithmetica Algoziſmū & Euclidē ꝑ hoc. Et ſcias ꝙ triplex ē numerus linearis, ſuperficialis & corpalis exempla pete a Boetio & ſolutionē huius quare oportet philoſophum eſſe ſcire. Nam philoſophia eſt iuxta Scionē & Platonē fere Polymathia.

Patet etiam cur uelox quidem: ac tardum non dicitur. Multum autem & paucum, & longum & breue dicitur. Quo nanque continuum longum & breue eſt. Quo uero numerus eſt hoc: multum ac paucum dicitur. Velox autem & tardum non eſt. Neque enim numerus quo numeramus uelox: uel tardus ullus eſt.

Videtur enim dicere ob hoc tempus non habere velox & tardum, quoniā neꝗ tempus eſt numerus quo numeramus, ideſt numerus qui eſt in anima, non hoc autem inquit. Nam noſtram intelligentiam non ſequuntur res, ſed numerum quo numeramus inquit numerum, numeratum ex quo quidem et tempus eſt dico.ſ.motum numeratum. Nam hac ratiōe tempus numeramus, quoniam quantus erit motus, tātum eſſe tempus dicimus, cum igitur ipſe motus nō habet velox nec tardum, neꝗ tēpus habebit velox & tardū. Verum poteſt etiam hoc. Neꝗ enim numerus quo numeramus, intelligi ac accipi pro numero qui eſt in anima, quoniam definimus tempus numero qui eſt in anima, qui cum non habeat velox nec tardum, merito neꝗ id ꝙ definitur ab ipſo habebit. Nam cum numerus qui eſt in anima habet multum & exiguū, etiā tempus habebit multum & exiguum. Sed quomodo cum numerus in anima non habet longum & breue, tempus habet lōgum & breue. Dico tempus habere lōgum & breue propter ſubiectum. Nam cum ſit tempus continui numerus, quippe ſit numerus motus, & motus ob magnitudinem eſt continuus cuius eſt motus, & in magnitudine longum & breue eſt, merito igitur in motu & tempore erit longū & breue, propter ſubiectum igitur lōgum & breue inſunt tempori & non qua numerus eſt.

Dubitatio.

Solutio.

Eſt etiam idem ubique ſimul. At prius & poſterius non idem. Quoniam & mutatio præſens quidem una eſt facta uero futuraque alia.

Idem vbiꝗ præſens. Nam vna eſt productio prorogatioque ſecundum tempus præſens, attamen non eſt idem prius cum poſteriore quippe termini & fines ſint diuerſi.

Tempus autem numerus eſt non quo numeramus: ſed qui numeratur. Atque hoc ſane aliud eſt prius: atque poſterius ſemper. Nam ipſa nunc alia ſunt ut patet. Eſt autem unus idemque numerus centum hominum centumque equorum. At ea quorum eſt numerus equi ſane & homines ſunt diuerſa.

Nam ſi eſſet tempus numerus quo numeramus, tempus præteritū & futurum eſſent vnum & idem, quippe in anima ſit vnus numerus. At modo tempus non eſt numerus numerans, ſed numeratus, quare prę teritum & futurum ſunt diuerſa. Nam numerans idē eſt, ſed numerata non eadem.

Item ut motus idem unus iterum atque iterum eſſe poteſt: ſic & tempus poteſt unum & idem eſſe: uelut annus: uer: autumnus.

Quod quęat vnum & idem tempus dici ſpecie, quemadmodum & multi motus ijdem ſpecie dici poſſunt, his verbis oſtendit.

Non ſolum autem tempore motum: ſed etiam tempus motu metimur, quoniam a ſeſe mutuo definiuntur. Nam tempus quidem definit motum quippe cum ſit ipſius numerus. Motus autem tempus. Atque tempus dicimus multum & paucum motu metientes ipſum.

Quod non ſolum motũ tempus menſuret ſed etiã motus tempus dicit, & nos iam diximus quomodo.

Veluti numerum re numerabili numerabimus: ut uno equo numerum ipſorum equorum. Etenim numero equorũ multitudinem cognoſcimus. Rurſus & uno equo numerum ipſorum concipimus. Similiter fit in tempore & motu. Tempore nanque motum: motu uero tempus metimur. Atque id non accidit ſine ratione.

Quemadmodum inquit numerum equorum ceu decem equos numero denario cognoſcimus, & hũc rurſus numero equorum, ſic plane & in tempore & motu accidit, quippe ſeſe viciſſim menſurare apta ſint. Et hoc accidit non ſine ratione.

Sequitur enim magnitudinem motus: & tempus motũ: quo quanta continua & diuiſibilia ſunt. Quia nanque magnitudo eſt talis: ideo motus hæc ſubijt. Tempus autem ob motum eſt tale: atque metimur & magnitudinem motu: & magnitudine motum. Nam ſi ambulatio multa ſit uiã multam dicimus eſſe: & hanc rurſus multam ſi uia ſit multa. Similiter & tempus ſi motus: & motum ſi tempus.

Facit fidem quomodo tempus & motus ſeſe viciſſim metiãtur, ex eo quidem ꝙ motus ſequitur magnitudinem, & tempus motum. Nam ſi vt ſe habet magnitudo, ita ſe habet etiam motus. Atque vt ſe habet motus, ita ſe habet etiam tempus, patet ꝙ ſi motus fuerit multus, tempus etiam multum eſſe neceſſe eſt, & econtra ſi multum fuerit tempus, multus etiam erit motus. Nam vt motus & tẽpus ſe habent viciſſim & ſeſe comitantur quoad diuiſibile atq; continuum eſſe, ita ſape & quoad multum & paucum, atq; lõgum & breue eſſe ſeſe comitantur, quare vtrũque erit menſura alterius. Nam cum fuerit alterum multum, vel paucum, vel longum & breue, & reliquum neceſſe eſt tale eſſe.

Cum autem tempus ſit menſura motus & ipſius moueri, Menſurat autem motum definiendo aliquem motum: quõ menſurabit totum: quemadmodum longitudinem ulna metitur definiendo aliquam magnitudinem quæ totam magnitudinem metietur.

Intentionẽ propoſitorũ alij aliam tradunt. Et Alexander inquit ꝙ propoſitũ Ariſto. eſt oſtendere quo modo dicatur tẽpus menſurare motum, & quomodo prorſus dicitur eſſe motus in tẽpore, at quomodo alia ſimpliciter dicuntur eſſe in tempore. Alij autem aiunt intentionẽ propoſitorũ oſtendere non ſolũ tempus menſurare motum, ſed etiam quietem, & de hoc faciunt fidem ex eo quia Ariſto. concludendo dicit, cum autẽ tẽpus ſit menſura motus, erit & quietis menſura. Sed verius eſt dicere ꝙ de vno horum nõ ſit intentio Ariſto. ſed de omnibus ſimul. ſ. quomodo tempus metiatur motum, & quomodo in tẽpore dicãtur eſſe res, & ꝙ non ſolum motus tẽpus eſt menſura, ſed etiam quietis. Intentio igitur propoſitorum hæc eſt. Quærit autem primũ quomodo tẽpus ſit motus mẽſura. Etenim habet non ab re quandã dubitationem. Nam metrum & menſura debet ac vult eſſe eiuſdem generis cum eo ꝙ menſuratur, quoniã vnitate metimur numerũ, & denariũ numerũ equorũ vno equo metimur, & parte ligni metimur lignum. Si ergo tẽpus non eſt eiuſdẽ generis cum motu. Nam demonſtratum eſt tẽpus nõ eſſe motũ, quomodo ergo dicimus motũ menſurari a tẽpore. Inquit igitur tempus menſurare motũ menſurando aliquẽ motum qui poſtea menſurat reliquũ. Nam definit motũ vnius horę queuis & is poſtea menſurat diem & die annũ, quippe dicamus annũ tot reuolutiones & orbiculationes habere. Etenim duplex menſura, altera ſeparata, altera vero conſtituta atq; vna extenſa & ordinata cum eo ꝙ mẽſuratur & eiuſdẽ ſpeciei, quippe lignũ queat vlna cubitoq; menſurari, ac parte ſeparata dialiaq; reliquũ eius menſurari poteſt, igitur vlna ſeiuncta ac diſtincta erit menſura, pars autẽ erit menſura eiuſdem ſpeciei, & vna ſimulq; ordinata cõſtituta & certa cũ ſuo toto & ſimiliter de omni mẽſura dicendũ eſt, ceu ligneus vrceus, ſextariuſue, equidem doliũ erit menſura ſeparata, quo etiã longe prior eſt ea menſura in anima definiens & ipſum ſextariũ extra, tamen ipſe ſextarius menſuratus vino menſurans reliquũ totum erit menſura ſimul conſtituta & certa, quemadmodũ igitur hæc ſe habent, ita de tẽpore dicendũ eſt. Equidem tẽpus eſt menſura ſeparata pars autẽ motus qua metitur reliquus eſt menſura eiuſdẽ generis ſimul ordinata ſtatuta et definita. Igitur ẽ aliqua motus pars, quæ primo definitur a tempore, vt ſit ipſa deinde totius motus mẽſura quẽ tempus nõ primo metitur. Si ergo prorſus aliquẽ motũ primo metitur, cur nõ omnem motũ? Quomodo aũt prorſus definit quendam motũ quo poſtea mẽſurat reliquum cum ſit vnus & continuus omnis vniuerſuſque motus. Dico igitur quod quẽadmodũ ſi aliquis manu aliquã parte m funis metiretur & determinaret definiretq;, deinde illa reliquã funẽ metiretur, ita & de tẽpore dicendũ eſt. Nam poſitione & nõ natura aliqua pars ſeparata eſt, idcirco alij alias menſuras, accipiunt horarũ, menſiũ & annorũ, ſeparata igitur aliqua parte motus, & hac primo definita a tẽpore dico. ſ. a numero partis motus ſecundũ prius & poſterius, ſic reliquus vniuerſus motus hac parte metitur tanq; a proximiore & cognatiore parte, hanc igitur tempus primo metitur & definit, & per hanc reliquũ vniuerſum motũ menſurat, in hunc igitur modũ motus menſuratur a tẽpore, & hac ratione (inquit) motus dicitur eſſe in tempore quo eſſe eius menſuratur a tẽpore. Verũ motus non menſuratur a tẽpe quo ſempiternus eſt, ſed quo ſemp accipitur eius aliqua pars finita eſſe, quoniã velut ſempiternus non metitur ab eodem. Etenim prorſus aliquod in tẽpore duplex eſt, alterũ coexiſtens ſimulq; exiſtens cum tẽpore, & alterũ dicitur eſſe in tempore quod habet aliquod tẽpus menſurã ſui eſſe, quemadmodũ inquit & in numero duplex eſt, alterũ ꝙ vel eſt pars numeri, vel affectio, ceu dicimus vnitatem eſſe in numero veluti partẽ eius. Item dicimus par &

Hoc motij Anaximander et Anaximanes dixiſſe motum eſſe tps & motum mẽſurare motũ viciſſim. Hæ orbiculationes ſunt tot parateli quos efficit ſol in duo decim ſignis Zodiaci quiſ in ſuo gradu fere ſuũ parallelũ & orbiculationem efficiat.

Dubitatio pulchra.

Solutio.

impar eſſe in numero, ſed velut affectiones numeri,
& hæc ſunt ſimul cum tēpore, quoniā quando nume-
rus fuerit, & hæc erūt. Vno igitur modo ſic dicimus
aliquid in numero eſſe. Altero autē modo dicitur ali-
quid in numero eſſe habēs quēdam numerum quēad
modum dicimus decē equos in numero eſſe, ideſt nu-
merum quēdam ipſorū eſſe, quemadmodū igitur du
plex eſt aliquid in numero, ita & in tempore duplex
eſt. Etenim numerus quidā tēpus eſt. Nā quando nūc
in tēpore dicimus eſſe velut pars in toto eē dicimus,
quemadmodū enim vnitatē in numero eſſe dicimus,
quando autē, dicimus prius & poſterius in tempore
eſſe, velut paſſiones affectioneſq; in eo dicimus eſſe q̄
& ſimul cum tēpore ſunt. Nam ſimul cū tēpore ſunt
ipſa nūc & prius & poſterius. Dicimus autem rurſus
in tempore, res eſſe eo quod tempus eſt menſura ſub-
ſtantiæ ipſarū, quemadmodū etiā dicimus eſſe ſecun-
dum ſignificatū illius ꝙ eſt in numero habere. ſ. nu-
merū, ceu decem equos habere numerum decem, &
hoc proprie eſt in tempore, atqui nō proprie id ꝙ ſi-
mul eſt cum tēpore dicitur eſſe in tempore. Nam ſi id
ꝙ ſimul eſt cum tēpore in tēpore eſſe dicitur, quum
ſimul cum tēpore ſit anima & ipſe res oēs diuine. Nā
ſi quando eſt tēpus, & hæc ſunt, ſane in tempore etiā
hæc eſſent, quemadmodū igitur id ꝙ ſimul adeſt cū
motu in ipſo non eſt, neq; id ꝙ ſimul eſt cum loco in
loco eſt, veluti ſunt cuncta incorporea dico. ſ. Deus
& Angeli, quippe non eſſet motus, vel locus quando
nō eſſent hęc, quę tamen nō ſunt in motu, neq; in loco,
ſic neq; id ꝙ ſimul adeſt cum tēpore dicitur eſſe in tē-
pore. Nam ſi id ꝙ ſimul adeſt cum aliquo in illo eſt,
quoniā (iquit) quādo milij granū eſt, etiā coelū adeſt,
in grano milij igitur foret coelum, igitur neq; quādo
eſt tēpus aliquid adeſt, illud dicitur eſſe in tempore,
quemadmodū neq; id ꝙ adeſt vna cum grano milij
eſt in millio, hoc igitur nō omnino eſt in tēpore, cum
aſſit tunc quanto etiā tēpus eſt. Nam ꝙ eſt proprie in
aliquo debet contineri ab illo, igitur proprie in tem-
pore eſt id ꝙ habet tēpus aliquod ꝑ ſui menſura ceu
decem, vel alium quendā numerū dicuntur res habe-
re, ſi autem hoc eſt in tēpore, neceſſe eſt omni eo ꝙ eſt
in tēpore maius tempus aliquod accipi, vt & illius ꝙ
ſic eſt in numero maiorem quendā numerum accipi
oportet, & propter hoc inquit, quoniam hoc eſt pro-
prie in tēpore quod habet tempus ſeipſo maius, ideſt
ſua etate longius, idcirco omnia dicimus ſeneſcere in
tēpore atq; cuncta corrumpere tēpus nō tamen dici-
mus aliquod fieri a tēpore. Et merito quiſpiā quę-
reret quomodo inquit nos dicimus tempus eſſe cau-
ſam corruptiōis, & generationis minime, quippe ſo-
leamus dicere res fieri in tempore. Nam cūcta inquit
longum & innumerabile tempus clam producit, &
tempus aliquod me facit ſcire, quomodo ergo pror-
ſus omnia corrumpi a tēpore, atqui ipſe dixit in pri-
mo libro omne ꝙ corrumpitur a contrario corrum
pi, ſed tempus nulli eſt contrarium. Nam quantū ali-
quod eſt tēpus. At nihil contrariū eſt quantitati. Itē
tempus adeſt ſimul cum omnibus quæ ſunt, ſed nihil
contrarium adeſt ſimul cum contrario ergo. Dico
igitur ad hęc, primumq; ipſe non dixit, ſicut neq; nos
vllo pacto dicimus res fieri ac tempore, ſed cur ma-
gis tēpus corrūpere dicimus q̄ generare, quoniā tē-
pus eſt magis per ſe cauſa corruptiōnis. Deinde gene

Dubitatio.

Solutio.

rationis vniuſcuiuſq; certa & manifeſta eſt cauſa, ceu
genitor animalis, & præceptor ſciētiæ diſcipuli, cum
igitur habeamus generationem ipſam in aliquā cer-
tam & definitam cauſam reducere, propter hoc nul-
lus iquit tempus generare, ſed patrem generare, neq;
tempus docuiſſe, ſed præceptorem. De corruptione
autem & obliuione, quoniam non habemus aliquam
cauſam certom tradeıe, ob id ipſam cauſam in tēpus
reducimus. Verūtamen cum habemus cauſam corru
ptionis manifeſtam, ceu ſi ab igne domus corrūpere-
tur, ignem dicimus eſſe cauſam corruptionis & non
tempus, ac naufragium mortis, atque morbum ſæpe
cauſam obliuionis dicimus, & cauſam ſenectutis la-
borem, hoc igitur modo & de corruptione quando
fuerit certa & definita aliqua cauſa hanc ſtatuemus
cauſam eſſe, & non tempus. Conſtabit igitur hinc
quoq; cauſa cur tempus magis eſſe cauſam eorū quæ
corrumpuntur ſtatuamus, q̄ eorum quæ fiunt, ſtau-
tem ea ſunt in tempore quæ habent tēpus ſeipſis ma-
ius, merito ſempiterna, & omnia quæ ſunt ſupra tem-
pus in tempore non ſunt, quippe quæ non habeant tē-
pus maius ſeipſis. Et huius rei ſignum inquit, quoniā
neq; patiuntur quicquā a tempore. Nam ſi quæ ſunt
in tempore patiuntur a tempore, igitur ea quæ non
patiuntur a tempore neq; erunt in tēpore, ſed ea quæ
ſunt ſupra omne tempus nō patiuntur a tempore, igi-
tur talia neq; erunt in tempore. Cæterum ad præ-
ſentem textū veniamus cum autem tempus ſit men-
ſura, & dicens motus ſubiunxit & moueri, vel dicens
hoc. ſ. moueri ꝙ quidem eſt (inquit) prorogans mo-
tum & eſſe ipſius, vt moueri dicat eē motus, vel ergo
ob id dicens motum ſubiunxit & moueri, vt nos de-
duceret nos in cognitionem extenſionis prorogatio-
niſq; motus. Nam motus ſignificaret ipſam formam
motus, & moueri ipſum ſignificat ipſam motus pro-
rogationem productionemq; cuius & tempus men-
ſura eſt, itaque moueri eſt expoſitiuum, vel ponitur
loco & gratia exponendi explicandiq; motum.

Atque motum eſſe in tempore eſt ipſum atque eſſe eius menſurari tempore. Nam ſimul motum: & eſſe motus metitur, & hoc eſt ipſum in tempore eſſe: menſurari ipſius eſſe, & hoc patet autem alijs eſſe id quod dicuntur eſſe in tempore: ipſorum inquam eſſe menſurari a tempore.

Inquiunt ſuperfluam eſſe hāc coniunctionem etiā.
Nam hoc modo aiunt eſſe conſtructionis explicatio-
nem & aſſignationem. Cum autē ſit tempus menſura
motus & ipſius moueri, eſt motum in tempore eſſe
ipſum atque eſſe eius menſurari tempore. Hi autem
aiunt rationem aſſignari, cur ſit hoc modo in tempo-
re cum dicit, & hoc patet alijs eſſe id quo dicunt eſſe
in tempore. Nam (inquit) cū tempus ſit menſura mo-
tus & eſt ipſum motum in tempore eſſe menſurari a
tempore & hoc patet alij eſſe id quo dicuntur eſſe in
tempore. Vnde iuxta hoc ſuperflua foret illa coniun
ctio (autem) vbi dicit et hoc patet autem. Alij autem
aiunt poſt multa adduci rationem, cum autem tēpus
ſit menſura motus, eſt & quietis, idcirco inquiunt, &
accepit. Cum autem eſt, vt ſeruaret continuationem, Sua expoſitio.
quoniam multa fuerant intermedia dicta. Nos autem
dicimus propter hęc omnia ipſum explicaſſe aſſigna-
gnationemq; adduxiſſe, & eſt hoc modo continua-

tio. Cum autem tempus ſit menſura motus & moueri, & eſt motum eſſe in tpe menſurari ipſum a tempore, & alijs hoc autem eſt in tempore eſſe mẽſurari ipſa a tempore, & ſi tempus erit menſura motus, erit etiam menſura quietis. Quomodo autem ſit menſura quietis cũ peruenerimus ad locũ ſciemus. Ipſum atq; eſſe eius menſurari a tẽpore. Cum in compoſitis
Textus. aliud ſit hoc eſſe, & ipſius eſſe, quippe aliud ſit aĩal, & aĩalis eſſe. Nam animal compoſitum ſignificat, & animalis eſſe forma eſt, tamen in ſimplicibus idẽ eſt hoc eſſe, & huius eſſe, porro anima, & animę eſſe idem eſt ac angelus & angeli eſſe, ſic igitur & motum ac motus eſſe idem ſunt. Nam motus ſimplex eſt.

Nam in tempore eſſe duo ſignificat. Vnum tunc eſſe cum tempus eſt. Alterum eo modo quo dicimus aliqua in numero eſſe: hoc autem aut partem numeri, uel affectum, & omnino quid moueri ſignificat eſſe, aut ipſius numerum eſſe. Atque cum tempus ſit numerus: nunc quidem ipſum & prius & huiuſmodi cætera ſic in tẽpore ſunt: ut unitas eſt in numero: atq; par & impar. Hæc.n. aliquid numeri: illa temporis aliquid ſunt. Res autem in tempore ſunt: ut in numero. Quod ſi ita ſit res a tempore, ut a numero cõtinentur: quemadmodum continentur, & ea a loco, quæ ſunt in loco.

Vel hoc inquit ꝙ duplex eſt id ꝙ eſt in tpe, vel ꝙ dupliciter cum aliquid dicatur eſſe in tpe, alterum ſolum proprie eſt in tempore. Nã duo ſignificatus ponens illius ꝙ eſt in tpe vnum ſolum appropat, tanq̃ verum, alterum vero refellit. In tpe.n. inquit, vel id ꝙ ſimul adeſt cum tpe, ꝙ quidem etiam confutat nõ quia nullum eorum quæ ſunt ſimul cum tempore nõ ſit in tpe, ſed quia nõ id ꝙ ſimul eſt cum tempore hoc prorſus in tpe ſit, vt demonſtrabimus procedentes. In tpe igitur eſt (inquit) vel id ꝙ ſimul exiſtit cum tpe, vel id ꝙ a tpe continetur, quemadmodum et quędam dicimus in numero eſſe eo quod a numero continentur, quod proprie ſunt in tpe. Hoc autem ꝙ eſt proprie in loco rurſus dupliciter diuidit, vel vt affectio, vel pars tpis, vel vt id ꝙ menſuratur a tpe, vt di-
Textus. cimus res troianas in tpe fieri. Nam in decem annis factæ ſunt. Alterum eo modo quo aliqua, & in numero ſunt, cui quidẽ aſſimilat id ꝙ proprie in loco eſt, et ipſum duplex eſt, vel vt pars numeri & paſsio vt vnitas, & par & impar, vel vt a numeratũ a numero, vt dicimus decẽ equos in numero eſſe, quibus verbis indicat ꝙ vnus ſignificatus illius quod eſt in tpe eſt eorum quæ vna ſubſiſtunt cum tpe. Nam eſt pars tpis, vel affectio, dico.ſ. nunc & prius poſteriuſq; quę vna ſubſiſtunt cum tpe. Non eſt.n. tempus in quo prorſus non ſit nũc, ac prius & poſterius, quemadmodum, & cũ numero prorſus exiſtit vnitas, atq; par vel impar & eorũ quæ ſunt proprie in aliquo alterrũ eſt, vt pars in toto, & aliud velut accidens in ſubiecto, & talis eſt affectio in hoc aũt ſic eſt affectio. Nam vt in ſubiecto numero impar & par inſunt, quemadmodum in tpe velut in ſubiecto prius & poſterius. Pulchre igr̃ dicebam non omne ꝙ vna exiſtit cum tempore ipſum dicere in tpe eſſe, ſed ꝙ non eſt in tpe eſſe vna adeſſe cũ tpe. Nam aliquid eorum quæ ſimul ſubſiſtunt cũ tpe profecto eſt in tpe, quemadmodum dicebã pars eius & affectio. Porro & ipſe dixit motum cuius mẽſura eſt tempus, dico.ſ. motum ſphæræ inerrabilis eſſe in tpe. Etenim (inquit) eſt motum in tpe eſſe ipſum & eſſe ipſius menſurari a tempore, & quod inquiat hic motum ſphæræ inerrabilis in tpe eſſe patet ex antecedẽtibus. Nam inquit cum ſit tempus menſura motus & moueri, eſt ipſum motum in tpe eſſe ipſum menſurari. At nullius alterius motus tempus menſurari. At nullius alterius motus tẽpus mẽſura eſt q̃ motus inerrabilis ſphæræ, quare & motũ inerrabilis ſphæræ dicit eſſe in tempore, & ſi vna cum tpe adſit & ſubſiſtat. Vnde illud non dixit, quia omne ꝙ ſimul adeſt cum tpe non ſit in tpe, ſed quia non omne ſimpliciter ꝙ vna ſubſiſtit cum tpe non ſit in tpe. Præterea punctum ſimul cum linea ſubſiſtit, & ſuperficies cum corpore modo hæc ſint finita, attamen in linea eſt punctum, & in corpore ſuperficies Sic igitur dici poteſt quanq̃ tempus & motus ſimul adſint & ſubſiſtãt inter ſe, tp̃s in motu eſſe velut in ſubiecto, atq; motũ eſſe in tpe velut numeratum in numero. Nã motus eſt numerabilis, & numerus eſt tp̃s, cum etiã multa quæ ſimul adſunt cum loco dicantur eſſe in loco. Nã vnaquæq; ſphæra, & vniuerſitates elementorũ ſimul adſiſtunt, & ſubſiſtunt cũ ſuo loco, quæ tamen ſunt in loco. Item vnumquodq; corpus mobile dico inq̃ cœleſte ſimul ſubſiſtit cum ſuo motu, & tñ in motu eſt. Sic igitur & vniuerſi motus ſimul adeſt cum tẽpore erit in tempore velut numeratus in numero.

Patet autem q, non eſt in tempore eſſe, tunc eſſe quando tempus eſt: quemadmodum neq; in motu, aut in loco eſſe.i. quando motus & locus eſt.

Nota quia non dixit id quod eſt quando tempus eſt non eſſe in tempore, ſed ꝙ non eſt in tempore tũc eſſe quando tempus eſt, cum neq; in motu eſſe idem ſit cum hoc ſimul cum motu eſſe.

Si.n. in aliquo eſſe ſic erit: omnes profecto res in quouis erunt: & cœlum in milio erit. Nam cum milium eſt: cœlũ eſt. Verum hoc quidem accidit.

Quod eſſe in tempore non ſit eſſe tunc, cum tẽpus eſt oſtẽdit. nam ꝙ eſt in tpe in quodam eſt, ſed eſſe in tpe tunc eſt, qñ & ipſum eſt, igitur eſſe in aliquo eſt cum ſimul adeſt & ipſum, ſi autem hoc eſt id ꝙ eſt in aliquo, et hoc dr ſignatiuum determinatiuumq; illius ꝙ eſt in aliquo.ſ. tunc eſſe qñ & ipſum eſt.i. coexiſtere, & ſimul eſſe, patet etiam rõnem conuerti, quod quidem coexiſtit alicui, etiam tunc eſt qñ & illud eſt, igitur in illo erit. Cum ergo qñ millium eſt, etiam tunc cœlum adeſt, igitur in millio erit cœlum. Item quoniam tunc eſt amphora, qñ & mare eſt, igitur in amphora erit mare, quare ſi hæc fieri nequeunt, non erit hoc in aliquo eſſe idem coexiſtere. Et nequis damnet conuerſionem, qm̃ vniuerſalem affirmatiuam in ſeipſam conuertere voluimus. Primum nanq; ſciendum eſt, quoniam niſi vtamur conuerſione non concluderemus abſurdum hoc.ſ. cœlum eſſe in millio. Neque.n. aliquis dabit concedetq; hoc, ſed quod omne quod in aliquo eſt id neceſſe eſt adeſſe cũ & illud eſt, non tamen coexiſtens ſimulq; ſubſiſtens cum illo iam in illo eſt, igitur cœlum exiſtens quando & millium eſt, non oſtenditur ex ratione in millio eſſe, ſed ſi Conuerſio.
ſit conuerſio concluditur. nã ſi hoc eſt in aliquo tunc eſſe quando illud eſt, & tunc quod eſt profecto, quando aliquid aliud eſt in illo erit, quia conuerſio.ie exi-

ſtente neceſſe eſt cęlum eſſe in millio, neceſſario itaq; conuertimus propoſitionem vniuerſalem, cum & definitio vniuſcuiuſq; in ſeipſam conuertatur. nam ſi homo eſt animal rationale & mortale. nam eſſentia hominis eſt animal rationale & mortale, & ecõtra. Sic igitur ad propoſitum quoniam illius quod eſt in aliquo quaſi definitiuum & deſignatiuum eſſe ponitur hoc.ſ. tunc eſſe qñ & illud eſt in quo dr̃ eſſe, merito & conuertitur & ſic q̄ eſt ſi ſ cum aliquo in illo erit.

Quomodo propoſitio vniuerſalis affirmatiua conuertatur in ſeipſam, lege Alex. & Ioan. Gram. primo priorum.

Illud autem ſequi neceſſe eſt: ut tempus ſit quando aliquid eſt in tpe: & motus ſit cum aliquid eſt in motu.

Cum quidem eſſe cum & millium eſt, accidit, id eſt vnum cum altero ſimul eſſe, quippe poſsit vnum eſſe vt cœlum & alterum non eſſe.ſ. millium, his ergo accidit vt vnum adſit cum alio cœlo, dico.ſ. & millio. Veruntamen neceſſe eſt, vt aliquod tempus ſit quando aliquid eſt in tpe, atq; eſt. Si ergo quæ ſunt in aliquo ex neceſsitate coexiſtunt, & quædam eorũ quæ coexiſtunt non neceſſario coexiſtunt, igitur non omne q̄ adeſt cum aliquo in eodem illo erit, neq; igitur in quoddã hoc eſt tunc eſſe quãdo & illud eſt, dico.ſ. eidem coexiſtere ac ſimul cum illo adeſſe.

Cum igitur eſſe in tempore ſit in ipſo eſſe tanquam in numero: aliquod tempus maius omni eo q̄ eſt in tempore ſumitur. Quapropter omnia quæ ſunt in tempore neceſſe eſt contineri a tempore: quemadmodum & cætera quæ in aliquo ſunt, ut ea quæ ſunt in loco continentur a loco.

Nam omni quod eſt in numero eſt aliquis numerus maior, quare & eo qđ eſt in tempore aliquod tẽpus maius erit.

Et pati aliquid etiam a tempore: quemadmodum & dicere conſueuimus tempus conſumere: & tempore cuncta ſeneſcere: per tempus obliuiſci: ſed non didiciſſe, nec adoleuiſſe: nec iuuenem: nec pulchrum euaſiſſe.

Nam ſi omni qđ eſt in tpe eſt accipere maius tempus, merito cuncta patiuntur a tpe, & ipſo ſeneſcunt. Nam cuncta percurrit & præterit ac ſuperat.

Corruptionis per ſe magis eſt cauſa tempus. Eſt.n. numerus motus. Motus autem id quod eſt priuat extruditq;. Quare patet ea quæ ſemper ſunt: qua ſemper ſunt in tempore non eſſe. Non.n. continentur a tempore: nec ipſorum eſſe a tempore menſuratur.

Octa. lib. dicit motũ cauſam vitæ conſideraergo.

Quuoniam motus numerus eſt tempus, & omnis motus priuat extruditq; aliquid, merito tempus erit cauſa corruptionis magis q̄ generationis.

Signum huius eſt ipſa nihil a tempore pati: quoniam nõ ſunt in tempore.

Inquit ſignum, vt non ſint ſempiterna in tempore eſt, quia nihil eorum ſeneſcit tempore. Nam ſi forent in tempore, profecto ſeneſcerẽt. Sed ſempiterna tpe non ſeneſcunt, igr̃ ſempiterna non ſunt in tempore.

Cum autem tempus ſit menſura motus: erit etiam quietis menſura per accidens. Eſt enim in tpe omnis quies.

Diximus prius fuiſſe propoſitũ Ariſt. demonſtrare, vt tp̃s non ſolum ſit menſura motus, ſed etiã quietis, & hoc merito, cum & oĩs cognitio non ſolum formarum ſit ſuſceptrix & capax, ſed etiam priuationũ. Etenim oculus nõ ſolum cognoſcit lumen, ſed etiam tenebras, verum lumen cognoſcit per ſe, priuationẽ autẽ negatione luminis, ſimiliter, & in alijs, & regula dicernit rectum & tortũ curuumq;, ſed rectum p ſe iudicat quod ipſi vndiq; ſiſe eſt æquale. Curuum aũt negatione recti. Vt.n. dicernit non cohærens nõ vndiq; ſibi æquale ſimileue non affirmando, ſed negando, ſic igitur & tempus non ſolũ motus eſt numerus; ſed etiam quietis, verum motus per ſe quatenus menſurat extenſionem prorogationemq; ipſius et veluti id q̄ cum ipſo ſimul extenditur & producitur, ſed quietis inquit p accidens. Magis autem proprium erat dicere per aliud. Nam menſurando motum, qm̃ quanto aliquid mouetur, tanto aliquid aliud quieſcere cõtingit proinde tempus mẽſurans motum dum ipſum menſurat hac ratione menſurat & quietem. nam dicimus hodiernam quietem vel vt ita dixerim annualẽ, qm̃ in tanto tẽpore quieuit quanto aliquid aliud mouebatur extenſione in quiete non per ſe conſiderata, ſed per aliud. Nam quia aliud fit in extẽſione & productione hac ratione quies dr̃ habere extenſionẽ, pulchre aũt a nobis dictum eſt tp̃s non menſurare quietem p accidens, ſed per aliud, quia menſurando motũ menſurat quietem. nam ſi p accidens menſuraret quetem, & per ſe motum oporteret motui accidere quietem. Talia.n. oſtendebantur eſſe p accidẽs quibus inerat aliquid per accidens, nunc autem non accidit motui quies, igitur tempus non menſurat per accidẽs quetem, ſed neq; per ſe, igitur per aliud, qm̃ menſurando motum menſurat quietem. Item inquit non ſolum tẽpus menſurat motum & quietẽ, ſed etiam ea quæ mouentur, & ea quæ quieſcunt p accidens menſurat, dico ſ. ipſas ſubſtantias. Nam tp̃s menſurando motum ipſorum & quietem hac rõne diceretur tp̃s menſurare ipſa per accidens, qm accidit ei q̄ mouetur homo, vel cœlum, vel aliud quoduis eſſe, & ſi tp̃s motus & quietis menſura eſt, igitur quæcunq; ſunt & non mouentur, neq; quieſcunt, hæc neq; a tpe menſurantur, ceu centra & poli, præterea & animæ, & angeli & talia. Nã hæc ſeparantur a motu & quiete, quare neq; tpe ea menſurantur, igitur neq; in tpe hæc ſint, ſiquidem ea dicantur eſſe in tempore, quæ ab ipſo menſurantur quatenus mouentur & quieſcunt. At hæc non menſurantur a tempore, quoniam neq; mouentur, neque quieſcunt, igitur neq; in tempore ſint, igitur eorum quæ ſunt aliqua in tempore, ſunt aliqua vero nõ ſunt in tempore, quæ cum dicat deinceps oſtendit eorum quæ non ſunt aliqua eſſe in tempore, aliqua vero non eſſe, inquit igitur quæcunq; eorum quæ non ſunt impoſsibilia eſſe videntur, hæc & oppoſita his non dicuntur eſſe in tempore, ſed ſempiterna ſunt, vel non ſunt, ceu quadrati diametrum commẽſurabilem lateri vel æqualem eſſe vnum eſt eorum q̄ nequeunt eſſe idcirco hoc nõ dicitur eſſe in tempore, quoniam non poſſumus accipere aliquid temporis illius q̄ nõ habet exiſtentiam, cum igitur huius eſſe non ſit in tẽpore neceſſario neq; oppoſitum eius q̄ eſt in tempore erit, dico exempli gratia diametrum eſſe incommenſurabilem lateri, quippe exiſtentia eius non ſit accipere aliquod tempus maius. Nam ſemper hoc ita & eodem modo ſe habet, igitur cæteres de numero q̄

ſunt impoſsibile, non ſunt in tempore, quoniam neq; oppoſitum ipſis eſt in tempore, dico.ſ. id quod eſt neceſſario, ſed huius exiſtentia ſempiterna eſt, illius aũt inexiſtentia. Sed eorum quæ ſunt, quæcunq; aliquando eſſe poſſunt, & aliqñ non eſſe, hæc ſunt in tpe. Horum autem triplex eſt diſcrimen. Nam eorum quæ contingenter non ſunt quædam iam fuerant, & non ſunt, ceu Homerus, quædam erunt, ſed nondum ſunt, ceu futurum deliquium Solis, aut Lunæ, vel aliquid aliud ꝙ futurum eſt, quædam quoq; ſunt quæ iã fuere, & rurſus erunt, ceu Solē occupare eſſeq; in Orientem qui iam fuit in Oriente, & iterum erit, omnia igitur quæ hoc modo non ſunt, in tempore eſſe dicũtur, quoniam eſt accipere aliquod tempus maius inexiſtentiæ ipſorum quæ tempus quo fuerant. Dico igitur vniuerſaliter de his quæ ſunt, & non ſunt, quoniam quæcunq; neceſſaria ſunt, vel impoſſibilia hæc non ſunt in tempore. Nam illa ſemper ſunt, illa vero non ſemper ſunt, quæcunq; autem queunt eſſe & nõ eſſe, hæc in tempore ſunt, vel non ſunt, equidem hæc ſunt in tempore quoniam eſt accipere tempus maius eſſe ipſorum q̃ id quo non ſunt, & illa non ſunt in tẽpore, quoniam eſt accipere tẽpus maius non eſſe ipſorum quo non ſunt. Sciendum autem ꝙ multi codices & libri non habent in hoc textu illam particulam per accidens, neq; Alex. commemorauit ipſam.

Ex dictis igitur his ſequit, vt Soc. qui modo eſſet magis non eſſet, quia eſt accipere tẽpus maius ſuum eſſe.

Nõ.n. velut id quod eſt in motu: ſic & id quod eſt in tempore moueri neceſſe eſt. Non.n. tempus motus eſt: ſed numerus motus. At in numero motus. At in numero motus: et id eſſe poteſt q. quieſcit.

Quoniam dubitaret quiſpiam quomodo tempus ſi menſura quietis. Nam ſi etiam tempus ſit numerus motus, & non ſolum motus in tempore eſt, ſed etiam quies, videbitur et quies in motu eſſe, ſiquidem quies in tempore, & tempus in motu eſt. Inquit ergo non quemadmodum id quod eſt in motu neceſſe eſt moueri, ita et ꝙ eſt in tempore neceſſe eſt moueri. Nam ſi penitus idem eſſent motus & tempus, neceſſe foret vt id quod eſt in tempore mox moueretur. At modo non neceſſe eſt, vt id quod eſt in aliquo, iam & illud ſit, cui illud accidit. Non enim quod ineſt dulci neceſſe eſt & melli ineſſe, quoniam accidit melli dulcedo, neq; enim quod ineſt albo, palio ineſſe vel fuco oportet, ſic neq; quod ineſt tempori neceſſe eſt in motu eſſe, quoniam accidit motui tempus. Nam ꝙ eſt in die non neceſſe ei eſt in orbiculatione cœli eſſe, quoniam tempus eſt menſura orbiculationis cœli. Eſt.n. in die ipſum quieſcere, & certe ipſum quieſcens non eſt in motu. Sic igitur neq; abſurdum vel impoſſibile eſt in tempore motum eſſe & quietem.

Non.n. omne quod immobile eſt quieſcit: ſed q. caret motu, atque moueri eſt aptum: ut etiam antea diximus.

Qm̃ dixit quieſcens poſſe in numero motus eſſe, vt ne quis dicat, itaque centrum & poli vniuerſi qm̃ quieſcunt, & hæc erunt in tpe, propter hoc inquit nõ hoc dicebam, ꝙ ſi aliquid eſt immobile hoc põt eſſe in tpe. Nam quieſcens in tpe, & non immobile, ſed id quod aptum eſt moueri licet non moueatur. At cardines & centrum immobilia ſunt, non tñ quieſcunt. Nam apta moueri non ſunt, quare neque in tpe ſunt. At quieſcens in tempore, & nõ ipſum immobile, ꝗ tpe quieſcens aptum ſit moueri, licet non moueatur.

Eſſe autem quippiam in numero .i. eſſe numerum ipſius rei quendam: & menſurari ipſius eſſe: eo ſane numero in quo eſt: quare ſi erit in tempore menſurabitur ab ipſo.

Qm̃ dixit quieſcens in numero motus eſſe poſſe, qũo quædam dicerentur in numero eſſe motus iterũ dicit ꝙ eſt velut quidã numerus ipſorum, dico.ſ. ipſa numerari vel ſm̃ multitudinem ſubiectorum, vt diximus in numero eſſe decem equos, vel ipſum habere numeratum eſſe, vt dicimus bellum Troianum in numero quoddam tpis fuiſſe. Nam decem annis cõfectũ fuit, cum igitur id ſit in numero eſſe, & numerus quiddam eſt tempus, hoc erit in tpe eſſe.ſ. habere aliquod tempus ꝙ numeret rei eſſe, quemadmodum dicimus res Troianas in quoddam tempore fuiſſe, & Homerum, eo quod fuit aliqua temporis pars in qua erant. Sic igitur & quies in tempore dicitur eſſe, qm̃ eſt quoddam tempus in quo quies eſt.

Metietur autem tẽpus: & id quod mouetur & id quod quieſcit: qua illud mouetur: & qua quieſcit. Nam alterius ipſorum motum, alterius quietem quanta quædam ſit metietur. Quare id quod mouetur non a tempore menſurabile ſimpliciter erit, ut quantum eſt quoddam: ſed ut motus eius eſt quatenus: quare quæcunque non mouentur neque quieſcunt: non ſunt in tempore.

Quod etiam tempus res menſuret, ceu homines, vel equos, & omnia ſimpliciter non per ſe oſtendit. Nam homo qua homo non menſuratur a tempore, ſed quatenus habet quandam extenſionem ſecũdum ſuum eſſe, quare per ſe motum rerum metitur, vel quietem, & per accidens ipſas ſubſtantias rerum, ſiue ipſe ſint ea quæ mouentur, vel quieſcunt, vel homo, vel quoduis aliud, quare quæcunq; non mouentur, neq; quieſcunt non ſunt in tempore.

Eſſe.n. in tempore eſt tempore menſurari. Tempus autem motus eſt, & quietis menſura.

Quod neq; ea quæ non mouentur, neque ea quæ non quieſcunt non ſint in tpe probat vtẽs tali ſyllo͂ in ſecunda figura. Item in tpe eſt menſurari, ſed ea quæ non quieſcunt, neq; mouẽtur non menſurantur a tpe, igitur neq; ea quæ non mouentur, neq; ea quæ non quieſcunt non ſunt in tpe quod quidem demõſtrauit, huius autem ſylli Ariſto. prius ponens concluſionem cum dixerit ſuperiore textu, quare quæcunq; nõ mouentur, neq; quieſcunt non ſunt in tpe, poſuit hoc in textu duarum propoſitionum maiorum affirmatiuã dicentem ea eſſe in tpe quæ menſurantur a tpe minorem aũt propoſitionem negatiuam dicentem q̃ non mouentur, neq; quieſcunt non menſurantur a tpe nõ poſuit. Verum eam propõnem poſuit eam per quã ipſa eſt vera, & ex qua concludit & deducitur, hãc.ſ. Tempus aũt eſt motus, & quietis cã in qua propõne oportet ſubaudire hanc particulam (ſolum.) Quod autem tp̃s ſit menſura motus & quietis ſuperioribus demonſtrauit. Si aũt motus & quietis ſolum tp̃s eſt mẽſura verũ erit vt neq; ea q̃ non mouentur, neq; ea quę nõ quieſcũt menſurẽtur a tpe. Nã hoc cõcludit p conuerſionem ex contrapõne in ſecundo mõ ſylloꝝ hipoteticorum, ſi ea quæ menſurantur a tẽpore, hæc,

mouentur, vel quieſcunt, ergo quæ non mouentur neq; quieſcunt, hæc non mẽſurantur a tempore, quæ minor & negatiua eſt ſyllogiſmi propoſitio ex qua concludebatur, neq; ea quæ non mouentur, neq; ea quæ non quieſcunt eſſe in tempore.

Patet igitur neque omnia quæ non ſunt in tempore eſſe, ceu quæcunq; non poſſunt aliter ſe habere. Vt Diametrum eſſe cõmmenſurabilem lateri.

Cum dixerit eorum quæ ſunt aliqua eſſe in tempore, qm̃ quæcunq; mouentur & quieſcunt in tempore ſunt, & quædam non ſunt, qm̃ oppoſita his non ſunt in tempore, vult modo idipſum oſtendere in his quæ non ſunt, qm̃ quęcunq; ſunt impoſſibilia eorum quæ non ſunt, hæc non ſunt in tempore, quæcunq; autem poſſunt non eſſe hæc ſunt in tempore.

Prorſus enim ſi tempus menſura eſt motus per ſe: cæterorum uero per accidens: patet quorum eſſe metitur: eorũ omnium eſſe in quiete uel in motu conſiſtere. Quæ igitur ſub corruptionem generationemq; cadunt: atque omnino ea quæ tunc ſunt, tunc uero non ſunt ea in tempore eſſe neceſſe eſt. Nam eſt tẽpus aliquod maius q̃ eſſe ipſorum excedit: & illud q̃ menſurat ſubſtantiam.

Quod impoſſibilia non ſint in tempore etiam per hæc probat. Si tempus per ſe motus eſt numerus, & cæterorum per accidens. i. earum rerum quæ motui & quieti ſubijciũtur, & eſſe in tempore eſt menſurari a tpe, quæcunq; igitur neq; mouentur, neq; quieſcũt non menſurantur a tempore huiuſmodi autem ſunt, & ipſa impoſsibilia. Nam immobiliter non ſunt, igitur a tempore non menſurantur, quare neq; per accidens ſunt in tempore. Nam per accidens metiuntur ſubſtantiæ ab ipſo tempore quæcunq; vel mouẽtur vel quieſcunt, quare quorũ non eſt motus, neq; quies hæc, neq; per accidens menſurarent a tẽpore, quare neq; per accidens eſſent in tempore.

Cum autem eorum quæ non ſunt quæcunq; cõtinet tempus alia quidem erant ut Homerus aliquando erat: alia uero erunt ut aliquid futurorum: & tempus in utranq; partem continet. Et ſi in utranque erant & erunt.

Cum eorum quæ non ſunt quæcunq; ſunt in tempore, quæ etiam continentur a tpe. Hæc autem ſunt quorum eſſe maius erit tempus, alia quidem erant & non amplius erunt, alia vero erunt & nondum ſunt, alia deniq; erant & iterum, igitur tẽpus continet præterita ſecundum non eſſe ipſorum per tempus præteritum, quo extiterant, & futura continet tempus futurum quo erit, quare maius tempus eſt eſſe ac ſubſtantia ipſorum. Equidem his quæ facta ſunt prǽteritum tempus quo extiterant maius ſemper eſt eo quod factum eſt ſecundum quod ipſum non eſt in futuris autem plus tẽporis eſt quo non ſunt, quam tempus quo erunt. Item in his quæ facta ſunt, & rurſus futura plus tẽporis eſt, cum non ſunt q̃ quam tempus quod ipſa cõtinet ad vtranq; partem. Equidem plus temporis eſt eorum quæ facta ſunt q̃ tempus præteritum quo erãt, & plus temporis eorum quæ ſunt futura q̃ tempus futurum quo erunt. Et ſi in vtranq; inquit & ambo, ideſt ſi in vtranq; continet tempus non eſſe ipſorum & ſecundum præteritum & futurum, vtraq; & erant prius & rurſus erunt.

Quæcunque autem nulla ex parte continet neq; erunt, neq; ſunt, neq; erãt. Sunt autem talia eorum quæ non ſunt, quorumcunq; oppoſita ſemper ſunt: ceu diametrum eſſe incommenſurabilem coſtæ ſemper eſt: & non erit hoc in tempore ergo neq; commenſurabilem eſſe lateri erit in tempore. Vnde ſemper non eſt, quia contrarium ei eſt id q̃ ſemper eſt. Quorum uero contrarium non ſemper eſt ea eſſe, ac non eſſe poſſunt, & eſt generatio & corruptio ipſorũ.

Ideſt in quibus eorum quæ non ſunt ſecundũ nihil tempus continet non eſſe ipſorum, neq; ſecundum tẽpus præteritum, neq; ſecundum futurum. Hæc nãq; prius non erant, neq; modo ſunt, neq; poſt hæc erũt. Quæ autem hęc ſint ſignificauit dicens. Quorũcũq; oppoſita ſemper ſunt, ceu Diametrum eſſe incommẽſurabilem coſtæ. Nam cũ hoc ſemper ſit atq; neceſſario oppoſitum huic, hoc autem eſt Diametrum eſſe commenſurabilem lateri, nunq̃ eſt & nequit eſſe. Vt igr̃ eſſe Diametrum incõmenſurabilem coſtæ, propterea quod non cõtinetur a tpe, ſed eſt ſupra omne tempus non eſt in tpe, ſic & huic oppoſitũ nunq̃ exiſtens non eſſe eius non habebit in tpe, quoniam vniuerſo tempori coextenditur inexiſtentia eius.

Ipſum aũt nunc continuatio tpis eſt, ut antea diximus. Nã cõtinuat tẽpus preteritũ. Et futurũ, atq; oĩno eſt tpis ultimum. Eſt. n. huius quidem principiũ: illius autem finis.

Propoſitum Ariſt. modo eſt de aduerbijs temporum diſſerere quid vnumquodq; ſignificet, ceu quid eſt nunc quid tunc, quid iam, quid nuper, quid olim, & quid repente. Primum diſſerit de ipſo nunc & inquit duplex eſſe nunc momẽtumq; alterum minimũ alterum aũt proximum. Primum ergo de ipſo nunc minimo diſputat. Et hæc inquit quæ quidem & prius dixit q̃ nunc & momentum cum vnum & idem ſit, etiam eſt continuationis et diuiſionis tpis cauſa. Nam cum velut cõis terminus vtriuſq; tpis acciperetur. ſ. præteriti, & futuri, tunc differentes partes temporis per ipſum continuarentur. Nam ipſe in. 5. lib. definiens continuum ſic inquit continuum eſt cuius partes copulantur ad terminum cõem. Si ergo nunc eſt communis terminus partium temporis eſt, continuatio profecto temporis erit, quando igitur vt vnum ſubiecto & ratione acciperetur, dico. ſ. vt vnus aliquis terminus cõis tunc continuatio fit in tpe, quando autem vnum quidem ſubiecto fuerit & ratione non vnum acciperetur, ſed huius quidem velut finis & alterius principium tunc diuiſio fit temporis, quemadmodum etiam ſe habent puncta in lineis. Nam qñ accepero in linea punctum aliquod ſm̃ conſiderationem & intelligentiam, ſiquidem ſimpliciter vt terminus vtriuſq; lineæ idẽ accepero ceu eſt & circuli centrum cõis quidam terminus omnium rectarum linearum quæ ab ipſo ad circumferentiam ducuntur, tunc punctum eſt cõtinuatio lineæ, quando aũt acceptum punctum duas rationes ſuſcipiet ceu ſi nos lineam diuiſam cogitauerimus & huius finis ſit punctum, & huius principium, tunc punctum eſt diuiſio lineæ, ſic igitur & de ipſo nunc dicendum eſt, ſiquidem nũc vt vnam rationem cõis termini habens acciperetur cõtinuatio erit tpis, quãdo autem acciperetur velut habens duas rationes, fit diuiſio temporis. Verum differt nunc a puncto, eo quod punctum poteſt accipi

a ctu

actu & potentia, ſed nunc ſic accipi non poteſt, quippe non maneat ipſum nunc, ſed ſemper in fluxu eſt. Nũc autem quod appellatur plarichum eſt id quod prope nunc minimum eſt, ceu quando venit, nos dicimus nunc, quoniam tempus eſt prope nunc minimũ; ſimiliter etiam de futuro dicimus venire nunc quoniam hodie veniet, ſed de his quæ ante multum tempus facta fuerunt vel quæ poſt multum futura erunt non dicimus nunc fuiſſe vel nunc fore. Nam quæ facta ſunt in Troianis bellis nunc fieri non dicimus quoniam multum temporis intermedij intercelſit, neque ea quæ poſt multum temporis futura ſunt dicimus nunc fore. Ipſum autem tunc inquit tempus definitum ſignificat copulatum cõnexumq; ad minimum nunc præſens dicitur autem de præterito & futuro, & vtroq; modo vnum aliquid habet præſens nunc ceu tunc fuere Troiana bella dicimus, ſi contigerint ad mille annos fuiſſe, et tũc eclipſis fiet dicimus poſt tot menſes. Eſt igitur ipſum tunc tempus quoddam definitum coniunctum ad præſens nunc, & cum res ipſa fuit, ſi autem hoc eſt ipſum tum tempus quoddam definitum ſiue præteritum, ſiue futurum, hærens coniunctumq; ad ipſum nũc præſens, minimum & nullum eſt tempus actu acceptum ꝙ non ſit, tunc ſiue acceperimus ipſum de præterito, ſiue de futuro; videtur omne tempus eſſe finitum. Igitur tempus inquit deſinet, vel non, & inquit ꝙ non deficiet. Nam ſi ipſum nunc terminatur duobus nunc, omne autem nunc & principium eſt & finis nunquam deficiet tẽpus, ſed ſempee erit accipere nunc, quare nunq; deficiet ipſum nunc. Sed hoc quiſpiam non cõcederet nolens tempus ſempiternum eſſe quod omne nunc accipiat duas rationes, rationem ſcilicet principij, & eã quæ finis eſt, ſed erit aliquod nunc, q̃d quidẽ finis erit & non amplius principium. Probat igitur non deficere tempus ex motu, ſi ſempee motum eſſe neceſſe eſt (inquit) & tempus ſemper eſſe neceſſe eſt; quod autẽ motus ſemper ſit in octauo huius facultatis volumine nititur oſtendere. Verum vniuerſum tempus magis oſtendit quam hoc vt in commentarijs illius libri demonſtrauimus. Ipſum autem iam eſt (inquit) proximum nunc præſenti minimo ꝙ ſane vel præteriti temporis pars eſt, vel futuri, dicitur autem de vtriſq;. Nam dicentibus quando ambulas vadiſq; dicerem iam, propterea quod non multum abfuit a p̃ſente nunc. Item dicimus de præterito ꝙ iam iuit, nemo tamen ipſum iam dicit de temporibus quę longe multumq; abfuerunt. Nam quiſpiam nõ diceret iam ilium captum fuiſſe, ne q; ea quæ poſt multum tempus futura iam fore dicimus, quo igitur diſtinguetur ipſum iam ab ipſo nunc amplo. Dico itaq; ꝙ ſiue idẽ per vtrunq; nomen ſignificatur, vel ſi non idem ſignificatur, ſed habent quandam differentiam difficilem, & ſecundum quantitatem differunt, quod forte ipſum nunc amplum magis prope minimo nunc eſt quam ipſum iam. Ipſum autem nuper & ipſum eſt prope nunc, ſed ſolius præteriti eſt pars non autem eſt amplius ipſius futuri, quando venit dicimus quod nuper, propterea quod prope tempus præſentis nunc eſt, attamen de futuro gręcorum nullus vſus eſt ipſo nuper, nullus enim inquit, nuper lauabo, nuper ambulabo, ſed in ſolo præterito inuenitur. Ipſum autem olim eſt (inquit) quod a pręſente longe abeſt,

Et.12. metaf. Ecce quod Ios an. gram fecit commentaria, in quatuor voluminibus ſubſequentibus.

olim extitere geſtaq; fuere Troiana bella, quoniam a præſente per multum tempus deſtiterunt. Ipſum repente (inquit) dicitur id quo, aliquid mutatur inſenſibili tempore propter breuitatem ceu dicimus repẽte fieri procellam quando breui mutaretur continẽs, & propter breuitatem mutationem ſimul non ſentiremus, repente obijt exceſsitq; ex hac vita quod propter breuitatem temporis non percipimus mutationem ex ente in non ens, ſed velut immediate ex ipſo eſſe non eſſe ſcimus.

Sed hoc non quemadmodum de puncto manente cõſtat.

Non ita patet ipſum nunc diuidens & continuans tempus, quemadmodum punctum manifeſtum eſt continuans et diuidens lineam, cauſa autem quoniam pũctum poteſt manere idest actu ſuml, atqui ipſum nunc non ſtetit, ſed in fluxu eſt.

Differt autem & potentia.

Potentia inquit pro hoc ſecundum conſiderationem, & conceptionem mentis, ob id & temporis diuiſio eſt ſecundum conſiderationem. Nam potentia nunc non diuidit tempus cũ & actu diuiſum ſit. Nunc autem vnum & continuum eſt tempus & intelligentia ſolum diuiſibile eſt.

Et quà ſane tale ſemper alterum eſt nunc: quà uero connectit ſemper idem.

Qua tale ideſt quia diuidit. Nam qua diuidit duas rationes recipit, & rationem finis, & rationem principij, aliud enim eſt ipſi eſſe fine præteriti temporis, & aliud eſſe principium futuri, quatenus autem copulat præteritum & futurum, hac ratione vnum eſt & idem non ſolum ſubiecto, ſed etiam ratione. Nam vt communis terminus vtriſq; accipitur, quemadmodum ſi intellexeris duas formicas a duobus extremis lineæ motas, & in vnum aliquod & idem punctum ambas finientes abſoluenteſq; motum, punctum igitur in quod motus terminati ſunt cõmunis quidam terminus eſt, & finis amborum motuum, ſic igitur et nũc niſi acceperimus ſimpliciter velut duas rationes habens, ſed velut vnam quandam eam. ſ. finis tũc eſt continuatio temporis.

Vt in mathematicis lineis. Non enim ſemper unum eſt punctum intelligentia, nam diuidentibus aliud.

Ideſt vt in mathematicis accipimus quoddã punctum ſm intelligentiam in linea, et idem ſemper vnũ exiſtens, vnum autem eſt cum accipitur ſecũdum intelligentiam, & non ſm actum, cum vero acceperimus ipſum punctum, vt diuidens lineam, tunc aliam, & aliam ratione accipimus, cum vero ipſum acceperimus non vt diuidens, ſed velut habens vnam & eandem rõnem ad vtraſq; lineæ partes, tunc non ſolũ ſubiecto vnum ſit, ſed etiam rõne, ſic ergo et nunc ſm intelligentiam acceptum, liquidẽ ipſum velut habẽs duas rationes accipimus diuiſio in tpe ſit, ſi autem velut vnam rationem habẽs continuatio oritur, verba in quibuſdam exemplaribus ſic ſe habẽt qua quidem vnum, hac ratione ſemper vnum punctum. i. quatenus vnum eſt punctum non modo ſubiecto, ſed ẽt ratione, hac rõne vnum exiſtens punctum continuatio lineæ ſit, intelligentia aũt diuidentibus ſemper aliud, & aliud naſcitur punctum. i. hac ratione vnum pun-

ctum aliud, et aliud facimus ratione intelligentia conſideratione quod diuidentes lineam.

Vnum autem & idem prorſus: ſic & nunc: hoc quidem temporis diuiſio ſecundum potentiam: illud autem terminus ambobus eſt unitas. Eſt autem idem & ſecundum idem diuiſio & unitas: eſſe non autem non idem.

Hoc eſt repetitio prioris, quod cum velut vnum prorſus acceperimus eandem habet rationem & cōtinuat lineam. Eſt autem (inquit) idem & ſm idem diuiſio & compō. Nam in puncto accepto ſecundum conſiderationem idem ſub ſubiecto diuiſio & compō. Nam idem ſecundum aliam, & aliam conſiderationem vel diuiſum intelligitur vel copulatum. Et ſecundum idem. I. ſecundum vnum & idem punctum. Nam hoc eſt quod per ſeipſum vel coniungit vel diuidit lineam aliter & aliter acceptum.

Ipſum igitur nunc hoc uno dicitur modo: aliud uero modo cum tempus huic propinquum fuerit. Dicimus .n. nunc uenit quia hodie ueniet: & nunc uenit, quia hodie uenit. At res quæ in ilio geſte ſunt non nunc fuiſſe dicuntur: neque eluuio nunc fit: quanquam tempus continuum eſt uſque ad illa: ſed quia non ſunt prope.

Quoniam eſt & nunc amplum quoddam tempus proximum minimo nunc, & ſecundum præteritum et futurum. Neque olim facta ceu illa quæ in ilio geſta fuere, neque ea quæ poſt multum tēporis futura ſunt, vt ſi fuerit eluuio, nunc fieri dicuntur vel facta fuiſſe, & ſi continuum ſit tempus vſque ad illa, quoniam non eſt propinquum minimo nunc.

Ipſum autem tunc tempus eſt ad prius atque poſterius nunc definitum, ut tunc capta eſt troia: et tunc eluuio erat: oportet .n. finitum ad ipſum nunc eſſe.

Ipſum tunc (inquit) eſt tempus definitum a duobus nunc pręſente. ſ. & illo in quo vel fuit, vel erit res ceu tunc Troia capta eſt ante mille annos circunſcribentes tempus hoc tunc quod in quo capta eſt Troia, & præſente ſimiliter dicimus quod erit deliquiū lunæ poſt tantum temporis circunſcribētes rurſus tempus ipſo nunc præſente & futuro in quo erit eclipſis. Dicēs autem definitum ad prius nunc viſus eſt ſubintelligere & ad poſterius. Nā prius poſteriore eſt prius. Prius autem & poſterius non idem accipitur, ſed in præterito tunc prius quidem eſt nunc in quo extitit res poſterius autem eſt præſens. De futuro autem econtrario prius quidem eſt præſens nunc, poſterius autem futurum in quo erit res.

Erit ergo tempus quantum quoddam ab hoc & in illud & erat in præteritum: ſi autem nullum eſt tempus q. non ſit tunc omne ſane tempus erit finitum. Deficiet ne igitur, ſiquidem ſemper eſt motus. Aliud igitur: uel idem ſæpe redibit: patet ut motus ſe habet ita ſeſe tempus habet. Nam ſi unus idemque ſit & tempus idem ac unum erit. Sin uero non ſit non erit.

Si enim oportet finitum eſſe ad nunc pręſens. ſ. dico, eſt igitur aliqua temporis quantitas definita ab ipſo præſente menſurata vſque ad illud. Pulchre igitur dictum eſt, quod ipſum tunc eſt tempus definitum, ſi autem nullum tempus eſt quod non ſit tunc omne tempus erit finitum. Nam ſi ipſum tunc de omni tempore dicitur. Nam in præterito & futuro omne tempus eſt, in his autem eſt ipſum tunc, & tunc definitur terminatur quod igitur & omne tempus finitū eſt. Vnde & ambigit ſi omne tempus finitum ſit, num igitur deficiet tempus vel ne. Nam videbitur per vniuerſum finitum eſſe & deficere, ſed & ſi omne acceptum finitum ſit, attamen ſi motus ſempiternus eſt cuius tempus eſt numerus neceſſe eſt, & ipſum ſempiternum eſſe. Quod igitur inquit vnum & idem tempus numero erit, vel ſpecie vnū ſolum, & inquit quod vt ſe habet motus, ita ſeſe habet & tempus. Nam ſi vnus & idem motus numero eſt & tempus ſimiliter erit, ſi autem ſpecie duntaxat vnus & tempus ſpecie, duntaxat vnū vt in ſuppoſitione rationem deduxit. Verum autem perſpicuum eſt quod ſpecie ſolum vnum ſit tempus non tamen numero propter ea quod, & motus ſic ſe habet.

Cum autem ipſum nunc finis ſit atque principium temporis: non tamen eiuſdē: ſed tranſacti quidem finis: principium autem conſequentis. Vt circulus in eodem quoddammodo curuum & concauum habet: ſic & tempus in principio eſt ſemper ac fine. Et propterea ſemper aliud: aliudque uidetur non .n. ipſum principium uidetur eſſe eiuſdem & finis. Simul .n. & per idem oppoſita numero eſſent. Non ergo tempus deficiet. Nam ſemper in principio eſt.

Si nunc inquit finis quidem eſt præteriti temporis, principium autem futuri eandem rationem haberet quam habet circulus ad conuexum & concauum. Nam ſecundum idem ſubiectum linea alio, & alio reſpectu conuexa & concaua eſt, ſi ergo tale eſt ipſum nunc & vnum, & idem eſt principium & finis, alterius quidem finis, alterius autem principium nunquam deficiet tempus. Nam ſemper illud nūc quod ſumptum eſt temporis terminus eſt, & alterius temporis initium. Impoſsibile enim vnum & idem nunc eiuſdem temporis principium eſſe & finem, ſic enim ſimul & ſecūdum idem contraria ineſſent. Si ergo tale eſt ipſum nunc ſemper in principio erit tempus, quare aliquando non deficiet.

Ipſum autē iam prope eſt præſenti nūc indiuiduo pars futuri temporis. Quando ambulabis: iam: quoniam prope eſt tempus in quo ambulabit. Et præteriti temporis q. non procul eſt ab ipſo nunc: quando ambulaſti: iam ambulauit: ilium non dicimus iam captum fuiſſe: quia longe ab inſtanti nunc diſtat.

Quod iam pars quædam eſt vel præteriti temporis, vel futuri prope exiſtens ipſi nunc minimo, ſi autem procul fuerit ab ipſo non iam dicitur.

Et ipſum nuper ea pars eſt præteriti temporis quæ inſtanti nunc propinqua eſt: quando ueniſti: nuper: ſi fuerit tempus proximum pñti nunc. Olim autem quod lōge abeſt.

Quæ ſit differentia eorum ad inuicem ſcilicet ipſius nunc ampli & ficti, & ipſius iam, & ipſius nuper diximus. Olim autem & ipſum quidem eſt pars præteriti temporis, attamen non eſt prope nūc minimum ſed eminus.

Ipſum repente dicimus quod in tempore inſenſibili dimotum eſt.

Nam

Nam cum aliqua mutatio ex aliquo in aliquod fieret; deinde propter breuitatem temporis non ſentimus pariter ipſum repente dicimus tale mutari, quēadmodum ſi ſcintilla comburens inſenſibiliter in aridis lignis ſtipulíſq; collectam materiam accēdat. Nā quia non ſentimus in profunditate mutationem repēte dicimus materiam ignitam eſſe.

Mutatio autem omnis natura dimotiua eſt.

Quoniam dixit dimotum eſt, dicebat dicere mutatum propter hoc adiecit hoc, quoniam propter hoc, dicebam dimotum eſt, quoniam omnis mutatio dimotiua eſt.

In tempore cuncta fiunt & corrumpuntur. Vnde & alij quidem ſapientiſſimum dicebant. Pythagoricus autem Paron penitus indiſciplinabile, quia obliuiſcitur in hoc rectius dicens. Patet igitur corruptionis magis eſſe per ſe cauſam tempus quam generationis, ut & antea diximus. Mutatio nanque per ſe quidem eſt dimotiua: generationis autem: & ut quippiam ſit cauſa per accidens eſt.

Quod quidem iam dixit in ſuperioribus, idē nunc magis dearticulate dicit quomodo omnia dicuntur a tempore corrumpi, & narrat q veterum alij tempus ſapientiſſimum appellabant. Paron autem pithagoreus dixit rectius enunciās affirmanſq; de ipſo. dixit indiſciplinabile eſſe tēpus, quoniam gignitiuum eſt obliuionis, ſi enim tempus vel mutatio quædam eſt, vel prorius mutationis aliqua affectio, & omnis mutatio natura dimotiua eſt, merito dimotionis magis cauſa erit tempus q generationis, ſi autē omnino dimotionem priuationemq; alicuius formæ conſequtur generatio alterius hoc eſt per accidens, cum mutatio vt mutatio ſimpliciter dimouet tollitq; aliqd; accidit autem dimotione alicuius formæ alterā formam ſequi propter cām effectricem quæ mutatione velut organo inſtrumento vteretur, niſi ipſa mutatio per ſeipſam cōſiderata nihil aliud q priuationem formę ſubiectę operatur per ſe igitur eſt cauſa corruptionis mutatio, per accidens autem generationis.

Signum autem ex eo ſatis eſt: quia nihil quidem fit niſi ipſum moueatur aliquo modo: atque quippiam agat. Corrumpitur autem aliquid etiam ſi non moueatur: atque hanc corruptionem a tempore fieri maxime dicere cōſueuimus. Verum neq; hāc tempus facit: ſed hanc quoq; mutationem accidit in tempore fieri. Eſſe igitur tempus: & quidnam ſit quotq; modis nunc ipſum dicatur: & quid ſit ipſum tunc, quid iam, quid nuper, quid olim, quid repente diximus.

Signum autem inquit ſufficiens eſt tempus magis eſſe cauſa per ſe corruptionis generationis autem p accidens, quoniam omnis generationis cauſa efficiēs definita eſt, ceu viri vir, & domus ędificator, & aliorum ſimiliter. Nam impoſsibile eſt fieri aliquid, & ipſum non moueatur & mutetur, omne autem motum ab aliqua cauſa motrice mouetur, quare omne q fit ab aliqua cauſa fit ab ipſo mouente dico & mutante; quo igitur quod fit mouetur, & omnis motus tempore menſuratur per accidens tempus cauſa generationis dicitur. Sic quidē igitur eſt videre cauſam omnis generationis, quoniam et moueri omnino neceſſe eſt id quod fit, corruptionis autem non omnis eſt videre cauſam effectricem, ſed vel tempus ſolum. Nā rueret domus a ſolo tempore labefactata vetuſtate, vt etiam tunica corrumperetur, & ſimilia & nullius motus perſpicui facti circa ipſa, ſed ſtantibus & quieſcentibus, adeo vt nihil aliud habeat corruptionis efficere cauſam manifeſtam q tempus. Et hæc quidem tanq; ad communem vſum, & q non ſit aliquam cauſam perſpicuam corruptionis facere Ariſtot. inquit, quoniam in nullo eſt tempus primo corruptionis cā & ipſe ſtatim induxit, dicens ſed neq; hanc tempus facit, ſed accidit in tempore fieri & hanc mutationem fieri. Quæ igitur eſt cauſa effectrix corruptionis? Dicimus q eſt materia nō apta p vniuerſum ſub formis ſtare, nō eſt autem apta per vniuerſum durare ſubq; formis manere quoniam omnium habet potentias, & oportet ſecundum omnem potentiam quam in ſeipſa habet ad actū redigi, niſi habitura ſit fruſtra inutileſq; potentias; ob igitur talis eſt, vt nequeat per vniuerſum ſubijci vni & eidem formæ, quare & ſecūdum alias potentias ad actum reducenda eſt. Prima quidem igitur cauſa corruptionis hæc eſt. Alia autē eſſe vim eorum quæ ſunt finitam. Nam vt auctionis metrum eſt ad quod cū peruenit natura ceſſat & ſtat, ita & in exiſtentiæ vniuſcuiuſque metrum definitum eſt ad quod ees cum peruenerint corrumpuntur, quare corruptionis effectrix cauſa eſt nullam rem infinitæ potentiæ eſſe.

Quæ eſt cauſa corruptionis.

His autē hoc pacto determinatis a nobis patet omnem mutationē & omne q mouetur in tempore eſſe et moueri.

Cum diſſeruerit de aduerbijs temporalibus nunc dubitationes quaſdam exponit conuenientes ſermoni de tempore, prius aut quod iam dixit, nunc oſtendit, q omnis motus in tpe eſt, probat autem tali ſyllo. omnis motus habet prius & poſterius, prius autem & poſterius in tpe ſunt, igitur omnis motus in tpe eſt vel etiam ſic in tertia figura, prius & poſterius in motu ſunt, prius & poſterius in tpe ſunt, igitur motus in tpe eſt, probat autem vtranq; propoſitionem & minorem propoſitionē hunc in modum, oīs motus celeritatē & tarditatē habet celeritas & tarditas prius & poſterius habent. Nam velocius cum peruenerit in finem prius dicimus eſſe & tardius poſterius, igit omnis motus prius habet & poſterius qn̄ autem dicimus oēm motum habere velocius & tardius non dicimus de ſingulari motu, ſed de ipſa ſpecie motus, ceu in toto motu ſm locum, vt totus eſt, celerius & tardius & in circulatione quędam eſt quidem velocioris motus quædam vero tardioris motus, & in alijs ſimiliter, ſic igitur minorem propoſitionem probat & maiorem aūt ſic prius & poſterius diſcernuntur p diſtantiam elongationemue ad ipſum nunc. Nam ipſum proximius eſſe nunc, vel ab eſſe diſtareq; prius dr̄ & poſterius diſtātia aūt ad ipſum nunc (inquit) in tpe eſt. Nam ſi nunc ipſum in tpe eſt, & elongatio diſtantiaue ipſius nunc in tpe erit. Nam diſtare ab ipſo nūc quid aliud eſt q tpe ab ipſo diſtare. quare ſi prius & poſterius per diſtantiam ad ipſo nunc diſcernitur, & diſtantia ipſius nunc in tpe eſt, igitur prius & poſterius in tpe ſunt, prius autem (inquit) & poſterius contrario modo dr̄ ſm tempus præteritum & futurum. Nam in tpe præterito dicimus prius q magis abeſt ab ipſo nunc, poſterius autem quod proximius

eſt ipſi nunc, priora enim dicimus Troiana bella ijs, quæ in peloponenſes geſta ſunt, de futuro autem ecõtrario modo, prius dicimus quod ex proximius ipſi nunc, poſterius autem quod lõgius abeſt. Nam priorem dicimus in ventre ſtomachoq; digeſtionem eſſe ea quæ ſit in epate. Hæc dicẽs deinceps duas ponit dubitationes conuenientes & opportunas ſermoni de tempore, vnam quomodo ſe habet tempus ad animam, nunquid ſublata anima poſsit eſſe tempus. Secundam ponit quomodo vbiq; eſt tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo & ſoluit prius ſecundam dubitationem dicens propter quid tempus eſt menſura motus omnia autem hæc mobilia ſunt, cœlum, terra, mare, cum igitur mobilia ſint, & motus tempus eſt numerus, menſurantur profecto & hæc ab ipſo tempore, merito igitur in omnibus his dicitur eſſe tẽpus. Nam ſiue mouentur, ſiue quieſcant menſurantur a tẽpore omnino, & motus ipſorum & quies, queadmodum igitur dico diem vbique eſſe non eo quod dies conſequatur horum motum, vel quietem, ſed eo ꝙ prorſus eſt metrum motus & quietis, ita & tempus vbiq; dicimus eſſe. Nam dies quædam tempus eſt, definitur autem & eſſe habet tempus ex primo motuum vt ſæpe diximus. Ad priorem dubitationem quæ quærit quomodo ſe habet aia ad tẽpus, nunquid & non exiſtente anima numerante ſit tempus vel nõ occurrit igitur obuiatq; tali modo, quoniam ſi numerus motus eſt tempus, numerus autem non numerans, ſed numeratus, & neceſſe eſt omnino non exiſtente numerante, neque numeratum eſſe. Nam talia ſunt de numero eorum quę ſunt ad aliquid, dico. ſ. numerans & numeratum, cum non fuerit ergo numerato, neq; numerus erit, igitur prorſus neceſſe eſt nõ exiſtente anima neq; numerum eſſe, nihil enim aliud eſt numerans quam anima, & anima non omnis, ſed rationalis, quare ſublata anima tollitur & numerans, deſtructo autem numerante tolleretur etiam numerabile, & deſtructo ſublatoque numerabile demetur etiam numerus deſtructo autem numero tolleretur & tempus, igitur deſtructa anima aboleretur & tempus. Sed ad hæc quiſpiam dicet quod ſi quidem idem erit dicere numerabile & numerum, reuera omnino neceſſe erit ſublata anima tolli numerabile, & hoc ſublato tolli etiam & numerum, & propter hoc tẽpus, at modo non eſt idem dicere numerũ & numerabile eſſe, quid igitur prohibet tempus, vt quidem numerabile tolli ſublata anima, veruntamen numerum non tolli cum & denarius lapidum numerus anima ſublata, vt numerabilis tolleretur, veruntamen numerus non amplius tolleretur. Nam eſt lapidum denarius numerus, & non exiſtẽte anima. Sed ſi prorſus inquit ſublata omni anima tolleretur & omnis motus, & omni motu ſublato tolleretur & tempus, ſiquidem tempus eſt aliqua affectio motus, igitur prorſus neceſſe eſt ſublata anima vniuerſaliter tolli etiam & tẽpus. Nam anima ſublata non ſolu motus ꝗ proficiſcũtur ab anima vna tolluntur, ſed etiã naturales ceu motus grauium & leuium, neque enim mundus amplius eſt mundus ſublato circulari motu, tollitur autem & ipſe ſublata anima, pulchre igit̃ diximus quod anima ſublata tollitur & tempus, & non ſolum omni anima ſimpliciter ſublata ſed etiam rationali, quippe ſi ea non extiterit neq; irrationalis erit, ſiquidem natura prius ſit rationale ipſo irrationali. Præterea ſi demonſtratum eſt quod præter diuerſis mobilibus, hæc autẽ ſunt corpora neceſſe omnino eſt per ſe mobilia eſſe, & eorum quæ mouentur in tempore aliqua ſemper mobilia, & omnium ſimpliciter quæ mouentur cauſæ ſemper mobiles, hæ autem ſunt animæ, neceſſe omnino profecto his ſublatis omnem motum tolli.

Celerius enim & tardius in omni ſane mutatione eſt. Nam in cunctis ita uidetur. Dico autem id celerius moueri quod prius ad ſubiectum pergit modo ſit ſecundum ipſum ſpatium & uniformem motum uelut in latione ſi ambo ſuper circunferentia: aut ſuper linea recta moueantur: & in ceteris ſimili modo. At ipſum prius in tempore eſt prius enim atque poſterius ratione diſtantie ad ipſum nunc dicimus: ipſum uero nunc terminus eſt tranſacti atque futuri. Quare cum ipſum nunc in tempore ſit & prius ipſum poſteriuſue in tempore erit.

Dicens quomodo dicit ſecundum omnem mutationem celerius & tardius eſſe quod non ſecundum vnamquanq;, & vnam numero, ſed ſecundum omnẽ mutationem genere, ceu in mutatione ſecundum locũ & circulatione, attamen in generabilibus & corruptibilibus celerius & tardius, & in ſingularibus videre eſt, illud (inquit) dico celerius moueri quod prius ad ſubiectum peruenit ſubiectum dicẽs finem in quẽ motus deducitur, quod prius igitur peruenit in finẽ, & vniformi motu mouetur, hoc eſt celerius motum eodem exiſtente interuallo. Pulchre autem adiecit & vniformem motum. Nam ſi non vniformi motu mouetur nunc autem, ſed modo celerius actiuſq; motum, modo autẽ ſegnius neq; diſcerni hi poſſunt ceu in latione, ſi ambo ſuper circunferentia mouetur, vel ambo ſuper recto ſpacio. Nam oportet idẽ eſſe ſpacium non ſolum ſecundum quantitatem, ſed etiam ſecundum qualitatem. Nam ſi aliud mouetur in rectũ, & aliud in circunferentia æqualis magnitudine poteſt in circunferentia motum cum moueatur ocius peruenire poſterius in fine. Nam quod mouetur impeditur propter curuitatem in circunferentia, & planum eſt hoc & ex equis certantibus, videntur enim in curuitate ſegnius moti, ſimiliter & in alijs ceu de elice nõ enim ſimili velocitate quippiam mouetur in elicẽ, & in rectum. Sciendum autem quod ponens concluſionem quam ſane vult probare propoſitiones per quas hoc concluditur non prius ponit, ſed prius vnamquanq; probat, deinde has probans ita concludit totum ſyllogiſmum, prius autem minorem propoſitionem probat, ipſa autem eſt dicẽs in omni motu prius eſt, & poſterius, probat autem tali ſyllogiſmo, in omni motu celerius ẽ, & ſegnius, ſed celerius & ſegnius prius eſt, & poſterius, igitur in omni motu prius eſt, & poſterius cũ dicit celerius enim & ſegnius hęc eſt minor propoſitio, cum autem dicit, dico autem id celerius moueri, ipſa eſt maior propoſitio, ſi autem celerius eſt quod prius mutatur, ſegnius autẽ profecto erit ꝙ poſterius mutatum eſt. At ipſum prius. Quod autem prius & poſterius ſint in tempore per hæc ꝓbat. Nam prius & poſterius dicimus (inquit) ratione diſtantiæ ad ipſum nunc, ſi nunc eſt terminus partium temporis, igitur in tempore eſt nunc. Nam (inquit) nunc terminus tranſacti eſt atq; futuri, deinde adijcit,

quare

quare cum ipſum nunc in tempore, & prius & poſterius in tempore erunt, quod autem prius & poſterius in tempore nunc ipſo exiſtente in tempore deinceps probat.

In quo nanque nunc eſt, & in hoc diſtantia ipſius nunc eſſe oportet.

Quomodo autem nunc exiſtente in tempore & prius & poſterius in tempore ſint per hæc probat, quoniam inquit in quo eſt nunc, & diſtantia quæ eſt ab ipſo nunc erit. Nam quod diſtat ab ipſo nunc tempore ab ipſo diſtat, quare ſiquidem prius & poſterius ſecundum ipſam diſtantiā ad ipſum nunc diſcernuntur, & diſtantia eſt ipſius nunc in tempore, propterea quod & ipſum nunc, & prius & poſterius igitur erunt in tempore.

Contrario autem modo dicitur prius ipſum in tempore præterito & futuro. Nam in præterito prius dicimus id quod longius diſtat ab ipſo nunc: poſterius autem quod eidem propinquius. In futuro autem prius quidem quod proximius adiacet; poſterius autem quod longius.

Quoniā dixit quod prius & poſterius ſecundum diſtantiam ab ipſo nunc diſcernitur, indefinitum autem hoc erat, neq; enim ſimpliciter eſt diſtans ab ipſo nunc dicere vel proximius vel longius. Nam aliter hoc eſt de præterito & de futuro tempore, propter hoc ipſum determinatur.

Quare cum ipſum quidem prius in tempore ſit: omnem autem motum comitetur ipſum prius patet omnem mutationem omnemque motum in tempore eſſe. Dignum autem eſt conſideratione, & quonam modo ſeſe habet ad animam tempus: & cur in omnibus tempus eſſe uidetur, & in terra & in mari, & in cœlo. An quod motus cum ſit menſura, tempus aliqua affectio uel habitus ſit: hæc autem mobilia cuncta ſunt. In loco enim omnia ſunt tempus uero & motus ſimul ſunt potentia & actu. Dubitauerit autem quiſpiā num ſublata anima tempus ſit uel non. Nam ſi numeraturū eſſe non poteſt: neque poteſt numeratile aliquid eſſe: quare conſtat ut neque numerus ſit.

Textus.

Concludit nunc propriiſſimas ſyllogiſmi propoſitiones ſumatim & collectim breuiter inquit in omni motu prius eſt & poſterius, prius & poſterius in tēpore ſunt, igitur omnis motus in tempore eſt. Dignum autem conſideratione eſt, & quonam modo ſeſe habet tempus ad animam. Hic dictas dubitationes aggreditur. Hæc ſecunda eſt dubitatio. An quod motus cum ſit menſura tempus aliqua affectio ſit. Solutio ſecundę dubitationis, ſi.n. motus inquit habitus quidam vel affectio eſt tempus cum ſit numerus eius & omnia hæc mobilia ſunt, dico.ſ. cœlum, terra, mare, & reliqua, merito & tempus in his omnibus eſt. Quod autem hæc omnia mobilia ſint, cœlum dico terra, mare, & reliqua patet (inquit) quoniam in loco ſunt, tanquam ea quæ prorſus in loco ſunt mox, et mobilia eſſe oporteat, tandē inquit vt ſe habet vnūquodq; horum, vt in loco ſit ita ſe habet & mobile eſſe. Nam ſi potentia in loco fuerit, & potentia mobile erit, ꝙ ſi autem actu in loco eſt, & actu eſt mobile. Similiter ꝙ ſecundum totum in loco eſt, & ſecūdum totum idem mobile eſt, & ꝙ ſecundum partes in loco, & ſecundum partes eſt mobile. Hoc autem eſt omnino falſum, & ex his quæ videntur Ariſt hoc patet, quoniam ſphæræ quæ intra ſphæram inerrabilē continentur ſecundum ſeipſas vniuerſas exiſtentes in loco tamen non mouentur ſecundum ſeipſas vniuerſas. Et terra ſecundum ſeipſam totam exiſtens in loco, tamen non mouetur ſecundum ſeipſam totam. Nam per partes alteratur, & ſi accidit aliquando vniuerſam alterari. Nam quemadmodum, & ſi cunctis eius partibus genitis & corruptis nō dicitur ipſa per ſeipſam totam corrumpi, ſed ſecundum partes, ſic & cunctis alteratis non diceretur ſm totam alterari, ſed ſecundum partes, Ariſto. igitur dicens quod locus & motus ſimul ſint potentia & actu ſimul eſſe dixit.i. ſi potentia locus eſt, & potentia motus erit, & ſi actu locus, & actu motus, et non amplius adiecit, et ſi ſecundum totum locus, vel ſecundum partes, ita et motus, ſed interpretes hoc aiunt, cum et id quod eſt in loco ſit, vel ſecundum totum, vel ſecundum partes, quare vt ſe habent, vt ſint in loco ita ſe habent, vt mobilia ſint. Hoc quidem igitur in his illud vniuerſaliter in loco eſſe ſtatim et mobile eſſe dicere non intelligendum eſt tanquam ſit locus omnino cauſa motus, ſed velut ſequens oīno id qđ eſt in loco & mobile. Deinceps autem priorem dubitationem ponens ſoluit.

Eſt enim numerus aut id quod numeratur: uel numerabile. Si autem nihil aliud eſt aptum numerare quam anima & animæ mens impoßibile eſt, ſi anima non ſit tempus eſſe: niſi quod utrunque eſt ens tempus ſit ceu ſi fieri poteſt, ut ſit ſine anima motus.

Numerus (inquit) nihil aliud eſt quam numeratile quā vel actu. Etenim diximus quod numerus eſt duplex, alius quidem vt numerans, alius autem vt numeratus, et vterq; profecto vel potentia vel actu, hoc igitur in loco inquit de numero numerato quod vel eſt potentia, vel actu, quare ſublato numeratili tolleretur et numerus, tollitur autem numeratile ſublato numerante quod quidem eſt anima. Nam inquit ſublata vna tollitur tempus. Non enim poteſt eſſe tempus ſine anima niſi igitur ſubiectum tempori hoc autem eſt motus, cum autem dicit hoc ſi fieri nō poteſt vt ſit ſine anima motus oſtenditur quod et motus deſtruitur ſublata anima.

Ipſum enim prius: atque poſterius eſt in motu: tempus autem eſt hæc: ut numerabilia ſunt.

Quoniam dixit quod impoſsibile eſt tempus eſſe anima non exiſtente, ſed vel hoc quod vtrunq; ens eſt tempus id eſt ſubiectum tempori. Nam hoc apud Ariſt. ſignificat vtcunq; ens, ſubijcitur autem tempori motus, hoc ipſum volebat hic rurſus oſtendere, ſcilicet quod ſubiectum tempori eſt motus. Nam (inquit) ipſum prius et poſterius eſt in motu quatenus numerabilia ſunt, quare ſi tempus eſt id quod prius et poſterius ſunt id quod eſt in motu, priore et poſteriore exiſtente in motu velut in ſubiecto, et tempus ita erit in motu.

Dubitauerit autem quiſpiam qualiſnam motus, tempus eſt numerus.

Dubitationes de tempore diuerſas a primis annectit. Et primum quod ſi tempus motus eſt numerus,

multæ autem ſunt ſpecies motus auctio, diminutio, alteratio, generatio, et corruptio, qualis ergo motus tempus eſt motus & inquit ꝙ omnis motus eſt numerus qua motus ſunt, non enim quatenus auctio eſt auctio tempus eſt menſuratiuum eius, neq; alteratio qua alteratio, ſed qua vnaquæq; harum eſt motus, hac ratione mẽſuratur a tempore, quare tempus eſt omnis motus menſuratiuum. Nam tanq; diſtantiam prorogationemq; ſimpliciter vniuſcuiuſq; ipſorum metitur, quare ſecundum id commune ꝙ eſt in ipſis menſurantur a tempore, non ſecundum ea propria, quæ competunt eis, huic aũt deinceps annectunt talem alteram dubitationem, quoniã aliquam poſſunt ſimul duobus motibus moueri. Nam in eodem hoc aliquid ſecundum locum cum mouetur poteſt aliud alterari, vel aliud quidem circulo moueri, & aliud motu recto, nunquid igitur duo tẽpora vniuſcuiuſq; motus menſurati a ſuo proprio tempore ſunt, vel vnum & idem tempus plurium motuum eſt menſuratiuum, inquit igitur ꝙ vnum & idem tempus pluriũ motuum qui fiunt eſt menſuratiuum, & quidem nihil abſurdi accidit. Nam vt numerus in anima vnus exiſtens & idem ceu decem metitur extra denas denarioſq; numeros equorum hominum, & lapidum, & aliorum, & quemadmodum vrceus vnus & idẽ exiſtens metitur vinum & aquam & cuncta humida propterea quod nõ qua tale vnumquodq; ipſorum eſt hac ratione metitur, ſed quatenus quãtum aliquid eſt, ita & tempus vnum & idem exiſtens pluriũ motuum ęqualiũ & ſimul ſubſtantialibus menſuratiuum eſt. Nam & ſi nõ æquales ſint motus, ſed alter maior, alter autem minor, quatenus alterum temporum eſt maius, hac ratione non idem eſt minori, & ſi ęqualia autem fuerint non ſimul autem, neq; hoc modo ſunt numero eadem, ſpecie tamen ſunt eadem ea tempora quæ & non ſimul ſunt, ceu nunc, dies, ſpecie cum die ſequenti eadem eſt. Poſt hæc quęrit quod ſi metrum eſt tempus motus circularis & vnumquodq; eorum quæ menſurantur quadam vnigenea menſura menſuratur. Nam decem equi vno equo menſurantur, et decem homines vno homine, ſimiliter & lignum decem cubitorum cubitali eiuſdem parte menſuratur, neceſſe igitur & tempus cum ſit numerus quodam tempore mẽſurari, quod eſt igitur hoc tempus quod omne tempus metitur. Ad ſolutionẽ igitur hãc prius accipit illud quidem iam ſuperioribus dixit, qm̃ non ſolum tempus motum menſuratur, ſed etiam motus menſurat tp̃s, & ꝙ motuum, alij ſunt irregulares, ceu ſunt ij qui in ortu interituq; conſiſtunt, alij autem vniformes ceu ſunt motus ſphærarum, & horum, alij celeriores motu, alij ſegniores. Nam quidam ipſorum circunducitur ab eodem in idem per triginta annos, alter autem per duodecim annos, alter vero per annum vnum, & ita alius aliter quidam autem eſt omnium aliorum ocior & notior qui eſt ſphæræ inerrabilis & viginti quatuor horis durat, dico ſcilicet eum motum qui die nocteq; circunductus eſt in idem. Cũ igitur metrum & minimum eſt, & notum merito ab eodem motu definitum eſt tempus, dico. ſ. dies vna, hæc autem eſt dies cum nocte quæ eſt vnigenea mẽſura tp̃is quo omne tempus menſuratur. Nã menſem dicimus. 30. circulationes ſphæræ inerrabilis, annum autem circumlationes. 365. & ſimpliciter omne tempus multiplicatione dierum obtinet generationem, quare primo quidem motus definit minimum metrum ipſius tp̃is quo omne tempus numeratur, deinde eodem omne tempus numeratur, & quemadmodum vlnam & cubitum menſurauimus in digitales magnitudines, & alius alter, hic quidem in. 22. alter autem in. 24. & alter in. 28. ita ſane & dies multifariis in multas partes diuiſus eſt, ceu nos illum diuidimus in 24. quæ horas appellauimus, ſi autem & has eſt diuidere in infinitum, ſed ad has relatione, quemadmodũ & ſemidigitale, vel tertia pars, vel decima digiti relatione ad digitum cognoſcitur & diſcernitur, ſic ſe habet, & ſemihora, & reliquę partes relatione ad horã diſcernuntur, tamen motus vniuerſi minimus & notus eſt ſphæræ inerrabilis circulatio cuius menſura dies eſt quo aliquando aliud tẽpus metitur, & hebdomada, & menſis, & annus, & reliqua temporis partes, & propter hoc dixit viſum eſt quibuſdã veterum circulationem cœli tempus eſſe, propterea quod eadẽ definitur determinaturq; tempore. Nam temporis menſura eadem diſcernitur & definitur, & omnis alius motus ab eodem menſuratur, ſiquidem & ipſa menſuret & definiat tempus menſuratiuum motus, definitiuum igitur tp̃is tẽpus exiſtimarunt. Deinceps reliquum ponit ea quæ cõi conſuetudine dicuntur de tp̃e ſequentia dictam contemplationem ſuam de tp̃e. Nam viri aiũt circulum eſſe humanas res propterea ꝙ tempore menſurantur, & definiuntur principium, & finem obtinentia ceu bonæ valetudines & morbi, proſperitates & diuerſa, diuitię, paupertates, bellum, pax. Nam quemadmodum circulo quodam hęc omnia in ſeipſa reflectuntur & ſuccedũt ipſi ſibimet mutuo inuicemq; cum igitur tempore hæc diſcernantur tempus circulus quidã eſſe videtur, propter hoc & ipſa circulum aiũt eſſe, ipſum autem tempus circulum inquiunt eſſe quoniam metrum eſt circulationis, & ab ipſa mẽſuratur, quare inquit dicere humanas res eſſe circulum nihil aliud eſt q̃ dicere ꝙ tempus eſt quidã circulus. Dicere autem ꝙ tempus circulatione menſuratur. Deinde quoniam in ſuperioribus cum diceret ꝙ differentium motuum vnum & idem tempus eſt menſuratiuum de hoc fidem facit exemplo in numeris quoniam vnus & idem numerus ceu decem differentium numerorum eſt menſuratiuus ceu decem equorum, & decem hominum, nunc vult oſtendere quomodo vnus & idẽ numerus metitur ea quæ ſubſtantia differũt, ſimul autem tradit nobis regulam diſcernendi, per quam cognoſcimus quandoquidem et communiter habentia aliquod prædicatum inter ſe communicant & conueniunt ſ̃m illud idem prædicatum, & non differunt ſecundum illud & quando non ſunt drĩa ſecundum prædicatum communiter ipſorũ & inquit, quod quandoquidem fuerint habentia vnũ aliquid prædicatum eadẽ drĩa differunt inter ſe q̃ habet ad ſeipſum & prædicatum, tunc prædicatum cõmuniter ipſorum non eſt vnum & idem, quando aũt non differunt inter ſe habentia commune aliquod p̃dicatum drĩa prædicati vnum aliquid & idem eſt cõmuniter ipſorum prædicatum, ceu inquit de triangulo et circulo prædicatur figura, ſed qm̃ differũt inter ſe triangulus et circulus, hac drĩa per quam diuiditur et prædicatum. Nam drĩæ figuræ ſunt rectilinea et circularis, hac ratione autem et triangulus differt a

Saturnus.
Iuppiter.

circulo

circulo pro hoc commune ipſorum prædicatum nõ eſt idem, ſi.n. dicitur & triangulus figura & circulus, ſed alia & altera eſt in ambobus figura. Nam ſi circulis prædicato.ſ. figuræ addatur circulare, & prædicato trianguli rectilineum aliud faciet figuram rectilineam, & aliud circularem, hæc autem inter ſe ſunt diuerſe, tamen ſi duos triãgulos accepero, verbi gratia iſopleurum & ſcalemnonem, de his figura communiter prædicatur quæ vna & eadem eſt in ambobus, propterea quod non differunt prædicati dr̃ia. Nam figuræ dr̃ia, vt figuræ ſunt rectilineum & orbiculare, ſed iſopleurus.ſ. equis lateribus triangulus, et ſcalemnon inæqualibus omnibus lateribus triangulus eadem dr̃ia non differũt inter ſe. Nam ambo ſunt figura rectilinea, figura igitur vt dicebam vna & eadem de vtriſq; prædicatur, tñ triangulus nõ amplius vnus & idem de vtriſq; prædicatur. Nam differũt inuicem prædicati dr̃ia, trianguli autem dr̃ia ſunt, triangulus ęquis lateribus & ſcalemnon, his autem & duo trianguli differunt inter ſe, igr̃ non vnus & idem triãgulus prædicaſ de vtriſq; regula igitur hæc eſt.

Dubitatio. Dubitaret autem quiſpiam cõtra hæc, dicta nanq; Ariſt. vbiq; ſunt, qm̃ quomodo igitur genera de ſpeciebus vniuoce prædicantur, & ſi species differunt inter ſe prædicati dr̃ia. Nam aialis aliud rationale, aliud autẽ irrationale, attamen de homine & equo aial vniuoce prædicatur, quare vnum & idem animal de ambobus prædicatur, quantũ igitur ad nunc dicta ſi non idem aial de homine & equo prædicatur, propterea quod differunt dr̃ia prædicati inter ſe, neq; prædicaretur de ipſis vniuoce.

Reſponſio. Forte igitur hic prædicata nõ vt genera accepit, neq; vt ſimplr̃ vniuerſaliora & ratione ſeparata ab vnoquoq; ſubiectorum qualia ſunt cõiter dicta quæ omnibus inſunt, & in multis ſunt, ſed cõem ſubſtantiam habentia propria autem in vnoquoq; inexiſtentia, & ea quæ ſubſiſtunt in ſingularibus.ſ. de animali in me & in equo. Nam hæc reuera non eadem ſunt, quæ tñ vt genera dicta prędicari nõ habent quandam propriam exiſtentiam, ſed rõ contemplans quippiam cõe in cunctis, vt vnum aliquid hoc conſiderat non exiſtens reuera vl̃r per ſe, vt & ipſe dixit.

Primo de anima. Nam vl̃e inquit, vel nihil eſt, vel poſterius eſt, cũ igitur conuenientiã hãc cõitatemue ceu intellectus ſeparans a reliquis quæ vna exiſtunt ceu animal ab ipſo rationali & irrationali, mortali & immortali ſcḋm conſiderationem ipſam per ſe contemplatus eſt non exiſtentem per ſeipſam vl̃e appellauit, & vt vnũ quandam naturam contemplatus eſt, qua ratione & vniuoce prædicatur de reliquis, tñ ſi contemplatus fueris exiſtens in vnoquoq; animali et ſubſiſtens, qm̃ hoc vel rationale eſt vel irrationale, non erit idẽ ſcḋm ſubſtantiã, & vnũ in me & in equo, ſpecies tñ hoīs eadem eſt ſcḋm ſubſtãtiam Soc. & Plat. propterea quod neutram ipſorum copulantur dr̃ia quadam ſeparans ipſam a reliqua. Hic igitur de cõi ſubſtantia inquit q̃ ſubſtat, & in vnoquoq; ſingulari tota ſubſiſtit, cum dicit quæcunq; differunt ſubiecta inter ſe quadam dr̃ia cõmunis prædicati ipſorum quæ dr̃ia vt generi ipſi ineſt hæc nõ ſunt eadem ſcḋm prædicatum, quæcunq; autem non differunt hac dr̃ia inter ſe in his prædicatũ vnum aliquid eſt, & ipſum ſcḋm ſubſtantiam, ſic igitur & in decem equis, & decem aſinis, & lapidibus qm̃ non differunt, inuicem prædicati dr̃ia. Non.n. eſt altera ſpecies denarij numeri in equis ab ea quæ eſt in hominibus pp̃ hoc cõiter ipſis ineſt & menſurat ipſa vnus & idem exiſtens, & hęc non differunt inter ſe ſcḋm ſpeciem denarij numeri. Quare ſi mẽſurãtur ab ipſo denario qui vnus & idem eſt in omnibus, igitur ab vno & eodem quæcunq; differunt mẽſurantur, dico decẽ equi, & decem hoīes, & decẽ lapides, & reliqua. Nam ab eadẽ denarij ſpecie, quæ primo habet eſſe in aīa idcirco & velut numero vna accipitur ſubiecti, dico.ſ. animæ modo vna & eadem ſemper exiſtat.

Aut qualiſuis. Etenim fit in tempore & corrũpitur & augetur & alteratur in tempore & fertur. Quo igitur motus eſt: hac ratione eſt uniuſcuiuſq; numerus.

Solutio prioris dubitationis, quoniam motus ſimpliciter numerus eſt tempus non huius, vel huius, ſed ſimpliciter omnis motus qua motus eſt.

Quapropter motus continui ſimpliciter numerus eſt tempus: ſed non alicuius.

Pulchre adiecit (continui.) Nam continui motus menſura eſt tempus, tñ ſi forẽt diuiſi motus & plures ceu alteratio, & auctio, et corruptio, vel lationes plures horum multitudinis tempus non eſt menſuratiuũ ſed vnitas in numero. Nam decem equos & decẽ lapides tempus non metitur, ſed vnitas ſic etiam plures motus, vt plures non metitur tp̃s, ſed numerus videlicet vnitas tñ vnũquẽq; per ſe velut vnũ & continuũ tp̃s metitur prius & poſterius eiuſdem menſurans.

Sed poteſt nunc moueri: & aliud quorum utriuſque motus tempus erit numerus. Aliud ne igitur atque aliud erit: & æqualia duo tempora ſimul erunt: uel non. Omne nanq; tempus unum ſimiliter & ſimul: ſpecie autem ſunt eadem & quæ non ſunt ſimul.

Hic igitur dubitatio eſt, quod in eodẽ tp̃e alterius cuiuſdam motu poteſt quippiam aliud moueri, igitur vtriuſq; motus tempus eſt numerus, igitur (inquit) vtriuſq; motus alter tempus eſt, & duorum motuũ duo & æqualia ſunt ſimul tempora erunt vel non, & ſoluit, q; vnum eſt tempus motuum eorũ qui æquales et ſimul fiunt menſuratiuum.

Nam ut ſi ſint ij canes tres: illi autem equi: atque utriq; ſint ſeptem idem eſt numerus utrorumq; Sic & eorum motuum qui ſimul deſinunt idem tempus eſt.

Hoc exemplum eſt qũo idem metrum plurium eſt ſimul menſuratiuum æqualium exiſtentium, quẽadmodũ igitur ſeptẽ equorũ et ſeptẽ canum vnus et idem numerus eſt menſuratiuus ſeptem, ita et ęqualiũ motum vnum et idem tempus menſuratiuum eſt.

Et ſi celerior alter forſitan eſt: alter autem non: & alter latio: alter autem alteratio: tamen tempus idem eſt: ſiquidem & numerus æqualis & ſimul ſit alterationis & corruptionis.

Quemadmodum et illa mẽſurata non eadẽ erunt, ſed alij ſunt equi, et alij canes vna & eadem menſura exiſtente, ita et de tp̃e differentes motus ab eodem tẽpore mẽſurati, et ſpecie motus, et ſi alter ſit celerior, alter vero ſegnior. Quemadmodum ſi intellexeris in eodem tp̃e equum ociſſime motum et ouẽ in vno die, et pp̃ hoc inęqualium motuum exiſtentiũ ipſorũ vnum et idem tp̃s eſt menſuratiuum vna.ſ. dies.

Et propterea motus quidem diuerſi ſeorſumq; fiũt: tempus autem ubique idem eſt quoniam & numerus eorũ quæ ſunt æqualia ſimulq; unus & idem ubique eſt.

Quoniam & numerus vnus & idem vbiq; eſt qui æqualium & ſimul fiunt, quoniam eorum motuum qui ſimul & ſecundum item tempus fiunt tempus eſt menſuratiuum, poteſt autem in eodem, & in terra, & in cœlo & vbi moueri aliquid, propter hoc accidit vbiq; quidem eſſe tempus vnum exiſtens & idem, et ſi menſurata ab eadem ſeparata inter ſe fuerint, quoniam & æqualium vbiq; ſecundum numerum vnum eſt idem numerus menſuratiuus eſt.

Cum autem eſt latio & huius ſpecies ſit orbicularis: unumquodq; autem quedam ſibi propinquo numeratur unitates quidem unitate equa ſic tempus quedam definito menſurabitur. Menſuratur autem ſicut diximus tempus motu: & motus tempore.

Altera dubitatio quoniam ſi vnumquodq; a quędam ſibi propinqua & vnigenea menſura menſuratur, tempus ergo quodam ſibi propinquo tempore menſurabitur. Eſt autem continuatio rationis ſermonis talis, cum autem ſit latio & huius ſpecies orbicularis, mẽſuratur autem vnumquodq; ab vno quodam ſibi propinquo minimo, ceu decem equi vno equo, & centum cubitorum lignum vnius cubiti ligno, ſic igitur neceſſe eſt tempus cum ſit mẽſura motus quodam ſibi propinquo menſurari & minimo, cum igĩ circulatio ſit quodam minimum metrum motus, mẽſuratur autem nõ ſolum motus a tempore, ſed etiam tempus a motu, conſtat ꝙ a minimo motu menſuratũ tempus is ſit propinquum metrum totius temporis, eſt autem hoc dies ipſa cum nocte. Nam hac menſuratur hebdomada, & menſis, & annus, & omne tempus, menſuratur autem vnumquodq; vno quodam propinquo & vnigeneo, ſi.n. omnino & ab ipſo diuerſo genere primo vnumquodq; menſuratur, attamen & ab vnigeneo primo metitur ꝙ primo a diſſimilari genere menſuratur.

Hoc autem eſt quia quantitas tpis, & motus menſuratur ad eo motu qui definitus eſt tempore menſuratur.

Quomodo motus & tempus vnum menſuret alterum viciſſim dicit, quocirca inquit a tempore primo definitus motus idem & omnis motus eſt metrũ & temporis. Nam ab eodem definitum tempus mẽſura eſt omnis temporis, ſi igitur a tẽpore motus definitus eſt ipſe & motus eſt menſura & temporis, patet vt motus & tempus viciſſim ſeſe metiantur.

Si ergo ipſum primum metrum propinquorũ omnium uniformis ſane conuerſio menſura potiſſimum erit.

Si in vnoquoque inquit primum hoc eſt metrum propinquorum, eſt autem vniformis circulatio maxime prima motus, & ipſa erit potiſſimum metrum. Nam ab eodem definitur primum tempus ꝙ metrũ eſt omnis temporis.

Quoniam huius numerus notiſſimus eſt: alteratio quidem igitur neque auctio: neque generatio ſunt uniformes: latio autem eſt.

Duas cauſas inquit eſſe ex quibus oſtenditur circulationem inerrabilis ſphæræ eſſe mẽſuram omnium aliorum. Nam oportet metrum & minimum eſſe, & notiſſimum, vtranq; autem hęc orbiculationi ſphæræ inerrabilis competunt. Etenim minima omnium & notiſſima eſt. Nam eiuſdem circulatio eſt dies ipſa cum nocte, quæ ſane omnibus notiſſima eſt, ſi autem & vniformis eſt, ſed non ſola. Nam hoc proprium eſt omni circulationi. At minimum & notiſſimum huic præſertim competunt.

Idcirco & uidetur tempus eſſe ſphæræ motus quoniam eodem alij motus menſuratur & tempus.

Propter hoc inquit quia circulatione ſphæræ inerrabilis omnes alij motus menſurantur ſecundum dictum modum propter hoc & viſum eſt veteribus, vt orbiculatio ſphæræ idipſum tempus ſit. Nam cũ hac menſuretur tẽpus ſuſpicati ſunt idipſum eſſe ipſa.

Propter hoc & conſuetum eſt dici. Nam aiunt humanas res circulum eſſe.

Quoniam et communis hominum conſuetudo de hoc facit fidẽ ꝙ orbiculatio ſit tẽporis & motus omnis menſura. Nam propter hoc aiunt humanas res circulum eſſe propterea quod mẽſurantur a tempore, & tempus circulum eſſe, quoniam metrum eſt circularis motus.

Et cæterarum habentium motum naturalem & generationem, & corruptionem.

Ideſt & in alijs quæ fiũt & corrumpitur circulum eſſe aiunt, plantarum animalium, metallorum & reliquorum.

Idq; propterea quod uniuerſe hæ tempore dijudicãtur & finem accipiunt & principium perinde atq; ſi relatione quadam hoc fiat. Etenim tempus ipſum circulus quidam eſſe uidetur. Hoc autem ideo rurſus uidetur, quia talis lationis eſt ipſum menſura, & a tali latione ipſum etiam menſuratur. Quare dicere rerum eas quæ fiunt circulum eſſe: eſt dicere temporis circulum eſſe quendam. Hoc autem ideo dicitur: quia tempus menſuratur ipſa conuerſione.

Propter hoc humanas res aiunt circulum eſſe (inquit) quoniam cuncta tempore dijudicãtur. i. in tempore ſunt, & menſurantur a tempore quæ ab eodem accipiunt principium & finem, tempus autem inquit circulus eſſe videtur, quare ſi res humanæ in tempore ſunt, tempus autem circulus quidam eſt, & res humanæ igitur quidam circulus erunt, tempus autem q̃dam circulus eſſe videtur propterea quod menſura eſt alicui circuli et orbiculationis, et ipſum ab eodem menſuratur, cum menſurans tempus circulus ſit, et tẽpus quidam circulus eſſe exiſtimatur.

Nam præter menſuram nihil aliud eſſe uidetur q̃ metiturque totum plures menſuræ.

Quod rationabiliter cum orbiculatio ſit menſura temporis et tempus circulus quiddam eſſe videtur ꝑ hæc oſtendit, nihil.n. aliud (inquit) videtur eſſe id ꝙ metitur q̃ ſæpe ipſa menſura. Nam lignum centum cubitorum, nihil aliud eſt q̃ ſæpe cubitus et decem nihil aliud eſt q̃ ſæpe vnum, menſura autem numeri vnitas eſt, ſic igitur et ſi orbiculatio metrum temporis eſt nihil aliud erit tempus quam multæ orbiculationis

tionis

tionis,ſi autem hoc,pulchre igitur circulum eſſe tempus inquiunt.

Dicitur enim recte & q. numerus quidem idem eſſe ouium & canum ſi eſt æqualis uterque: denarius autem non idem neque decem ipſa.

Quoniam cũ demonſtraret tempus vbiq; vnum eſſe & idem omnis motus menſuratiuum vtebatur eo exemplo de numeris, quoniam & numerus vnus & idem exiſtẽs ceu ſeptem metitur ſeptem equas, & ſeptem canes,& ſimpliciter omnia quę ſunt contenta æquali numero, q id ita ſe habeat nunc vult oſtẽdere,ſimul autem & q̃ prædixit tradit regulam. Quando communiter prædicatum eſt de aliquibus vnum & idem in omnibus, quando autem non vnum. Eſt igitur inquit verum dicere q numerus ouium & equorum qui horum menſuratiuus eſt, ſi æqualia fuerint menſurata ceu aſini,equi et vnum eſt & idem, tñ denarius numerus nõ idem (inquit) denarium numerum dicẽs iam numerum cum ſubiecto ideo & apertius faciens ſubiunxit, neque decem ipſa ceu animalia vel ſimpliciter corpora.

Vt neque trianguli ſunt idem hij quorum alter ęquis lateribus alter inæqualibus conſtat.

Non enim eandem definitionem trianguli ſuſcipiunt, ſic igitur neq; decem equi idem ſunt cum decem ouibus.

Et ſi figura eadem ſit: quoniam ambo trianguli.

Nam figuræ alia rectilinea, alia circularis, quare ambo rectilinea figura. Nam ambo trianguli ſuſcipiunt ipſam definitionem figuræ rectilineæ.

Eadem enim dicuntur cuius non differunt differẽtia: ſed non quo differunt: ceu triangulus trianguli differentia differt. Igitur diuerſi ſunt trianguli: figuræ autem non.

Ad vniuerſalem ſermonem aſcendit regulam tradens quandam. Quæ ſane eadem ſunt prædicatum communiter de ipſis habetur, quæ autem non eadẽ. Hæc igitur dicuntur quando non differrent differentia quadam prædicati inter ſe, quemadmodum differunt differentia trianguli, ęquis lateribus triangulus, & triangulus inæqualibus conſtans, idcirco non idẽ ſunt trianguli, tamen figurę non differunt differentia prędicati. Nam ambo ſunt figura rectilinea, propter hoc igitur vt figuræ ambo idẽ ſunt triangulus ęqualibus inæqualibuſq; triangulus conſtantes, tamen vt trianguli non idem, differunt.n.trianguli drĩa.

Sed in eadem & una cadunt diuiſione. Nam figura quidem talis circulus eſt: talis autem triangulus: & hiſce talis quidem eſt æqualium laterum: talis autem inæqualium: figura igitur eadem. Nam uterque trium angulorum: at triãgulus non idem.

Ideſt ſub eadem particula diuiſionis. Nam figurarum aliæ quidem ſunt rectilineæ, aliæ autem circulares, ambo igitur trianguli ſub rectilinea continentur, & rurſus rectilinearum figurarum, alia triangularis, alia aliter aliud quid, vt quidem igitur figuræ inter ſe non differunt, trianguli inæqualibus æqualibuſq; lateribus conſtantes, nam ſub eadẽ parte diuiſionis.ſ. rectilineæ triangulus venit, vetũtamen, vt trianguli non amplius idem non enim ſub eadem parte diuiſionis trianguli incidunt, ſed alius ſub alia, & alius ſub alia.

Et numerus igitur dictus pari ratione idẽ eſt ſane. Non enim numerus ipſorum differentia numeri differt denarius numerus autem non idem eſt. Ea nanque de quibus dicitur differunt: hæc enim canes ſunt: illa oues. Sed de tempore quidem ipſo: & de hiſce quæ circa ipſum quidem ſunt: ad hanc autem conſiderationem accõmodatur ſatis iam diximus.

Facturus finem de vniuerſali regula in figuris, reliquum idem adaptat propoſito, ſeptem igitur canũ, & ſeptem equorum communiter quidem id quod prædicatur eſt numerus vnus & idem. Nõ enim differunt inter ſe numeri differentia. Nam ambo impares, quare vnus & idem in ambobus numerus communiter exiſtens menſuratiuus ipſorum, vt tamen vterq; eſt numerus ſeptenarius non eſt idem. Nam ſeptenarius numerus iam cum ſubiectis ſ. rebus intelligitur, ſi igitur differunt inuicem ſubiecta, differrent etiam inuicem ſeptenarij numeri, ſic igitur ſe habet, et de tempore menſuratiuo motuum, nihil prohibet vnum & idem tempus quidem eſt menſuratiuum motuum eſſe, licet menſurata differrent.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ... VITT. EMANUELE

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z &.

Omnes ſunt Terni.


B
O
S

165
F.V.

RESTAURO DEL LIBRO
di LELLI
MARIO